



U A N

DAD AUTÓNOMA DE NUEVO
CCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECA



LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF CHICAGO

PA 6278 .C4

GENERAL DE
ECONOMIA

GENERAL DE
ECONOMIA

PA6278
.C4
1753
V.8
c.1

GENERAL DE



1080044717



U A N L

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

M. TULLII
CICERONIS
OPERA,

CUM DELECTU COMMENTARIORUM,

IN USUM

SERENISSIMI DELPHINI.

TOMUS OCTAVUS,

IN QUO EPISTOLÆ AD ATTICUM.

46509




PATAVII, Typis Seminarii, MDCCLIII.

Apud Joannem Manfrè.

SUPERIORUM PERMISSU, ET PRIVILEGIO.

PA 1278
64
1753
U-8



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE LEÓN
CAPILLA ALFONSO BIBLIOTECA
MICROFILMADO Rollo-8

DIRECCIÓN GENERAL DE

V I T A
TITI POMPONII ATTICI,
PER CORNELIUM NEPOTEM.



Omponius Atticus, ¹ ab origine ultima stirpis Romanae generatus, perpetuo a maioribus acceptam equestrem obtinuit dignitatem. Patre utius est diligente, indulgente, &, ut tum erant tempora, diti, imprimisque studio literarum. Hic, prout ipse amabat literas, omnibus doctis, quibus puerilis aetas impertiri debet, filium erudit. Erat autem in puero, praeter docilitatem ingenii, summa suavitas oris, ac vocis; ut non solum celeriter arriperet, quae tradebantur, sed etiam excellenter pronuntiaret: qua ex re in pueritia nobilis inter aequales ferebatur, clarisque explendebat, quam generosi condiscipuli animo aequo ferre possent. Itaque incitabat omnes studio suo: quo in numero fuerunt L. Torquatus, C. Marius C. filius, M. Cicero: quos consuetudine sua sic sibi devinxit, ut nemo iis perpetuo fuerit carior.

II. Pater mature decessit. Ipse adolescentulus propter affinitatem P. Sulpicii, qui Tribunus pl. interfectus est, non exers fuit illius periculi. Namque Anicia, Pomponii confobrina, nuperat M. Servio fratri Sulpicii. Itaque, interfecto Sulpicio, posteaquam vidit Cinnano tumultu civitatem esse perturbatam; neque sibi dari facultatem pro dignitate vivendi, quin alterutram partem offenderet, dislociatis animis civium, cum alii Syllanis, alii Cinnanis faverent partibus, idoneum
A 2 tem-

¹ Ab origine ultima stirpis Romanae generatus. Cerrant in etuendo hoc loco Docti: quorum princeps Manutius corripit e stirpe Romana generatus. Lambinus vero e generatus expungendum, repouendumque censet generatus. Badius dicitur legit, genere natus. Barthius, Advers. xlii. 29. ab origine ultima stirpis R. generatus, illudque R. putat significare Regia. Rungerius Var. Leth. XI. 8. mallet, ab origine ultima stirpis Romanae generatus, vel Romanae genere notus. Geovilius.



tempus ratus studii obsequendi suis, Athenas se contuli: neque eo fecius adolescentem Marium, hostem judicatum, suavit opibus suis: cujus fugam pecunia sublevavit. At ne illa peregrinatio detrimentum aliquod afferret rei familiari, eodem magnam partem fortunarum trajecit suarum. Hic ita vixit, ut universis Atheniensibus merito esset carissimus. Nam præter gratiam, quæ jam adolescentulo magna erat, sæpe suis opibus inopiam eorum publicam levavit. Cum enim versuram facere publice necesse esset; neque ejus conditionem æquam haberent; semper se interposuit, atque ita, ut neque usuram unquam ab iis acceperit, neque longius, quam dictum esset, eos debere passus sit. Quod utramque erat iis salutare. Nam neque indulgendo inveterascere eorum æs alienum patiebatur, neque multiplicandis usuris crescere. Auxit hoc officium alia quoque liberalitate. Nam universos frumento donavit; ita ut singulis septem modii tritici darentur, qui modus mensuræ medicinus Athenis appellatur.

III. Hic autem sic se gerebat, ut communis infimis, par principibus videretur; quo factum est, ut huic omnes honores, quos possent, publice haberent, civemque facere studebant. Quo beneficio ille uti noluit: quod nonnulli ita interpretantur, amitti civitatem Romanam alia adscita. Quamdiu assuit, ne qua sibi statua poneretur, restitit; abiens prohibere non potuit. Itaque aliquot ipsi, & Phidiaz, locis sanctissimis posuerunt. Hunc enim in omni procuratione Reip. actorem auctoremque habebant. Igitur primum illud munus fortunæ, quod in ea potissimum urbe natus est, in qua domicilium orbis terrarum esset imperii, ut eandem & patriam haberet, & domum. Hoc specimen prudentiæ, quod cum in eam se civitatem contulisset, quæ antiquitate, humanitate, doctrina, præstaret omnes, ei unus ante alios fuerit carissimus.

IV. Huc ex Asia Sylla decedens cum venisset; quamdiu ibi fuit, secum habuit Pomponium, captus adolescentis humanitate

¹ *Amicitia civitatem Romanam alia adscita.*

Vide Orat. pro Cæcina & pro Corn. Balbo.

² *Phidiaz* Adl. de bonis loci lectiano dist.

¹ *mutantem Lipsium, libell. l. 14. Antiquissim.*

Var. Lect. v. l. Scappione, Verissim. III. B.

Borbium, Advers. XXIX. ra. Anonymi.

tate & doctrina. Sic enim Græce loquebatur, ut Athenis natus videretur. Tanta autem erat suavitas sermonis Latini, ut apparere in eo nativam quandam leporem esse, non adscitum. Idem poemata pronuntiabat & Græce, & Latine sic, ut supra nihil posset. Quibus rebus factum est, ut Sylla nullam eum a se dimitteret, cuperetque secum deducere. Cui cum persuadere tentaret; *Noli oro te*, inquit Pomponius, *adversum eos me velle ducere, cum quibus ne contra te arma ferrem, Italiam relinqui.* At Sylla, adolescentis officio collaudato, omnia munera ei, quæ Athenis acceperat, proficiscens iussit deferri. Hic complures annos moratus, cum & rei familiari tantum opera daret, quantum non indiligens deberet paterfamilias, & omnia reliqua tempora aut literis, aut Atheniensium reipublica tribueret, nihilo minus amicis urbana officia præstitit. Nam & ad comitia eorum ventitavit; & si qua res major acta est, non desuit: sicut Ciceroni in omnibus ejus periculis singularem fidem præbuit: cui ex patria fugienti, H.S. ducenta & quinquaginta millia donavit. Tranquillatis autem rebus Romanis, remigravit Romam, ut opinor, L. Cotta, & L. Torquato Consulibus: quem diem sic univerfa civitas Atheniensium protecuta est, ut lachrymis desiderii futuri dolorem indicaret.

V. Habebat avunculum Q. Cæcilium, equitem Romanum, familiarem L. Luculli, divitem, difficillima natura: cujus sic asperitatem veritus est, ut, quem nemo ferre posset, hujus sine offensione ad summam senectutem retinuerit benevolentiam; quo facto tulit pietatis fructum. Cæcilius enim moriens testamento adoptavit eum, heredemque fecit ex doctante, ex qua hereditate accepit circiter centies H.S. Erat nupta soror Attici Q. Tullio Ciceroni, easque nuptias M. Cicerō conciliavit; cum quo a condiscipulatu vivebat conjunctissime, multo etiam familiarius, quam cum Quinto: ut judicari possit plus in amicitia valere similitudinem morum, quam affinitatem. Utebatur autem intime Q. Hortensio, qui iis temporibus principatum eloquentiæ tenebat, ut intelligi non posset, uter eum plus diligeret, Cicero, an Hortensius: & id, quod erat

erat difficillimum, efficiebat, ut inter quos tantæ laudis esset æmulatio, nulla intercederet obtrectatio, essetque talis æmulationis copula.

VI. In republica ita est versatus, ut semper optimarum partium & esset, & existimaretur; neque tamen se civilibus fluctibus committeret; quod non magis eos in sua potestate existimabat esse, qui se iis dedissent, quam qui maritimis jaçerentur. Honores non petiit, cum ei paterent propter vel gratiam, vel dignitatem: quod neque peti more majorum, neque capi possent, conservatis legibus, in tam effusis ambitus largitionibus, neque geri e republica sine periculo, corruptis civitatis moribus. Ad hastam publicam nunquam accessit. Nullius rei neque præ, neque maniceps factus est. Neminem suo nomine, neque subscribens accusavit. In jus de sua re nunquam iit; iudicium nullum habuit. Multorum Consulium, Prætorumque præfecturas delatas sic accepit, ut neminem in provinciam sit secutus, honore fuerit contentus; rei familiaris despexerit fructum, qui ne cum Q. quidem Cicero ne vulerit ire in Asiam, cum apud eum legati locum obtinere possent. Non enim decere se arbitrabatur, cum prætorum gerere noluisse, asseclam esse prætoris. Qua in re non solum dignitati serviebat, sed etiam tranquillitati, cum suspiciones quoque vitaret criminum: quo sebat, ut ejus observantia omnibus esset carior, cum eam officio, non timori, neque spei tribui viderent.

VII. Incidit Cesarianum civile bellum, cum haberet annos circiter sexaginta. Usus est ætatis vacatione, neque quoquam movit ex urbe. Quæ amicis suis opus fuerant ad Pompejum proficentibus, omnia ex sua re familiari dedit. Ipsum Pompejum sibi conjunctum non offendit. Nullum enim ab eo habebat ornamentum, ut cæteri, qui per eum aut honores, aut divitias ceperant: quorum partim invitissimi castra sunt secuti, partim summa cum ejus offensione domi remanserunt. Attici autem quies tantopere Cesari fuit grata, ut victor, cum privatis pecuniis per epistolas imperaret, huic non solum molestus non fuerit, sed etiam fororis filium & Q. Cicero nem

ex Pompeji castris concesserit. Sic vetere instituto vitæ effugit nova pericula.

VIII. Secutum est illud. Occiso Cesare, cum Respub. penes Brutos videretur esse, & Cassium, ac tota civitas se ad eos convertisset; sic M. Bruto usus est, ut nullo ille adolescentis æquali familiaris, quam hoc fene: neque solum eum principem consilii haberet, sed etiam in convictu. Excogitatum est a quibusdam, ut privatam ararium Cesaris interfectoris ab equitibus Romanis constitueretur. Id facile effici posse arbitrati sunt, si & principes illius ordinis pecunias contulissent. Itaque appellatus est a Cajo Flavio, Bruti familiaris, Atticus, ut ejus rei princeps esse vellet. At ille, qui officia amicis præstanda sine factione existimaret, semperque a talibus se consiliis removisset; respondit, si quid Brutus de suis facultatibus uti voluisset, usurum, quantum ea paterentur; se neque cum quoquam de ea re collocuturum, neque coiturum. Sic ille consensionis globus hujus unius dissensione disiectus est. Neque multo post superior esse cepit Antonius: ita, ut Brutus & Cassius provinciarum, quæ iis necis causa data erant a consulibus, desperatis rebus, in exilium proficiscerentur. Atticus, qui pecuniam simul cum cæteris conferre noluerat florenti illi parti, abjecto Bruto, Italiaque cedenti H. S. centum millia muneris misit. eidem in Epiro absens trecenta iussit dari: neque eo magis potenti adulatus est Antonio, neque desperatos reliquit.

IX. Secutum est bellum gestum apud Mutinam. In quo sitantum eum prudentem dicam; minus, quam debeam, prædicem; cum ille potius divinus fuerit; si divinitio appellanda est perpetua naturalis bonitas, quæ nullis casibus appetur, neque minuitur. Hostis Antonius iudicatus, Italia cesserat; spes restituendi nulla erat. Non solum ejus inimici, qui tum erant potentissimi, & plurimi, sed etiam amici adversariis ejus, se dabant; & in eo lædendo se aliquam consecuturos spe.

1. Necis causa.] Plurimi mallent dici consilio, quam olim emendationem Ranconerus, Turnebus, Cujacius, Lambinus & Schœreus propter eadem illam Julio Cesari approbarunt. Omnes tamen MSS. habent necis causa, neque mutari vult Savaro, quia provincie illæ datæ erant a Consulibus propter eadem illam Julio Cesari.

sperabant commoditatem, familiares insequerentur, uxorem Fulviam omnibus rebus spoliare cupiebant, liberos etiam extinguerent parabant. Atticus, cum Ciceronis intima familiaritate uteretur, amicissimus esset Bruto: non modo nihil eis indulserat ad Antonium violandum, sed e contrario familiares ejus ex urbe profugientes, quantum potuit, texit; quibus rebus indignerent, adjuxit: P. vero Voluminio ea tribuit, ut plura a parente proficisci non poterint. Ipsi autem Fulvia, cum litibus distineretur, magnisque terroribus vexaretur, tanta diligentia officium suum præstitit, ut nullam illa stiterit vadimonium sine Attico, hic sponsor omnium rerum fuerit. Quin etiam, cum illa fundum secunda fortuna emisisset in diem; neque post calamitatem versuram facere potuisset; ille se interposuit, pecuniamque sine senore, sineque ulla stipulatione credidit, maximum existimans quantum, memorem gratumque cognosci, simulque aperire, se non fortunæ, sed hominibus solere esse amicum. Quæ cum faciebat, nemo eum temporis causa facere poterat existimare. Nemini enim in opinionem veniebat, Antonium rerum potiturum. Sed sensus ejus a nonnullis optimatibus reprehendebatur, quod parum odisse malos cives videretur.

X. Ille autem sui iudicium, potius quid se facere par esset intuebatur, quam quid illi laudaturi forent. Conversa subito fortuna est. Ut Antonius rediit in Italiam, nemo non magno in periculo Atticum putarat, propter intimam familiaritatem Ciceronis & Bruti. Itaque ad adventum Imperatorum de foro decefferat, timens proscriptionem: latebatque apud P. Voluminum, cui, ut ostendimus paulo ante, opem tulerat. Tanta varietas in his temporibus fuit fortuna, ut modo hi, modo illi in summo essent aut fastigio, aut periculo. Habebat secum Q. Gellium Canum, æqualem, simillimumque sui. Hoc quoque sit Attici bonitatis exemplum, quod cum eo, quem puerum in ludo cognoverat, adeo conjuncte vixit, ut ad extremam ætatem amicitia eorum creverit. Antonius autem, etsi tanto odio ferebatur in Ciceronem, ut non solum ei, sed etiam omnibus suis amicis esset inimicus,

eosque vellet proscribere; multis hortantibus tamen, Atticus maior fuit officii: & ei, cum requisisset, ubinam esset, sua manus scripsit, ne timeret, statimque ad se veniret: se eum, & Gellium Canum de proscriptorum numero exemisse, ac, ne quod in periculum incideret, quod noctu fiebat, præsidium ei misit. Sic Atticus in summo timore non solum sibi, sed etiam ei, quem carissimum habebat, præsidium fuit; neque enim suæ solum a quoquam auxilium petiit salutis, sed conjunctim, ut appareret nullam se junctam sibi ab eo velle fortunam. Quod si gubernator præcipua laude fertur, qui navem ex hyeme, marique scopuloso servat; cur non singularis ejus existimetur prudentia, qui ex tot, tamque gravibus procellis civilibus ad incoluitatem pervenit?

XI. Quibus ex malis ut se emerisset, nihil aliud egit, quam ut plurimis, quibus rebus posset, esset auxilium. Cum proscriptos præmiis Imperatorum vulgus conquireret, nemo in Epirum venit, cui res ulla defuerit. Nemini non ibi perpetuo manendi potestas facta est: quin etiam post prælium Philippense, interitumque C. Cassii, & M. Bruti, L. Julium Mollam Prætorium, & filium ejus, Aulumque Torquatium, cæterosque pari fortuna percussos intulit tueri, atque ex Epiro his omnibus Samothraciam supportari iussit. Difficile enim est omnia persequi, & non necessaria. Illud unum intelligi volumus, illius liberalitatem neque temporariam, neque calidam fuisse. Id ex ipsis rebus, ac temporibus judicari potest, quod non florentibus se vendidit, sed afflictis semper succurrit: qui quidem Serviliam Bruti matrem non minus post mortem ejus, quam florentem, coluerit. Sic liberalitate utens, nullas inimicitias gessit, quod neque lædebat quemquam; neque, si quam injuriam acceperat, non malebat ulcisci, quam oblivisci. Idem immortalis memoria percepta retinebat beneficia: quæ autem ipse tribuerat, tandiu meminerat, quoad ille gratus erat, qui receperat. Itaque hic fecit, ut vere dictum videatur, *Sui cuique mores fingunt fortunam.* Neque tamen prius ille fortunam, quam se ipse finxit, qui cavet, ne qua in re jure plesteretur.

XII. His igitur rebus effecit, ut M. Vipsanius Agrippa, intima familiaritate conjunctus adolescenti Cæsari, cum propter suam gratiam, & Cæsaris potentiam, nullius conditionis non haberet potestatem, potissimum ejus deligeret affinitatem, præoptaretque equitis Romani filiam generaliarum nuptiis. Atque harum nuptiarum conciliator fuit (non enim est celandum) M. Antonius, Triumvir reipublicæ constituendæ; cuius gratia cum augere possessiones posset suas, tantum absuit a cupiditate pecuniæ, ut nulla in re usus sit ea, nisi in deprecandis amicorum, aut periculis, aut incommodis. Quod quidem sub ipsa proscriptione perillustre fuit. Nam cum L. Sausæi, equitis Romani, æqualis sui, qui complures annos, studio ductus Philosophiæ, Athenis habitabat, habebatque in Italia pretiosas possessiones, Triumviri bona vendidissent, consuetudine ea, qua tum res gerebantur; Attici labore atque industria factum est, ut eodem nuntio Sausæus fieret certior, se patrimonium amisisse, & recuperasse. Idem L. Julium Calidum, quem post Lucretii, Catullique mortem multo elegantissimum poetam, nostram tulisse ætatem, vere videor posse contendere; neque minus virum bonum, optimisque artibus eruditum; post proscriptionem Equitum, propter magnas ejus Africanas possessiones, in proscriptorum numerum a P. Volumnio, Præfecto fabrum Antonii, absentem relatum expedit. Quod in præsentem utrum ei laboriosius, an gloriosius fuerit, difficile fuit judicare; quod in eorum periculis, non secus absentes, quam præsentem, amicos Attico esse cura, cognitum est. Neque vero minus ille vir, bonus paterfamilias habitus est quam civis.

XIII. Nam cum esset pecuniosus, nemo illo minus fuit e-max, minus ædificator. Neque tamen non in primis bene habitavit, omnibusque optimis rebus usus est; nam domum habuit in Colle Quirinali Tamphilanam, ab avunculo hereditate relictam, cujus amœnitas non ædificio, sed silva constabat: ipsum enim tectum, antiquitus constitutum, plus salis, quam sumptus, habebat; in quo nihil commutavit, nisi si quid vestustate coactus est. Usus est familia, si utilitate judicandum est,

est, optima; si forma, vix mediocri. Namque in ea erant parvi gratissimi, anagnostæ optimi, & plurimi librarii; ut ne pedilectus quidem quisquam esset, qui non utrumque horum pulchre facere posset. Pari modo artifices cæteri, quos cultus domesticus desiderat, apprime boni. Neque tamen horum quenkam, nisi domi natum, domique factum, habuit: quod est signum non solum continentiæ, sed etiam diligentiæ. Nam & non intemperanter concupiscere, quod a pluribus videas, continentis debet duci; & potius diligentia, quam pretio, parare non mediocris est industria. Elegans, non magnificus: splendidus, non sumptuosus; omni diligentia munditiæ non affluentem affectabat. Supellex modica, non multa; ut in neutram partem conspici posset. Neque hoc præteribo: quanquam nonnullis leve visum iri patem: cum in primis lautus esset eques Romanus, & non parum liberaliter domum suam omnium ordinum homines invitaret; scimus non amplius, quam terna millia æris peræque in singulos menses ex ephemeride eum expentum sumptui ferre solitum: atque hoc non auditum, sed cognitum prædicamus. Sæpe enim, propter familiaritatem, domesticis rebus intersumus.

XIV. Nemo in convivio ejus aliud acroama audivit, quam anagnosten: quod nos quidem jucundissimum arbitramur. Neque unquam sine aliqua lectione apud eum coenatum est; ut non minus animo, quam ventre convivæ delectarentur. Namque eos vocabat, quorum mores a suis non abhorrent. Cum tanta pecuniæ facta esset accessio, nihil de quotidiano cultu mutavit, nihil de vitæ consuetudine: tantaque usus est moderatione, ut neque in festertio vicies, quod a patre acceperat, parum se splendide gesserit; neque in festertio centies affluentius vixerit, quam instituerat, parique fastigio steterit in utraque fortuna. Nullos habuit hortos, nullam suburbanam, aut maritimam sumptuosam villam: neque in Italia, præter Ardeatinam, & Nomentanum, rusticum prædium: omnisque ejus pecuniæ reditus constabat in Epiroticis, & urbanis possessionibus, ex quo cognosci potest, eam ulam pecuniæ non magnitudine, sed ratione metiri solitum.

XV. Mendacium neque dicebat, neque pati poterat. Itaque ejus comitas non sine severitate erat, neque gravitas sine facilitate: ut difficile esset intellectu, utrum eum, sibi magis vererentur, an amarent. Quidquid rogabatur, religiose promittebat; quod non liberalis, sed levis arbitrabatur, polliceri, quod præstare non posset. Idem in nitendo quod semel annuisset, tanta erat cura, ut non mandatam, sed suam rem videretur agere. Nunquam suscepti negotii eum pertæsum est. Suam enim existimationem in ea re agi putabat: qua nihil habebat carius. Quo fiebat, ut omnia Ciceronum, Catonis, Marii, Q. Hortensii, A. Torquati, multorum præterea Equitum Romanorum negotia procuraret. Ex quo judicari poterat, non inertia, sed judicio fugisse Reipublicæ procuratoris officium.

XVI. Humanitatis vero nullum afferre majus testimonium possum, quam quod adolescens idem seni Syllæ fuerit jucundissimus, senex adolescenti M. Bruto; cum æqualibus autem suis Q. Hortensio, & M. Cicerone sic vixerit, ut judicare difficile sit, cui ætati fuerit aptissimus: quanquam eum præcipue dilexit Cicero, ut ne frater quidem ei Quintus carior fuerit, aut familiarior. Ei rei sunt indicio, præter eos libros, in quibus de eo facit mentionem, qui in vulgus sunt editi, sexdecim volumina epistolarum ab Consulatu ejus usque ad extremum tempus ad Atticum missarum: quæ qui legat, non multum desideret historiam contextam eorum temporum. Sic enim omnia de studiis principum, vitiis ducum, ac mutationibus Reipublicæ perscripta sunt, ut nihil in his non appareat; & facile existimari possit, prudentiam quodammodo esse divinationem. Non enim Cicero ea solum, quæ vivo se acciderunt, futura prædixit, sed etiam, quæ nunc usque veniunt, cecinit, ut vates.

XVII. De pietate autem Attici quid plura commemorem? cum hoc ipsum vere gloriantem audierim in funere matris suæ, quam extulit annorum nonaginta, cum esset septem & sexaginta, se nunquam cum matre in gratiam rediisse, nunquam cum sorore fuisse in similitate, quam prope æqualem habebat.

habebat. Quod est signum, aut nullam unquam inter eos quæ inimiciam intercessisse, aut hunc ea fuisse in suos indulgentiam, ut, si eos amare deberet, irasci eis nefas duceret. Neque id fecit natura solum: quanquam omnes ei paremus: sed etiam doctrina; nam & principum philosophorum ita percepta habuit præcepta, ut iis ad vitam agendam, non ad ostentationem, ureretur.

XVIII. Moris etiam majorum summus imitator fuit, antiquitatisque amator: quam adeo diligenter habuit cognitam, ut eam totam in eo volumine exposuerit, quo magistratus ornavit. Nulla enim lex, neque pax, neque bellum, neque res illustris est populi Romani, quæ non in eo, suo tempore, sit notata: & quod difficillimum fuit, sic familiarum originem subtexit, ut ex eo clarorum virorum propagines possimus cognoscere. Fecit hoc idem separatim in aliis libris, ut M. Bruti rogatu, Juniam familiam a stirpe ad hanc ætatem ordine enumeraverit, notans, qui, a quo ortus, quos honores, quibusque temporibus cepisset: pari modo, Marcelli Clandii, Marcellorum; Scipionis Cornelii, & Fabii Maximi, Corneliorum, & Fabiorum, & Emiliorum quoque: quibus libris nihil potest esse dulcius iis, qui aliquam cupiditatem habent notitiæ clarorum virorum. Attingit quoque poetice; credimus, ne ejus expertus esset suavitatis. Namque versibus, qui honore, rerumque gestarum amplitudine ceteros Romani populi præstiterunt, exposuit: ita, ut sub singulorum imaginibus facta, magistratusque eorum non amplius quaternis, quinque versibus descriperit: quod vix credendum sit, tantas res tam breviter potuisse declarari. Est etiam unus liber Græce confectus de consulatu Ciceronis. Hactenus, Attico vivo, edita hæc a nobis sunt.

XIX. Nunc, quoniam fortuna nos superstites ei esse voluit, reliqua persequemur: & quantum poterimus, rerum exemplis lectores docebimus, sicut supra significavimus, *Suos cuique mores plerumque conciliare fortunam*. Namque hic contentus ordine quæstri, quo erat ortus, in affinitatem pervenit imperatoris Divi filii, cum jam ante familiaritatem ejus esset con-

secutus, nulla alia re, quam elegantia vita, qua ceteros ceperat principes civitatis, dignitate pari, fortuna humiliore. Tanta enim prosperitas Caesarem est consecuta, & nihil ei non tribuerit fortuna, quod cuiquam ante detulerit; & conciliarit, quod nemo adhuc civis Romanus quivit consequi. Nata est autem Attico neptis ex Agrippa, cui virginem filiam collocarat. Hanc Caesar vix anniculum, Ti. Claudio Neroni, Drusilla nato, privigno suo, despondit: qua conjunctio necessitudinem eorum laxavit, familiaritatem reddidit frequentiore.

XX. Quamvis ante haec sponsalia, non solum cum ab urbe abesset, nunquam ad suorum quemquam literas misit, quin Attico mitteret, quid ageret in primis, quid legeret, quibusque in locis, & quam diu esset moraturus: sed & cum esset in urbe, & propter suas infinitas occupationes minus saepe, quam vellet, Attico frueretur, nullus dies temere intercessit, quo non ad eum scriberet: cum modo aliquid de antiquitate ab eo requireret; modo aliquam quaestionem poeticam ei proponeret, interdum jocans ejus verbosiores eliceret epistolas. Ex quo accidit, cum aedes Jovis Feretrii in Capitolio ab Romulo constituta, vetustate atque incuria detecta prolaberetur ut Attici admonitu Caesar eam reficiendam curaret. Neque vero a M. Antonio minus absens literis colebatur; adeo ut accurate ille ex ultimis terris quid ageret, quid curae sibi haberet, certiore faceret Atticum. Hoc quale sit, facilius existimabit is, qui judicare poterit, quantae sit sapientiae, eorum retinere usum benevolentiamque, inter quos maximarum rerum non solum aemulatio, sed obstaculo tanta intercedebat, quantam fuit intercedere necesse inter Caesarem, atque Antonium; cum se uterque principem non solum urbis Romanae, sed orbis terrarum esse cuperet.

XXI. Tali modo cum septem & septuaginta annos compleisset, atque ad extremam senectutem non minus, dignitate, quam gratia fortunaque crevisset, (multas enim hereditates nulla alia re, quam bonitate est consecutus) tantaque profperitate usus esset valetudinis, ut annis xxx. medicina non in-

dignil-

dignisset: nactus est morbum, quem initio & ipse, & medicis contempserunt: nam putarunt esse tenebrimon: cui remedia celeria, & scilicet proponebantur. In hoc cum tres menses sine ullis doloribus, praeterquam quos ex curatione capiebat, consumpisset: subito tanta vis morbi in unum intestinum prorupit, ut extremo tempore per lumbos fistula putris eruperit. Atque hoc priusquam ei accideret, postquam in dies dolores accrescere, febresque accessisse sensit; Agrippam generum ad se arcessi jussit, & cum eo L. Cornelium Balbum, Sextumque Peducazum. Hos ut venisse vidit; in cubitum innixus, *Quantam, inquit, curam diligentiamque in valetudine mea tuenda hoc tempore adhibuerim, cum vos testes habeam, nihil necesse pluribus verbis commemorare: quibus quoniam, ut spero, satisfeci, nihilque reliqui feci, quod ad sanandum me pertinere, reliquum est, ut egomet mihi consulam. Id vos ignorare nolui. Nam mihi stat, alere morbum desinere. Namque his diebus quicquid cibi sumpsi, ita produxi vitam, ut auferim dolores, sine spe salutis. Quare a vobis peto, primum ut consilium probetis meum; deinde ne frustra deborrando conemini.*

XXII. Hac oratione habita, tanta constantia vocis atque vultus, ut non ex vita, sed ex domo in domum videretur migrare; cum quidem Agrippa eum fiens, atque osculans oraret atque obsecraret, *no ad id, quod natura cogeret, ipse quoque sibi acceleraret; & quoniam tum quoque posset temporibus superesse, se sibi suisque reservaret;* preces ejus taciturna sua obstinatione compressit. Sic cum biduum cibo se abstinisset, subito febris decessit, leviorque morbus esse cepit: tamen propositum nihilo fecius peregit. Itaque die quinto, postquam id consilium inierat, pridie Kal. April. Gn. Domitio, C. Soffio Coss. decessit. Elatus est in lecticula, ut ipse praescriperat, sine ulla pompa funeris, comitantibus omnibus bonis, maxima vulgi frequentia. Sepultus est juxta viam Appiam, ad quintum lapidem, in monumento Q. Caecilii avunculi sui.

PETRUS

PETRUS VICTORIUS

LECTORI.

Un olim fidelis liber epistolarum M. T. Ciceronis ad Atticum ad manus meas pervenisset, causa ille quidem mihi fuit multorum laborum: studiosis autem humaniorum literarum non parva utilitatis: adhibita enim multa cura ac diligentia, contuli cum ipso vulgata exemplaria earum epistolarum: sustulique inde minium pene numerum fœdissimarum macularum. Præcipue autem egregiam operam navavi ope illius exemplaris, in Græcis vocibus, totisque sententiis ejus sermionis restituendis: quarum pulcherrimarum gravissimarumque plenum hoc volumen est. Quam multa autem lacunæ prius illic essent, aut verba Græca parum apte expressa, facile omnes animadvertere poterunt, qui sumperint in manus epistolas has, ante id tempus excusas. Prædicti igitur, quod potui tunc summa cum fide ac studio in hoc opere expellendo, ut omittam labores, quos etiam sustulimus maximos in cæteris operibus politissimè scriptoris, orationibus exceptis, emendandis. Exatitè postea alii, eruditi & ingeniosi homines, qui & ipsi non parum opere posuerunt in istidem his epistolis corrigendis, multis undique calamo exaratis libris collectis: illi tamen ita integrum fideleque exemplar, uti meum est, nullo suo labore, invenire poterunt: in quibus etiam fuit, qui hoc a me non sine causa tantopere laudatum, Ferrarie vidit, atque optimum quoque semper existimavit, cum ipsum Benedicto Accolto Cardinali, discreti viro ac valde studioso eloquentiæ Ciceroniane, commodassem, apud quem tunc erat Octavianus Pantagathus, vir probus & satis acutus in scriptis veterum auctorum examinandis, quod tellari volui ut sciant omnes me semper, quidquid potuerim administrari omnibus, qui possent illustrare suis vigilis optimos scriptores, præbuisse, non mihi soli facultatem hujus rei ordine gerende custodisse: cuius animi mei testimonia multa atque exempla, si opus

esse judicarem, afferre possem. Quia autem liber hic non penitus mihi cognitus tunc fuit, cum fidelitatem ejus perpexi: neque etiam Angelo Politiano, qui ipsum cap. LIII. suorum Miscellaneorum valde laudavit, & de fato quodam ipius diligenter locutus est: volo de origine ipsius quædam prædicare: fuisse igitur Politianus narrat quætor fœz cuiusque ætatis eruditissimum virorum, et si de primo, qui Franciscus Petrarca fuit, non plane ipsi consistit, qui tamen (ut postea inventum est a me) non solum ipsum possedit, verum etiam sua manu scripsit, expressum e veterè exemplari, quod ille reperit, cum diu multumque (ut in epistola quadam sua narrat) epistolas has Ciceronis conquisisset, quæ ante id tempus in tenebris latebant: nec solum volumen hoc ipsum descripsit, sed etiam illarum, quæ Familiars vocantur: quæ, cum apud nos in divi Marci bibliotheca custodiuntur, creditur hujus diligentissimi viri manu exarata esse: constanterque hæc est opinio de illis in animis nostrorum hominum: cuius etiam rei argumentum est, quod Gallicis literis liber exaratus est: quis enim nescit vixisse Petrarcam in provincia Gallie longo ætatis sue spatio? quare imitabatur in scribendo characteres ejus terræ pcculares: agnovit autem formam earum litterarum plures adolescentæ Galli, studiosi humanioris doctrinæ, quibus codicem hunc ipsum ostendi, cum transirent hæc, Romanam proficiscentes. Quod autem emnem sempulsum evulsi, hujusmodi est. Ludovicus Beccatellus archiepiscopus, senex optimus, & omni honore dignissimus, de cuius eruditione, probitate usque magno reipublica Christianæ, in qua administranda summa cum laude veritatis est, supravacaneum esset accuratius disputare, in aliis nonnullis egregiis monumentis antiquitatis, quæ habet, habet etiam epistolas plures, quas suspicabatur conjecturas quasdam secutus, Francisci Petrar-

trac-

tracæ esse: neque enim integræ voces hæc illi sunt, sed primæ tantum & prænomina & nominis literæ in illis notatæ. Cupis igitur veritatis investigandæ, quaesivit ex me utrum foret, quod aliquando audivisset, extare apud nos Ciceronis epistolas Petrarchè manu scriptas. Respondi id quod erat, me ita opinari, cunctas ipsas, quæ vetustate consumpta non sunt, in duobus voluminibus hic inveniri: quorum alterum apud me esset. Contulimus igitur accurate epistolas illas Petrarchè passillas: minute enim sunt tenuisque, (quæ causa fortasse fuit, ut postea in volumine, quod editum est, redactæ non fuerint) cum meo epistolarum Ciceronis volumine: singulique literis formisque ipsarum perstratis, convenire omnia nitissime inter se animadvertimus, ut prorsus & illæ & codex meus ab eodem homine scriptus intellexeretur. Utinam inveniretur exemplar, unde has ad Atticum descripsit Petrarca, ut extat illud, quo usus est in describendis alteris illis, quæ Familiars appellantur (de cois libri antiquitate, omni veneratione digna, magnifico multa, vereque alio loco prædicavi) considerem me auxilio ejus antiqui libri non parca adhuc loca in his epistolis emendare posse, præsertim ubi Græca aliqua vocabula sunt, cuius sermionis Petrarchè, vitio illius ætatis, imperitus fuit: nec tamen non (ut erat omni in re accuratus) ita etiam verba illa, ignota sibi, pingebat, ut cuncta pene non magno labore legatur. Nam quantum caliginem afferat sepe unus literæ perverso, facile omnes animadvertere poterunt, qui in hoc munere corrigendi antiquos auctores, aliquantum versati sunt. Cum autem (ut opinor) hujus venusti libri factura facta sit, ereptumque & manibus auxilium majus purgandi has epistolas, affirmare ausum multis iudicis testimoniis: quæ hujus rei perperis, nullum fidelis exemplar harum epistolarum inveniri, quam hoc ipsum est, quod jam pridem ego canto: ceteraque, quæ calamo exarata videntur, fluxisse ab hoc prorsus puto, aut fortasse ab illo ipso, unde hoc descriptum fuit: neque enim negarim fieri etiam hoc potuisse: cuius tamen rei vestigium certum nullum vidi, nihilque contra correctum adhuc in his epistolis cognovi, cuius veræ lectionis non apparent vestigia in hoc

Tom. VIII.

meo exemplari, præterquam si qua conjectura restituta sunt: que ratio corrigendi veteres auctores quam lubrica & periculosa sit, arbitror me multis argumentis docuisse. Cum igitur post spatium xxv. annorum voluntas tulisset, ut rursus hoc præclarum opus recolerem, atque id nunc facere a quibusdam familiaribus meis impulsus essem ac pene coactus, confugi iterum ad eundem illum librum, a quo primo tantum præfatus accepi, atque ipsum sedulo tractavi. Observavi autem in hoc quod soleo, & quotidie magis verum esse, custodique debere intelligo, ut ne latum quidem unguem discederem ab auctoritate antiquorum librorum: in primis autem horum, merito quidem mihi probati, exemplaris. Vestem Deus opt. max. mentem dedisset, ut idem facerent, non paucis, doctis & ingeniosis viris: & non tantopere illi accumuli sui ingenii indulgerent, meliore loco (ut arbitror) veteres scriptores forent. Quod si aliquando etiam labis aliquid mendique ipsa occupavit, quod speciem recti habebat: & non aperte culpa librorum commisit esse cognoscatur (neque enim inficior errata quædam hujusmodi in ipsis etiam aliquando inveniri) malo cum antiquis libris errare, quam nimio amore rerum mearum, arrogantique quodam genere unum aut alterum locum emendare, dum tamen, quod illis contigit, in multo pluribus labor ac peccem: quod commemorasse volui institui mei defendendi causa, non confuetudinis aliorum infestandæ. Cum autem olim, incumbens in hæc coram, loca ferre solum harum epistolarum, quæ videbant mihi restituisse, brevibus scriptis meis comprobasset, & nonnulla quoque, quæ mihi suspecta erant, mendolique videbantur, indicasset: nec multum studii posuissim in illis, quæ obscuriora sunt, declarandis, nunc in hoc meo iterato labore me aliter gerere decrevi: ac quæcumque putabo explicatione egere, aut aliquo pacto illustrari ornatique posse, notabo: nec cessabo etiam aperire suspiciones quasdam meas, & non pauca, quæ in mentem mihi veniunt, non aliena (nisi fallor) a sententia auctoris elegantique Latini sermionis, quæ temporis illi restitueri: neque enim me adeo hebetis ingenii hominem esse puto, ut non possim, si vestim, loca mul-

multa, quae depravata hic sunt, ita reconcinare, ut sensus aliquis commodus inde eliciatur: entiarque demum utilissimum hoc, multisque de causis amandum M. Ciceronis opus, quocunque ratione poterit excolere. Quod tamen, ne nunc faciam, inipidorum nonnullis insidiantibus meis laboribus ac pene ad extremum perducis, quos si absolvero, statim animum convertam ad hanc curam, ac fidem meam laboravi, ut inquam, in quo plurimum nunc laboravi, plenius edicere potuissem: cunctaque tunc de hinc tollerent: restant enim non pauca: atque ea quidem adeo molesta, ut non videantur posse sine ope fidelioris libri aliquid ingenio tato deleri: placet enim mihi plagas huius pulcherrimi corporis aperire, quod sane non sine dolore facio: studium certe meum non desit ac desiderium acre prestandi hoc, quod desiderium nunquam in animo meo, dum vivam, extinguetur: nisi enim mihi venire credo in honesto amore harum epistolarum fidelissimum ipsarum exemplarium, quod in libidinoso amore semper contingere affirmat apud Euripidem Hecuba, ubi suadet Menelao ne patiarur imponi in eam navim, qua ipse (domum rediens) veheretur, recuperatam longo bello, imputari ac consecratam mulierem, metuens ne vetus fama rursus in postere teneri viri accenderetur: atque ita ipsa gaudere non posset supplicio Helena, quae libi universorum maiorum, quae cadere in hominum nostrum, causa existisset. Inquit agnita illa, Nullum unquam inventum esse amorem, qui non perpetuo amaret: dilexi enim ego quogue vehementer, cum primum ipsum tactus sum, librum hunc,

ac quotidie magis, perspecta eius bonitate, multisque testimonio confirmata, diligam: qui etiam amor me impulit, ut librum collocarem in pulcherrima ac studiofissima torus orbis Medice, bibliotheca: ita namque ille magis ac omni periculo vacuus erit, quam si in privata domo custodiretur: & in claro illustri loco positus, ante oculos non solum meos, verum etiam studiosiorum omnium manebit: cum enim studium Cosmi Medicis, magi nostri Ducis, adjuvare volens, qui praclaram supellectilem librorum, acceptam a maioribus, aulamque magnis suis sumptibus, & gratia, qua florere, in pulcherrimo a se absoluto aedificio, consecravit, utilitatibusque literatorum hominum expoluit, libros omnes meos antiquos, & Graecos & Latinos, quos longo studio ac diligentia mihi paraveram, ei dono dedissem, hunc etiam, delicias atque amotes meos, ipsis adjuxi. Quo ex consilio hoc etiam boni redundabit, quod liber hic, in publico loco situs, me sine ulum esse omni tempore in hoc munere obeundo, declarabit, & ne minima quidem ista & pusilla in re, fuso illo, aut fallacia usum, quod in primis ego opto & officio famaque mea opportunitate esse iudico. Sed de hoc nimis fortasse multa: quare desinam. Rogabo tantum cupidos liberatum studiosum, ut laborem hunc meum equi bonique faciant: nec essent ipsi, si aliqua ratione efflere possint, admovent manus huic maculoso operi: dummodo in eo caute moderateque se gerant.

Florentiae, M. D. LXXI.

Sebastianus CORRADUS Lectori.

Quinque jam prope sunt anni, cum ego Venetiis cum Silvestro Maurocano Joannis F. viti, quem semper honoris causa nominabo, ita vivebam, ut nihil mihi neque ad animi tranquillitatem, neque ad otium deesse videretur. Id otium cum ego in Graecis literis majorem partem consumerem, & iam tum deinceps in sacra philosophia consumere constituissem, adolentes non pauci nobilissimi, & studiosissimi, qui me vel apud Egnatium pra-

ceptorum illum nostrum norant, vel Quenstram, & ex illis in epistolas, quae familiares dicuntur, nostra tum primum descripta legerant, a me cum per se, tum per amicos communes summo opere contederunt, ut sibi Ciceronis epistolas ad Atticum subsecivis operi explicarem. Illos ego libenter sane quidem ad alios recessissem, quod onus mihi gravius imponi videbam, quam quod possem sustinere, sed cum & illi valde instarent, nec ego so-

leam,

leam, quod a me honeste petitur, negare, id suscepi, & ne, quae interpretando vel juvenitium, vel excogitasse, proflus perierit, & scriptis mandavi, non eo modis sedus consilio, ea ut unquam apparerent, sed si unquam alias accideret, ut eas epistolas interpretandas susceperem, ea mihi soli ut prodessent, ut tres jam annos, quibus eas epistolas Regii publice sum interpretatus, profuere. Ut enim amississimi mei Petrus V. Bovius, & Paulus Manutius viri doctissimi, & de literis latinis optime versiti, plurimum operam, & studii in eam rem commiserint, quia tamen neuter illorum totum opus exposuit, sed alter castigatioribus, ut vocat, alter *ex parte* centum septuaginta summum contentus fuit: atque in eo opere declarando is est labor, cui nunquam exhausti fatis est, ut inquit Poeta, mihi necesse fuit hinc trebus annis non ea modo, quae Venetiis scripsissem, iterum legere, sed alia etiam addere, multa committere, & nihil non tandem tentare, ut quam expectationem mei apud civis meos absens concitaveram, eam praesens sustinere, ac tueri possem. Non dico quid in ea re sim consecutus: illud dico, M. Antonium Flavianum, & Romulum Amasium viros optimos, & homines doctissimos, mihique summa benevolentia conjunctos, superioribus mensibus Regium cum venissent, Pontificem Maximatum, mihi auctores fuisse, ut, quae intellexissem a me in epistolis ad Atticum interpretandis explicata, ea foras dari fierem, nec patere, quantum esset in me, librum longe omnium re vera, & doctissimi cuiusque iudicio utilissimum, de manibus hominum, rerum, quae in eo sunt, ignorantiae quasi deponi. His ego est poteram respondere: *Deve vedeva avere*, & cur vos havi estellas, cum vestrum hoc sit onus? quia tamen sciebam & eos in aliis rebus multo majoribus, quae ut spero, brevi apparebunt, occupatos esse, & id a me quasi desinam iam postulari, & pene flagitari, ut quemadmodum familiares olim, ita nunc epistolas ad Atticum illustrarem; quocunque in eas vel scripsissem, vel a me excogitata, & de superiori loco dicta memineram, collegi, & in communem contuli, sperans fore, ut aliquid operis, atque adeo lucis harum epistolarum studiosis videatur attulisse. Haec tu, benigne le-

ctor, ita leges, ut ab homine profecta, qui unum illud egerit, ut tibi prodesset, putarique id vel maximum suorum laborum premium fore, si id esset consecutus; atque ut ea commodius legas, & melius intelligas, placet rationem, quam secuti sumus, paucis exponere. Librum igitur cum libro, rem cum re, & tempus cum tempore ita conjungimus, ut, quod scripsit Cornelius Nepos, qui fecerim haec volumina epistolarum ab consulatu Ciceronis usque ad extremum tempus ad Atticum missum legat, non multum desideret historiam contextam eorum temporum. Et sane Cicero historiam quasi contereere videtur voluisse, cum epistolas non solum suas, sed alienas etiam in haec volumina referendas curavit. Epistolas nos ipsas multis locis in permissas, & confusas, ut tibi chaos quoddam plane referret, ad arbitrium nostrum & conjecturam secimus, & divisimus, arbitrati, quavis suo profus loco non fuerint secta, & divisa, sic tamen & rem totam facilius intelligi, & ne eadem semper repeteretur, te lector ad singulas epistolas in numero signatas commodius referri posse: praefertim cum sub eodem numero epistolas, & *ex parte* nostra sumus complexi. Neque tamen cur ita fecerimus, semper nobis rationem reddendam esse diximus: quae se quisque per se intelligere poterit, & nos brevitati in primis studimus: in quo Graecis interpretibus, & praefertim Homericum sumus imitati. De propriis nominibus cum doctorum hominum diversitas opinionum esse videremus: quae ubi ne quaerenda quidem parerent, alii vero epistolas haec a nomine posse interpretari credentes, nisi ab eo, qui historiam omnes etiam privatarum hominum ut unguis nosset suos, nos, qui neque multum, neque nihil opere dandum huic rei semper censuimus, nominatorum, qui vel ita ignobilis fuisse, vel ita reperi a scriptoribus, vel recepti illi quidem, sed ita cum illorum libris desiderati, ut vix, ac ne vix quidem inveniri posse videretur, curiosis quaerenda reliquimus: praefertim si ea cognosse non magis crederet praevium: illa vero, sine quibus res intelligi non poterat, quam diligentissime potuimus, sumas perscrutari, neque tamen veris sumis, ne, qua in re multus est Cicero ipse in his praefertim episto-

epistolis, in ea nos nimis curiosi esse videmur. Atque illud quidem in primis curavimus, ut Ciceronis epistolas ex Ciceronis epistolis, ceterisque eius libris pessimis interpretaramur, & saepe locum cum loco conferemus. Quod si forte quid occurrit, ut multa occurrere, ubi veterum scriptorum auxilio esse opus, nul lum fugimus laborem neque illis legendis, neque his, quae multa in hisce epistolis graece scriptis, recte vertendis. Quibusquidem in rebus nullius scriptaris nomen, quod in nostris familiarium exaratis scimus desideratum, tacuimus. A primo quidem non ita cogitatum, ut minima quaeque quasi interpretes perspiceret: sed me postea & rei susceptae amor & communis utilitas movit, & pene monuit, ut nihil fere, de quo vel dubitari posset, praetermitterem, praeterquam si ab aliis aliter vel descriptum, vel interpretatum fuisset. Videmus enim nullum esse librum, in quo tam librarij, quam interpretes minus operetur, & studij posuerit: semper tamen excipio Andream Cratandrum, Petrum Vistorium, & Paulum Manurium, qui pro virili parte laborarunt, ut librum nobis haec quam emendatissimum traderent: quod illi, quae sunt illorum diligentia, essent assensit, si plures libros manu scriptos habuissent: sed cum duo tantummodo huicmodi libri qui auctoritatis aliquid habeant, hodie reperantur, alter in Italia apud Petrum ipsum Vistorium, qui Francisci Petrarcae fuisse dicitur: alter in Germania, quem Beatus Rhenanus legit, & Cratander videtur secutus, & hi quoque, ut apparet, dimidiari, &

Leonardi MALESPINE Praefatio.

NON eram necisus, Lector, cum primum induxi animum, ut in his epistolis M. Tullii Ciceronis ad Atticum, vel emendandis vel explicandis elaborarem: quam difficile arduumque negotium, quam etiam invidiosum, calumniaeque subiectum susceperem. Namque, ut omittam, quantum mihi, iam tum animum prospicerem, subeundum esse laborem, in conquirendis undique comparandisque vestigiis libris, quorum illi ingenii inopia praesertim honorum: quantum opere in his it-

corrupti, ex his difficile esset, vel potius plane impossibile ita omnia restituere, ut nihil desiderares. Quare nobis & ea, quae illi in medium protulere, & sicuti consideranda fuerit, & libri, non novi; tum veteres ad unum omnes legendi, & tu re quid laboris tolerem, & intelligere possunt omnes, qui sensu sunt experti, & tu, Lector, legens iudicabis. Mirro nunc, quot libri manui illi quidem, sed male scripti, & pene lacerati nobis vel Venetiis, vel Bononiae, vel alibi fuerint volvendi: quot de conjecturis doctissimorum hominum quasi conjecturas faciendae, quot denique opiniones, & interpretationes ex antiquorum libris describendae. Nihil dico de tempore, quod locis explicandis, quod solvendis, quod notis interpretandis consumpsimus. Taceo quoque leges, plebiscita, senatus-consulta, & Praetorum edicta: quae nobis omnia vel inveniendae, vel certe fuerant explicandae. Illud unum dico paucis, nos pedibus & manibus contendisse, nullum fugisse laborem, nullam rei familiaris, aut temporis habuisse rationem, ut quod opus longe omnium difficillimum propter rerum ignorantem videbatur, nunc per nos quam facillimum, & planissimum exiret: quod si consecuti sumus, tu, Lector, Deo Opt. Max. gratiam habebis, & id boni consules, nosque amabis: sin tace, ut verum, offendimus, tunc erit excusatio nos homines esse, & quod praesare potuimus, ad omnium usum libenter contulisse. Vale. A. Kal. Jan. M. D. XLIII. Regio Lepidi.

no tempore, non modo perlegendis, sed, quod est subdiosum, inter se etiam conferendis consumendum: illud, quantum videri debuit, quam periculosum ac lubricum, in summa lectionum varietate, varietate autem? feditate ac deformitate, vel recta ac prava iudicare, vel depravata corrigere, suamque his, quoad ejus fieri posset, speciem restituere, aut eam certe adumbrare? Tantum scilicet, quantum si modo intelligunt, qui sunt in hac arena aliquando vestigia. Ut est enim dulce, quod dici solet, inext-

peritis

peritis bellum, ita his, qui hoc lectionis genus non attigerunt, idus fortasse videatur ac iocus, ex *Quidam erit, Quid emens: ex Seneca, Suetonius: ex Sic tibi, Syllaba, facere? Tantum ego est, inquit, in unum literae aut scripturae vel mutatione, vel traiectione, vel additione negotii? Sic illi, puto, cum locum emaculatum nacli fuerint. Quibus ego, ne diutius opinione fallarum, vehementer auctor sum, ut locum sibi ipsi aliquem male affectum proponant: suppeditabunt si libri vel D C: in quo periculum faciant sui ingenii. Sentient, profecto sentient, quam sibi inaniter ipsi subblanditi fuerint: quam suam de se ipsi expectationem deceperint, esseque hui negotium intelligent, cum monstretur plus quam Herculeis. Quid? tu igitur, dicat aliquis, haecne tibi sapientiam alicuius praeter ceteros, ut illud profiteri, cuius tu ipem quodammodo reliquis, aut diminuas, aut praedas? Minime ego quidem: nec sane est, cur alicuius: sed hoc volui dicere, opus quod institueremus, oportere multos fore qui hoc nostrum consilium indulturumque reprehenderent.*

Andisse enim me quosdam memoria tenere, in eos graviter somnolantes, qui huius ipsi operi manus admovent: non enim purgari libros, sed iulari: non tolli vitia, ut existimantur, sed alia super aliis cumulari: dum quilibet vel ex suis libris si suppetant, vel ex suo sensu, aliter atque aliter emendat, iam tutum ac certum quod sequamur, nihil relinquunt: ut iam praeter ad Aedinos, atque his etiam vetulioris se referre. Iam vero, quod ad rem ipsam attinet, negotium sane leve esse, & ad eloquentiam summam, nihil aut parum conducens. Quid enim tantum obicit, inquit, utius atque alterius vocis aut sententiae nonnunquam ignorantia, quae tamen nihil minus aliunde, non uno ex loco, sed pluribus si res poscat, abunde tibi potest comparari. Praesentis enim gubernationis esse, quoad ejus fieri poterit, scopolos declinare, nec committere, dum, aut a nimia pertinacia, aut levitate eventus, re idem tenere cursum praesens contendat, vel ad saxum adhaerescat, vel, si illud tamen velutiortex perfrigerit, cursumque sibi aperuerit, serm in portum, quam suis

rationibus expediat, pervehatur: magisque boni erit iactura, tantum victoria consistet. Postremo adhaerit: hoc, eo etiam odiosum, minus ferendum esse, quod hoc malum, omnino fortasse animo commotum, ita brevi, non serperit, sed irruerit atque invasit, ut & novi quotidie emendatores per ambitionem extant, & libri per licentiam deterioris: ut nisi provulsum sit, sane paucis annis, non Ciceronem ac Livium, non Plautum ac Terentium, sed mera infamia audacissimorum hominum sumis habituri.

Hae illi, atque his fortasse plura: quae, cum mihi videantur per delicias potius atque ineptias, occulte tamen invidentiae, sed quae appareat, implicitas, quam vere atque ingenue prolata, detertere me ab hoc conatu non poterunt. Sunt enim quidam sensu sic depravati, ut cum alioque industria habere gratiam debeant, invideant: & quod ipsi praesare non possunt, damnant in aliis: laudemque praudentia atque doctrinae, non tam ipsi frubendo, quam aliorum scripta intedando aucupantur. Qui tamen ipsi (ut animi morbum agnoscat) si quid in eo genere forte excogitaverint, hoc non modo non dissimulant, non compriment, sed quasi illum expugnaverint, ostentant, triumphant: nec minus, quam qui thesaurum invenerint, exultant: ut intelligamus haec eos, non iudicio, cum hinc sibi laudem petant: sed obstrestandi studio culpae. Et me Hercule, si verum dicere volumus, quotquotque est hodie, qui si in locum depravatam, inter legendum incidit, non praetium aegre ferat, in ipso quasi cursu, velut ad metas adhaerendum esse: demde, ne lectionis fructu privetur, semel atque iterum tenet, si quam rationem possit inire explicandi sui, locumque corrigendi? & si id ex sententia occidit, non vehementer laetetur, non modo quia mentem auctoris affectus sit, sed multo etiam magis, quia auctor ipse sibi sententiae illius quodammodo videatur, cui in mentem venire poterit, quod & illi ipsi? Natura comparatum est hoc, & ut cognoscendi cupiditas, nobis penitus insitum. An vero naturi opus esse negemus, ad quod aequae omnes desiderio dicitur fateamur? Ego animum inducere sustinebitur, ut melles improbemus illas, quarum sementem

in

in nobis ab ipsa fieri sentiamus? Nimirum pravitatis hujus fons atque origo, livor est. Nam de his, qui lentius infirmitate atque imbecillitate delinquant, nihil plane dicimus: qui quantum minus sunt celsi, quam qui malevolentia concitantur (levior enim offensio est ejus, qui per imprudentiam, naturaque virtus, quam qui sciens ac prudens, in fraudem incidit) tamen emendari vix possunt. His ergo missos facio: cum his mihi negotium est, qui peccant delecta opera, & fortasse etiam deliciarum causa: quibus tamen respondere superficulis, rarus, doctis & iudicio praeditis hominibus, satis jam factum est: nisi veterer, ne, si ipsi tacitum ferant, non tam noluisse nos, quam non potuisse respondere, praedict. Et simul iis consultum esse volumus, qui longius videre non queant. Ergo, quid illi criminantur? Contaminari libros, non purgari? In quo eos iustissimam habere causam fateamur, si quemadmodum sibi suo quodammodo iure ipsi sumunt, ita esset. Nunc, quis est adeo verum imperitus, quis ita peregrinatur a literis, quia sciat, quae Cicero ad Atticum epistolam volumina, (nam de ceteris eius scriptis atque etiam aliorum sileo) haec vero quis ignorat ante annos quadraginta, perpaucorum hominum in manibus fuisse? Quid ita? Atque nonnulli, quod enigmatis de industria obcurata, nulla vi ingenii possint intelligi. Non negamus esse quaedam illiusmodi: sed ea tantum esse dicimus, ut a reliquorum lectione accere homines non debuerint. Vulpes quibus confixa erant calamitas, hanc culpam verus sustinebat: quae cum essent innumerabilia, sem in eam opinionem adducebant, ut quidquid minus perciperetur, id aenigma putaretur: cum plerumque peccata essent, tum librariorum, dum minus quam oportet, officio suo intenti essent, tum fortune conspiciam culpa, contracta: qua haec, praeter cetera scripta Cicerois, mutilata ac repudiata scriptura: quae proposita declinet, quae collimet, vel mediciter eruditi facile sentiant. Proximus enim, si bona est, animus acquiescit, arripit, certe melius desiderat. Quare de hac re ita sentio: ei que doctorum hominum iudicio probetur, sine illa ex scriptis vestigiis, quae & tutor est, sive, ubi

delit, cum instrumentum nobis illud restituerunt, quo haud scio an aliud inventiri possit manus, sive quis pure, apte, copioseque dicere, sive prudenter velit. Nam mea illa semper opinio fuit: cum dicendum ratio, tum verbis, huius vel singulis vel conjunctis, tum rebus ipsa constet: neque res hic deesse, cum memoria auctorum circiter triginta (ut omittam alias utilitates) his colligata libris sit: & verborum in omni genere dicendi, sed in sortuito ac familiari sermone, ingentem hinc vis, & copia suppetat. At possis edem ex alijs ejusdem libris, ne sit tantum boni temporis consumendum. Quid si illi indidem corrupti sint? Quid si in his singularia quaedam sint, quae alibi non reperias? Nimirum putida est haec & odiosa sedulitas. Illa propemodum non injusta, quae modum in his querit, & licentiam cohibet, novarumque lectionum cupiditatem; qua factum sit, ut legentium sepe sententia fluctet, certique nihil habeat.

Nos tamen sic statuimus, cum duae sint emendandi rationes, una que in veterum librorum integra scriptura, altera que in conjectura suspitioneque seratur: illam quidem ratam esse, sed quae optarique occurrere, ac se ostendere. Quod ita esse, eos intelligere certo scio, quibus studium fuit, haec, vel primoribus digitis attingere. Haec ergo felicitas, cum perraro contingeret, hanc sibi veniam docti postulaverunt, ut altera liceret uti, quae in conjectura sita est: quam qui otuam praesens exhibent, & quasi majestatis damnata, acuta ignique interdicitur, si mihi male ratione facere videntur, nec satis quid in quaere re sit, posse dispicere. Ego contra nullam rejectio: sepe enim ad veritatem ducit: sed non omnibus locum do. Cum enim concludere ratio multiplex sit, ex mutatione, traiectione, additione, mutatione literarum: ex sententia atque historia, peritus damnata ac repudiata scriptura: quae proposita declinet, quae collimet, vel mediciter eruditi facile sentiant. Proximus enim, si bona est, animus acquiescit, arripit, certe melius desiderat. Quare de hac re ita sentio: ei que doctorum hominum iudicio probetur, sine illa ex scriptis vestigiis, quae & tutor est, sive, ubi

vel

vel delit, vel certe non extent vestigia, ex historia, atque ex ingenio facta sit: dum ne verbis inferendis, corrosa mutilataque iocum rimas expleat, locum esse in seris verborum, vel iustis E- quitibus in quatuordecim ordinibus, dandum. Quod quidem haecenus factum esse, vel ex uno atque altero harum epistoliarum libro, sevensis in locis facile possim ostendere: in quibus aliter atque in manuscriptis legitur, impressum est, & communi quasi iudicio admissum. Si quidem non esse omnia in consensu exemplarium, iudicioque aliquid dari, illud argumento est, quod non raro unius auctoritas multis proponitur. Cui vero animus vix, aut ne vix quidem assentitur, ne ei quidem conjectura, theatri aditu prorsus interducendum puto, dum ne eadem sede dignetur. Nam neque aliarum luminibus obstruit, in imo jacens, & saepe ascensus, quamvis per incisos maleque haerentes scalarum gradus, fortibus parat. Huius ergo modi conjecturae, seu mavis suspiciones ac divinationes, (sic enim appello eas, quae proffas a scriptura discedunt, citiusque sententia, quam scripto nituntur) in medio relictas, quid tantum officiant, non video, etiam si varix inter se, dissidentique sint. Nam & in locis deavatis adhiberi solent, ut damnum jam nihil fiat: & ad veritatem aliquando perducunt, atque adeo perduxerunt, aut etiam ipse verus sunt.

Sed neque illud obest, plurimos hodie hinc operi manus admovisse. Si enim ubi complures duntaxat iaculantur, ibi accidit aliquando, ut aliquis signum feriat: cur non hic etiam uti venire credamus, ut hoc, quod multi petant, quoque nervos ingenii sui contentant, aliquis assequatur? Vidi ego nonnullos, qui, quae alii pro derelicto haberint, ipsi, ut postea ex vestigio aliquo exemplari cognitum est, sanaverint & illustraverint. Quo in genere, solertissimum cognovi Gabrielem Faernum, amicum meum; cuius ergo, paulo ante extingui, aut potius ad meliorem vitam (ea innocens fuit) traditum, desiderium ferre vix possum. Hoc scripti ab eo libri in Tevontium, Plautum, Livium, ipsam denique Ciceroem, restantur, si foras dati fuissent. Sed eos audio, apud studiosissimum bonarum ar-

tium adolescentem sumique & clarissimum Cardinalem Carolum Borromaeum eo consilio servari, ut commodius edantur. Hic tamen licet peripateticus fuerit, ad Octavianum Panagarchi gloriam in hoc, sicut nec ceteris in rebus ac disciplinis, non percutit. Hunc enim unum ex omnibus, in omni iudicio poltissimum & elegantissimum, sapere mirari soleo: quem qui Varroem seculi huius appellant, nec illi mihi vixi sunt, quid maxime deceat intelligere. Sed, ut in pauca conferam, non est eorum hominum industria contentioque infringenda: quo nocere nihil possit, juvare possit. Eorum tamen, si qui sunt, quos equidem nescio, licentia ferenda non est, qui ut uni sapere, & sui aliquid afferre videantur, recta etiam depravant: sed sentio tamen etiam atque etiam videndum, quae illi prava, quaeve recta vocari veint.

Nos quidem non pauca in his ipsis epistolis deprehendimus, speciem quidem praefere naturalis partus, sed adulterina esse, & subditiua. Deprehendimus autem hoc modo. Cum enim ita statuerim, nihil ab hoc prudentissimo, omnibusque & doctrinae & naturae praedictis munito ad dicendum magistro, nisi perfectum, atque omnibus numeris absolutum signi posse: sive ei meditata & elaborata, sive subita & sortita oratione utendum esset: si quid in ea invenitur nonnuncquam, non dicam parum latinum, aut secum ipsum vel quem veritate pugnant, (nam id quidem piaculum, nedum stultum esset cogitare) sed involutum, inane, rejunum, frigidum, subsalsum: illud sine controversia, mendo non carere: nec satis illud esse sententiam habere aliquam, cum optima ab eo possueter. Ergo in hoc casu, si quis locus id genus in dubium vocet, quod nos quandoque fecimus: si recta depravare existimandum non est: quin illi gratia habenda, ut bene merito: cum recta, sua se vi & veritate meantur ac defendant, prava, nisi appellentur, corrigi non possunt. Omnino perfectum mihi est, antiquorum libros, eorum carere non posse. Nam si M. i. ple. Tullius, se vivente, & prope diximus, spestant, queritur suos libros, scriptorum negligentia corrupti: quid nobis de his et sentendum, post mille sexcentos

nos prope annos, jam inde ab eo tempore, tot hominum manibus exscriptis; quibus, ad negligentiam, lingue etiam imperitia accedebat? Equidem mirarer magis, portentique simile docerem, si integri ad nos linguæ peruenissent. Atque hæc calamitas, cum ad omnium vererum scripta, tum hæc Cæcilianæ ad Africanum pertinuit, quæ malo quodam fati pessime accepta fuerunt, atque ita toto corpore desolata, ut cum nihil his candidius, purius, callidius cogitari fas esset, jam miserius, perditius, foedius inveniri nil posset. Quo minus fraudi mihi esse deberit, sicuti videbor, quod multis annis ratum alii habuerunt, illud ipse quasi rescindere. Rationum momenta attendenda erunt, non illorum præcepta opinio, qui, misera quadam & importuna religione impediti, dum scripturam defendunt in eaque omnia ponunt, fatua quodam nonnunquam, & a vera sententia discrepantia comminiscuntur.

Ergo ut ad te aliquando me referam, Lector prudenter, tute ipse cum animo tuo reputes licet quam illi inique faciunt, quomodo de hominum genere male mereantur, qui hanc ipsam emendandam aut certe non laudent: nunc mea mihi apud te causa agenda est contra eos, qui cum rem studiorum non reputant, me tamen, qui jam inde ab adolescentia in cænobio degam, eamque vitæ rationem secutus sum, quæ in dicendi exercitatione tantum operæ ponat, quantum sibi ad honestissimum artium perceptionem, sensumque nostrorum explicationem, satis esse videntur: reliquos suos conatus & studia, ad serarum scripturarum intelligentiam vel referat, vel referre debeat: ac nunc omnia, in his facultatibus tractandis explicandisque consumere, quæ Christianæ religionis nihil habeant, haud sane prohibent. Nam quod hæc quidam nostra contempnunt, ante quam legant, aut ne legant quidem, ut hominis eorum numero hominum, quibus illi fortasse disputandi facultatem scholastico more instituerent concedant, ornate dicendi auerant: subtilitatum classis ejusdem tribuant, oratorum poetarum gustum adimant: non valde me perturbat.

Equidem sic statuo, quod & ipsi, nisi nos spiritus ac truncos esse velint, fateantur necesse est, nostris ingenium nec desse, nec desuisse unquam, in sui ordinis infinita studiorum, magna atque præclara, si in his minores appareat, ignoscendum esse: dicendi gloria delectatis, non esse auctoritatem abrogandam: nec ex aliquorum infantia, de omnibus iudicium faciendum. Sane e familia nostra, ut de reliquis taceam, in suo quibusque studio nobilissimis, unum atque alterum possum asserere, ne plures dicam, cum quibusvis ætatis hujus eloquentissimis hominibus conferendos: qui si huc se recesserint, nihil esset, cur si nostrum genus tantopere fastidirent: sed alius illi inreuerit, majora divinioreque spectant, quæ neque nos unquam negleximus, idque nos aliquando declaratos speramus: sed alia quadam ratio, non iniqua quidem, alio nos tradidit: quam si tibi probare velim, candide Lector, ut honoris mei causa sane cupio, vetustior mihi memoria repetenda est. Namque ab hinc annos paulo plus duodecim, cum optimum & clarissimum virum Nicolaum Rodulphum Cardinalem patronum meum, deus & ornamentum ordinis illius, Balneariam secutus essem: quo se ille quotannis, prolatis rebus conferebat: non modo, ut æstivos colores Romanæ urbis declinaret (est enim locus ille umbratosus & salubris, flouenteque & pelidas habet aquas, atque eas uberrimas, illius operam, in latissimum vivarium primum excavo monte, inde in oppidum, atque adeo ipsas deducas: ut alius, venustus, suavis esse nihil possit) sed etiam, ut aliquando sibi ab arbitris & quotidiana interpretatione remoto, liceret vivere: cumque ibi pomeridianis horis, cum se jam calor patulum fregisset, hoc ipsum epistolarum volumina strictim attingeremus, egoque ut sunt hominum sensus dispariles, ab iis, qui insigne aliquid in eas ingenii sui monumentum reliquissent. (omnes enim habebamus) alicubi dissentire: & ne hoc uno studio tantum delectatus viderer, periculum aliquando ipse facerem, num loca ab eis vel neglecta, & quasi percipi non possent, deposita & desperata, vel emendata quidem, sed non ita, ut sibi ipsi satisfaceret, ipse aperire, in melioremque

formam, vel exemplarium, quæ tum pauca habebamus, auxilio, vel ingenti vi, cuiusmodi in me esset, restituere possem: atque ea essent non pauca: placuit eidem patri meo, ut literis consignarem: Itaque toto illi calorum tempore, quinque libros confeci. Sed heu, mens hominum, heu venturi necesse fati cum radicessem in urbem, ecce fulmen: Paulus Farnesius Pontifex Maximus, quem propter immortalia in omne hominum genus beneficia, æquum erat, nostrisque rationibus condecabat, esse immortalem: sed is tamen cum suum diem obiisset, extremumque vitæ spiritum edidisset, haud ita post, & patrono ipsi meo, dum Patrum Senatus ad novi Pontificis creationem convocatus esset, resque, ut sæpe accidit, longius deferretur: repentina quadam vis morbi, in optima spe altissimi gradus civitatis, vitæ finem attulit, & studia illa nostra restinxit. Quapropter annos aliquot, literam eo in genere nullam fecimus. Nam, etsi in his indormire non plane soleo, aramen hominis illius nutu & significatio, quantum mihi facem admovebat: Tantam scilicet quantum deducit admovebat eum, de cuius egregia erga me voluntate, certa sæpe pigiora cepissem: quante literatos homines, & insigni aliqua arte ornatos, quos ille domi, non inani quadam specie, aurare populari, quas plerisque duci non ignoramus, sed veritatis virtutisque amore incensus, complures haberet, summisque honoribus ac præmiis afficeret: ipse, cum liceret per Republicam, nullam pene horam amittere, de rebus studiis, cum iis vel loquendi vel meditando. Fuit omnino vir ille, cui passim omnes testimonium moderati, & ad honestum otium nati animi, sine controversia darent: fortis etiam & prudens, qui eo familiarius uterentur: quo id minus testari orbis terrarum posset, quidam hominum fraudem & perfidiam (nam reliqua satis proluxa videbantur) accusant: nos fata tantummodo, aut potius inscrutabilem summi numinis voluntatem, causam fuisse iudicamus. Etsi hic forsitan locus, casum hominis vitæque deplorandi, nisi tanto intervallo vetendum esset, ne non modo importuni, sed etiam inæpti videremur. Quare, absit ille optimis omnibus, nos ad institutum

sermone revertamur. Hanc dicimus celsissimi nobis causam, complures annos fuisse: quoad iusta doctissimi & gravissimi viri Marcelli Cervini tum Cardinalis, in cursum revocati sumus. Jamque opus ad finem pene perduxeramus, cum ille Pontificatum cepit. Sed, ante creatus est e vita, quam quid esset agnosceret, ut ita dicam, posset. Ergo ut hæc rursus abdicarem ac damnam, cum acerbium hominis fatum, tum confecta nostra tempora, quibus usque adeo vexati fuimus, vix ut consistere poterimus, effecerunt.

Verum, quo hæc nostra tam longa spectat oratio? ut si quis forte in persona hominis sacerdotis, studium huiusmodi, quod quidam profanum solent appellare, reprehendat, hinc nos duos præstantissimos sacrorum, religionis, ceremoniarumque antistites, quorum de sententia & auctoritate rem suscipimus, opponeremus: quibus omnino impium fuit hominibus fatisissimis non obtemperare & obsequi. Quamquam, si hoc quidem vitio datur, crispitatur & sacerdotum manibus vel Aristoteles ipse, abicitur vel Plato: quorum necesse, omnium bonorum sententia, nec scriptor gravior aut religiosior: nec civis integrior, aut honestatior, temperantior, iustitior, constantiorque tenentior. Divum certe Augustinum, Christianæ Reip. columnam, insignique doctrinæ & pietatis præditum, non puduit fateri, & literarum quoque monumentis testatum relinquere, se, viri huius sectio, principio mentem avertere a mundo, & ad Deum erigere subsollere cepisse. Sed quid ago? Quasi non hæc in civisculpari soleant, qui posthabita cura sacratissimorum librorum, in his versentur tantummodo & acquiescant. Quod equidem ego pro vitæ meæ ratione, ne mihi posset obici, etiam atque etiam cavi. Nam ne tum quidem, cum hinc uni rei maxime studerem, diem ut præteriret commisi, sine linea: quæ idem mihi dies finem pene attulit eorum studiorum, qui & viris illis vitæ. Itaque iacuerunt hæc dein in tenebris, & iacuerunt adhuc, (neque enim ego ea multum amabam) nisi amicorum, quos complures habeo eruditissimos, non modo vocibus, sed quodammodo etiam conviciis, in aspectum lucenque evocata fuissent.

& quasi ab Ore excitata. Quia in re (sacredum est enim) plurimum apud me valuit, eximia spe, summaque virtutis adolecentis Alphonius Cardinalis Carata: quem ego cum ad reliqua studia praclarissima, tum ad dicendi gloriam ita incitatum vidi; ita magnum progressus jam fecisse, ut aliis disciplinis avitum nomen aquaturus esse videatur, dicendi laude etiam superaretur. Et haec apud me, eo etiam plus esse illius auctoritas debuit, quod tota natio familiae nostrae, in eius fide jamdudum clientelaque sit: ut suo etiam iure quodammodo, ut patronus imperare poterit. In ergo auctores mihi fuerunt, ut haec emitteremus: quibus haberi gratum volumus, si hoc industria nostra affecit sumus, ut ex parte aliqua, studia juventutis intraverimus: sin minus, ignosci tamen facilitati meae, qui officio monitus, illorum obsequi voluntati maluerim, quam existimationi meae. Me tamen res una illa consolatur, quod multis saepe argumentis didici, paria in his momenta & integritatis animi, & iudicii reperiri: ut nec aliter ac sentiant loqui, nec sentire nisi egregie ac sapienter poterint. At, prope est, dicat aliquis, ut eam tibi laudem tribuas, quam nescio an quisquam nemini: ut nihil offenderis, nihil titubaveris. Nequaquam vero: neque enim usque adeo insavis: sed fateor me, ut non psuca recte excogitare, ita non raro etiam, ut ferri hominum natura, in faxum ut dicitur impingere, & existimatione falli potuisse: sed tamen illa ipsa, quae recte dici viderentur, viros illos in eam mentem induxisse, ut me ad editionem hortarentur.

Statis iam mihi videor, causam tibi meam probasse, Lector candidè, adversus eos, qui in mea persona, haec studia non ferant: restat ut fidem moreque meos probem. Sunt enim qui emendatores in hanc calumniam vocent, ut eos dicant, hanc saluberrimam fidem faciant, falso nonnunquam vetusta exemplaria laudare, contentos consule atque permixte dicere. Quidam libri sic, aut sic habent. Nos ergo cum eam fugeremus, nunquam aut petraro hoc modo nostra confirmamus: & tamen si quando accidit, unum aut plura ex his intelligi volumus, quae nominatim appellavimus. Undecim vero ha-

buius, ex quibus quinque cum vulgata Manutii atque etiam Velsoti editione, diligentissime conferentes, a carceribus, ut dici solet, ad calcem usque peregrinamus: nempe Faerni duos: quorum unum, Romanum exemplar appellare soleo, quod sub id tempus Roma impressum fuerit, quo haec typis excudendi ars, divinitus est inventa: alterum Faerni plus nomine, valde probum & antiquum: quos ambos apud eos esse artitor, qui librorum ipsius fuerunt heredes. Guidonis Lolgii item duos: unum manu Poggii Florentini (ita enim in fine libri legitur) descriptum, ab editione Velsoti, sive Graeca sive Latina spectes, non magnopere diversum: alterum recentiorum, quem librum Lolgii ubique, ut illum Poggii voco, quos qui volent (sa est hominis humanitas) arbitrato suo poterit inspicere. Quintum et Bibliotheca Dominici Grimani Cardinalis accepti quam vir ille clarus & magnus, in nostris adibus Antonianis Venetis exadificavit, omniumque librorum copia & varietate intulit atque ornavit: quae nemini clausa est, invitere volent. Hos ergo quinque in potestate habui, totosque cum totis syllabarum fastidiisque contuli: reliquos sex, quod nihil meliores compeiebam, prout res tulit, consuli potius aliquando, quam legi: in quibus tres fuerunt doctissimi viri Bernardini Massi Cardinalis, quos penes heredes reperire licet: unus Cardinalis mei, qui post obitum illius, cum reliqua optimorum librorum bibliotheca, in manus venit clarissimi Imperatoris & fortissimi hominis Petri Strozzi, non minus latinis graecisque literis, quam animi magnitudine, quae ceteros superavit, praecellentis: quam omnem bibliothecam, audio Philippum filium, cum reliqua cum pecuniarum, tum virtutum paternarum hereditate crevisse. Reliqui duo libri, alter apud Odavianum Panagathum erat, cujus ille mihi copiam, quotiescunque volui, ultra fecit: quem tamen aebat fuisse, eruditissimi viri, & innocentissimi Episcopi, Antonii Augullini: de quo vere hoc tempore affirmare possumus, quod suo de Q. Scavola dixisse Crassum, M. Tullius scribit: esse illum Jurisperitorum eloquentissimum, & Eloquentium jurisperitissimum: alter

in nostris adibus Divi Servatoris Bononiae, in locuplete & ornatissima Bibliotheca: quem ego ea praeterea, aliquot in locis, ut sit, nullo ordine attingi. His ergo omnibus usum sum: quos ego, quorum in manu essent significare volui, ut, si cui fides nostra in suspitionem veniret, is haberet unde eam posset deponere. Nec certe ut a culpa conscientia absumus, ita omni suspitione mendacii carere volumus.

Emendationum vero & suspitionum inscriptimus: ne eodem loco videretur habere & quae ex ingenio, & quae ex veteris libris restituta sunt. Nam cum sciam, scriptum, imaginem esse scriptoris voluntatis, haec atque illa, in aqua lance non ponit: sed correctiones & coniecturas, his divinationibus praefero, quas nobis ipsi formamus: si & Cicerone dignae illae sint, nec historice sententiae repugnent. Ita enim iudicium sequi malo. Siquidem ob ealem causas, unus libri auctoritatem, multorum saepe confessione, potiorum antiquioreque ducimus. Et tamen ubique fere assensionem suslinemus: nostrarumque omnium existimationem, doctorum hominum iudicium esse volumus. Unde factum est etiam, ut cum his nostris vigiliis, e-pistolas ipsas, de integro ne excudendas curarimus: sed postremam editionem Manutii, epistolarumque sectionem omnem fecit pene finis: sed lectores tantummodo, si quid aliquando vel aliter scriptum in meis exemplaribus inveniretur, vel melius a nobis excogitatum videretur. Nam si unquam purgata esset, vitioque nihil haberet, inanis & ridiculus fuisset conatus hic noster. Nunc vero, non paucis adhuc mendis inquinatam accepimus: atque ita dimittimus, ut campis aliis quoque relictus sit (vellem eripiam) ubi ingenium industriamque suam atque vires exercent. Nobiscum preclara actum videbitur, si possumus dicere, ut quando omnem non valuerim, aliqua ex parte meliorem reddiderimus. Qua quidem in re, saepe mihi Odavianus Panagathus, oraculum, ut sic dicam, meum, subsidio fuit: saepe Donatus Jannochius, ad quem, dum Nicolaus Rodolphus vitam ac spiritum duxit, nosque una sumus, si quid deliberationis egeret, referebam: hominem acri certoque iudicio: quod testa-

tum esse volui ad memoriam sempiternam. Studiosos autem bonarum artium oratos velim, ut se nobis benignos recipiant: ut si nobis benignos recipiant: ut si non pauca commode discisse videbitur, ne quod non potius reprehendant: & si qua in re, ut ne cesset illi, offendimus, id tanti ne sit, ut illa etiam quae forsitan tantum laudanda, obiceret & obruat. Sane quidam hodie iniquissime faciunt, qui in alieni laboribus, vitia acutissime vident: & magna voce perurgunt: ad recta conveiant: ac perpetuo silentio involvant: tantum lux laetudinis demptum existimant, quantum ce-dant alieni. Illud admonendum videtur, nos officium quidem correctoris, sed si ubi quid mihi aut mei similibus dilectum minus est visum, vel ab aliis omissum: (neque enim actum agere volebamus) vel aliter ac mihi videretur explanatum, etiam expositio exsecutus esse. Argumenta in libros singulos earum rerum, quae historiam tantum illorum temporum, non etiam res privatas domesticasque continent, collectimus: et moniti in primis, Cornelii Nepotis verbis, quae sunt in vita Arrii, de eo sic scripta. *Quoniam cum praecipue dilecti Ciceri, ut ne sciret quidem ei Quirinus carior fuerit, aut familiarior. Et ut sui indicio, praeter eos libros in quibus de eo fecit maximum, qui in vulgus sunt editi, sexdecim volumina epistolarum, ab Consulatu ejus usque ad extremum tempus, ad Atticum misit. Quo quae legat, non multum desierit histoniam contextam eorum temporum. Sic enim omnia de studiis principum, vitis auctum, ac mutatoribus Reipublicae perscripta sunt, ut nihil in his non apparet, & facile existimari possit, prudentiam qualem modo esse divinationem. Non enim Ciceri ea salum quae vivo se acciderunt, futura praedixit, sed etiam, quae avas esse viderent, ceceit ut videret. Hac ille, quae huc eo libentius transiit, ut ad honestum sed bonum librorum, animatum vehementer. Sic Lectore, unde intelligas res non modo eloquentiam, Latinique sermonis puritatem, sed prudentiam quoque & sapientiam posse referre. Atque hic mihi modus finis-que sit praefationis meae.*

Anno MDLXIII.

Simeo BOSIUS Lectori.

U S US sum in his epistolis emendandis tribus exemplaribus manuscriptis; quorum duo antiquissima erant & optima, Tornæsanum, ex cuius fide plerique integritati suæ restituit Lambinus; quæ erant antea valde depravata: & De curtatum, quod ipse ante annos quindécim a gregario quodam milite cum aliis aliquot libris calamo exaratis comparavi, ex bibliotheca cuiusdam sacre direptione, tamquam et periculosissimo naufragio, servatum. Id autem plurimis in locis emendatius scriptum reperit quam Tornæsanum. Quanquam erant in eo multa lacera, deorsaque alicubi integræ pagine, totique ultimi duo libri. Quæ de causa codicem cum Scidas, nec De curtatum appellare soleo. Tertium mihi præbuit ornatissimus doctissimisque vir Erricus Memmius, secretarius consilii Regii consiliarius, qui cum a clarissimo viro J. Hurlo Bootalerio utendum acceperat, ut ejus mihi copiam faceret: quo libro usum etiam Lambinum video. Sed is, ut non tam vetus erat, quam superiores illi duo,

Joannes Georgius GREVIUS Lectori.

H ABES hic sexdecim Ciceronis ad Atticum epistoliarum volumina, quæ partim per ditatam temporum, partim per fatorem indignum illum bibliopolum, Dasielium Elsevirium, qui illorum editionem suis typis procurandam susceperat, nobis eripentium acerbiter, diutius aliorum spe, nostrisque votis inter operacum manus fuerunt iactata. Quam rationem in his edendis secutus fuerim, declaravi dudum in proemio, quod præfixum est illis, quæ dicuntur ad Familias scriptæ. Ipsum Ciceronis contextum maxime compositi ad Petri Victorii, cui Cicerio præceteris salubrem debet, editionem postremam, quæ Florentiæ proditit apud Juntas M. D. LXXI. Hanc, cum rarissima sit, & a paucis in his terris visa, necum communicavit magnum illud non Errarii solus, sed Europæ decus, omnium eruditorum amor ac delicia, Antonius

Magliabechius, cujus bene de omni doctrina, & quicunque dignitati ejus tuenda servient, merendi studium ut nunquam fatiscit, sic nec laus ejus, omnium ore celebrata, sed omni præconio major, unquam conticecet. Post Victorium, Ciceronis & multorum aliorum præstantium scriptorum Esculapium unicum, quamvis multi, iique primarii in republica literaria viri, Paulus Manutius, Sebastianus Corradus, Leonardus Malaspina, Dionysius Lambinus, Fulvius Ursinus, in istis epistolis integritati restituendis, adhibitis omnibus ingenii, doctrina, industriaque præsidis, elaborarunt; nemo tamen plus opis ad præclaram hanc rem contulit, & plura dilucidavit obscurissima loca, quam Simeo Bosius Lemovicum prætor eruditissimus, usus tribus optimis codicibus vetustis. Ingenio is erat acuto,

De ordine epistoliarum, quæ his libris continentur, hoc semel dictum volo: quicumque eas primum digessit, ut hodie leguntur, eum non servasse temporum rationem quo scriptæ fuerunt. Verum quia non alio ordine extant in libris antiquis, quam in vulgatis, hanc errorem potius ferendum duxi, quam ex opinione quicquam mutantium.

Magliabechius, cujus bene de omni doctrina, & quicunque dignitati ejus tuenda servient, merendi studium ut nunquam fatiscit, sic nec laus ejus, omnium ore celebrata, sed omni præconio major, unquam conticecet. Post Victorium, Ciceronis & multorum aliorum præstantium scriptorum Esculapium unicum, quamvis multi, iique primarii in republica literaria viri, Paulus Manutius, Sebastianus Corradus, Leonardus Malaspina, Dionysius Lambinus, Fulvius Ursinus, in istis epistolis integritati restituendis, adhibitis omnibus ingenii, doctrina, industriaque præsidis, elaborarunt; nemo tamen plus opis ad præclaram hanc rem contulit, & plura dilucidavit obscurissima loca, quam Simeo Bosius Lemovicum prætor eruditissimus, usus tribus optimis codicibus vetustis. Ingenio is erat acuto,

sed

sed nimis ingenio suo favebat & indulgerant, coacta manuissione, de gentis populi, de matrum testamentis ante Sc. Orphitiamum: de legibus viaria & alimentaria Curionis: de prædicatoribus: de Hæroclæ Ciceronis: de Varronis $\pi\epsilon\tau\alpha\gamma$: & alia, ut ex ejus literis proditit Gærio in Emendationibus. Sed hæc frustra optatum. In libri primi prioribus septemdecim epistolis videri non paucas annotationes magni Iliaci Casabonii, nunquam antehac in publica vîsa. Mompeli cum literas politiores promitteret, publice interpretatus est epistolas ad Atticum. Acroasies hæc in paucas illas, quas dixi, meæ fidei per Cl. V. Jacobum Gronovium commisit non multis ante bestum suum decessum mensibus filius patrem tanto dignissimus, merique, cum superseslet, studiosissimus, Merique Casabonius. Ex his delibavi, quæ cæterorum interpretum studium & solertiam figerant. Quod si in alios libros incomparabilis viri notas nobis non invideret fortuna, magna lux, magnum ornamentum accessisset huic editioni. Nam quæ fuerit capitalis illius ingeni excellens, quæ doctissimæ latissime diffuse varietas & copia, nemo ignorat nisi hospes in literis, nemo negat nisi livore perditus: quod vero fuerit ejus in his epistolis evolendis studium, mihi fidem fecit editio Bosiana, quam detruverat, & cujus margines impleverat, quæ in his scita dignas observarat, annotatione. Eius copiam mihi fecit vir itidem eximius, & $\pi\epsilon\tau\alpha\gamma$ E. Bernhardus, Mathematicus Oxoniæ Professor celeberrimus, probitate, doctrina, multique aliis dotibus mihi, & qui eum norunt, (quis autem spatium humanum eum non notit?) certissimus. Ex hoc quoque libro invenies subinde notatum istarum operum instructum esse. Bernardi liberalitati deo præter hæc editionem Lambini omnium Ciceronis operum Argentoratensem, quam cum veteri codice commisit & $\pi\epsilon\tau\alpha\gamma$ Petri Pithæi, quid dicam de symbolis pulcherrimis, quæ ad harum epistularum apparatus conatit summus ille doctor meus, Joannes Fredericus Gronovius & $\pi\epsilon\tau\alpha\gamma$ Adolefcentibus interiorum literarum cupidis epistolas hæc explicat domi, multaque in illis, quæ erat sagacitate & ingenii perpicacia videt, aliis aut inventa, aut male visa. Ea ne desideres benignitati filii,

sed nimis ingenio suo favebat & indulgerant, coacta manuissione, de gentis populi, de matrum testamentis ante Sc. Orphitiamum: de legibus viaria & alimentaria Curionis: de prædicatoribus: de Hæroclæ Ciceronis: de Varronis $\pi\epsilon\tau\alpha\gamma$: & alia, ut ex ejus literis proditit Gærio in Emendationibus. Sed hæc frustra optatum. In libri primi prioribus septemdecim epistolis videri non paucas annotationes magni Iliaci Casabonii, nunquam antehac in publica vîsa. Mompeli cum literas politiores promitteret, publice interpretatus est epistolas ad Atticum. Acroasies hæc in paucas illas, quas dixi, meæ fidei per Cl. V. Jacobum Gronovium commisit non multis ante bestum suum decessum mensibus filius patrem tanto dignissimus, merique, cum superseslet, studiosissimus, Merique Casabonius. Ex his delibavi, quæ cæterorum interpretum studium & solertiam figerant. Quod si in alios libros incomparabilis viri notas nobis non invideret fortuna, magna lux, magnum ornamentum accessisset huic editioni. Nam quæ fuerit capitalis illius ingeni excellens, quæ doctissimæ latissime diffuse varietas & copia, nemo ignorat nisi hospes in literis, nemo negat nisi livore perditus: quod vero fuerit ejus in his epistolis evolendis studium, mihi fidem fecit editio Bosiana, quam detruverat, & cujus margines impleverat, quæ in his scita dignas observarat, annotatione. Eius copiam mihi fecit vir itidem eximius, & $\pi\epsilon\tau\alpha\gamma$ E. Bernhardus, Mathematicus Oxoniæ Professor celeberrimus, probitate, doctrina, multique aliis dotibus mihi, & qui eum norunt, (quis autem spatium humanum eum non notit?) certissimus. Ex hoc quoque libro invenies subinde notatum istarum operum instructum esse. Bernardi liberalitati deo præter hæc editionem Lambini omnium Ciceronis operum Argentoratensem, quam cum veteri codice commisit & $\pi\epsilon\tau\alpha\gamma$ Petri Pithæi, quid dicam de symbolis pulcherrimis, quæ ad harum epistularum apparatus conatit summus ille doctor meus, Joannes Fredericus Gronovius & $\pi\epsilon\tau\alpha\gamma$ Adolefcentibus interiorum literarum cupidis epistolas hæc explicat domi, multaque in illis, quæ erat sagacitate & ingenii perpicacia videt, aliis aut inventa, aut male visa. Ea ne desideres benignitati filii,

34 nis S. C. factum esset, ut ante certam diem Caesar exercitum dimitteret: si non faceret, eum adversus Remp. facturum videri: eique S. C. M. Antonius, Q. Calpurnius Tribunus plebis intercessissent: id intercessionem relatum, acerbissimeque decretum fuisset: illi, urbe cedentes, ad Caesarem, se, qui tum erat Ravennae, confluxissent: Caesar, ite maxime auctoribus, traiecit Rubiconem, Ariminum, quod erat extra provinciam Illisiam, cum venisset, tantus pavor repente urbem invasit, ut passim fuga turpissima facta sit. Continentem autem Epistola priores, & prima usque ad decimam, quae incipit: *Sulcio consilium cepi*, habitationem, sollicitudinemque Ciceronis animi, quomam modo cum Caesare Pompeique se gereret, cum utriusque esset amicus, & illum utrique suis annumeraret; posteriores usque ad finem libri, cum multa alia, tum querelam de Pompejo: tum sine ratione gesta esse omniam ab illo atque gerit: accusationem Caesaris impudentiam, legationem L. Caesaris ad Pompejum & Consulibus, C. Caesaris nomine; & quae illi ad haec responderint. Reliqua privata sunt. Scriptae porro sunt illae, L. Paulo, C. Marcello Coss. Illud etiam sciendum, ab hisse Ciceronem autem & menses circiter octo. Praefatus est enim in provinciam inire Maio, Ser. Sulpicio & M. Marcello Coss. in eaque & in itinere L. Pauli & C. Marcelli consulti consumpto, ad urbem fuit prid. Non. Jan. Consulatum L. Lentulo & C. Marcello inuentibus.

LIBER VIII.

Scriptae sunt libri huius epistolae, Consulibus item L. Cornelio Lentulo, & C. Claudio Marcello; continentque historiam dierum XVI, Pompeji videlicet, Pompejanorumque trepidationem: curam in delectu habendo: gesta a Caesare in Piceno, & in Pelignis ad Cornium; Domitii Domitianiisque destinationem: sollicitudinem Ciceronis, aut potius aestum, Articum consulens, si Pompejus Italia excedat, quid sibi faciendum sit, navigandumne cum illo, an in suis praediis manendum: & multa in utraque partem disputantis.

LIBER IX.

Continentur item hoc libro Cnzi fuga Brundisium, atque inde in Macedoniam transmissio, quae fuit Idibus Martiis, praemissis antea Consulibus L. Cornelio Lentulo, & C. Claudio Marcello, cum omnibus pene magistratibus, cunctoque Senatu: zelus animi agritudoque Ciceronis, Articum consulens, cum Pompejus Italia cesserit, quid sibi faciendum sit: redevotemque a Brundisio, quo Pompejum fuerat persecutus, expectare debeat, & quo maxime in loco, quo vultu sermoneque excipere: denique congressus ipse cum Caesare, & utriusque discessus. Quae omnia acciduntur diebus paulo plus viginti. Nam quotidiane inter eos erant literae.

LIBER X.

Argumentum idem fere est libri huius & superioris. Querimonia de perditis Caesaris & Pompeji consiliis: Curionis congressus, Proprietoris, in Sicilia proficiscens, largaeque & liberaliter de sua Caesarique in Ciceronem voluntate pollicentis: Quinti filii scelus, Romam profecti, Hirtioque, tum patris tum patrii excedendis consilia indicantis: Deliberatio, an, quae in Hispania gerantur, expectandum sit, ad quod & sui & multi alii hortabantur: Caesaris literae, ne quo progrediat, momentis: Coelii, ut aliquod oppidum eligat, vacuum a bello, rogantis: Antonii id ipsum, & mandatum sibi significantis, ne quem Italia excedere permittat: Congressum cum Servio Sulpicio: Fuga Catonis ex Sicilia in Africam transmittentis: firmum propositum proficiscendi, primum occulte, postea palam. Scriptae sunt epistolae ex ante diem III. Non. Aprilis, ad XIII. Kalendas Junias plus minus: istidem L. Cornelio Lentulo, C. Claudio Marcello Coss.

LIBER XI.

Silientur menses fere novem. Conscendit enim, ut ad Pompejum navigaret, VIII. Id. Junii, Lentulo & Marcello Coss. ut ex consilia VII. ad Terentium cognosci patet: & ex eo tempore scriptae literae,

35 re, ad mensem Februarium, praeter primas libri huius, nulla inveniuntur. Nam cum Caesar, a colloquio illo Ciceronis, quo se penultima epistola proximi libri agit, Romam se contulisset, pecuniamque ex sanctiore arario, nequidquam reponnante L. Metello Tribuno plebis abfultisset: rebus nonnullis ad suum arbitrium constitutis. Itaque Antonio tradita & commendata, ipse in Hispaniam, contra Pompeji legatos exercitum ducit: quo tempore Cicero in Macedoniam VII. Id. Junii, ut diximus, transfugit, unde priores quatuor datae sunt: sed C. Caesare II. & Servilio Isaurico Coss. ante pugnam Pharsalicam, partim ex castris Pompeji, partim Dyrrachin; nam Caesar, devictis legatis illis, Hispaniaque rebus compositis, Romam reversus, consulque cum Isaurico declaratus, exeunte anno, ut ait Dio, ut Plutarchus prid. Non. Jan. item exercitum in Epirum deportaverat. Reliquae autem epistolae Brundisio, quo jam acie devicto & fugato Pompejo, Cicero se contulerat, datae sunt, nisi fallor, mense Octobri. Nam ad Terentiam scribens, libro epistolarum ad ipsam, pridie Non. Nov. *Quod nos* (inquit) *in Italiam saltem venisse gaudet*, &c. ut ante eas Brundisio aliae datae fuerint. Fuit autem Brundisio missae molinum undecim: ab exiit, inquam, Octobris, ad VI. Kal. Octobris; anni sequentis: ut recte subdicantur menses fluxerint plus minus XXI. quo toto tempore Caesar & cum Pompejo pugnavit, ipsamque in Aegyptum persecutus est: & ibidem contra Ptolemaeum bellum gessit, in quo menses novem consumpsit, ut Appianus ait: & Romam rediens in itinere Pharaocem recepit. Quae vero datae sunt ex Kal. Jan. usque Kal. Septemb. C. Caesare Dictatore III. & M. Antonio Mag. Eq. scriptae sunt. Nam, ut Dio scribit, postquam Rom. audita caede Pompeji, consilium abestit Caesari, in annos quinque & dictaturam in annum, Tribunitium potestatem in aeternum mandavit. Qui dictaturam statim inivit, quomvis ante exitu, Calenum & Vatium, eodem auctore, subrogaverit in tertios novissimos menses. Datae ante pugnam Pharsalicam res fere domesticae continentur: quae post pugnam, querelam sui consilii, vel, ut ipse vocat, absentiae & semelatae, quod

statim ab ipso consilio, Pompejanorum causa nondum plane desperata, & postea in Africa prope revirescente, non expectato exitu, in Italiam venerit: cum neque id tutum, neque honorificum esset. Quaedam insunt etiam de remittendo nuntio uxori Terentiae de inopia Tulliae: de scelere Dolabellae, qui Tribunus pl. leges perniciosissimas de novis tabulis ferret, omnique misceret. Quaedam etiam de Q. Q. contra se scelerate loquentibus.

LIBER XII.

Omittuntur sine literis menses non pauciores sex: nempe ex Kal. Sept. in quibus definit liber proximus superior, ad usque tempus illud, cum jam bellum in Africa contra Scipionem & Iuliam Caesar gereret. Nam a bello Alexandrino & Puniti reversus, consulque III. cum M. Emilio Lepido creatus, summa hyeme, hoc est II. Kal. Jan. conscendit, exercitumque in Africam traiecit: quo tempore quatuor primae epistolae scriptae sunt. Quinta & sexta datae videntur, cum iam Caesar vel appropinquaret, vel redisset. Rediit autem a. d. XII. Kal. Sept. auctore Hirtio. Reliquae, cum in Hispania contra Pompeji liberos pugnaverat, eodem C. Caesare Dictatore III., designato IV. collega, & Magistro E. M. Emilio Lepido, quo tempore Tullia ex parto, ut Pedianus & Plutarchus aiunt, apud Lentulum decessit. Itaque cum se Cicero A. flure abdidisset, quotidianae pene literae mittebat, gemitus luctuque continens: item preces contentionemque, ut horri fieri ab Attico curentur, in quibus filiae suam condere possent. Fluxere, dum haec scribantur, menses plus minus duodeviginti. Nam ex Kal. Jan. ejus anni, quo Caesar in Africam transfugit, ad ultimum anni illius, quo quartam dictaturam in Hispania gessit, hoc fere numerantur: Aetatis porro reliquam fuisse, scriptis libri huius epistolis, ex parte tertii decimi cognosci licet.

L1.

* De Q. Q. hoc est, de Quinto fratere, & Quinto ejus filio.

LIBER XIII.

Exiguum tempus mutum fuit a literis, inter hujus libri epistolas & superioris. Scriptæ autem & hæc sunt, dum Cæsar in Hispania contra Pompeji liberos bellum gereret, ipso eodem IV. Consule sine collega, ut Sigonio placet: belloque confecto rediret: spatio fere mensium septem. Nam ætatis initio, ut ex epistola prima colligitur, scribi coepit sunt, Engamvæ ex Kalendis Junii, & mense Decembri defuerunt. Namque tertius Saturnalis, quæ fuerant XII. Kal. Januarii, apud M. Tullium Cæsar cœnavit, ut est in epistola ultima libri hujus. Quamquam ultima illa videtur esse, cui est in hoc libro locus XLI assignatus, in qua de suo natali die agitur, qui fuit III. Non. Jan. Argumentum illarum multiplex est, sed plurimum in illis: de epistola ad Cæsarem missa: quos in suos Dialogos includere debeat: de hereditariis quibusdam: de Quinti filij improbitate, querela: de suo Carone, & Cæsaris Anticatone: & de domesticis suis rebus monialis.

LIBER XIV.

Tres amplius menses nullæ extant scripte literæ: ex tertiis videlicet Saturnalibus, quæ fuerunt XII. Jan. ad post. id. Martias, quo die Cæsar occisus est. Occisus est autem, ut Vellejus ait, cum quinque menses post reditum ex Hispania Roma fuisset. Scriptæ sunt autem hæc, M. Antonio, & P. Cornelio Dolabella Coss. Nam is, intersecto Cæsare, sæces statim, ut ait Paterculus, & insignia Consulatus sibi arripuit, antea designatus ab illo, quem sibi substitueret, in Partus proficiens. Continent vero potissimum Reip. temperatæ, quæ illo casu, consecuta sunt. Cicero quidem primis illis diebus, cum senatum in suam sententiam perduxisset, ut communis concordiam causa, injuriam memoria sempiterna oblivione tolleretur: Roma egressus est in suas villas, unde dedit has literas, modo spei, modo desperationis plenas. Privatim vero continet querelam de eminentis aetis Cæsaris: factum Dolabella: de Amatio humillime fortis hominis, qui au-

sus fuerat in C. Marii nomen invadere, seque pro nepote illius gerere: & domestica quædam privatus. Datae sunt post Id. Mart. ad XVI. circiter Kal. Junii.

LIBER XV.

Non valde differens est libri hujus argumentum a superioris sententia. Scriptæ enim epistolæ omnes sunt, cum adhuc Romæ negotia tumerent, Antonijque & Octavianus ita omnia miscerent, ut, quamvis neque plane bellum, neque pax esset, apparet tamen rem ad arma deductum iri. Quo quidem tempore Cicero sibi timens, simulque filium Athenis philosophiæ operam dantem, cupiens invisere: cum sui liberæ legationis a Dolabella, non autem provincialis nempe Syriacæ, ut Plutarcho placet, haberet, (id enim ex his epistolis ac Philippica prima cognoscitur) iter cepit in Græciam, eo consilio, ut Kal. Jan. adesset, quod initium rogendi senatus fore. Hirtio & Pauli consolatium ineuntibus, videbatur. Dum spes vero aliqua meliorum remem fuit, Brutusque & Cassius prætores urbani, quibus maxime recuperanda Reip. ratio nitabatur, si non Romæ, in proximis tamen locis, manebant: perque literas & edicta, cum Antonio populoque agebant; nusquam ille pedem. Cedentibus autem illis, & ipse consilium cepit abeundi. Hæc illorum temporum historia est. Privatim tamen in his epistolis plura continentur, quæ persequi longum esset. Scriptæ sunt ex ante XVI. Kalend. Jan. ad Non. Quint.

LIBER XVI.

Male affecta oppressaque civitate armis Antonii, reique publicæ salute desperata, quod adhuc C. Cæsare vivente cogitaverat, iter in Græciam est ingressus, re tamen prius lente deliberata, quod & futuris de se hominum sermonibus moveretur, & egre a suis villis Italiaque avelleretur. Ergo Puteolos primum progressus, inque Neseide Brutum allocutus, classem una cum Cassio parantem, qua ille in Macedoniam, hic in Syriam navigarent: Kalendis Sext. Rhegio conscendens, venit Syracusas. Unde cum transmittere vellet in Græciam, bisque ad Leucopetram, quod

est agri Rhegini promontorium, Austro reclusus esset, profectiois consilium abiecit: eoque magis, quod boni quidam nunti eo Roma venerunt, fore ut Antonius esset in potestate senatus, senatores in urbem redirent, res conveniret. Hac igitur spe commotus Romam rediit, ut scribitur Philip. V. eam dixit orationem, quæ est in Antonium prima. Fuit deinde pactum Romæ, partim in suis prædiis: quæ omnia commemorantur sex primis epistolis. Reliquæ scriptæ sunt incertis quidem diebus magna ex parte: omnes tamen ante Kal. Jan. quo toto tempore, hæc gesta fuisse traduntur. Cum M. Antonius & Octavianus occultis portis odis inter se, quam aperta vi certarent, alterque alterum insidias prevertere conarer: Antonius ante diem VII. Id. Octobr. Brundisium venit, profectus obviam legionibus Macedonicis quatuor, ut eas

sibi pecunia conciliaret: quas tamen, quod quidam ab Octaviano præmissi, multo plus obtulerant, attrahere ad se non potuit. Itaque & Martia & Decima illum postea deseruerunt, & ad Octavianum transierunt: qui item Octavianum eo ipso tempore, quo Antonius Brundisii fuit, ipse in Campaniam pergens, magnum veteranorum numerum, in genti spe, ingentique pecunia cepit. Nimirum denariis, ut Cicero ait, CCCC. Idque initium fuit armorum inter ipsos, cum antea neque bellum gererent, neque pacem haberent. Er hoc tempus illud fuit, cum Cicero a Reip. in Antonium sollicitatus est: nihil se, nisi de illius consilio, nec nisi per senatum facturum, pollicente. Scriptæ sunt omnes, Antonio & Dolabella Coss. ex a. d. VII. Id. Quint. ad Nonas circiter Decembris. Atque his quidem multa alia continentur, sed vel domestica, vel huc pertinentia.



UNIVERSIDAD DE NUEVO LEÓN
BIBLIOTECA
M. TUL.



M. TULLII
CICERONIS
EPISTOLÆ
AD ATTICUM.
LIBER I.
CICERO ATTICO.

PRESENTATIONIS nostræ, quam tibi summæ curæ esse scio, hujusmodi ratio est, quod adhuc conjectura provideri possit. Prenfat unus ² P. Galba: ³ sine fuco ac fallaciis, more majorum, negatur. Ut opinio est hominum, non aliena rationi nostræ fuit illius hæc præpropera presentatio. Nam illi ita negant vulgo, ut mihi se

¹ *Presentionis nostræ*] Presentionis nostræ contentum tantum presentare cogitat, L. Cotta, L. Fulvius, sed foruz anno sequenti. Nunc Torquato Coll. *Corradus*.

debere dicant. ⁴ Ita quiddam spero nobis profici, cum hoc percrebescit, plurimos nostros amicos inveniri. Nos autem initium prenlandi facere cogitaramus eo ipso tempore, quod tuum puerum cum his literis proficisci Cincius dicebat, in campo, comitiis Tribunitiis, ⁵ a. d. xvi. Kalend. Sext. Competitores, qui certi esse videantur, Galba, & ⁶ Antonius, & ⁷ Q. Cornificius. Puto te in hoc aut risisse, aut ingemuisse. ⁸ Ut frontem ferias; sunt, qui etiam ⁹ Casonium putent. ¹⁰ Aquilium non arbitramur, qui denegat, & juravit morbum, & illud suum ¹¹ regnum judiciale opposuit. Catilina, si judicatum erit ¹² meridie non lucere, certus erit com-

² *P. Galba*] P. Sulpicius Galba: quo de Q. Cic. in libr. de petitione Conf. *Idem*.
³ *Sine fuco*] Ita interpunximus hæc verba, ut monuit Malaspina: ut, *sine fuco, & fallaciis*, referatur ad denegationem suffragatorum, non ad presentationem Galbæ. *Hofius*. Sic etiam Muretus, *Vari. Lell. IX. 10.*

⁴ *Ita quiddam*] Creber ille rumor de multorum erga nos propensa voluntate nobis non nihil, ut spero, proderit ad obtinenda populi suffragia. *Hofius*.

⁵ *A. d. xvi.* In] Nostris scriptissimus a. d. non, ut erat in vulgatis, ad, quæ præpositio huic loco convenire non potest. Nam ad decimum sextum Kalendas esset circiter decimum sextum Kalend. (id enim ad declarat in hujusmodi locutione) quo dicto certus dies non præstitueretur: quem tamen hic præstitisse Ciceronem liquido ostendunt hæc verba *comitiis Tribunitiis*. Nam in incertum diem iudicium comitia non solebant. Hinc Latino hic scribendum esse, ut dicit, a. d. xvi. Ceterum autem dicebant, *ante diem*, pro, *ante diem finitum*, præterque ipso die. Inde Paulus Jurisconsultus lib. III. ad legem Populiam & Juliam, cum docere vellet his verbis, *ante diem decimum Kalendas*, &, *post diem decimum Kalendas*, diem ipsum decimum Kalendas significari, sic scripsit: *ante diem decimum Kalendarum*, *post diem decimum Kalendarum*: *neque enim sermo est decim diem significatur*. In eandem quoque sententiam Ulpianus libro XIX. ad edictum, *qui, inquit, ante Kalendas proximas stipulatur, simili est ei, qui Kalendas stipulatur*. Hæc enim verba, *ante Kalendas*, sic acco-

pienda putat Ulpianus, quasi dictum esset *ante diem Kalendas*. *Idem*.

⁶ *Antonius*] Hic in ædilitate & prætura, Ciceronis fuerat collega, fuitque post etiam in Consulatu. *Mannius*.

⁷ *Q. Cornificius*] Qui trib. pleb. fuit Q. Hortensius & Q. Metello Coll. *Verr. Att. I. 10. Corradus*.

⁸ *Ut frontem ferias*] Frontem vel femur ferire est indignitatis, tam apud Græcos quam Latinos. *Popma*. Incrementum est in verbis Tullii: de Cornificio aut risum aut dolorem fere Attico; de Crisone indignationem; nam prius esse ridiculum, posterius indignissimum. *Juvinius*.

⁹ *Casonium*] Qui mecum fuit Edilis designatus. *Verr. Att. I. 20. Corradus*.

¹⁰ *Aquilium*] C. Aquilium Gallum Jurisconsultum: Orat. pro A. Cæcina: qui tunc & ipse Prætor erat, Afcen. in Orat. pro Cornel. *Idem*.

¹¹ *Regnum judiciale*] Dobito an referam ad iudicandum rationem, an ad privatam munus respondendi de iure. Utrumque convenit Aquilio. Nam & iudicem sæpe cum fasces captum verissime est, & ostendit Oratio pro Quintio. Malim tamen ad privatum munus referre. Fuit enim tum vere Aquilium id, cum quidem insignia fierent, teste Cicerone, olim transverso foveo obambulare, postea sedere in atriis suis, in sella honorabili, sive solio. *Cæsius*.

¹² *Meridie non lucere*] Hoc est, si de manifestissimis criminibus, quorum ille reus agebatur, iudices pronuntiarent sibi nihil conflare, adeoque illum absolvent. *Hofius*. Quod si eisdem a iudicatum erit, *ejus haberi rationem*.

competitor. De ¹³ Aufidio, & ¹⁴ Palicano, non puto te expectare dum scribam. De iis, ¹⁵ qui nunc petunt, ¹⁶ Cæsar ¹⁷ certus putatur. ¹⁸ Thermus cum ¹⁹ Silano contendere existimatur; qui sic inopes & ab amicis & existimatione sunt, ut mihi videatur non esse ²⁰ *adurbare* ²¹ Curium obducere. Sed hoc præter me nemini videtur. Nostris rationibus maxime conducere videtur, Thermum fieri cum Cæsare. Nemo est enim ex iis, qui nunc petunt, qui, si in nostrum annum reciderit, firmior candidatus fore videatur; propterea quod curator est viae Flaminiae, ²² quæ tum erit absoluta sane facile. ²³ Eum libenter nunc cæteri Consuli acciderim. Petito-

rum

rationem licet: quod sic legendum esse, & esse Italici Sebati, Corradus, & ex nostratibus Æmarus Ranconetus censuerunt primum: haud dubie fortasse conjecturis ducti, deinde ab antiquæ scripturæ vestigiis non longe discedentes. *Lanckm.*

¹³ *Aufidio*] De quo in Bruto, c. 48.
¹⁴ *Palicano*] *Palicano* incitum est antiquis denariis, quos constat a Palicano signatos esse, cuius hic meminit Cicero, qui quæ Tribunitiam potestatem a Sylla populo ademptam, Tribunus pleb. cum esset, Pompeio consule adjuvante, restituit. *Ughisus.*

¹⁵ *Qui nunc petunt*] Ut proximis comitiis consules designentur. Nam cæteri, quos nominavit, non petebant, sed presentabant ad insequenti anni petitionem. *Mans.*

¹⁶ *Cæsar*] L. Julius Cæsar: epist. sen.

¹⁷ *Certus*] Certus ut fuit. *Corradus.*

¹⁸ *Thermus*] Is est C. Minucius Thermus, qui post ex adoptione, cum in familiarum patriciam transfisset, C. Marcius Figulus appellatur. *Junius.*

¹⁹ *Silano*] D. Julius Silano, qui cum L. Licinio Murena consul fuit. *Mans.*

²⁰ *Adurbare*] Quod fieri non potest.

²¹ *Curium obducere*] Virum flagitiis atque facinoribus cooptatum; quem Censores, prohi causa, Senatui moventur, ut refert Sallustius. Itaque cum vellet ostendere Thermum & Silanum gratia & existimatione, quo tempore hæc scribebat, parum valere, eos cum despiciatissimo illo viro comparavit, atque *adurbare* non esse illum adversus eos deducere ad petendum Consulatam. Est ergo *obducere*, aliquem contraducere, qui aheri adverteretur. De hoc Curio intelligendus est

locus hic libri secundus: *facet enim ille sic ut memini Curianus fore videatur.* Bolus.

²² *Quæ tum erit absoluta*] Ait Cicero fore anno proxime sequenti, quo ipse periturus erat Consulatam, ut Thermus, qui, cum hæc scriberetur, inops erat ad amicos, plurimum gratia valeret apud populum; quod tum facile absoluta foret via Flaminia, quam ille rescindendam curabat. Ex enim curatore sibi nullo negotio studia acquiritura erat vulgi. Ego post vocem *facile*, statuenta est ea distinctionis nota, qua ambitus orationis terminari solent; hoc est, *veritas veritas.* *Idem.*

²³ *Eum libenter nunc cæteri Consuli acciderim*] Sic edidit Victorius, iuberentis quidem membranis, sed nullo sensu. Pre lære coniecit Manutius: *Eum libenter nunc Cæsari Consulem addiderim.* Acutior etiam Bolus, veterum litterarum vestigia persequutus, legit: *Eum libenter nunc Cæsari Consulem addiderim.* Hic, inquit, lepidissima est allusio ad notationes nominum Cicerois, & Thermi; nam ut Cicero a cæteri, ita Thermus *adurbare* *de Silano*, id est, a Iuliano videtur appellatus. Itaque festive scribit Cicero se Consulem factum libenter eversum *Silano*, hoc est, Iulianum cum Cicero, indicans, se non invito animo sibi adiuncturam collegam in consulti Thermum, nam verbum *acciderim* quam apte conveniat Cicero, & Iuliano, aliique leguminibus, satis intelligi potest ex hoc proverbio Terentiano, *hæc cæteri in me saba.* Hæc Bolus. Neque hæc popularis sed consuetudinaria respicere admodum videtur Muretus, sed allam inde sententiam elicit; imitato *enim in rom.*, & pericula nequante addi-

rum hæc est adhuc ²⁴ informata cogitatio. Nos in omni munere candidatorio fungendo summam adhibebimus diligentiam: & fortasse, quoniam videtur in suffragiis multum posse Gallia, cum Romæ a iudicii forum ²⁵ refrixerit, excurreremus mense Septembri ²⁶ legati ad ²⁷ Pisonem, ut Januario revertatur. Cum perspexero voluntates nobilium, scribam ad te. Cætera spero ²⁸ prolixa esse, his dumtaxat ²⁹ urbanis competitoribus. ³⁰ Illam manum tu mihi ³¹ cura ut præstes, ³² quoniam propius abes, Pompeji nostri amici. ³³ Nega me ei i-

Tom. VIII.

F

ratum

addita *et tum libent* Thermum Cicero non acciderim. Aberat enim Bolus a Tullii mente, qui Thermum non optabat Consulem fieri anno sequenti, quo ipse petiturus erat, sed revererat ne in illum annum candidatus reciderit. Quod copiose, atque eleganter, ut solet, exposuit Muretus, *Var. Lect. xxx. 10.* Ego vero lectionem vulgatam, esse insulam, retinere cum Cicerio malui, quam Tullio aliorum verba de sena tribuere. Sic ingeniosa, ut certe est, allusio Bolana, qui veram præstitit? *Olivetus.*

²⁴ *Informata cogitatio*] Hæc est, inquit, vel mea vel hominum de tora candidatorum ratione opinio, atque animi iudicium, imperfectum scilicet, & quod adhuc conjectura provideri possit. *Malaspina.*

²⁵ *Refraxerit*] Hoc est, cum minus libenter Romæ iudicis vacare. Intelligit ultimos parere post Scylliam plerisque dies quatuor sequentium incertum dies fuisse ludis dicatos. Vide Hotom. lib. 1. Oblerat. cap. 16. *Cesarianus.*

²⁶ *Legati*] Non, legati ad Pisonem, sed excurreremus ad Pisonem legati. Quam autem hic legationem significat, liberam, opinor: quia senatori ad urbe diutius abesse, nisi iure libera legationis impetrato, non licebat. *Manutius.*

²⁷ *Pisonem*] C. Calpurnius Piso Galliam Narbonensem præconsule alteram jam annum administrabat: ad quem impetrata libera legatione excurrere volebat, ut per Galliam Togatam & Cispadanum transiens, appellaret rogaretque colonias & municipia; quæ suffragiis in habebant, & Januario mense reverti ad obsequia rursus iudicia. *Poppo.*

²⁸ *Prolixa*] Puto vocem *prolixa* proprie de vestibus dici. Est enim prolixa quasi val-

de laxos, a in i, ut in *infestus*. Notabis tamen fere apud auctores de magnitudine vel longitudine accipi videri, ut Terent. *prolixi capilli*. Plin. *prolixa abietis*. Inde translata apud Cic. *prolixa animus* pro propensitas: & *res prolixa* apud Gell. hoc est secundum. Sic hoc loco *prolixa* pro *secunda*. *Cæsarianus.*

²⁹ *Urbanis competitoribus*] Hoc ita interpretor: Modo quidem res mihi futura sit tantum cum iis, qui nunc in urbe sunt: quasi dicat, Nam si in urbem redierit multi nobiles qui absunt, veros ne parum firmus futurus sim candidatus. *Urbanus* sunt, qui in urbe sunt. Sic apud Plaut. *Urbanus fuerit rusticus.* *Idem.*

³⁰ *Illam manum*] Nobiles viros, cum Pompeio in Asiam ab bellum Mithridaticum profectos. *Manutius.*

³¹ *Cura ut præstes*] Effice, ut meam petitionem adjuvent, misit Romanæ epistolam ad propinquos, & familiares. *Idem.*

³² *Quoniam propius abes*] Cum tu in Græcia sis, minus abes a Pompeio, quam ego, qui sum Roma: inque per litteras & cum ipso potes, & cum iis qui una sunt, de honore meo commodius agere. Est autem, *Propius abesse*, minus distare. *Idem.*

³³ *Nega*] Dic illi me non tam ut veniat ad mea comitia optare, quam ut apud se retinere, quos in suo comitatu habet. Viros nobiles, quorum erant fortasse aliqui prætori, qui, si Romæ affuissent, Ciceroni præcipere potuissent Consulatam: ideo modo dicebat *his urbanis dumtaxat competitoribus*. *Cæsarianus.* Non minus arguit sententia erit, si *negat* legatur. Nam quod amici Pompei deprecabantur, id Cicero facere negare eos aiebat: ut illud Crassi de Oratore (cap. 64.) *At tu negas te mihi molestum futurum.* *Pol-*

ratum fore, si ad mea comitia non venerit. Atque hæc huiusmodi sunt. Sed est, quod abs te mihi ignosci pervelim. Cæcilius, avunculus tuus, a P. Vario cum magna pecunia fraudaretur, agere coepit cum ejus fratre Caninio Satrio de iis rebus, quas eum ³⁴ dolo malo mancipio accepisse de Vario diceret. Una agebant cæteri creditores, in quibus erat ³⁵ Lucullus, & ³⁶ P. Scipio, & is, quem putabant ³⁷ magistrum fore, si bona venirent, L. Pontius. Verum hoc ³⁸ ridiculum est, de magistro nunc cognoscere. Rogavit me Cæcilius, ³⁹ ut adefsem contra Satrium. Dies fere nullus est, quin hic Satrius domum meam veniatur. Observat ⁴⁰ L. Domitium maxime: me habet proximum. Fuit & mihi, & Quinto fratri, magno usui in nostris petitionibus. Sane sum perturbatus, cum ipse Satrii familiaritate, tum Domitii, in quo uno maxime ambitio nostra nititur. Demonstravi hæc Cæcilio: simul & illud ostendi, si ipse unus cum illo uno contenderet, me ei satisfacturum fuisse: nunc in causa universorum creditorum, hominum præsertim amplissimorum, ⁴¹ qui sine eo, quem Cæcilius suo nomine ⁴² perhiberet, facile cau-

se autem Pompejum venire ad commendandum Candidatum, si non Romanum, at si extremam provinciam, ex Cæsaris Commentariis perspicitur. ipse enim quotannis, rebus reliquis, veniebat. *Muretor.*

³⁴ *Dolo malo*] P. Varius cum aris alieni plurimum contraxisset, ut creditores fraudaret, bona sua mancipio tradiderat Caninio fratri. Id cum antea viderent creditores, agere coeperunt adversus Caninium, quod is dolo malo, ad se fraudandos, Varii bona mancipio accepisset. Quia adio a Jurisconsultis nostris appellatur. Pauliana. Sed noudum proprio nomine posita fuerat tempore Ciceronis. Idcirco ejus loco agitur de dolo: quod iudicium dare solebat Pretor, ubi memoria actio deficiebat iis de rebus, quæ dolo malo factæ esse dicebantur. *Bojan.*

³⁵ *Lucullus*] L. Licinius Lucullus, cujus familiaris erat Q. Cæcilius. *Nepos* in Asiatica. L. vero Lucullus triennio ante Ciceronis consulatum videtur a Mithridatico bello creverit. *Corrad.*

³⁶ *P. Scipio*] Qui adoptatus a Metello, Q. Cæcilius Metellus Pius Scipio postea fuit

appellatus. *Idem.*

³⁷ *Magistrum*] Scilicet auctioris. ³⁸ *Ridiculum est de magistro*] Sensus huius loci hic videtur esse: Ridiculum est nunc loqui & contendere de magistro, cum incertum sit plane an Varium damnatum sit iudices, & ejus bona subjecluri habeat, cui præsit magister. *Grævius.*

³⁹ *Ut adefsem contra Satrium*] Nempe ut patronus, sive orator. *Cassob.*

⁴⁰ *L. Domitium*] Hic est L. Domitius Ahenobarbus, singularis Ciceronis amicus: quod re declaravit: prætor cum esset, exulante Cicerone. *Idem.*

⁴¹ *Qui sine eo, quem Cæcilius*] Id est, qui sine ea persona quam ipse Cæcilius pro se, & nomine homine, magno cum laude tuisset prætor fuerat. Hæc in margine Posti Balsuriani, de quo in Prefatione diximus. Nos hunc esse sentum arbitratur. Eiusmodi nulli fore tamen satis multos, qui sui se facile causam committens sustinerent. *Corrad.*

⁴² *Perhiberet*] Exhiberet: nisi fore legendum sit, præberet. *Corrad.*

fam communem sustinerent, æquum esse, cum & ⁴³ officio meo consulere, & ⁴⁴ tempori. Durius accipere hoc mihi visus est, quam vellem, & quam homines belli solent: & postea profus ab instituta nostra paucorum dierum consuetudine longe relasgit. Abs te peto, ut mihi hoc ignoscas, & me existimes humanitate esse prohibitum, ne contra amici ⁴⁵ summam existimationem miserrimo ejus tempore venirem: cum is omnia sua studia & officia in me contulisset. Quod si volēs in me esse durior, ambitionem putabis mihi obstidisse. Ego autem arbitror, etiam si id sit, mihi ignoscendum esse: ⁴⁶ *ἐπι δὲ τῆς ἐπιτοῦς ὡς ἐστὶν Βοετῶν.* Vides enim, in quo cursu sumus, & quam omnes gratias non modo retinendas, verum etiam acquirendas putemus. Spero tibi me causam probasse, cupio quidem certe. ⁴⁷ Hermathena tua valde me delectat, & posita ita belle est, ut totum gymnasium ⁴⁸ *ἡδὺς ἀνάδρα* esse videatur. Multum te amamus. Vale.

F

2

CI.

⁴³ *Officio*] Ne cogar contra officium acculare de me optime meritum virum Satrium. *Cassob.*

⁴⁴ *Tempori*] Petitionis. *Comarus.*

⁴⁵ *Summam existimationem*] Summa existimatio est res a qua omnis ejus existimatio pendet, & in discrimen venit: ut *summa respública* est res in qua vitetur salus totius respública, ut pluribus docet Gronovius ad Liv. xxvi. 10. *Grævius.*

⁴⁶ *Ἐπι δὲ τῆς ἐπιτοῦς ὡς ἐστὶν Βοετῶν*] Sensus Quis non tantum, neque tergus habulum, supple, capio: nam ex Homero sumi debet *ἔπιτοια*. Homerus Iliados T. 159. pronuntiat hos verba de Achille, qui Hectorem contento cursu sequebatur. *Virg. Æn. xii. 704.* *Nepos* enim *tenis* aut *indicia perennis Præmia*, &c. Sensus est. Quod arcupulo tuo non fastidierim, & causam fateor ambitionem fuisse, & mihi tamen arbitror esse ignoscendum, quod, ut vides, hæc me ambitio, quasi cursus quidam, non ad ludicrum, aut inane præmium, sed ad consularium ferat. *Man.*

⁴⁷ *Hermathena tua*] Signum erat in una basi commune *Mercurio* & *Mærovro*: posuit autem istud signum Cicero in gymnasio suo, id est in Academiæ villa Tusulanæ, (non in villa, quæ Academiæ dicebatur) propterea quod Mercurius deus est omnium gymnasi-

orum communis, tam eorum que animi sunt, quam eorum que corporis. Minerva autem singularis & propria erat gymnasii, quod instituerat ad cultum animi tantum, & ad disputationes commentationesque de Philosophiæ studiis, cum liberalium artium præses sit. *Tarabius.*

⁴⁸ *ἡδὺς ἀνάδρα* *Satis donum.* Si locus sanus est, hæc, auctoribus doctis hominibus, sententia est: ius Hermathena gymnasio nostro tantum splendoris & ornamenti afferat, ut gymnasium nostrum nobis pulcherrimum videatur. Sed non nego, mihi totum illud huic interpretationi, atque adeo lectioni non satis consentire videri. Si dixerit gymnasium mihi videtur pulcherrimum *ἡδὺς ἀνάδρα*, concederem. Nunc cum dicit *totum*, manifestum mihi esse videtur, ludi in totum *gymnasium* & *ἀνάδρα*. Hermathena si *ἀνάδρα* appellatur, mihi mirum esset. Sed illius tantam pulchritudinem dicit, ut longe gymnasio ipsi præferenda sit, & totum potius gymnasium, quam statua illa, *ἀνάδρα* purandum sit. Inque ut probandum esse lectionem, quam in manifesto invenit Grævius, ejus *ἀνάδρα*: aut, que propius accedit ad *ἀνάδρα*, *Καθαῖον* conjecturam, *ἡδὺς ἀνάδρα*. *Ernestus.*

CICERO ATTICO SAL.

II. **L**UCIO Julio Casare, C. Marcio Figulo coff. filio lo me auctum scito, salva Terentia. Abs te tam diu nihil literarum? Ego de meis ad te rationibus scripsi antea diligenter. Hoc tempore Catilinam, competitorem nostrum, defendere cogitamus. Iudices habemus, quos volumus, summa² accusatoris voluntate. Spero, si absolutus erit, conjunctiorem illum nobis fore in ratione petitionis: sin aliter acciderit, humaniter feremus. Tuo adventu nobis opus est maturo. Nam prorsus summa hominum est opinio, tuos familiares, nobiles homines, adversarios honori nostro fore. Ad eorum voluntatem mihi conciliandam maximo te mihi usui fore video. Quare Januario ineunte, ut constituisti, cura ut Romæ sis.

¹ *L. Julio Casare*] Voluit Cicero primis his verbis Atticum rerum doarum facere certorem, designationis Consulium Casaris & Figuli, & dicit naturalis filii, qui soli tempus comitorum, quibus illi Consules renuntiati sunt, in lucem editus est. ² *Cum ego ait, L. Julia Casare, C. Marcio Figulo conjulibus*, non tempus notat, quo illi interunt, sed quo designati sunt; idque apertius ostendit ex his, quæ mox subjicit de indistincta defensione Catilinae: nam causam dixit Catilina Cottæ & Torquati Consulibus, designatis tamen in annum sequentem Casare &

Figulo. *Bofius.*

² *Defendere*] Reum de repetundis ob Africam spoliatam. *Corradus.*

³ *Accusatoris*] P. Clodii, qui tamen a Cariliæ pecuniam accepit, ut turpissime prævaricaretur. Orat. de resp. Arusp. & Alcon. *Idem.*

⁴ *Tuos familiares*] M. Crassum, & C. Casarem, quos C. Antonio & Cariliæ favisse, & Ciceroni adversatos fuisse scribit Alcon. vel Hortensium, Philippum, & Lucullum, quos piscinarum, & amicis Attici vocat ep. 15. & 16. h. l. *Idem.*

CICERO ATTICO SAL.

III. **A**VIAM tuam scito desiderio tui mortuam esse, & simul, quod verita sit, ne² Latinæ³ in officio non manerent, & in montem Albanum hostias non adducerent. Ejus rei⁴ consolationem ad te L. Saufeium missurum esse

¹ *Quod verita sit*] Ut anus religiosa, quæ sacra illa frequentaret, vel potius supplicatissimæ, vocatus enim Cicero, *Corradus.*

² *Ne Latina*] Familia. *Idem.*

³ *In officio*] In montem Albanum feris Latinis conveniendi. *Idem.* Vide Dionys. Halicarn. lib. iv.

⁴ *Consolationem*] Etiam hic vocatur cum Atti.

esse arbitror. Nos hic te ad mensem Januarium expectamus, ex quodam rumore, an ex literis tuis ad alios missis? nam ad me de eo nihil scripsisti. Signa, quæ nobis curasti, ea sunt, ad Cajetam exposita. Nos ea non vidimus. Neque enim exeundi Roma potestas nobis fuit. Misimus, qui pro vectura solveret. Te Multum amamus, quod ea abs te diligenter, parvoque curata sunt. Quod ad me sæpe scripsisti, de nostro amico placando, feci, & expertus sum omnia: sed mirandum in modum est animo abalienato: quibus de suspitionibus, etsi audisse te arbitror, tamen ex me, cum veneris, cognosces. Sallustium præsentem restituere in ejus veterem gratiam non potui. Hoc ad te scripsi, quod esse me accusare de te solebat. At in se expertus est illum esse minus exorabilem, meum studium nec tibi defuisse. Tulliolam C. Pisoni, L. filio, Frugi despondimus.

C I.

Attico, quem fuisse Epicureum constat ex multis Cic. locis. Cum igitur moris esset, ut amici ad amicos literas consolatorias, si occasio data esset, mitterent: ait Cicero non esse quod Atticus hujusmodi consolationem ea se expectet, eam enim se scribendam relinquere Saufejo, qui fuit & ipse Epicureus: quasi dicat, noli a me diversæ sectæ homine expectare consolationem, sed a Saufejo tuo illo Epicureo. Non dubito hanc esse veram hujus loci interpretationem. *Cassiodorus.*

⁵ *Ad Cajetam*] *Cajeta* hic videtur accipi pro portu celeberrimo in ora Italiae ad mare inferum, qui aberat Roma stadia circiter DCC. loc. est. M. P. lxxv. aDore Strabone. Ad hunc portum fuerunt Formia: in cuius oppidi agro erat Formianum prædium, Ciceronis, quod videtur Cicero *Cajetam* vocare epist. 4. Nam ibi manifeste Cajetam pro villa usurpat, ut videtur Cajeta & Formianum idem esse. Itaque etiam hic fortasse postquam prædium intelligere potius Ciceronis, quam portum. Nam ibi iterum dicuntur ea signa esse in Formiano, nec dum vis Ciceroni. *Idem.*

⁶ *De nostro amico placando*] L. Luccejum intelligit, virum doctissimum, ad quem extant aliquæ Ciceronis epistolæ lib. vi. ad Fam. Cum hoc fuisse nescio quid Attico

controversia apparet ex multis Ciceronis epistolis. Quæ autem causæ hujus ostensionis fuerint, plane nescio: nam id nusquam Cicero indicat ne in *ad Atticum* quidem, nisi quod ejus inde principia ducta videntur, quod Luccejum ostensum se dixerat ad Attico in arbitrio quodam. Vide init. Epist. xi. At illud ex Cic. colligimus, quod Luccejum hic de diffidit admodum præcurrit ad redeundum cum Attico in gratiam: tandem ultro eam petit, quod Cicero indicat in epist. xiv, quæ cum sit scripta Messalla & Pisonæ Coff. apparet ex eo, minimum septem annorum has similitudines fuisse. Veruntamen cum ait Cicero *de nostro amico placando*; videtur ita loqui, quasi novum penitus abrupta sit, ac ne distula quidem amicitia inter Atticum & Luccejum. Nondum igitur amicitia renuntiaro facta fuerat ex more Romano. Sed hoc fuit velut leve quoddam iurgium & frigusculum quoddam. At cum graviores inimicitiarum causæ erant, solebant renuntiare amicitia, idque cum publice, ut redatur Liv. lib. xxxvi. & alii Historici, cum privatim. Tacit. vi. *Annal. Morem fuisse moribus, quævis dirimerent amicitias, interdicere duntaxat, eumque faciem pacis ponere.* *Idem.*

⁷ *Sallustium*] Vide lib. XI. ep. 17.

⁸ *Accusare de te solebat*] Quod Luccejum tibi non placarem. *Idem.*

CICERO ATTICO SAL.

IV. **C**REBRAS expectationes nobis tui commoves. Nuper quidem, cum jam te adventare arbitramur, repente abs te in mensē Quintilem rejecti sumus. Nunc vero censeo, quod commodo tuo facere poteris, venias ad id tempus, quod scribis. Objeris¹ Quinti fratris comitia; nos longo intervallo viseris;² Acutilianam controversiam transegeris. Hoc me etiam Peduceus, ut ad te scriberem, admonuit. Putamus enim utile esse, te aliquando jam rem transigere.³ Mea intercessio parata & est, & fuit. Nos hic incredibili ac singulari populi voluntate⁴ de C. Macro transegimus.⁵ Qui cum aequi fuisset, tamen multo majorem fructum ex populi existimatione, illo damnato, cepimus, quam ex ipsius, si absolutus esset, gratia cepissemus. Quod ad me de Hermarthēna scribis, per mihi gratum est; & ornamentum⁶ Academiae proprium meae, quod &⁷ Hermes commune omnium, & Minerva singulari est insigne ejus gymnasii. Quare velim, ut scri-

¹ Quod commodo tuo facere poteris] Formale, antiqua, qua in petendo aliquid uteretur, est aures *ἰδούμην* *ἢ* *ἐν* *ἐπι* *ἔπι* quod cum tuo commodo fiat. Sic ep. 8. lib. vii. Sed ornabo nihil incommodo sustulisti feceris, hoc est, cum incommodo. *Cassianus*.

² De fratris comitia] Quibus adilitatem Quintus petebat. Nam periturum gessit triennio post, Silano & Myrinae cons. proximilique consulibus Pisonis & Messalla, ex praetura est in Asiam profectus; petit igitur adilitatem Lepido & Tullo consularum gerentibus, gessit Cotta & Torquato, quoniam inter adilitatem & praeturam biennium interire necesse est, vacuum ordinariis honoribus. *Manutius*.

³ Acutilianam] Delegatum fuerat Acutilio nomen aliquod Attici, quod Atticus praestitum die dissolvere non recusat, modo Acutilius satisfacere amplius ab ipso non peti; interim fideiussorem dare volebat Cicero. Id scilicet Atticus aebat, ut sibi ab eo caveretur, qui nomen Acutilio delegaret. Hanc puto fuisse Acutilianam controversiam. *Bagae*. Verum ego puto, si ea causa tantum fuisset, non futurum locum tor-

querimonis Acutilii hujus, de quibus Cic. epist. seq. Quare de his nihil certi statui potest. *Cassianus*.

⁴ Mea intercessio] Paratus sum vobis mediis & proxenetes. *Grævius*.

⁵ De C. Macro] Hic est C. Licinius Macro, amicus & familiaris Crassi; imo, ut puto, cognatus. Certe ex gente Licinia & Crassi & Crassi sunt propagati. Postulabatur autem repetundarum, cujus criminis poena erat litis aestimatio, & exilium. Ex hoc autem loco colligimus Ciceroem cum Praetura etiam quaesitionem repetundarum exercuisse. *Cassianus*.

⁶ Cui cum aequi fuisset] Indicat se cum Macro egisse non stricto jure, sed equitate summa usum, ut ex hoc iudicio duplicem merito laudem sit consecutus, quod paucis accidit, severitatis & aequitatis. *Idem*.

⁷ Academiae] Gymnasii inferioris in Tusculano. *Tulsi*. 2. *Idem*.

⁸ Hermes commune omnium] Apparet ex lege Solonis, quam profere in Timarchen Echineti, in omnibus palæstris Mercurium ita cultum fuisse, ut in *ἑκατόμβῃ* colebatur. *Muller*. *Idem*.

scribis, ceteris quoque rebus quam plurimis eum locum ornes. Quae mihi antea signa misisti, ea nondum vidi. In Formiano sunt, quo ego nunc proficisci cogitabam. Illa omnia in Tusculanum deportabo. Cajetam, si quando abundare coepero, ornabo. Libros tuos⁹ conserva; & noli desperare, eos me meos facere posse. Quod si assequor, supero Crassum divitiis, atque omnium¹⁰ vicos, & prata contemno.

⁹ Conserva] Quia se venditurum Atticus significaverat. *Infra*, ep. 7. & 11. *Manutius*.
¹⁰ *ἴσταν*] *ἴσταν* vulgo accipiunt pro via publica, & quod Galii *ἴσταν* dicimus, magno errore. Nam vicus est *ἴσταν*, hoc est, domus aliquot conuictium adificatae. Hac ratione dirisita olim Roma in regiones, XIV, vicum, ubi ejus est villa. *Cassianus*.

bani; sed sunt & pagani, cum in agris plures villae conuictium extruuntur. Sic igitur hic omnium vicus, hoc est, villae *ἴσταν* *ἴσταν*, ut loquitur Horatius. *Vicus* pro villa, sicut hodie vulgo *villam*. Sic enim dicitur *allez au village d'un tel, &c.* in eum vicum, ubi ejus est villa. *Cassianus*.

CICERO ATTICO SAL.

V. **Q**UANTUM dolorem acceperim, & quanto fructu sim privatus & forensi, & domestico, Lucii¹ fratris nostri morte, in primis pro nostra consuetudine tu existimare potes. Nam mihi omnia, quae jucunda² ex humanitate alterius & moribus homini accidere possunt, ex illo accidebant. Quare non dubito, quin tibi quoque id molestum sit, cum & meo dolore moveare, & ipse omni virtute officioque ornatissimum, tuique & sua sponte, & meo sermone amantem, & affinem, amicisque amileris. Quod ad me scribis³ de fotore tua, testis erit tibi ipsa, quanta mihi cura fuerit, ut Quinti fratris animus in eam esset is, qui esse deberet: quem cum esse offensorem arbitraret, eas literas ad eum⁴ misi, quibus

¹ Fratris nostri] Patens ejus L. Tullius, fuit frater M. Tullii, qui pater erat hujus nostri M. Tullii & Quinti fratrum. *Grævius*.
Hæc epistola omnium prima scripta est, cum mortuus esset L. Tullius Cicero frater patris Ciceronis, qui erat ingenio suavissimo, & quem maxime Cicero lib. v. de Finib. & lib. vi. de Orat. commendat. Scripta est biennio ante Consulatum Ciceronis, & biennio post, quam ab Attico directat. *Manutius*.

² Ex humanitate alterius & moribus] Potest

est ete *ἴσταν* *ἴσταν*, *ἴσταν* humanis moribus. *Humanitas* apud Ciceroem non id tantum significat, quod Græci *ἡμετέρας* vocant, sed etiam quam Plato vocat *ἡμετέρας* *ἡμετέρας*, & civitati eam opponit. *Cassianus*.

³ Affinem] Propter Pomponiam Q. fratris uxorem. *Cassianus*.

⁴ De fotore tua] Pomponia Q. fratris uxore. Ep. *Infra*, ep. 2. lib. v. *Idem*.

⁵ *ἴσταν*] *ἴσταν* enim Quintus in agro Arpinati. Epist. 6. *Manutius*.

bis & placarem ut fratrem, & monerem ut ⁶ minorem, & objurgarem ut errantem. Itaque ex iis, quæ postea sæpe ab eo ad me scripta sunt, confido ita esse omnia, ut & exorreat, & velimus. ⁷ De literarum missione sine causa abs te accolor. Nunquam enim a Pomponia nostra certior sum factus, esse cui literas dare possem. Porro autem neque mihi accidit ut haberem, qui in Epirum proficereetur: neque dum te Athenis esse audiebamus. De ⁸ Acutiliano autem negotio quod mihi mandaras, ut primum a tuo digressu Romam veni, confeceram: sed accidit, ut & contentione nihil opus esset, & ego, qui in te satis consilii statuerim esse, malleim Pedeceum tibi consilium per literas, quam me dare. Etenim ⁹ cum multos dies aures meas Acutilio dedissem, cujus sermonis genus tibi notum esse arbitror; non mihi grave duxi scribere ad te de illius querimoniis, cum eas audire, quod erat subdiosum, leve putassem. Sed abs te ipso, qui me accusas, unas mihi scito literas redditas esse, cum & otii ad scribendum plus, & facultatem dandi majorem habueris. Quod scribis, etiam si cujus animus in te esset offensior, a me recolligi oportere; ¹⁰ quid dicas: neque id neglexi: sed est miro quodam modo ¹¹ affectus. Ego autem, quæ dicenda fuerunt de te, non præterii. Quid autem ¹² contendendum esset, ex tua putabam ¹³ voluntate statuere oportere: quam si ad me percripserim, intelliges me neque diligentem esse voluisse, quam tu esses, neque negligentem fore, quam tu velis.

⁶ Ut minorem] Natu. Corradus.

⁷ De literarum missione sine causa abs te accolor] Intermissione legebat Petrus Bembo Cardinalis, pro missione. Ursinus. Sic & legendum existimat. Muretus.

⁸ Acutiliano] Vide pag. 46.

⁹ Cum multos dies aures Acutilio dedissem] Cicero dicit molestiam sibi fuisse loquacitatem & dicitatem Pedecei, quam tamen molestiam in Pomponii gratiam patienter deoravit. Muretus.

¹⁰ Quid dicas] Sic legendum sine interrogantis nota. Est enim locutio scriptura, in qua desideratur verbum intelligo, vel video, scilicet te rursus me accusare negligentia in eo quod Lucejum tibi non reconcilia-

viavi: quod ipsum tamen minime neglexi. Ep. 7. & 11. Pappus. Quid dicas est vide quid dicas, si me negligentia insinulare velis. Muretus.

¹¹ Affectus] Lucejum est animo abalienato, neque satis declarat, quid cause sub sit: tectus est, non aperire vult que res animum suum abalienavit. Muretus.

¹² Contendendum] Balliolentes membrane non inepte: quid autem concedendum esset: in iis que peribat Lucejum, propter que simulates ille inter Atticum & Lucejum erant ortæ. Gravæus.

¹³ Voluntas statuere oportere] Edendum curavi, nisi statueret oportere, codicis Tarnasiani scripturæ vetigium secutus. Lamb.

¹⁴ De Tadiana re, mecum Tadius locutus est, te ita scripsisse, nihil esse jam, quod laboraretur, quoniam hereditas usucapta esset. Id mirabamur te ignorare, de tutela legitima, in qua dicitur esse puella, nihil usucapi posse. ¹⁵ Epiroticam emptionem gaudeo tibi placere. Quæ tibi ¹⁶ mandavi, & quæ tu intelliges convenire nostro Tulculano, velim, ut scribis, cures, quod sine molestia tua facere poteris. Nam nos ex omnibus molestiis & laboribus uno illo in loco conquiescimus, ¹⁷ quo fratrem quotidie expectamus. Terentia magnos articulum dolores habet, & te, & sororem tuam, & matrem maxime diligit, salutemque tibi plurimam adscribit, & Tulliola, delitiæ nostræ. Cura, ut valeas, & nos ames; & tibi perluadeas, te a me fraterne amari.

¹⁴ De Tadiana re] Hereditatem quamdam, quæ puella obveniat, cum esset in agnatorum tutela, Tadius biennium, aut diutius possederat, quoad satis esset ad inducendam ejus hereditatis usucapionem. Eam hereditatem cum a Tadio puella agnati, qui tutelam ejus gerebant, repeterent, Atticus eam usucaptam putabat. Cicero vero mirabatur ignorasse Atticum in hujusmodi re usucapionem procedere nequivisse, cum de tutela, id est, de re pupilli pupillave, nihil usucapi posset. Nam cum res pupillorum ne-

queant sine decreto alienari, statendum est non posse quoque usucapi. Bofar.

¹⁵ Epiroticam emptionem] In Epiro circa Bathorum habit prædia Atticum, quorum in his epistolis passim fit mentio, & Nejos in vita. Ea prædia quando emerit Atticus, hinc colligi potest. Casaubonus.

¹⁶ Mandavi] De signis. Epist. 1. 3. &c.

¹⁷ Quo] Bosius Baluzianus, non quo, sed Q. ita ut legendum sit, conquiescimus.

Q. fratrem. &c.

CICERO ATTICO SAL.

VI. **N**ON committam posthac ut me accusare de epistolarum negligentia possis. Tu modo videto in tanto otio ¹ ut par mihi sis. ² Domum Rabirianam Neapoli, quam tu jam dimensam, & exædificatam animo habebas, M. Fontejus emit H-S ccccxxx. Id te scire volui, si quid forte ea res ad cogitationes tuas pertineret. ³ Q. frater, ut mihi videtur, quo volumus animo est in Pomponiam, & cum ea siunc in Arpinatibus prædiis erat, & secum habebat ⁴ hominem **G** nēm

¹ Ut par mihi sit] Bosius Baluzianus: ut par in hoc mihi sit.

² Domum Rabirianam] Quæ fuit C. Rabirii, quem postea perduellionis reum Cicero Cos. defendit. Corradus.

³ Q. frater] Vide super. epist.

⁴ Hominem yænuodæ] Bonis perceptis referunt, qui ea didicere que usui sunt, & que hominem reddunt yænuodæ, hoc est frugi, & bonum. Casaubonus.

nem *Χρησμάτῃ*, D. Turrianum. ⁵ Pater nobis decessit a. d. viii. Kal. Decembr. Hæc habebam fere, quæ te scire vellem. Tu velim, si qua ornamenta ⁶ *γυμνασίων* reperire poteris, quæ loci sint ejus, quem tu non ignoras, ne prætermittas. Nos Tusculano ita delectamur, ut nobismetipsi tum denique, cum illo venimus, placeamus. Quid agas omnibus de rebus, & quid acturus sis, fac nos quam diligentissime certiores.

⁵ Pater] M. Tullius Cicero, lib. 2. de Orat. qui cum esset infirmus valentine, in Aspinati fere ætate in literis, lib. 2. de Leg. &c. dum filius Consulatum petebat, decessit. Aferri. Corradus. Vide Fr. Fabricium, Hist. Cicero.

⁶ Pausanias] Quæ gymnasiis sunt, illique loco præcipue conveniant. Quod etiam inquit in epistola ad Fabium Gallum: *Es enim hæc ego emerere solo, quæ ad similitudinem gymnasiarum exornant mihi in palaestra locum.* Vidorius.

CICERO ATTICO SAL.

VII. **A**PUD matrem recte est, eaque nobis cura est. L. Cincio H-S xxxc constitui me curaturum Idibus Febr. Tu velim ea, quæ nobis emisse & parasse scribis, des operam ut quamprimum habeamus: & velim cogites, id quod mihi pollicitus es, quemadmodum bibliothecam nobis conficere possis. Omnem spem delectationis nostræ, quam, cum in otium venerimus, habere volumus, in tua humanitate positam habemus.

¹ Apud matrem recte est] Mater tua he ipse natus esse annos sexaginta septem. Mæne valet. Amisit eam nonagenariam, cum *recessit*.

CICERO ATTICO SAL.

VIII. **A**PUD te est ut volumus. Mater tua, & soror a me, Quintoque fratre diligitur. Cum Acutilio sum locutus. Is sibi negat a suo procuratore quidquam scriptum esse, & ¹ miratur istam controversiam fuisse: quod ille recularit.

¹ Miratur istam controversiam] Hoc est, Acutilio quaesivisse occasionem differende solutionis. *Cassianus*, De satisfactione dictum Orat. pro Quinto.

farit satisfari, amplius abs te non peti. Quod te de Tadiano negotio ² decidisse scribis; id ego Tadio & gratum esse intellexi, & magnopere jucundum. Ille noster ³ amicus, vitæ mehercule optimus, & mihi amicissimus, sane tibi iratus est. Hoc si quanti tu æstimes sciam, tum, quid mihi elaborandum sit, scire possim. L. Cincio H-S cccccc cccccc pro signis Megaricis, ut tu ad me scripseras, curavi. Hermæ tui ⁴ Pentelici cum capitibus æneis, de quibus ad me scripsisti, jam nunc me admodum delectant. Quare velim, & eos, & signa, & cætera, quæ tibi ejus loci, & nostri studii, & tuæ elegantie esse videbuntur, quam plurima, quam primamque mittas, & maxime quæ tibi gymnasii, ⁵ xiltique videbuntur esse. Nam in eo genere sic studio efferrimur, ut abs te adjuvandi, ab aliis prope reprehendendi simus. Si Lentuli navis non erit, quo tibi placebit, imposito. Tulliola, deliciolæ nostræ, tuum munusculum flagitat, & me, ut sponsorem, appellat. Mi autem ⁶ abjurare certius est, quam dependere.

² Decidisse] *Decidens* saepe est, transigere cum adversario sine iudice. *Græc.*

³ Amicus] L. Lucejus. Epist. 9. h. l.

⁴ Pentelici] Erant hæc e maxime Pentelici; quod ita dictum fuit, vel quia erat

quinq; nigricantibus maculis sine lineis distinctum, auctore Suida, vel quod e Pentecate, ut scribit *Servius*. *Plan.* Cuccalione, hico monte Attice excidebatur, ut refert

Qui abjurant si quid creditum est. *Poppian.* *Pausanias.* *Poppian.*

⁵ Xylti] *Vitruvius*, V. 2. & VI. 9.

⁶ Abjurare certius est] *Malo* cum perjurio

inficere me sponsorem esse, quam perjurare

munusculum quod te illi mittam promittis.

Abjurare verbum forentis est, & rem creditam vel promissam perjurio negare significat, ut scribit *Servius*. *Plan.* Cuccalione,

hico monte Attice excidebatur, ut refert *Qui abjurant si quid creditum est.* *Poppian.* *Pausanias.* *Poppian.*

CICERO ATTICO SAL.

IX. **N**IMIUM raro nobis abs te literæ afferuntur: cum & multo tu facilius reperias, qui Romam proficiscantur, quam ego, qui Athenas: & certius tibi sit, me esse Romæ, quam mihi, te Athenis. Itaque propter hanc dubitationem meam brevior hæc ipsa epistola est: quod cum incertus essem tibi esses, nolebam illum nostrum familiarem sermonem in aliena manus devenire. Signa Megarica, & Hermas, de quibus ad me scripsisti, vehementer expecto. Quidquid ejusdem generis habebis, dignum Academia tibi quod videbitur,

ne dubitaris mittere, & ¹ arca nostrae confidito. Genus hoc est voluptatis suae quae γυμνασιῶν maxime sunt, ea quæro. Lentulus naves meas pollicetur. Peto abs te, ut hæc cure diligenter. Chillus te rogat, & ego ejus rogatu, ² εἰ μὲν πῶς πατέρα.

¹ Arca nostra] Ex qua præsentem pecuniam numerare possunt. *Bois.*
² Εὐμοσπίδης φίλος] Eumolpidarum virtus patriæ. Non est ut hic intelligatur ritus illi secretiores, qui tantum mystis notati erant, & sine cupitis periculo vulgari non poterant, sed illa fides & cetera.

quibus in Eleusis celebrandis utebantur in omnium oculis Eumolpide, quasque poetæ & præsi scriptores alii commemorant passim; aut forte per Eumolpidas intelligit teste ipsos Athenienses, ut perierit Chillus Atheniensium leges & disciplinam sibi describi & mitti. *Grævius.*

CICERO ATTICO SAL.

X. CUM ¹ essem in Tusculano, (erit hoc tibi pro illo tuo, Cum essem in Ceramica) veruntamen cum ibi essem, Roma puer a sorore missus, epistolam mihi abs te allatam dedit, nuntiavitque, eo ipso die post meridiem iturum eum, qui ad te proficisceretur. Eo factum est, ut epistola tua rescriberem aliquid: brevitate temporis tam pauca cogere scribere. Primum tibi ² de nostro amico placando, aut etiam plane restituendo polliceor. Quod ego, etsi mea sponte ante faciebam, eo nunc tamen & agam studiosus, & contendam ab illo vehementius, quod tantam ex epistola voluntatem ejus rei tuam perspicere videor. Hoc te intelligere volo, pergraviter illum esse offensum: sed quia nullam video gravem subesse causam, magnopere confido fore in officio, & in nostra potestate. Signa nostra, & ³ Hermeraclas, ut scribis, cum commodissime poteris, velim imponas, & si quod aliud ⁴ dixeris ejus loci, quem non ignoras, reperies, & maxime, quæ tibi palæstræ gymnastique videbuntur esse. Etenim ibi sedens hæc ad te scribebam, ut me locus ipse ad-

mone-

¹ Cum essem in Tusculano] Atticus hoc epistola principio usus erat, Cum essem in Ceramica: quem Cicero imitatus, & ipse ita cepit, Cum essem in Tusculano, *Manutius.* Vide de duplici Ceramico libellum Cl. Joannis Meursii. *Grævius.*

² De nostro amico] L. Lucejo.
³ Hermeraclas] Imagines Mercurii, & Herculis, quibus Athenienses statuas in gymnasiis ponebant. *Atan.* l. 13. *Cott.*
⁴ Quidam] Præcipuum, accommodatum ad naturam.

moneret. Præterea ⁵ typos tibi mando, quos in tectorio atrioli possim includere, & pærealia figillata duo. ⁶ Bibliothecam tuam cave cuiquam despondeas, quamvis acrem amatorem inveneris: nam ego omnes meas ⁷ vindemiolas eo refero, ut illud subsidium senectuti parem. De fratre, confido ita esse, ut semper volui & elaboravi. Multa signa sunt ejus rei; non minimum, quod foror ⁸ prægnas est. De comitiis meis, & tibi me ⁹ permisisse memini, & ego jampridem hoc communibus amicis, qui te expectant, prædico. Te non modo non accessam, sed prohibeo; quod intelligam multo magis interesse tua, te agere, quod agendum est hoc tempore, quam mea, te adesse comitiis. Proinde eo animo te velim esse, quasi mei negotii causa in ista loca missus esses. Me autem eum & offendes erga te, & audies, quasi mihi, si qua parta erunt, non modo te præsentem, sed per te parta sint. Tulliola tibi ¹⁰ diem dat, ¹¹ sponsorem non appellat.

⁵ Typos] Typi sunt imagonculæ, effigies, ac formæ hominum & aliarum rerum, quas veteris fidei species in tectorio exculpis sedibus Cicero volebat includere, argue ita ipsum tectorium incrustare: quod etiam hodieque ad ornatum parietum faciunt. *Plinius* lib. xxxv. *Impressa argilla typum fecit, & cum cavere stultitibus induratum igni proposuit.* Mox intra, *Pærealia figillata sunt posterorum opercula, quibus parva signa affixa, ut scyphi figillati, in Vestem.* *Popma.*

⁶ Bibliothecam tuam] Venalem scilicet, quam tibi pueri tui emiserant, quibus causa, Complures enim Atticus libentarios habuit, unde fructum perciperet. *Nepos* in ejus vita, *Malaspina.*

⁷ Vindemiolas] Quidquid pecunie possunt hinc inde contrahere. *Manutius.*

⁸ Prægnas] Pro prægnas. Vox prægnas & damnas, quæ apud Jurisconsultos saepe legitur, sunt veteris lingue reliquæ. Sic *Seneca* unde *Sanas* Gellio, xvi. 10. *Cassobanus.* Prægnas, si Probo credimus, scriben-

dum est. Is enim in suis Catholicis ita scribit: *Quæ, veris sunt Actuariorum: ita faciunt Genitrix, ut prægnas, prægnatis.* Ubi in scriptura mendam esse non potest. *Malaspina.*

⁹ Permisisse] Ut eorum causa Romanò venias. Et de comitiis accipe non consularibus, sed prætoris. *Manutius.*

¹⁰ Diem dat] Hæc diem est constitute diem solutioni, quæ si tum non representatur, potest etiam diem datus est a creditore in jus vocari. *Grævius.*

¹¹ Sponsorem non appellat] Antea, quod tibi ei promissum munusculum non mitteres, me sponsorem appellabat; nunc sponsorem omittit; te ipsum in judicium vocat: itaque faciendum tibi est, ut promissum omnino solvas. In vulgaris libris, *Sponsorem appellat*, legebatur. Ego negantem parricidam interjeci, sumptam ex antiquo Bellarionis exemplari, sententia, mihi quidem ut videretur, iustitice comprobante. *Manutius.*

®

CR³

CICERO ATTICO SAL.

XI. **E**T mea sponte faciebam antea, & post, duabus epistolis tuis perdiligenter in eandem rationem scriptis magnopere sum commotus. Eo accedebat hortator assiduus Salustius, ut agerem quam diligentissime cum Lucejo de vestra vetere gratia reconcilianda. Sed, cum omnia fecissem, non modo eam voluntatem ejus, quæ fuerat erga te, recuperare non potui, verum ne causam quidem elicere immutatae voluntatis. Tamen si jactat ille quidem ¹ illud suum arbitrium, & ea, quæ, jam tum cum aderas, offendere ejus animum intellegebam; tamen habet quiddam profecto, quod magis in animo ejus infederit: quod neque epistolæ tuæ, neque nostræ ² allegatio tam potest facile delere, quam tu præfens non modo oratione, sed tuo vultu illo familiari tolles; si modo tanti putabis id: quod, si me audies, & si humanitati tuæ constare voles, certe putabis. Ac, ne illud mirere, cur, cum ego antea significarem tibi per literas, me sperare illum in nostra potestate fore, nunc idem videar diffidere; incredibile est, quanto mihi videatur illius voluntas obstinatior, & in hac iracundia obfirmatior: sed hæc aut sanabuntur, cum veneris; ³ aut ei molesta erunt, in utro culpa erit. Quod in

¹ Illud suum arbitrium] Et illud suum arbitrium i. Corradus. Ac bene quidem, tuum. Vide Casaub. ad epist. 2.
² Allegatio] Hoc est, submissio, aut subornatio. Sum enim a te submissus ut te apud ipsum in gratiam ponerem. Allegatio dicitur ille qui subornare aliquem ad aliquid clandestinum persequendum. Sic allegare testem. Terent. Andr. Ne credas me subornatum, hoc est, ne credas me subornatum a Cræpente.
³ Aut ei molesta erunt quoniam non est sententia, Lucejo creandam molestiam, uter etiam ex illis auctor exiret culpa & offensio, siue injuriam alteri fecerit. Sed hic, ut fallunt me omnia, est sensus molestiam fore imponendam illi, in quo futura sit culpa, quo minus iterum possint redire civi-

tem in gratiam. J. A. Fabricius, Bibl. Lat. lib. x. cap. 8. Scripsit hoc, opinor, Cicero, ut Epicuream Atticis tororem exciteret. Videbat ille quidem reconciliari cum Lucejo, sed aliena Ciceronis æque antiorum opera nulla sua. Id, quod ex epistola hujus libri quinta intelligi potest. Itemque ex decima. Frustra ergo ii, quos Fabricius designat, Ciceronem tractabant, uti pessimum hominem atque improbum, qui polliceretur satisfactionem se suis artibus, ut hujus offensiois culpa omnis atque invidia in Lucejo, quo jure, qua injuria, derivaretur. Ajunt Ciceronem ita scribere, ut Attico plus tribuat, quam Lucejo. Quid tamen scribere poterat magis ex æquitate, quam istud? In utrolibet culpa erit, illi erit molestia. Tum nihil in tribus est epistolis, unde colligas, falso queri Lucejoz i. sunt autem multa, que

epistola tua scriptum erat, me jam arbitrari ⁴ designatum esse; scito, nihil tam exercitum esse nunc Romæ, quam candidatos, omnibus iniquitatibus; nec quando futura sint comitia Tiri. Verum hæc audies de Philadelpho. Tu velim, que Academia nostræ parasti, quamprimum mittas. Mire quam illius loci non modo usus, sed etiam cogitatio delectat. Libros vero tuos cave cuiquam tradas. Nobis eos, quemadmodum scribis, conserva. Summum me eorum studium tenet, sicut odium jam cæterarum rerum: quas tu incredibile est quam brevi tempore quanto deteriores offensurus sis, quam reliquisti.

que significant, profectam esse ab Attico gratiam injuriam. Olivier.

⁴ Designatum esse] Magna fuit discrepantia inter P. Manurium, ac Corradum. Hic putabat ahi de Consulatu Ciceronis, Manurium autem de prætura. Ego inter amicos non solum me arbitrum interponere.

Hæc loco accipio Ciceronem Consulem esse designatum. Muræus. Faciunt cum Manurio Calpurnius, & Mongalvus; de quorum sententia nos in Litterulo chronologico hæc epistolam diximus fuisse scriptam anno Urbis 686. Olivierus.

CICERO ATTICO SAL.

XII. **T**EUCRIS illa lentum sane negotium: neque ¹ Cornelius ² ad Terentiam postea rediit. Opinor, ad Confidium, Axiium, Selicium confugiendum est. Nam a Cæcilio propinqui ³ minore ⁴ centesimis nummum movere non

¹ Tenetis illa] Constat hoc nomine significari C. Antonium collegam Ciceronis in Consulatu. Hosti. Cur vero Antonius in appellaturus in 27. sic quæritur, multa quidem adducunt interpretes, que si scias, nihil scias. Olivierus.
² Cornelius] Affinis P. Sertii, qui tunc quaestor erat C. Antonii in Macedonia: epist. 6. lib. v. fam. Cornelius igitur Romæ cum esset, hoc negotium fortasse curabat. Corradus.

³ Ad Terentiam] Totius loci hujus de Antonio hæc est sententia. Antonius, lente solvit, & me frustratur his verbis, Libertum mihi qui tibi numeret. Tiro Attico mandavit ut ipse meo nomine solveret: que res sunt excusationes atque dilaciones. Sed neque Cornelius ab illo allegatus ad Terentiam, cum spei solutionis fecisset, ad eam postea rediit. Itaque oportet me coningere

ad Axiium, Confidium, Selicium, tenetiores, & ab illis pecuniam sumere. Nam Cæcilius tam durus fenerator est, ut ab eo nec justius propinqui manum habere possint, nisi pendant certissima usura, illi est in anno duodecim nummos pro centenis. Verum tamen quod tam lente solvit Antonius, bene cadit, ut non teneat eum defendere, cum reus reperitur agitur. Nam prætoribus quos Pompejus ex bello Mithridatico revertens ceteri cursum præmittit, nuntiant Pompejum acturum in Senatu, ut Antonius & provinciam revocetur ob pecuniam a sociis injuste exactam, & ad populum, ut Romanæ causæ de repetundis dicendam veniat. Poppo.

⁴ Minore movere] Minore signore movere, quam centesimis.

⁵ Centesimis] Non ab annis, sed a mensibus solutionis fecisset, ad eam postea rediit. Itaque oportet me coningere

(R)

possunt. Sed, ut ad prima illa redeam, nihil ego⁶ illa impudentius, astutius, lentius vidi. ⁷ Libertum mitto; Tito mandavi; *σκηψες*, atque *ἀναβαθρά*. Sed⁸ nescio an *ταυρόματον ἡμίον*. Nam mihi⁹ Pompejani prodromi nuntiant; aperte Pompejum¹⁰ astrictum, Antonio succedi oportere: eodemque tempore¹¹ aget Prætor ad populum. Res ejusmodi est, ut ego nec per bonorum, nec per popularem existimationem honeste possim hominem defendere; nec mihi libeat, quod vel maximum est. Etenim accidit hoc, quod totum cuiusmodi sit, mando tibi, ut perspicias. Libertum ego habeo, sane nequam hominem, Hilarum dico,¹² ratiocinatorem, &¹³ clientem tuum. De eo mihi¹⁴ Valerius interpres nuntiat, Chiliusque se audisse scribit hæc; esse hominem cum Antonio; Antonium porro¹⁵ in cogendis pecuniis distitare, partem mihi

debat, quæ, secundum nostrorum temporum rationem & loquendi consuetudinem, duodecim in annum faciunt: veteres enim in usurarum ratione mensura tempora observabant, non, ut nunc, annua. Vide J. F. Gronovium, lib. rrii. de Pec. Ver. cap. 13. *Grævius*.

⁶ Illa] Teucride, scilicet Antonio.

⁷ Libertum mitto; Tito mandavi] Verba sunt non Ciceronis, ut quidam existimant, sed Antoni, qui solvendo pecunie diem produceret his verbis: *Libertum mitto; subaudi, qui numerat. Tito mandavi, ut scilicet ipse tibi pro me satisfaceret.* Antoni iugiter, ex his hæc sunt, atque *σκηψες*, id est, tergiversationes, & dilationes. *Μετρον*.

⁸ Nescio, an *ταυρόματον ἡμίον*] Antonius, inquit, non solvit; sed hoc optime casit, ut deinde ejus defendendi causa mihi nulla sit. Et *σκηψας* fortasse ad illum versiculum, qui est in Græcis sententiis, *ταυρόματον ἡμίον ἡμὸν ἡδὲ τὸν κατὰ νόμον, Casus molis, quam nos, consolantur.* Magis e re nostra est, eum non solvere quam si, quod volebam, solveret. Quod casu, non consilio nostro, fit. *L. dem.*

⁹ Pompejani prodromi] Quos Pompejus, ex bello Mithridatico revertens, celeri cura præmittit. *Idem.*

¹⁰ Astrictum] In senatu. *Idem.*

¹¹ Aget prætor ad populum] Ut Romam evocetur ad causam de reperendis dicendam, quod socios diriperit. Nec tamen hoc an-

no, id est Pisone, & Messalla cons. sed biennio post, id est Cæsare, & Bibulo cons. causam dixit C. Antonius. Quod e Suetonio, & erat, pro domo planum fit. *Idem.*

¹² Ratiocinatorem] Qui tractabat rationum libros, cum mihi scriberet servitorem; vel quis suac est ratiocinator Antoni. *Ca. Jambvius.*

¹³ Clientem tuum] Notabis ex isto loco videri moris fuisse, ut servi, cum libertate donarentur, optarem & eligerent patronum, in cujus clientela essent futuri: ex iure civium Romanorum. Atque hinc notabis duplicem patronum diverso respectu eundem habuisse: alterum habebat ut liberatus, alterum ut clientis. Sunt enim relata inter se patronus, libertus, & patronus, clientis, *Idem.*

¹⁴ Valerius interpres] Putant quidam esse hunc P. Valerium, cujus mentio epist. 2. lib. xvi. ad famili. Periturum sane linguarum fuisse oportet, qui in senatu orationes legatorum peregre adventantium interpretaretur. Nam id fuisse ejus munus videntur. *Idem.*

¹⁵ In cogendis pecuniis] Ego puto Antonium sub celte nomine magnam pecuniam coegisse, hocque usum esse prætoris apud astrictum, quod hanc esse pecuniam deberi Ciceroni, quod hanc ei promiserit, cum sibi primum, quam fortiter erat Ciceroni, cederet. Novum enim est hoc Ciceronem fuisse, cum tempore conspersionis Castillanæ Collegæ animum sibi adjuungere. *Grævius.*

hi quæri, & a me custodem communis quæstus libertum esse missum. Non sum mediocriter commotus: neque tamen credidi; sed certe aliquid sermonis fuit. Totum investiga, cognosce, perspice, & nebulonem illum, si quo pacto potes, ex istis locis amove. Hujus sermonis Valerius auctorem Gn. Plancium nominabat. Mando tibi plane, totum ut videas cuiusmodi sit. Pompejum nobis amicissimum constat esse. ¹⁶ Divortium Mucix vehementer probatur. P. Clodium, Appii filium, credo te audisse, cum veste muliebri deprehensum domi C. Cæsaris, cum pro populo fieret, eumque per manus ¹⁷ servulæ servatum, & eductum; rem esse insigni infamia, quod te moleste ferre certo scio. Quid præterea ad te scribam, non habeo. Et mehercule eram conturbator: nam puer festivus, anagnostes noster, Sositheus decesserat, meque plus, quam servi mors debere videbatur, commoverat. Tu velim sapere ad nos scribas. Si rem nullam habebis, quod in buccam venerit scribito. Kal. Januar. M. Messala, M. Pisone Coss.

¹⁶ Divortium] Quod Pompejus ex bello Mithridatico rediens fecit cum Mucia Q. Mucii Scaevæ filia, ob suspicionem adul-

terii cum C. Cæsare commissi. *Popms.*

¹⁷ Servulæ] Alii *Servulæ*, alii aliter. Sed nugæ omittamus.

CICERO ATTICO SAL.

XIII. **A**CCEPI tuas tres jam epistolas, unam a M. Cornelio, quam tribus Tabernis, ut opinor, ei dedisti; alteram, quam mihi Gannusinus tuus hospes reddidit; tertiam, quam, ut scribis, anchora soluta de phaleo dedisti. Quæ fuerunt omnes rhetorum. Pure loquuntur, cum humanitatis sparsæ sale, tum insignes amoris notis. Quibus epistolis sum equidem abs te lacessitus ad scribendum; sed idecirco sum tardior, quod non invenio fidelem tabellarium. Quotus enim quisque est, qui epistolam paulo graviorem ferre possit, nisi

Tom. VIII.

H

¹ Venisse Romam Atricum vocatu Ciceronis futuri Consulis supra sæpe dictum. Videtur in Urbe fuisse totum annum consulatus Ciceronis, & sequente quoque, sub cuius finem abijt Roma in Epirum. Ex illo itinere datas ad ipso literas ad Ciceronem,

quoties offerretur occasio, apparet ex hac epistola: ex qua etiam liquet superiorem a Cicerone scriptam esse ad Atticum, cum adhuc in itinere esset: videtur enim Atticus lente in hoc itinere ambulasse, vel pluribus locis subsistisse. *Cosms.*

eam pellatione relevavit? Accedit eo, quod mihi non est norum, ut quisque in Epirum proficiscatur. Ego enim te arbitrator, casis apud Amaltheam tuam victimis, statim esse ad Sicyonem oppugnandum profectum. Neque tamen ad ipsum certum habeo, quando ad Antonium proficiscare, aut quid in Epiro temporis ponas. Ita neque Achaicis hominibus, neque Epiroticis paulo liberiores literas committere audeo. Sunt autem post discessum a me tuum res dignae literis nostris, sed non committenda ejusmodi periculo, ut aut interire, aut aperiri, aut intercepti possint. Primum igitur scito, primum me non esse rogatum sententiam, praepositumque esse nobis pacificatore Allobrogum, idque admurmurante Senatu, neque me invito esse factum. Sum enim & ab observando homine perverto liber, & ad dignitatem in Republica retinendam contra illius voluntatem solutus: & ille secundus in dicendo locus habet auctoritatem pene principis, & voluntatem non nimis devinctam beneficio Consulis. Tertius est Catulus: quartus (si etiam

2 Pellatione relevavit? Nam solent literas in itinere aliqui referre, & inspicere, quibus graves videntur, nisi eas leviores reddiderint: cum legunt, tum enim videntur esse leviores. Hoc est, quod dicit se non invenire fidem rebellium, qui recte eas perferat. Nam multos esse qui epistolam paulo graviores ferre non possint. *Morer.*

3 Cope apud Amaltheam? Joetur, Atticum Eubo facit in Achaiam ad exigendam a Sicyoniis pecuniam debitam profectum, tanquam Imperatorem ad bellum Amalthea, sive Amaltheum, erat villa Attici in Epiro, forte a copia rerum omnium diosa, quasi capta Amalthea. Popona.

4 Ad Sicyonem? Sicyonios debitores suos, ep. 16. h. l. Sicyonem in Macedonia ponit Plaut. in *Pseud. Curvador.*

5 Oppugnandum? Ut nummos exprimas. *Thil. Epirocurator. Idem.*

6 Ad Antonium proficiscere? Cum literis in quibus te illi commendo, ep. 5. lib. V. Fam. Unde illi postea gratias egit, ep. 13. h. l. *Idem.*

7 Rogatum? A. M. Pisonem *Cof. Idem.*
8 Pacificatorem Allobrogum? C. Calpurnium Pisonem intellexit, qui Galliam Narbonensem ex Consulatu obtulerat, in qua Allobroges. In administrationis illius tempore vi-

dentur motus aliquid Allobrogum, quod & historia conjurationis Catilinae declarat. *Vista insipientem votum sua produntia conspuit, & sustinente animo in vestis continuit.* Ideo appellatur pacificator Allobrogum, quod tamen Cicero videtur non sine urbanitate aliqua dicere, & joco. *Casaubonus.*

9 Admurmurante Senatu? Senatus significabat sibi non placere. *Morerus.*

10 Homini? M. Pisonem *Cof. Corrad.*

11 Pene principis? Gell. lib. IV. cap. 10. *Idem.* Hoc sapientissime scriptum est. Nam primus locus benevolentiae Consulis ferre attribuitur; neque se, qui primus rogatur, inficiari potest, quin se obsequium Consulii faceret. Secundus autem locus auctoritatis & dignitatis adscribitur, ut ferre hic major quam primus haberetur. Sic Themistocli a Lacedaemonis prudentia sua devictis stertis, suffragis in urnam conjectis, cum conrederetur urum Alcibiadi, qui & fortitudinis sua multitudinem Persarum devicit, praeferi debet, an Alcibiades Themistocli, secundus locus prudentiae, qua victoria parca fuerat attribuitus est. Dubium autem non fuit, quin primus locus benevolentiae, alter virtuti attribuitur. Vide *Herod. & Plutarch. Morer.*

etiam hoc quaris) Hortensius. Consul autem ipse parvo animo & pravo, tantum cavillator genere illo moroso, quod etiam sine dicacitate ridetur, facie magis, quam facietis, ridiculus. nihil agens cum Republica, se junctus ab optimatibus: a quo nihil spes boni Reipublicae, quia non vult; nihil metuas mali, quia non audet. Ejus autem collega & in me perhonorificus, & partium studiosus ac defensor bonarum. Quin immo leviter inter se dissident. Sed vereor ne hoc, quod infectum est, serpat longius. Gredo enim te audisse, cum apud Caesarem pro populo fieret, venisse eo muliebri vestitu virum; idque sacrificium cum virgines instaurassent, mentionem a Q. Cornificio in Senatu factam: (is fuit princeps; ne tu forte aliquem nostrum putes) postea rem ex senatus-consulto ad pontifices relatum, idque ab iis nefas esse decretum: deinde ex senatus-consulto Consules rogationem promulgasse: uxori Caesarem nuntium remisisse. In hac causa Piso, amicitia P. Clodii ductus, operam dat, ut ea rogatio, quam ipse fert, & fert ex senatus-consulto & de religione, antiquetur: Messala vehementer adhuc agit severe. Boni viri precibus Clodii remouentur a causa; opera comparantur; nosmetipsi, qui Lycurgei a principio fuissetus, quotidie demitigamur. Instat & urget Cato. Quid multa?

H

2

vereor,

12 Tantum cavillator? Vetus codex: tantum cavillator. *Bolus Baluzianus.*

13 Moroso? Lege *moroso*. *Macer* est sanua. Actionem mimicam & gesticulatoriam *mociosus* veteres appellabant. *Salmas.*

14 Nihil agens? Nulquam hoc loquendi genus repetas, legendum ipse *vellet agere populo*. Populus est junctus ab optimatibus. Sunt duae factiones, altera populi, altera optimatum. Hoc itaque dicit nihil agere cum populo, se junctus ab optimatibus, neque placet populo, neque optimatibus, neutri parti servit. *Morer.*

15 Collega? M. Messala.

16 Quin immo? Vetus codex habet: *Quin nunc leviter*. *Bolus Baluzianus.*

17 Vereor ne hoc quod infectum est, serpat longius? Sensus hic est: Timco ne macula, quae eidem a Clodio reipublicam infecta est, serpat longius. Solum enim macula seipere & porrigi longius. Dicit de ea labe quae e-

rat aspersa reipublica propter violationem *Bonus Deo. Morer.* Exponendum: quod habe vel peste contactum est, transit virus infectioe ulteriori, id est, ne talis Consul Collegae suam scabim afficeret. *Gracianus.*

18 Instaurassent? Legendum: *Instaurassent* cum *virginibus restituitur*. Profecta quod fueram *Bonus Deo* violatum est, illud cum instaurasset, virgines. *Morer.*

19 Qui puer? Optimatus, nobilis, primores, ut in multis in locis. *Gracianus.*

20 Lycurgei? Non a Lycuro, sed a Lacedaemoniorum ducto nomine & Lycuro, qui fuisse scribit, sed a Lycurgo oratore Achaeniensi, quem ferunt in dicendo valde severum & acerrimum extitisse. *Bolus*, Ego, qui facit reprehensibilis & vindicta morum instat Lycurgi illius nobilis Achaenicus oratoris, de quo *Diad. Sic. VI. 89.* & *Cla. in Brut. 33.* quotidie remitto aliquid de feracitate mea. *Gracianus.*

vereor, ne hæc, neglecta a bonis, defensa ab improbis, magnorum Reipublicæ malorum causa sint. Tuus autem ille ²¹amicus, (²²scin' quem dicam? de quo tu ad me scripsisti, postea quam non auderet reprehendere, ²³laudare cœpisse, nos, ut ostendit, admodum diligit, amplectitur, amat, aperte laudat; occulte, sed ita ut peripicuum sit; invidet: nihil comæ, ²⁴nihil simplex, ²⁵ἐν τοῖς πολιτικοῖς honestum, nihil illustre, nihil forte, nihil liberum. Sed hæc ad te scribam alias subtilius. Nam neque adhuc mihi satis nota sunt: & huic terre filio nescio cui committere epistolam tantis de rebus non audeo. Provincias prætores nondum sortiti sunt. Res eodem est loci, quo reliquisti. ²⁶Τοποθεσίαι, quam postulas, Miseni, & Puteolorum, includam orationi meæ. ²⁷Ante d. 111. Non. Decemb. mense fuisse animadverteram. Quæ laudas ex orationibus, mihi crede, valde mihi placebant: sed non audebam antea dicere. Nunc vero, quod a te probata sunt, multo mihi ²⁸ἑτιώτερον videntur. In illam ²⁹orationem Metellinam addidi quædam. Liber tibi mittetur, quoniam te amor nostri ³⁰φιλοφροσύνη reddidit. Novi tibi quidnam scribam? quid etiam? ³¹Messala Consul Autronianam domum

²¹ *Amicus*] Pompejus. Serviebat enim omnibus gratiis tum temporis, ut ad ea bello Mithridatico confirmarentur. *Idem*. Floruit Pompejus extra Urbem dum fuit, & pro populo Romano bello gessit. Reversus in Urbem misere jacuit: quanquam ipse sane in causa fuit, qui dum vult omnium gratias retinere, omnium amisit. *Cassiodorus*.

²² *Scin' quem dicam*] Non tantum hæc verba notis parentheses erant includenda, sed omnia que sequuntur usque ad *capisse*, ubi desinit parentheses. Noa hic Cicero Pompejum nominari indicat, sed indicat certissimum iudicio. *Id est*, inquit, de quo tu scripsisti ad me, postea &c. Nec dubium Atticum id scripsisse Cicero, una aliquis ex tribus epistolis, que hujus initio commemorantur, cum Roma discedens incidisset in Pompejum, qui e bello Mithridatico Romano rediit. Nam eum Roman venisset, & fuisse ad urbem hoc tempore apparet etiam ex seq. epistola. *Cassiodorus*.

²³ *Laudare capisse*] Sero. Nam nimirum diu tacuit. ep. 19. h. l. Id queritur Cicero ep. 7. lib. V. *Fam. Corradus*.

²⁴ *Nihil simplex*] In Pompejo, qui solum aliud sentire, & aliud loqui, epist. 1. lib. VIII. *Fam. Idem*.

²⁵ *Ἐν τοῖς πολιτικοῖς*] In rebus publicis, & ad Rempublicam accommodatis.

²⁶ *Τοποθεσίαι*] Locum descriptionem. ²⁷ *A. D. 111. Non. Decemb.*] Apparet lapsum Cicero in aliquo scripto suo, ubi hæc verba posuerat; de quo errore ab Attico admonitus fuerat. *Cassiodorus*.

²⁸ *ἑτιώτερον*] Magis Avicæ, elegantius dicta; unde de oratore ep. 16. lib. IV. sic dicitur ep. 1. lib. XV. *Corradus*.

²⁹ *Orationem Metellinam*] Vide Orationum Fragmenta, Tomo VI. pag. 612.

³⁰ *φιλοφροσύνη*] Studiosum artis dicendi.

³¹ *Messala*] Perinde hæc sunt accipienda ac si diceret, Meminit mihi Attice, fuisse cum multi me reprehenderent, cum domum meam emerem; primum quod tam caro e-

merem;

domum emit ³²H-S cccxxxvii. Quid id ad me, inquires? tantum, quod ea emptione & nos bene emisse iudicati sumus; & homines intelligere cœperunt, licere amicorum facultatibus in emendo ad dignitatem aliquam pervenire. Teucri illa lentum negotium est, sed tamen est in spe. Tu ista confice. A nobis liberio rem epistolam expecta. vi. Kalend. Febr. M. Messala & M. Pisone Coss.

merem; deinde quod pecunia aliena. Atqui hujus loci, quem interpretes ne per caliginem quidem vident. *Maenius*. ³² *H-S cccxxxvii*.] Affirmare non dubitamus, locum esse corruptum. Legimus autem *H-S xxxvii*, quod interpretatur festum tricenis septies. Notas autem illas cccc a mala manu esse profectas persuasissimum habemus. *Idem*.

CICERO ATTICO SAL.

XIV. **V**EREOR ne putidum sit scribere ad te, quam sim occupatus: sed tamen distinebar, ut huic vix tantulæ epistolæ tempus haberem, atque id creptum & summissum occupationibus. ¹Prima concio Pompeji qualis fuisset, ²scripsi ad te antea, non jucunda miseris, inanis improbis, beatis non grata, bonis non gravis. Itaque frigeat. Tum Pisonis consulis impulsu levissimum tribunus plebis ³Fufius in concionem produxit Pompejum. ⁴Res agebatur in circo Flaminio.

¹ *Prima concio Pompeji*] Reversus e bello Mithridatico, ep. 11. hujus libri.

² *Scripti ad te antea*] Vel desideratus epistola hæc, & ea est fortasse quam *liberio* tem se missurum pollicetur in fine prioris: quam noluit extare Cicero. Vel hæc referenda ad illa, que superiore epistola dicta sunt illo loco: *Tuus autem amicus*, &c. *Cassiodorus*.

³ *Fufius*] Existimamus hunc esse *Q. Fufium Calenum*, perperam Cicero hostem. De quo in Philipp. *Malaspina*.

⁴ *Res agebatur*] Duas circumstantias facti ejus notare voluit Cicero obiter. Sepe enim de re ex circumstantiis optime judicatur. Hic autem duas Attico considerandas proponit loci & temporis. Atque igitur. *Res agi*

in circo Flaminio. Hæc est loci circumstantia, quam neque temere ponit Cicero, neque recte interpretes omiserunt expendere. Pompejus tum fuit ad urbem, hoc est, in expectatione triumphi, & remansit extra urbem prope ad exitum ejus anni, quo triumphavit: itaque in circo Flaminio res acta fuit, qui erat extra Urbem. Tempus notant: *Ei erat in eo ipso loco illo die mundinarum mensis viginti*. Quid refert? dicit aliquis. Multum: quod non observant interpretes. Moribus enim Romanis, quo die mundine erant, cum populo agi non potuit. Festus autem contra mores forte ab isto tribuno levissimo Fufio; quod tamen ut minus miremur facit Macrobius, qui docet disputatum diu fuisse, *affens*.

minio: & erat in eo ipso loco, illo die, nundinarum ³ *παινηγες*. Quasivit ex eo, placerentne ei iudices a Pratore legi, ⁶ quo consilio idem Prator uteretur. Id autem erat de Clodiana religione ab Senatu constitutum. Tum Pompejus ⁷ *μὴν ἀεὶ σκοπεῖται* locutus est; Senatusque auctoritatem sibi omnibus in rebus maximam videri, semperque visam esse, respondit, & id multis verbis. Postea Messala consul in senatu de Pompejo quasivit, quid de religione, & de promulgata rogatione sentiret. Locutus ita est in Senatu, ut omnia illius ordinis consulta ⁸ *γενικῶς* laudaret: mihique, ut assedit, dixit, se putare, satis ab se etiam ⁹ de istis rebus esse responsum. Crassus postea quam vidit illum excepsisse laudem ex eo, quod suspicarentur homines ei Consulatum meum placere, surrexit, ornatisimeque de meo Consulatu locutus est; ut ita diceret, se, quod esset senator, quod civis, quod liber, quod viveret, mihi acceptum referre; quoties conjugem, quoties domum, quoties patriam videret, toties se beneficium meum videre. Quid multa? totum hunc locum, quem ego varie meis orationibus, quarum tu Aristarchus es, soleo pingere, ¹⁰ & de flamma, de ferro, (¹¹ nosti illas *λαζύχους*) valde graviter perrexit. ¹² Proxime Pompejum sedebam. Intellexi hominem

esse nundinae fore necne? ac olim quidem fuisse sine dubio, postea tamen lege Hortensia, facta esse sedas, ut nullus (ait) *υβρίστης* qui *μυσθιανὰ* iam in *ὕβριτι* exierat *ἄλλοις* componere. Quare postea quam senal facta declarata lege futurum nundinae cogentur, ut ait idem Macrobius omnia negligenter haberi, ut minus mirum sit levissimum tribuunt in re maxima autum esse concionem die nundinarum cogere. *Cassianus*.

⁵ *Παινηγες*] Convenus.
⁶ *Quo consilio*] Quibus iudicibus uteretur in causa Clodiana. *Mansuetus*.
⁷ *Μὴν ἀεὶ σκοπεῖται*] Plano ut optimam deest.
⁸ *Γενικῶς*] Generaliter.
⁹ *De istis rebus*] Malim, *De nostris rebus*, id est, in consilia passis. ¹⁰ De conjugatis enim intelligit supplicio affectis. Quod factum Pompejus satis a se probatum significavit, cum senatus omnia consilia *γενικῶς* laudasset. Nam Cicero animadversione

no illa usus fuerat auctore senata: ut qui senatum laudaret, Ciceronis idem astra confirmare videretur. *Mansuetus*. *Idem* legendum, hoc est, meis. *Avernaeus* enim dicitur, & ita videtur Pompejus locutus, cuius verba referat. Sed & Cicero ita de se loqui poterat. Sic apud Comicos saepe, seipsum auctorem apud Græcos Tragicos, Terent. And. *Tu se hic se, aliter feceras*. *Hic*, hoc est, ego. Auctor *Præcilianus*. Vulgo aliter hinc locutus accipitur. *Cassianus*.

¹⁰ *De flamma, de ferro*] Cum incenditis urbem, civitatem caede, mea vitæ dico esse liberatam. *Mansuetus*.
¹¹ *Nosti illas λαζύχους*] Non discedi a translatione. Nam, ut pictores in *τῶν ἀνορθῶν*, quæ sunt ampullæ pigmentorum, sumunt quæ ad colorandum apta novere, sic eloquentia veluti coloribus hæc. *Idem*.
¹² *Proxime*] Sanctius *Mineræ*. *Idem*. *cap. 16*. dicitur: *Proximus Pompejum sedebam*, hæc adjuncta animadversione: *Dicimus Latine*

MO-

moveri; utrum Crassium inire eam gratiam, ¹³ quam ipse præternississet; an esse tantas res nostras, quæ tam libenti Senatui laudarentur, ab eo præsertim, qui mihi laudem illam eo minus deberet, quod ¹⁴ meis omnibus literis in Pompejana laude ¹⁵ perfrictus esset. Hic dies me valde Crasso adiunxit: & tamen, ¹⁶ ab illo aperte, teste quidquid est datum, libenter accepi. Ego autem ipse, dii boni! quo modo ¹⁷ *ἐπεπερσεύθημι* novo auditori Pompejo? unquam mihi ¹⁸ *πελοδοί*, si *κλυπαί*, si *ἐθδραῖμα*, si *κατακρυφαί* si suppediraverunt, illo tempore. Quid multa? ¹⁹ clamores. Etenim hæc erat ²⁰ *ὑπόθεσις*, de gravitate ²¹ ordinis, de equestri concordia, de consensione Italiae, de ²² immortalis reliquiis conju-


ratio-

ne; *Proximus Pompejo, Pompejum, ad Pompejana, a Pompejo, post Pompejanam, seuclodiam Pompejanam, propter Pompejum*. Hoc ergo, *Proxime Pompejum*, per ellipsin dictum est; integrum fuerit, *proxime ad*. *Olivetus*.
¹³ *Ipse*] De nostris rebus tacens. *Cœcilius*.
¹⁴ *Meis omnibus literis*] Hoc est, in omnibus, quæ scripsi de Pompejo. Puta in oratione Manliana; & id genus aliis scriptis Ciceronis. *Grævius*.
¹⁵ *Perfrictus esse*] Vide & orat. pro lege Man. cap. 10. & pro Sexio 31. *Grævius*.
¹⁶ *Ab illo aperte, teste*] Huius loci hic est sensus. Non ita me adiunxit Crasso, ut gratiam & amicitiam Pompeji negligere. Nam contra, ut illum mihi redderem amicitioem, quod ille mihi teste dederat, accepi aperte, & palam ei gratias epi, quasi aperitissime & mea laudasset. *Cassianus*.
¹⁷ *Επεπερσεύθημι*] Sensus est: Ego obsecravi me, hoc est, multus fui in declamando de rebus gestis meis, eas auxi, eas ornavi, eas amplificavi audiente Pompejo, imo ut audiret novus auditor Pompejus. Quia enim recens ille advenerat, nec fuerat alias auditor meus, cum ego idem argumentum tractarem, volui nunc arrepta hac occasione efficere, ut ille me cognosceret penitus, & qualis quantisque sim, quantumque eo absente gloriam sim consecutus. Hæc est vera hujus elegantissimi loci sententia, quam primi detegimus. Nam interpretes *Idem* *ὕβρις*. *Cassius*.

hil attinet. *Κατακρυφαί* sunt, recte explicante J. F. Gicónovio, clausulae, flexus molles orationis ab una parte in aliam, quibus ut licet in genere *εὐθεσιμῶς* magis, ubi ingenium & eloquentiam iactare licet, quam in forensibus orationibus, aut in sententiis de re gravi dicendis. *Εθδραῖμα* non sunt, quæ recentioribus celebratis dicuntur, parte quadam sua truncati syllogismi, sed antiquis rhetoribus celebrata illa sententia, e contrariis concludit, quæ propter breviteratem & contraria acumen aliquod habent, qualis est illa Horatii: *Cur opes quod habes?* *Serm. l. 3. 120*. Alia exempla suppedirabit Cicero in *Topicis*, cap. 13. *Κατακρυφαί* autem est non eadem semper apud rhetores vim habet, tamen non dubium mihi est, quin hoc loco dicatur *confutatio aliorum* *ut*; *Quintilian. 11. 4.*] quæ & amplificationem complectitur, cum alimus argumenta, quod Longino *7. 20* dicitur, cum dilatatum rem & augemus omni ratione, ut auditor vim rei ut argumenti capiat, in quo vel maxime summa eloquentia cernitur. *Ernst*.
¹⁹ *Clamores*] An hoc dicit: clamores mea oratione & plausus atque *εὐθεσιμῶς* excitati ab auditoribus. An hoc potius? clamores magno edidi, & ut mox loquitur, *scintilla*, dum omni figuratum genere orationem meam exorno. *Cassius*.
²⁰ *ὑπόθεσις*] Argumentum, materia, causa. *Quint. III. 5. Corradus*.
²¹ *Ordinis*] Senatus. *Idem*.
²² *Immortalis*] *Immortalis* dicitur de eo, qui in aliquo moliendo occupatus motiur, antequam rem perfecterit, quod accidit ple-

trique

trique



rationis, de³³ vilitate, de otio. Nosti jam in hac materia sonitus nostros: tanti fuerunt, ut ego eo brevior sim, quod eos usque istinc exauditos putem. Romanae autem se res sic habent. Senatus³⁴ ἀπειρος πάρος. Nihil constantius, nihil severius, nihil fortius. Nam cum dies venisset rogationi ex senatus-consulto ferendae, concurrabant barbatuli juvenes, totus ille grex Catilinae, duce³⁵ filiola Curionis; & populum, ut antiquaret, rogabant. Piso autem Consul, lator rogationis, idem erat dissuasor. Opera Clodianae pontes occupabant. Tabellae ministrabantur, ita³⁶ ut nulla daretur UTI ROGAS. Hic tibi Rostra Cato advolat, convicium Pisoni Consuli mirificum facit; si id est convicium, vox plena gravitatis, plena auctoritatis, plena denique salutis. Accedit eodem etiam noster Hortensius, multi praeterea boni. Insignis vero opera Favonii fuit. Hoc concursu optimatum comitia³⁷ dimituntur: Senatus vocatur. Cum decerneretur frequenti Senatu, contra pugnante Pifone, ad pedes omnium singillatim accedente Clodio, ut Consules populum cohortarentur ad rogationem accipiendam; homines ad xv³⁸ Curioni³⁹ nullum senatus-consultum facienti assenserunt:

ex

risque e conjuratione Catilinae, qui post e-
jus & magis partis conjuratorum abitum ex
Urbe, remanentes in Urbe, quod viderent
nullam esse rei perficiendae spem, quieverunt:
& si non animo, certe quod ad effectum ac-
tinet, ad suam mentem redierunt. Hae sunt
religiosae conjurationes, quas ait esse immor-
tuas & solitas. *Cassiodorus.*

23 *Vilitate*] Post extindam conjurationem
consecuta. al. *mititate.* *Corradus.*

24 *Απειρος πάρος*] Mureti vicus, Aro-
pagus *ἔτι δὲ ἄριστος πάρος* ὑπλάθει, et
ἔπειτα ἄριστος ἔτι δὲ ἄριστος. *Paulan.* in At-
tic. Aroepagias vero Solon constituit (lib.
I. de Off.) qui severi ita fuerunt, ut seve-
ri iudices proverbio Aroepagias dicantur, ut
Cassiodorus ep. 13. h. l. *Idem.*

25 *Filiola Curionis*] C. Curionis filio,
qui tam consuetudinem cum M. Antonio
tunc habebat, ut merito filia potius, quam
filius dici posset. *Philipp. 2.* & *Plut.* in
Ant. Licin.

26 *Ut nulla daretur. Uti rogas.*] Cum po-
pulus in campum Martium convenerat, uti

rogationem aliquam aut acciperet, aut an-
tiquaret; tabellae singulis binae dabantur,
diverse inscriptae; altera sic, *Uti rogas*,
qua significabant, se rogationem accipere,
& velle uti rogasset is, qui rogationem tu-
lisset; altera cum litera *A*; quae erat anti-
quata, id est, sublatæ rogationis nota.
Mansuetus.

27 *Dimituntur*] An non praestat legere,
dimittuntur? Non enim placide sunt dimissa
comitia, sed & propter Clodianorum auda-
ciam, & optimatum concursum, qui eis se
opponebat, dirempta sunt comitia. *Grae-
vius.* Et id Muretus quoque.

28 *Curioni*] Patri, non filio, qui non-
dum id ætatis videretur fuisse, ut senator esse
posset, & sane non ita multo post ut non
senator introduceretur in Senatum, ep. 24. l.
II. *Corradus.*

29 *Nullum senatus-consultum facienti*] Est,
petenti, ut nullum Senatus-consultum ferret,
aut etiam, ut Senatus-consultum quod ante
erat factum de rogatione ad pop. ferenda
tolleretur. *Cassiod.*

ex altera parte facile cecce fuerunt. ³⁰ Acta res est. ³¹ Fu-
sius tertium concessit. Clodius conciones miseras habebat,
in quibus Lucullum, Horensium, C. Pisonem, Messalam
consulim contumeliose lædebat; ³² me tantum comperisse om-
nia criminabatur. Senatus & de provinciis Prætorum, &
de legationibus, & de cæteris rebus decernebat, ut, ante
quam ³³ rogatio lata esset, ne quid ageretur. Habes res Ro-
manas. Sed tamen etiam illud, quod non speraram, audi.
Messala consul est egregius, fortis, constans, diligens, nostri
laudator, amator, imitator. Ille alter ³⁴ uno vitio minus vi-
tiosus; quod iners, quod somni plenus, quod imperitus, quod
³⁵ ἀπραγμάτευτος, sed voluntate ³⁶ ita καλέχνης, ut Pompe-
jum ³⁷ post illam concionem, qua ab eo Senatus laudatus
est, odisse coeperit. Itaque mirum in modum omnes a se bo-
nos alienavit. Neque id magis amicitia Clodii adductus facit,
quam studio perditarum rerum, atque partium. Sed habet sui
similem in magistratibus, præter Fusium, neminem. Bonis
utitur Tribunus plebis, ³⁸ Cornuto vero ³⁹ pseudo-Catone.

Tom VIII.

I

Quid

30 *Acta res est*] Factum est decretum, ut
Coss. populum cohortarentur ad rogationem
accipiendam. *Corradus.*

31 *Fusus*] Hic locus variis modis legi-
tur; cum enim omnes corruptum esse existi-
marint, quisque pro suo ingenio supplavit.
Est autem hic Quintus Fusus Calenus, per-
petuus inimicorum Ciceronis defensor, qui
causam Clodianam acerrime defendebat. *Vi-
lorius.* Ex vestigiis veterum codicum lectio-
nem hanc erui optimam, & hinc loco val-
de accommodatam: *Fusus tertium unum cessi-*

Quantus Fusus, sanctissimus Tribunus,
vehementer niteretur, ne hæc lex ferretur
sententiam in senatus-consultum quod fa-
ciendum erat, tum temporis cessit, sine tum
non intercessit, non intercessione sua impe-
dit ne senatus-consultum fieret. *Graevius.*

32 *Me tantum comperisse omnia*] Id est,
obscure mihi illud, quod ego de me præ-
dicaram in meo consulatu, me comperisse,
Catilinam cum suis consilium cepisse urbis
incendende, &c. *Lambinus.*

33 *Rogatio*] De polluti sacris. *Corrad.*
34 *Uno vitio minus vitiosus*] Hoc est, Pi-

so homo vitiosissimus esset adhuc vitiosior,
nisi vitium unum ab aliis vitis eum retra-
heret. Nam qui sit ignavus, non potest esse
audax, & multum formidandus reipublice,
qualis Catilina. Pifo estis malus erat, ut e-
rat, si tamen accessisset audacia, longe de-
terior fuisset. *Cassiod.*

35 *ἀπραγμάτευτος*] Ignavissimus, nihil
proclius faciens. *Corradus.*

36 *Ita καλέχνης*] Translatum est e Scho-
la Medicorum vocabulum. Est enim καλέχνης
apud Medicos, ejus corpus ita est af-
fectum, ut vegeto omnino in morbum. Ideo
addit *coleratus*, ut translationem indicaret
a corpore ad animum. Ciceronem autem in
libris Medicorum adprime fuisse verlatum,
declarant vel insipientiarum consultatum lo-
ci diligenter eloquentia studiosi notandi; &
simul meminimus veram eloquentiam esse,
quæ conjuncta est cum scientia & cognitio-
ne rerum plurimarum, unde efflorescit &
manat omnis copia. Scite Horatius: *Sci-
bendi recte sapere est et principium et fons*
Cassiodorus.

37 *Post illam concionem*] In quam produ-
tus fuit a Fusio. *Corradus.*

Quid quæris? Nunq̄ ut ad privata redeam, *Tullius* 44 promissa paravit. Tu mandata effice, quæ recepisti. Quintus frater, qui 41 Argiletani ædificii reliquum dodrantem emit H-S dccxxv, Tusculanum 42 venditat, ut, si possit, emat Pacilianam domum. Cum Lucejo in gratiam redi. Video hominem valde 43 petiturum. Navabo operam. Tu quid agas, ubi sis, cujusmodi 44 istæ res sint, fac me quam diligentissime certiozem. Idibus Febr.

38 *Comitia*] C. *Comitia* Trib. pleb. qui tribus post annis Prætor fuit. Orat. post reditum in Senatu. *Item*.

39 *Pseudo-Catonis*] Hoc est, altero Catone, sive Catonis imitatore. Tantum fuit nomen Catonis, ut multi Romæ eum imitarentur, & cum adhuc vivum pro exemplo sibi proponerent. Talis etiam fuit Favonius. *Cassiodorus*.

40 *Promissa paravit*] ER, debitum, ut erat cond. pollicitus, solvit. Sed quia sæpe fidem sceleratæ avaritiæ, & Cicero illi erat iratus, ideo ait indignandum paravit. Quod est verbum obsequium, & quo puto qui loquuntur Latine, non tenere utuntur; sed fere cum designatum aliquod malum facinus voluit indicare. Plaut. *Pos. tam facinrum facinus paravit*. Id.

41 *Argiletani*] Argiletum pars Urbis pro-

pe Palatium, sic dicta a cæde Argi, quasi Argilæthum. Vide Servium & Varronem. In ea parte fuit aliquod ædificium, cujus quadrantem, hoc est, tertiam partem habebat vel hereditatis jure, vel alio Q. Frater; nunc ait Cicero cum omni reliquam dodrantem, hoc est, senidem cum tertia parte. *Item*.

42 *Venditæ*] Vendendi desiderio tenetur, & quali venale proponit. *Corradus*.

43 *Petiturum*] Sic emendavit Adr. Turnebus & n. *Lambin.* Lucejum cupide velle abs te petere, ut scem in gratiam redeas; non audere tamen, metu repulsi. Verum navabo operam, ut, posito metu, id abs te petat, & imperet. *Bofart*.

44 *Istæ res sint*] *Istæ res* vocat, res que istæ fiebant, id est, loco ubi erat Artium. *Item*.

CICERO ATTICO SAL.

XV. ASIAM Quinto, suavissimo fratri, obtigisse audisti: non enim dubito, quin celerius tibi hoc rumor, quam ullius nostrum literæ nuntiarint. Nunc quoniam & laudis avidissimi semper fuimus, & præter cæteros 1 *quid est illius* & fumus, & habemur, & multorum odia, atque inimicitias Reipublicæ causa suscepimus; 2 *partibus æquæ iustitiæ* curaque effice, ut ab omnibus & laudemur, & amemur. His de rebus plura ad te in ea epistola scribam, quam ipsi

1 *Asiam*] Per *Asiam* autem intelligitur illa Minoris Asiæ pars, quæ a Romanis in provinciæ formam erat redacta. *Grægorius*. Vide Ep. 1. ad Q. Fr.

2 *Partibus æquæ iustitiæ*] Studiosi Græcorum. Vide

Cic. Orat. pro Flacco.
3 *Partibus æquæ iustitiæ*] *Omnimoda iustitiæ venustissime*. Sane verba Achillis Heclorem alloquens in isto agone. *Iliad. XXII.*

ipsi Quinto dabo. Tu me, velim, certiore facias, quid de meis mandatis egeris; atque etiam, quid de tuo negotio. Nam ut Brundisio profectus es, nullæ mihi abs te sunt reditæ literæ. Valde aveo scire quid agas. Idibus Mart.

CICERO ATTICO SAL.

XVI. QUÆRIS ex me, quid acciderit de iudicio, quod tam præter opinionem omnium factum sit: & simul vis scire, quo modo ego minus, quam soleam, præliatus sim: respondebo tibi 1 *ὄλεον ἄπορον*, 2 *Ὀυμνησίας*. Ego enim, quamdiu Senatus auctoritas mihi defendenda fuit, sic acriter, & vehementer præliatus sum, ut clamor concursusque maxima cum mea laude fierent. Quod si tibi unquam sum visus in Republica fortis, certe me in illa causa admiratus esses. Cum enim ille 4 ad conciones confugisset; in iisque meo nomine ad invidiam uteretur, dii immortales! quas ego pugnas, & quantas strages edidi! quos impetus in Pisonem, in Curionem, in totam illam manum feci! quo modo sum insectatus levitatem senum, libidinem juventutis! Sæpe, ita me dii juvent! te non solum auctorem consiliorum meorum, verum etiam spectatorem pugnarum mirificarum desideravi. Postea vero quam Hortensius excogitavit, ut legem de religione Fufius Tribunus plebis ferret; in 3 qua nihil aliud a Consulari rogatione differbat, nisi iudicium

I 2 nus;

1 *De iudicio*] Clodiano, propter violata

Bona Dea sacra. *Corradus*.

2 *Tercæ opinionis*] Id est, præpostere, secundum, vel de secundo prius.

3 *Ὀυμνησίας*] *Homerus* Iliadem orsus a nono anno belli Troiani, mirificam rationem invenit etiam illorum commemorandorum, quæ prioribus annis acciderant. Sed illustrius sit multo in *Odyssæa* pater. Orditur enim poeta ab eo tempore, quo Ulysses in Insula Calypso detinebatur, quo anno Italis illi erat reditus: quis istud speraret, illa leges, poetam omnia tam commode, tam eleganter, quæ novem primis annis passus erat Ulysses referunt? & tamen istud fere eorum prætermittit: Iude dixit *Ὀυμνησίας*.

Cassiodorus.

4 *Ad conciones confugisset*] Cum F. Clodius unicum sibi præsidium putaret fortiliam plebem, quam lactabat concionibus invidiosus in Ciceronem, quasi qui nobiles civis indemnatos necasset, & commodos plebis, agrariæ legi Rullæ resistendo, adversatus fuisset. *Grægorius*.

5 *In qua nihil aliud a Consulari rogatione differbat*] Fufius huius faciem tecti Hortensio, & alius parum cautus Senatoribus. Fufius videns ægre servari posse Clodium, rogatione illa accepta, persuasit Hortensio, se boni publici & concionæ scilicet studio velle ferre rogationem, qui idem efficere atque illa consulari: & quod ita eam rogatio-

nus; (in eo autem erant omnia) pugnauitque, ut ita fieret; quod & sibi, & aliis persuaserat, nullis illum iudicibus effugere posse: contraxi vela, ⁶ perspicuus inopiam iudicium; ⁷ neque dixi quicquam pro testimonio, nisi quod erat: ita notum, atque testatum, ut non possem praterire. Itaque, si causam quaeris abolitionis, (ut jam ⁸ *ἴπὸς τὸ πρότερον* revertar) egestas iudicium fuit, & turpitude. Id autem ut accideret, commissum est Hortensii consilio: qui dum veritus est, ne Fufius ei legi intercederet, quæ ex senatus-consulto ferebatur, non vidit illud, fatius esse illum ⁹ in infamia relinqui ac fordibus, quam ¹⁰ infirmo iudicio committi. Sed ductus odio properavit rem deducere in iudicium; cum illum ¹¹ plumbeo gladio jugulatum iri tamen diceret. Sed iudicium, si quaeris, quale fuerit, ¹² incredibili exitu; sic, uti nunc ex eventu ab aliis, a me tamen ex ipso initio consilium Hortensii reprehendatur. Nam ut ¹³ rejectio facta est cla-

gationem composuerit, ut nihil differret a Consulari, nisi quod ex lege Fufii iudices ordinari de Clodio erant cognosci; ex rogatione senatus non iudices ordinari; sed vel populus, vel aliquis, cui aut senatus-consulto, aut plebis-scito extra ordinem quaestio illa fuisset mandata. Recte autem ait Cicero in hoc fuisse omnia, quod cum non videret Hortensius, que fuit ejus imprudentia, passus est sibi suum fieri, & os obliui. *Cassiodorus*.

⁶ *Perspicuus inopiam iudicium*] An inopiam iudicium, hoc est, quod erant boni iudices defuisti? an sic potius: Perspicuum eos, qui futuri erant iudices, omnes esse vires animas, & egestate laborantes. Nam quis necit supererant sepe esse malefadam, & recte a sapientibus iudicium ad magistratus aut iudicia non temere properes esse admittendos, nec semper iure reprehendendum illud, *dat consilium bonorum*. *Idem*.

⁷ *Neque dixi quicquam pro testimonio*] Qua nocte pro populo fiebat, Clodium Romæ fuisse, cum ille diceret se fuisse Internum, ut postea probavit. Ep. 1. lib. 2. & orat. pro Mil. *Corradus*.

⁸ *ἴπὸς τὸ πρότερον*] Ad prius, ad illud quod priore loco quaesisti. *Idem*.

⁹ *In infamia*] Nam, si Fufius intercessione impediret, quo minus de re Clodia populus iudicare posset; itaque iudicium de Clodio nullum fieret; Clodius tamen in infamiae fordibus jaceret; quem non innocenter videretur in iudicio servasse, quod fortasse nunc videtur potest, sed tribunus nocentem iudicio eripuisse. *Mansuetus*.

¹⁰ *Infirmo iudicio*] Quod facie corrupti posset. Firmissimum autem, & integrum ab omni labe, populi iudicium fuisset. In rogatione Consulari, ut populus iudicaret, scriptum erat. *Idem*.

¹¹ *Plumbeo gladio*] Hoc est, per quosvis & qualescunque iudices. Adagium est de re inepta ei rei, de qua facta est. Sic alibi (*Fin. 4. 18.*) Cicero plumbeum pugionem dixit. *Græuius*.

¹² *Incredibili exitu*] Ita loqui amat Cicero *est incredibili exitu*, *est habitus incredibilis exitum*. Sic passim loquitur, ita tempe alii. Vide Gellium 5. 8. Interpretor autem iudicium *incredibili exitu*, & *egrem τὴν ἐξουσίαν* & *ἐξουσίαν*, hoc est, in qua multa præter opinionem hominum eveniunt. Et pertinent hæc ad ea que facta sunt, dum iudicium peragitur. *Cass.*

¹³ *Rejectio*] Iudicium. Vide *Adcon. Vera. Att. 1. cap. 3.*

clamoribus maximis; cum ¹⁴ accusator, tanquam Censor bonus, homines nequissimos rejiceret: reus, ¹⁵ tanquam clemens lanista, frugalissimum quemque secerneret; ut primum iudicium confederunt, valde diffidere boni ceperunt. Non enim tanquam turpior ¹⁶ in ludo talario confessus fuit. ¹⁷ Maculosi senatores, ¹⁸ nudi equites, ¹⁹ tribuni non tam ærati, quam, ut appellantur, ærarii. Pauci tamen boni inerant, quos rejectione ²⁰ fugare ille non potuerat; qui moesti inter sui dissimiles, & moerentes sedebant, & contagione turpitudinis vehementer permovebantur. Hic, ut quæque res ad consilium ²¹ primis postulationibus referrebat, incredibilis erat severitas, nulla varietate sententiarum: nihil impetrarat reus: plus accusatori dabatur, quam postulabat: triumphabat (quid quaeris?) Hortensius se vidisse tantum; nemo erat, qui illum reum, ac non millies condemnatum arbitraretur. Me vero teste producto, credo te ex acclamatione Clodii advocatorum audisse, quæ consurrectio iudicium facta fit, ut me circumfiterent, ut aperte jugula sua pro meo capite P. Clodio ostentarent. Quæ mihi res multa ²² honorificentior vili.

¹⁴ *Accusator*] Lentulus, orat. de resp. & Val. Max. lib. 4. cap. 2. subscriptor C. Fannius, ep. 24. lib. 2. *Corradus*.

¹⁵ *Tanquam clemens lanista*] Solebant lanistæ cum patris eligerent producenda, eos primo quoque tempore producere, qui improbilissimi erant, frugalissimum quemque servantes; quo nunc Cicero respicit. *Cassiodorus*.

¹⁶ *In ludo talario*] Ludus hic accipitur pro loco, ubi convenire solent actores. Talorum tamen ludus, sive *ἀγὼν*; non est confundendus cum tessarario ludo, sive *τῆβας*. *Idem*.

¹⁷ *Maculosi senatores*] Maculosi sunt notati a censoribus. Suet. Jul. 41. Tacit. 1. Hist. 7. & 2. 40. *Græuius*.

¹⁸ *Nudi equites*] Nudati opere censorio. Suet. Jul. 41. *Idem*.

¹⁹ *Tribuni non tam ærati, quam, ut appellantur, ærarii*] Hoc est, tribuni non tam damnati erant, quam nummarii. Ce. contrahit & ærarius enim in ea notione ac forma qua nummarius dici cur non possit; nihil

causæ video. *Turnebus*. Legi velim: *Tribuni non tam ærarii, ut appellantur, quam ærarii*. *Muretus*.

²⁰ *Fugare*] Mille, *effugere*. *Idem*.

²¹ *Primis postulationibus*] Postulatio proprie erat, cum accusanti irrogationem adibat petens, ut liceret sibi nomen ejus, quem accusare volebat, inter reos referre. Hic latus accipitur. Accipitur enim pro petitionibus, quæ fieri solent ab utraque parte, dum parat se ad licem, pura ut liceat illum aut illum qui abire advocare, & ejus adventum expectare, ut ne ille aut ille ad testimonii distinctionem admittatur. *Cass.*

²² *Honorificentior*] Honori maximo Ciceroni id fuit, quod tantus esset nominis ejus splendor, tam præfulgens dignitas, ut & bonis omnibus admirationi esset, & improbis terroret. Nam siue illi lunc honorum Ciceroni habuerat non fide, quid *honorificentior* siue simulate, quis cogit, nisi fuma Ciceronis dignitas, & omni exceptione major auctoritas? *Idem*.

vifa est, quam aut illa, cum jurare ²³ tui cives ²⁴ Xenocratem testimonium dicentem prohibuerunt; aut cum ²⁵ tabulas Metelli Numidici, cum hæc, ut ²⁶ mos est, circumferrentur, nostri iudices aspiceret noluerunt; multo hæc, inquam, postera res major. Itaque iudicum vocibus, cum ego sic ab his, ut salus patriæ, defenderet, fractus reus, & una patroni omnes concenterunt. Ad me autem eadem frequentia postridie convenit, qua cum abiens consulatu sum ²⁷ domum rediit. ²⁸ Clamare ²⁹ præclari Arcopagite, se non esse venturos, nisi præsidio constituto. Refertur ³⁰ ad consilium; una sola sententia præsidium non desideravit. Desertur res ad senatum; gravissime, ornatissimeque decernitur: laudantur iudices: ³¹ datur negotium magistratibus: responsum hominem nemo arbitrabatur. ³² Ἐστειν ὄν μοι Μῦσαι, ὅττοι δὴ πρῶτον τῶν ἑμῶν. Nosti ³³ Calvum, ex Nanneianis illum, illum laudatorem meum, de cuius oratione erga me honorifica ad te scripseram. Biduo per unum servum, & eum ex gladiatorio

²³ Tui cives] Locatur. Respuit enim jus civitatis ab Atheniensibus sibi oblatum Atreus. Credo, quia sic jus amississet Romanæ civitatis. Nemo enim diarum civitatum civis eodem tempore esse potest. Pro Corn. Balbo, cap. 11. *Ibid.*

²⁴ Noverunt] Hic testimonio dicta, cum ad Aras, ut mos Græcorum est, jurandi causa accederet, una voce omnes iudices, non juraret, reclamavit. In oratione pro Balbo, & apud Valerium, & Lærtium. *Manutius.*

²⁵ Tabulas Metelli Numidici] Q. Metello, Quinti filio, Numidico, causam dicente de pecuniis repetundis, cum ipsas tabulas circumferrentur inspicere nominis causa, fuit iudex nemo ex illis equitibus Romanis, gravissimis viris, quia non parceret oculis, & se totum averteret: hæc forte, quod ille in tabulis publicas resalisset, dubians quicumque, verumne, an falsum esset, videretur. In oratione pro Balbo. *Ibid.*

²⁶ Mos est] Qui repetundarum accusabant, eorum tabulas accepti & expensi domi obignari solebant. Cic. 7. in Ver. 29. Deinde in iudicium afferbantur, & iudicibus inspicenda tradebantur, ut quid haberent in bonis, & unde acceptum, pate-

ret. *Ibid.* cap. 23. *Grænovius.*

²⁷ Domum rediit] Eius frequentem mentionem facit his verbis in oratione in Pisonem: *Qua quidem tempore in meam domum forte fore rediit, ut nemo, nisi qui necum esset, eorum esse in numero videretur.* *Manutius.*

²⁸ Clamare] Utitur stylo historico, qui narrationes longiores dæcet in primis. Clamare enim est clamare ceperunt, vel clamabant, ut passim ipse, Sallustius, alii. *Cassiodorus.*

²⁹ Præclari Arcopagite] *Elpovide.*

³⁰ Ad consilium] Iudicum. *Manutius.*

³¹ Datur negotium] Ut præsidium constituant. *Corradus.*

³² Ἐστειν ὄν μοι Μῦσαι] Dicite nunc mihi, Musa, cælestes domos habitantes, quo modo iam primum ignis incidit. *Iliad.* 11. 113.

³³ Calvum ex Nanneianis] Non Calvus, sed M. Licinius Crassus omnino intelligitur, qui pecunia sua corrupti iudicium hoc: sed cur Calvus ex Nanneianis appellatur, ignoro. Conjectura quidem oblectam sum ingeniose, sed non vere sine dubio. *Cassiodorus.*

Iudo, confecit totum negotium: ³⁴ accessit ad se, promissit, ³⁵ intercessit, dedit. Jam vero (o dii boni, rem perditam!) etiam noctes certarum mulierum, atque adolescentulorum nobilium ³⁶ introductiones nonnullis iudicibus ³⁷ pro mercedis cumulo fuerant. Ita, summo discessu bonorum, pleno foro fervorum, XXV iudices ita fortes tamen fuerunt, ut, summo proposito periculo, vel perire maluerint, quam ³⁸ perdere omnia. XXXI fuerunt, quos fames magis, quam fama, commoverit. Quorum Catulus cum vidisset quendam, Quid vos, inquit, præsidium a nobis postulabatis? an, ne nummi vobis eriperentur, timebatis? Habes, ut brevissime potui, genus iudicii, & causam abolitionionis. Quæris deinceps, qui nunc sit status rerum, & qui meus. Reipublicæ statum illum, quem tu meo consilio, ³⁹ ego divino confirmatum putabam, qui bonorum omnium conjunctione, & auctoritate Consulatus mei fixus, & fundatus videbatur, nisi quis nos Deus respexerit, elapsum scito esse de manibus ⁴⁰ uno hoc iudicio: si iudicium est, triginta homines populi Romani levissimos, ac nequissimos, nummulis acceptis, jus ac fas omne delere, &, quod omnes non modo homines, verum etiam pecudes factum esse sciant, id ⁴¹ Talmam, & Plautum, & Spongiam, & ceteras huiusmodi quinquillas statuere,

³⁴ Accessit ad se] Iudices.

³⁵ Intercessit] Est spondere pro aliquo, recipere in se solvendum. *Grænovius.*

³⁶ Introductiones] Verbum est lenoni conveniens: illius enim est supra conciliare, & huic ad illam aditum munire, viamque sternere, ac denique introducere. Puto & introductiones, & productiones, & perductiones, dici hoc sensu. *Cassiodorus.*

³⁷ Pro mercedis cumulo] Cumulus in mensura aridorum est id, quod excedit legitimam mensuram, & hostio solet abadi. Seneca vocat accessum. Non vacat de pretio quæri, plus in accessibus suis. Id vocant Latini ostentium, Græci *επιπλεον*. Sic in emptione carni in macello dari solet superpondum aliquod, quod veteribus Latinis *Manilla* dicitur. *Ibid.*

³⁸ Perdere omnia] Totam rem evertere, quam in iudicio esse positam, plane con-

stat. Maluerunt igitur recte sentire, etiam si rectum sentum consecutura mors esset, quam sententias ferre, contra quam leges, & jura præscriberent, quod si fecissent, a- dura esse de universa republica opinabatur. Quasi, Clodium servare, & temp. perdere, idem esset. *Manutius.*

³⁹ Ego divino confirmatum] Diis enim immortalibus docibus eam mentem, voluntatemque suscepi. *Orat.* 4. in Catil. & *orat.* pro P. Sylla. *Corradus.*

⁴⁰ Uno hoc iudicio] Quia severitate iudiciorum sublata, nullus est metus malis, nulla spes aut securitas bonis. Omnia sunt incerta, cum a jure discessum est. 9. ad Fam. ep. 16. *Grænovius.*

⁴¹ Talmam & Plautum] Vereor ut omnibus probare possim, quod hoc loco primum observavius. Dicam tamen quod odore quondam suspicionis video indagasse. Puto hæc nomi-

re, nunquam esse factum. Sed tamen, ut te de Republica conoler, non ita, ut sperarunt mali, tanto imposto Reipublicæ vulnere, alacris exultat improbitas in victoria. Nam plane ita putaverunt, cum religio, cum pudicitia, cum iudiciorum fides, cum senatus auctoritas concidisset, fore, ut aperte victrix nequitia, ac libido poenas ab optimo quoque peteret sui doloris, quem improbissimo cuique inusserat severitas Consulatus mei. Idem ego ille, (non enim mihi videor insolenter gloriari, cum de me apud te loquor, in ea præsertim epistola, quam nolo aliis legi) idem, inquam, ego recreavi affictos animos bonorum unumquemque confirmans, excitans. Insectandis vero, exagitandisque nummariis iudiciis, omnem omnibus studiosis, ac fautoribus illius victoriae ⁴³ *suppositus* eripui: Pisonem consulem nulla in re consistere unquam sum passus: ⁴⁴ desponsam homini jam ⁴⁵ Syriam

nomina istorum iudicium poni a Cicerone per iocum & gratis ridiculi, ita ut dissimulante iocetur in ambiguo significatione vocum istarum. Propterea vocat mox hos iudices quisquillas, alludens ad res illas parvi pretii, quas nomina ista si sumantur appellative, significant. Simillime in oratione pro Cluentio iocatur in alios iudices, Gattam & Balbum: *Aque etiam ipse conditor vestri negotii Gattam adspersit hinc Balbo*. Sic quoque hic per iocum profertur hæc notitia, facta allusione ad aliam istarum dictionum significationem. Nunc de illis nominibus videamus. *Telsis* vox, an veteri Romanorum lingua, cuius vox et sententiam partem hodie habemus comitum, aliquid significet nescio. Sed proci Cicerio videtur allusionem facere ad vocem *Tells*, que significat *conspicua dixeris*, ut est in Glossis, hinc est, folliculum cæci, ait Festus. Hæc re quid levius dici poterit? Jam nomen *Plauti* iocandi occasione & argumentum assatim suppelit. Nam *Plautus*, vel blandi Latine appellantur cæci, quorum aures languide sunt & hæcidiæ. Festus. Quod ipsum nomen, ut alia multa, videtur ex onomatopoeia ortum. Ideo Plautus in Catine prologo latrans nomen appellat. Canum enim est baubari. Et istorum laratus exprimitur Græca voce *αὐτὸν*, quam syllabam pars prior vocis Plauti habet. Nomen autem *Spongia*

non est obscurum. Fuit enim sponsa olim in usu ad mundandum suppellectilem, ut mensas, scannas, &c. imo (honor fit auribus) ad spercos usus, ut hodie charta adhibebatur. Legitur hic etiam *Calvus*, *Plautus*, & *Spongia*. Que voces iudicem iocose ponuntur. Nam *Calvus* a verbo *calvo* est, hoc est, decipio; *Plautus* autem dicitur *αὐτὸν*. Sic nos Galli un *piet* plar, Calaubonus.

⁴³ *Suppositus*] Victoria solet victorem loquacem reddere. Solec enim ubique narrare victoriam suam, qui eam ubique adepti. Facultatem id libere faciendi, *suppositus* vocat hic Cicerus. Minus enim libere ob victoriam audere exultare qui, passim sibi inculcantes audium, improbis artibus eam facile reportant victoriam. Similes ipse fuit visis, quorum *etiam*, inquit, Pindarus, *ἀπὸ τῆς νίκης*. Idem.

⁴⁴ *Desponsam*] Ut eam anno proximo proconsuli administraret. *Maonius*.

⁴⁵ *Syriam*] Provincia fuit mire dives & consularis: quare sepe Macedonia & Syria, vel auctore Senatu, bene merito de republica dabatur, vel a Tribunis plebis prætorum improbitatis constituebatur. Sic Gabinius, qui Ciceronem expulit, Syriam provinciam per Clodium Tribunum est consecutus. *Gabinius*.

riam ademi: senatum ad pristinam suam severitatem revocavi, atque abjectum excitavi: Clodium præsentem fregi in senatu, cum oratione perpetua, plenissima gravitatis, tum altercatione ejusmodi, ex qua licet pauca degustes. Nam cætera non possunt habere neque vim, neque venustatem, ⁴⁵ remoto illo studio contentionis, quem ⁴⁶ *ὕψιστον* vos appellatis. Nam, ut Idib. Maii in senatum convenimus, rogatus ego sententiam multa dixi de summa Republica, atque ille locus inductus a me est ⁴⁷ divinitus; ne, una plaga accepta, patres conscripti conciderent, ne deficerent: vulnus esse ejusmodi, quod mihi nec dissimulandum, nec pertimescendum videretur: ne aut metuendo ignavissimi, aut ignorando flavissimum judicaremur. Bis absolutum esse ⁴⁸ Lentulum, bis ⁴⁹ Catilinam: hunc tertium jam esse a iudicibus in Rempublicam immisissum. Erras, Clodi, non te iudices urbi, sed carceri reservarunt; neque te retinere in civitate, sed exilio privare voluerunt. Quamobrem, Patres conscripti, erigite animos, retinete vestram dignitatem. Manet illa in Republica bonorum consensus: dolor accessit bonis viris; virtus non est imminuta: nihil est damni factum novi; sed quod erat, Tom. VIII. K inven-

⁴⁵ *Remoto illo studio contentionis*] Forte legendum *studio*. Quod videtur requirere vox sequens *ὕψιστον*. *Gulielmus*.

⁴⁶ *ὕψιστον*] Certamen.

⁴⁷ *Divinitus*] Cave confundas cum multis *divites* & *divinitus*. Qui est se aliquid *divites* fecisse, tribuit sibi laudem mirificam, & quæ vis hominibus concevit, est abstrusum non vulgo isto loquendi genere. Qui dicit *divinitus se aliquid egisse*, laudem Deo tribuit, non sibi. Est enim *divinitus* quod Homerus dicere solet *ἀπὸ θεῶν*, hoc est, Deo auctore & compulso. Quare de malo dici solet, ut cum dicimus, divinitus accidit, ut ille illum occideret. Et Cic. in Ver. *ita in eam sententiam mihi videtur divinitus incidisse*. Calaubonus.

⁴⁸ *Lentulum*] Hic est Catilina conjurationis particeps, prætor cum esset. *Corr.*

⁴⁹ *Bis Catilinam*] Epo tamen ter absolutum Catilinam invenio: primum de in Africa, & inter scarios. Quibus criminalibus flagitatis, Hortensius & Merello conf. idque Orosius lib. 4. & Palsianus in commentario

orationis contra Competitores, tradiderunt. Iterum, crimine inter scarios, ob necem M. Marii Gratidiani, Casare & Figulo conf. quod apud Dionem lib. 36. scriptum est. Id etiam Cicero significat in oratione pro Sylla, cum ait: *si idem non esset alio in iudicio*. Tertio, reperiendum ex Africa, Coira & Torquato conf. ut Ciceronis, Quintii fratris in libello de Perlicone consulatus. Palsianus testimonio probatur. Quid igitur? sed, cum Catilinam, item ut Clodium, contra leges absolutum velle significare, de tribus absolutioibus tuam omittit, in crimine scilicet inceptus, ne Fabie, Terentia uxoris suæ forori, turpem impudicitiam notam inureret: quam etiam in oratione contra competitorum experem culpe dicit fuisse. Loquitur igitur de his iudiciis, in quibus Catilina, cum culpam commisset, absolutum tamen est, repetendum. Scilicet ex Africa, & inter scarios. Quibus criminalibus manifeste tenebatur. *Maonius*.

inventum est: in unius hominis periti iudicio plures similes reperti sunt. Sed quid ago? pene orationem in epistola inclusi. Redeo ad altercationem. Surgit ⁵⁰ pulchellus puer: obicit mihi, *me ad Bajas fuisse*. Fallum: sed tamen quis hoc? simile est, inquam, quasi dicas in operto fuisse. *Quid*, inquit, *homini Arpinati cum aquis calidis?* Narra, inquam, patrono tuo, qui ⁵¹ Arpinates aquas concupivit: nostri enim ⁵² marinas. *Quousque*, inquit, *hunc regem feremus?* ⁵³ Regem appellas, inquam, cum ⁵⁴ Rex tui mentionem nullam fecerit? Ille autem Regis hereditatem spe devorarat. ⁵⁵ *Domum*, inquit, *emisti*. Putes, inquam, dicere, iudices emisti. *Juranti*, inquit, *tibi non crederunt*. Mihi vero, inquam, xxv iudices crederunt: xxxi, quoniam nummos ante acceperunt,

⁵⁰ Pulchellus] P. Clodius e gente Claudiorum, qui Pulchri dicuntur. Altercatio numquam. Clodius obicit mihi me ad Bajas fuisse. Sed quid hoc flagitii est? Eadem simile, inquam, ad si dicas me in Operto Bonae Deae fuisse, ubi tu depositus es in domo Caesaris. 2. Quis, inquit, ubi homini Arpinati, apertis, leni iudicio cum calidis & volupratis aquis Bajans. Narra, inquam, hoc patrono tuo, scilicet innotuit, quare, ut patronus, spe defendit. Illa concupivit Arpinates aquas, cum nuptias meas peteret, ut virum experta illis se lavaret. Nosti enim ipse *marinas*, quibus se perfudit cum supram passus es a piratis. 3. Quousque, inquit, hunc Regem superbum feremus? Regem me appellas, inquam, cum Q. Martius Rex, sororis tuae maritus, committens in testamento nullam tui mentionem fecerit. 4. Domum, inquit, emisti, scilicet magnificentissimam in Palatio selertis tricis vicis. Voluisti, inquam, dicere, iudices emisti, qui te absolverunt. 5. Juranti, inquit, tibi non crederunt, quia me absolverunt, est juratus in me testimonium diversis. Mihi vero, inquam, xxv iudices crederunt, qui te sententis suis condemnarunt: xxxi tibi non crederunt, quoniam nummos ante acceperunt, quam te absolverunt. Videndus Plutarchus in Cicerone, & Cicero de Harusp. respons. Poppa.

⁵¹ Arpinati aquas] Hoc est, nuptias meas. Sic enim appellat *Arpinates*, alludens ad veterem morem, qui *Arpinates* dicitur aquam adhibebant.

ris poeta passim, & Cicero ipse pro Calpurnio (ant) *aquam addidi, ut te te innotescere urvesset?* Hinc pendet iocus Ciceronis, & in hac voce, & in sermone: *Nosti marinas*. Atque ex hac eadem confusione illustrari debet locus Ciceronis in Orat. pro Murena, ubi orator mentionem facit provinciae cujusdam, quam cum quibus fortiter, exclamatio fieri solet: Intelligit provinciam quae & Ostiensis & Aquaria dicebatur: quae si cui paulo deitiori voluptatibus obtingit, solebant Romani joculari, allusionemque facere ad hunc obsecrum nuper usum. Ex quo etiam Aquarioli sunt dicti pueri in lunaticis infirmitates, teste Felio. Eandem proximam in porto & Ostiensem fuisse appellatam, & Aquariam, declarat collatio locorum duorum, illius in Orat. pro Murena, & hujus in Vatinium. *Cassabonus*.

⁵² Marinas] Quibus te purgasti, cum latera cupisses piratis. De Harusp. resp. at. J. F. Gronov. Jocum esse vult Bosius in voce *Marinas*, quae possit etiam intelligi de Arpinatibus, quae fuerant C. Marit.

⁵³ Regem appellas &c.] Sensus est: Tu Regem nominare sustines, illudque nomen recordari, cum Rex, cujus hereditatem iam spe devoraveras, in testamento se praeceperit, unquamque tui mentionem fecerit? *Maslespinus*.

⁵⁴ Rex] Q. Martius Rex. Terentia sororis tuae maritus. *Corradus*.

⁵⁵ Domum emisti] Vide supra, ep. 13.

tibi nihil crederunt. Magnis clamoribus afflictus conticuit, & concidit. Noster autem status est hic. Apud bonos idem sumus, quos reliquisti; & apud sordem urbis, & facem multo melius nunc, quam reliquisti; ⁵⁶ nam & illud nobis non obest, videri nostrum testimonium non valuisse. ⁵⁷ Missus est fanguis invidia sine dolore, atque etiam hoc magis, quod omnes illi fautores illius flagitii, rem manifestam illam redemptam esse a iudicibus consentur. Accedit illud, quod illa ⁵⁸ concionalis hirudo ararii, misera ac jejuna plebecula, me ab hoc Magno unice diligi putat: & hercule multa & jucunda consuetudine conjuncti inter nos sumus, usque eo, ut nostri isti commissatores conjurationis, barbatuli juvenes, illum in sermonibus ⁵⁹ Cnaeum Ciceronem appellent. Itaque & ludis, & gladiatoribus mirandas ⁶⁰ *epiportuarias* ⁶¹ sine ulla pastoritia fistula auferabamus. Nunc est expectatio comitorum: in qua omnibus invitis trudit noster Magnus ⁶² Auli filium: atque in eo neque auctoritate, neque gratia pugnat, sed quibus ⁶³ Philippus omnia castella expugnari posse dicebat, in qua modo atellus onustus auro posset ascendere. ⁶⁴ Consul autem ille, ⁶⁵ Doterionis hiltionis similis, susce-

K 2

⁵⁶ Nam & illud] Alteram Er, quod huic respondeat, videtur desiderari: sed Cicero saepe particulam, distinetive, quae expectatur, omittit, nec tamen captam sententiam absoluit. Ut hic alteram Er omittit; atque eius loco intulit, *Accedit illud*. *Mani*.

⁵⁷ Missus est fanguis invitis] Prohibet nobis ad extinguendam invidiam, videri nostrum testimonium non valuisse. Sic & Livius libro 3, *Daudar*, inquit, *invitis est fanguis*. *idem*.

⁵⁸ Concionalis hirudo ararii] Unde largitiones fieri cupit, quales tribuni nimis populares facere solent. *Corradus*. *Concionalis* autem dicitur, quia totos dies in conclamantibus humilitatis confabulabat. Vide Gronov. de Seltzer. 4. 9. *Gronov*.

⁵⁹ Cnaeum Ciceronem] Ex isto & me junctum: Sic ep. 14. lib. 4. *Corradus*.

⁶⁰ Epiportuarias] Significationes, ut plausum, & quae praeter benevolentiam spectent. *Mansueti*.

⁶¹ Sine ulla pastoritia fistula] Sine ulla fistula. Nam odium libello, amor plausu si-

gnificatur: ut in oratione pro Sextio. Pastoritia vero fistula sonus a fistula non longe distat. Itaque & *epiportuarias* pro fistulae sonum edere & *epiportuarias* vero pro fistulae & fistulae pastoritia interpretari. Quae de se frangit imperiosae, & erant. M. Antonius Murena in Vatinium testimonium hujus. (Vide lib. 1. cap. 19.) *Mani*.

⁶² Auli filium] E. Afranium, qui bello Mithridatico legatus Pompeii fuerat, & in bellis civilibus ab eodem fuit. atque in Hispania a Caesare occisus. Vide Dioum 36. Vide & Livium, Var. Lib. 3. cap. ultimo. *Gronov*.

⁶³ Philippus] Maccedonum Rex, & Alexander Magni pater, qui distulit urbem corinthiam, & abruat amulius Reges numerarios. *Horat*. lib. 1. Carum. *Corradus*.

⁶⁴ Consul autem ille] M. Pilo.

⁶⁵ Doterionis hiltionis] Ita Bosius. Alii, *Deoterion*, quod restat Culliminius, tanquam repente respiceret. Tullius ad prologum Manthi Amphitruonis, s. 67. & seq. Sed pro Boto dat Cassabonus: intelligit, inquit, Pilo.

pisse negotium dicitur, & domi diviores habere: quod ego non credo. Sed senatus-consulta duo jam facta sunt odiosa, quod in Consulem facta putantur, Catone & Domitio consulante; unum, ⁶⁶ ut apud magistratus inquiri liceret ⁶⁷ alterum, ⁶⁷ cujus domi diviores haberent, ⁶⁸ adversus rempublicam. ⁶⁹ Lurco autem, tribunus plebis, qui magistratum ⁷⁰ simul cum lege *Ælia* iniit, ⁷¹ solus est & *Ælia*, & *Fufia*, ut legem de ambitu ferret; quam ille ⁷² bono auspicio claudus

Pisonem, de quo dictum supra, esse cum facie magis, quam facitibus ridiculum. Videtur autem Dorotheo historio fuisse, cujus opera pollicebatur, *proo dictus dicitur*, ut quidam *Rece Syria dicitur*. **66** *Ut apud magistratus*] Apparet ex hoc loco Praetorem, cuius erat quantum de ambitu, non potuisse sine senatus consilio inquirere in domos magistratum, ac in domos privatorum credo potuisse. **Idem**. **67** *Cuius domi diviores haberent*] Al. *cuiusmodi diviores habitarent* unde opinio est, legi posse: *cuius domi diviores habitarent*; vel, *ut eiusmodi diviores haberent*. **Corradus**, *Habere dicit pro habitare*, trinitimum. **Grævus**. **68** *Adversus Remp.*] Lamb. *adversus remp. favore videtur*. Sed videtur subaudiendum. **69** *Lurco*] Senatus Aulidius cognomen. Et potest esse materius anus Livia, uxoris Augusti. Suetonius in Caligula, *Manu*. **70** *Simul cum lege Ælia iniit*] Tribunatum inivit servatis auspiciis ex lege *Ælia*. **Idem**. **Fortis**, *salva lege Ælia*. **Grævus**. **71** *Solus est & Ælia & Fufia*] Lex *Ælia* & lex *Fufia* peremerunt ad Comitiam; neque dubio fraudem vel certe stratagemam eas fuisse senatorum adversus plebem. Nam cum in comitiis regnaret plebs, nec frangere hanc quæ poterat senatus potest, qui-bus perituræ illis duabus legibus effectus, etsi constaret a tribunis plebis eas fuisse latas, ut Manutius docet. Sed non quæ novum ut Tribuni in gratiam senatorum multas leges ferrent, quæ populi majestatem non nihil attererent viderentur. Testatur autem Cicero in Pisonem non esse valde antiquas illas leges, ut quæ nodum centum annos durassent. **Legis Æliae capita tria fuerunt**. 1. Ut auspiciato omnia ferretur in comitiis. 2. Ut omnium

ratione facta dirimeretur comitia. 3. Ut liberum esset intercedere, quibus intercedendum jus erat. Erat autem intercedendum jus ad populum solis Tribunis plebis legibus sacras factis concessum. Legis *Fufia* caput unum fuisse docti existimant, Ne factis diebus cum populo ageretur. Quoniam igitur videbatur senatus urgeudum esse malum istud ambitiosis, & satiens esse curandum, ob pericula varia quæ moram esse videbantur, placuit senatori illa omnia tollere, quæ latioribus novæ legis de ambitu aliquam moram videbantur posse afferre. Quam prudenter hoc a Senatu sit factum, nullo quæretur. Illud dico, Senatui præstitisse exemplum suo tribunis plebis, qui, ut improbas leges ferrent, imitari sunt factum hoc Senatus. Imo leges *Æliam* & *Fufiam* sustulerunt: quod a Clodio postea factum est. In quem Cicero tam acriter, tam saepe ob hoc ipsum invehens, non dubito quin saepe responsum tulisset a Clodio, imitatione senatus se illas leges primam neglectis, deinde sustulisse. Tanti est in republica nihil admittente, vel quod sit minimum contra leges. **Ti. 72** *proo dictus* ut passim inculcat Philosophus, *proo dictus* *παρονομαστει*. Est autem hic *παρονομαστει* quasi Cicero, qui laude immortalis dignus est, quædam præstanti hac in parte senatori, dum odio ductus Caro properat, & urget propostam inconsiderato, ipse comitem peccati se non adiungit, & bonum causam movit deferere, quæ inique & contra leges illam tuent. Jocatur igitur in Lurconem, qui cum servatis auspiciis ex lege *Ælia* factus esset Tribunus plebis, eam legem, per quam ipse esset tribunus, solvit; non tam ipse quidem quam Senatus, qui & lege utraque *Ælia* & *Fufia* solverit. **Caesarianus**. **72** *Bono auspicio*] *Επιφανεια*. Non enim bonum poterat esse ejus auspiciis, cuius in

adus homo promulgavit. Ita comitia in ante diem vi. Kal. Sext. dilata sunt. Novi est in lege hoc, ut, qui nummos in tribu ⁷³ pronuntiavit, si non dederit, impune sit; si dederit, ut, quoad vivat, singulis tribubus HS *ετο ετο ετο* debeat. Dixi, hanc legem P. Clodium jam ante servasse: pronuntiare enim solitum esse, & non dare. Sed heus tu, videlicet ⁷⁴ consulatum illum nostrum, quem Curio antea ⁷⁵ *αποθεωτον* vocabat, si hic factus erit, ⁷⁶ fabam minimum futurum? Quare, ut opinor, ⁷⁷ *απαγορευτικον*, id quod tu facis, & istos Consulatus ⁷⁸ non flocci *επιπτο*. Quod ad me scribis, ⁷⁹ te in Asiam statuisse non ire; equidem malletm ut ires: ac veretur ne quid in ista re ⁸⁰ minus commode fiat. Sed tamen

corpore, ut etiam nomine vitium esset. Inimili autem Clodios sive Claudios a claudis pedibus nomen habuisset, eaque de causa neficio quid mali omnis existisse in eorum nomine. Vitabant enim Romani inauspicata nomina, & ut loquitur Horatius, *male conjuncta verba*. **Rufus**. **73** *Pronuntiare*] *Pronuntiare* frequens in hac re verbum; est autem idem ac polliceri. Sed cum loquibus interdum esset promittere aut polliceri pecuniam, illi non pollicebantur; sed pronuntiabant. Sic enim videtur voluisse, mutata voce, vim legis ecludere. **Caesarianus**. **74** *Consulatum illum nostrum*] Consulatum accipit generaliter de honore illo, non specialiter de Consulatu Ciceronis. Nam hic ab omnibus interpretibus dissentio, ut puto, summa cum ratione. Decepit illos vox *nostrum*. Frustra. Artificiosusque artifex de sua arte loquens dicit: *Avi nostra*, nec tamen intelligit de se peculiariter. **Idem**. **75** *αποθεωτον*] Hoc est, qui consulatum solebat, videtur sibi eos, qui consulatum essent adorti, pene deos esse factos, & illis pares, **Idem**. **76** *Fabam minimum*] Alludit Cicero ad motum sui gratias puorum, qui Saturnalium diebus mense Decembri regna sacro exercere solebant, de quibus vide Tacit. 13. **Annal. cap. 15.** & ibi quæ Lippius de eis notavit. Et quidem faba, sicut & hodie fit, & apud Græcos quoque *αβυατος*, videtur in creandis magistratibus fuisse usurpata. Unde est illud Pythæpote: *A fabis abivisse*, hoc est, *magis de fabis*. At igitur Cicero, si Bar Consul Afranius, Consulatum in deinceps rem

abjeam fore, ut sunt regna puorum. Similis plane locus Seneca: *Quis magis vult esse Denu fieri: iam fama minimum fecit: etiam pessimi quique illam esse fecerunt*. Quid apertius dici potuit? **Idem**. Petros Daniel Huetius in Elzeviriano, quo utebatur, Ciceronis exemplo scripsit, *Magnum*. **Festus**. Quidam hoc fecit, cum divina vellent, adit Festum, apud quem legitur initio libri 6. *Fabam nec tangere, nec nominare*. **Diels** *fama licet, quod ea putatur ad motum pertinere*. **Nam** & *lunarialis jactis lervis, & pœnœntiæ adhibetur sacrificiis*, &c. Videtur ergo doctissimi viri conjectura eo spectare, ut pro *fabam* minimum reponamus *fabam Manium*. Quod ut plane intelligatur, mutuari lucem oportet ab Ovidio, *Fab. 5. 436*. Gellio, *ra. 15.* alique veterum scriptorum locis, quos per otium indagabit Critius. **Oliverson**. **77** *απαγορευτικον*] Philosophandum est. **78** *Non flocci*, *επιπτο*] Hoc est, Consulatus illos, qui non sunt flocci, omittite & spernari oportet. Hunc enim locum ita restituit Adr. Turnebus, *Advers. 9. 1.* Antea legebatur, & istos Consulatus *non flocci*. Credibile autem est, inquit Lambinus, Ciceronem propter verbum *αποθεωτον*, fixisse verbum *λατιν* *αποθεωτον*, ad similitudinem grati sermonis, per quamdam *απαγορευτικον*. Hæc forte Lambinus perstraxerit illis, qui Vassiforem de *laudica ditione* non legent. **Oliverson**. **79** *Te in Asiam statuisse non ire*] Contra quam sperabat Q. Cicero, qui Atticum sibi fore legatum sperabat. Vide C. Nep. in vita Attici. **Grævus**.

UNIVERSIDAD

UNIVERSITÄT



men non possum reprehendere consilium tuum, præsertim cum egomet in provinciam non sim profectus. Epigrammatis tuis, quæ ⁸¹ in Amaltheo posuisti, contenti erimus, præsertim cum & ⁸² Chilius nos reliquerit, & Archias nihil ⁸³ me scripserit: ac vereor, ne, ⁸⁴ Lucillis quoniam Græcum poema condidit, nunc ⁸⁵ ad Cæcilianam fabulam spectet. Antonio, tuo nomine gratias egi; eamque epistolam Manlio dedi. Ad te ideo antea rarius scripsi, quod non habebam idoneum, cui darem, nec satis sciebam, quid darem. ⁸⁶ Vale. Te vindicavi. Cincius si quid ad me tui negotii detulerit, suscipiam. Sed nunc magis in suo est occupatus; in quo ego ei non desum. Tu, si uno in loco es futurus, crebras a nobis literas ⁸⁷ expecta; aut plures etiam ipse mitto. Velim, ad me scribas, cuiusmodi sit *A'µαδ. Σειξ* tuum, quo ornatu, qua *ποροσειξ*; & quæ poemata, quasque historias de *A'µαδ. Σειξ* habes, ad me mittas. Labet mihi ⁸⁷ facere in Arpinari. Ego tibi aliquid de meis scriptis mittam. Nihil erat absoluti.

⁸⁰ *Minus commode*] Vel ut Quintus hoc non molliter accipiat; vel ut Quintus delicturus te redire male regat. *Græc.*

⁸¹ *In Amaltheo*] In illo gymnasio sub statua, ut videtur, Ciceronis. *Idem.*

⁸² *Chilius*] Vide supra, epist. 9.

⁸³ *Lucillus*] Archias Mithridaticum bellum in gratiam Lucullorum, & postidum L. Luculli scripserat. Ciceronem autem verbatum ne idem vellet etiam aliquid scribere in laudem Q. Cæcillii Metelli Numidici. *Postidum.*

⁸⁴ *Ad Cæcilianam fabulam*] Ad poema scribendum in honorem Q. Cæcillii Metelli Numidici & P. ejus filii, quorum Archias fuerat perquam familiaris. Legide autem vocat *fabulam Cæcilianam*, poema quod Archias condidit erat de Cæcillio, quia ut plurimum fabulas tractant poeta. *Interim*

alludit ad fabulas, quas Cæcilius comicus poeta scripserat. *Idem.*

⁸⁵ *Vale. Te vindicavi*] Nihil muto: agit enim ut mutuo rescriptiois officio, quo se Atticus superiorem esse oblectat. His, inquit, copiosis literis, non modo jam compensavero; parque reudero; verum etiam ultus fuero istam accusacionem tuam. *Mis. mei omnes sic habent, Vale. Te vindicavi.* Quam scripturam rectam puto, & eodem sensu; ac propterea in fine legitur istem auctoribus, *literam vale. Junius.* Ego nihil: *belle te vindicavi*, scilicet ab injuria, quam tibi a me fieri putabas, dum raro aut brevier scribo, hac longissima epistola. *Grævius.*

⁸⁶ *Expecta; aut*] Logo, *expectato*; *plures etiam, &c. Muræus.*

⁸⁷ *Facere*] Gymnasium hujusmodi.

CICERO ATTICO SAL.

XVII. **M**AGNA mihi varietas voluntatis, & dissimilitudo opinionis, ac judicii Quinti fratris mei, demonstrata est ex literis tuis, in quibus ad me epistolarum illius exempla misisti. Qua ex re, & molestia sum tanta affectus, quantam mihi meus amor summus erga utrumque vestrum asserere debuit; & admiratione, quidnam accidisset, quod afferret Quinto fratri meo aut offensionem tam gravem, aut commutationem tantam voluntatis. Atque illud a me jam ante intelligebatur, quod te quoque ipsum discedentem a nobis suspicari videbam, subesse nescio quid opinionis incommodæ, sauciumque ejus animum; & insedis quasdam odiosas suspiciones: quibus ego mederi cum cuperem antea scire, & vehementius etiam ¹ post sortitionem provinciæ, nec tantum intelligebam ei esse offensionis, quantum literæ tuæ declarant; nec tantum proficiebam, quantum volebam. Sed tamen hoc me ipse consolabar, quod non dubitabam, quin te ille aut Dyrrachii, aut in istis locis uspiam visurus esset. Quod cum accidisset; confidebam, ac mihi persuaseram fore, ut omnia placarentur inter vos non modo sermone, ac disputatione, sed conspectu ipso, congressuque vestro. Nam, quanta sit in Quinto fratre meo comitas, quanta jucunditas, quam mollis animus & ad accipiendam, & ad deponendam offensionem, nihil attinet me ad te, qui ea nostri, scribere. Sed accidit perincommodè, quod eum nusquam vidisti. Valuit enim plus, quod erat illi nonnullorum artificis inculcatum, quam aut officium, aut necessitudo, aut amor vester ille pristinus, qui plurimum valere debuit. Atque hujus incommodi culpa ubi resideat, facilius possum existimare, quam scribere. Vereor enim, ne, dum defendam meos, non parcam tuis. Nam sic intelligo; ut nihil ² a domesticis vulneris fa-

rum

¹ *Post sortitionem provinciæ*] Postquam ei noller, *Mansuet.*

² *A domesticis*] A sorore tua; quæ, cum sit, non eo solum iratum fuisse Quintum, uxor sit Q. fratris, animum illius sedare & quia cum ipso legatus in Asiam Atticus ire potuit, & debuit. *Idem.*

DIRECCIÓN GENERAL DE
CICE-

Am sit, illud quidem, quod erat, eos certe sanare potuissent. Sed huiusce rei totius vitium, quod aliquanto etiam latius patet, quam videtur, presentis tibi commodius exponam. De iis literis, quas ad te Thessalonica misit, de sermonibus, quos ab illo & Romæ apud amicos tuos, & in itinere habitos putas; æquid tantum causæ sit, ignoro: sed omnis in tua posita est humanitate mihi spes hujus levandæ molestiæ. Nam, si ita statueris, & irritabiles animos esse optimorum sæpe hominum, & eosdem placabiles; & esse hanc agilitatem, ut ita dicam, mollitiæque naturæ plerumque bonitati; & id quod caput est, nobis inter nos nostra sive incommoda, sive vitia, sive injurias esse tolerandas; facile hæc, quemadmodum spero, mitigabuntur. Quod ego ut facias, te oro. Nam ad me, qui te unice diligo, maxime pertinet, neminem esse meorum, qui aut te non amet, aut abs te non ametur. Illa pars epistolæ tuæ minime fuit necessaria, in qua exponis, quas facultates aut provincialium, aut urbanorum commodorum, & aliis temporibus, & me ipso consule, prætermiseris. Mihi enim perspecta est ingenuitas, & magnitudo animi tui: neque ego inter me, atque te quicquam interesse unquam duxi, præter voluntatem institutæ vitæ: quod me ambitio quædam ad honorum studium, te autem alia minime reprehendenda ratio ad honestum otium duxit. Vera quidem laude probitatis, diligentiæ, religionis, neque me tibi, neque quemquam antepono. Amoris vero erga me, cum a fraterno amore, domesticoque discessi, tibi primas defero. Vidi enim, vidi, penitusque perspexi in meis variis temporibus & sollicitudinibus, & lætitiis tuas. Fuit mihi sæpe & laudis nostræ gratulatio tua jucunda, & timoris consolatio grata. Quin mihi nunc, te absente, non solum consilium, quo tu excellis, sed etiam sermonis communicatio, quæ mihi suavissima tecum solet esse, maxime deest. Quid dicam in publica re? quo in genere mihi negligenti esse non licet; an in forensi labore? quem antea propter ambitionem sustinebam; nunc, ut dignitatem tuæ gratia possim; an in ipsis domesticis negotiis? in quibus

bus ego cum antea, tum vero post discessum fratris te, sermonisque nostris desiderio. Postremo non labor meus, non requies; non negotium, non otium: non forenses res, non domestica, non publica, non privata carere diutius tuo suavissimo, atque amantissimo consilio, ac sermone possunt. Atque harum rerum commemorationem verecundia sæpe impeditur utriusque nostrum. Nunc autem ea fuit necessaria propter eam partem epistolæ tuæ, per quam te ac mores tuos mihi purgatos, ac probatos esse voluisti. Atque in ista incommoditate alienati illius animi, & offensi, illud inest tamen commodi, quod & mihi, & cæteris amicis tuis nota fuit, & abs te aliquando testificata tua voluntas omittenda provinciæ; ut, quod una non estis, non dissensione, ac dissidio vestro, sed voluntate, ac iudicio tuo factum esse videatur. Quare & illa, quæ violata, expiabantur; & hæc nostra, quæ sunt sanctissime conservata, suam religionem obtinebunt. Nos hic in republica infirma, misera, commutabilique versamur. Credo enim te audisse, nostros Equites pene a Senatu esse disjunctos; qui primum illud valde graviter tulerunt, promulgatum ex senatus-consulito fuisse, ut de iis, qui ob iudicandum accepissent, quæreretur. Qua in re decernenda cum ego casu non affuissem, sensissemque id equestrem ordinem ferre moleste, neque aperte dicere; objurgavi Senatum, ut mihi visus sum, summa cum auctoritate: & in causa non verecunda admodum gravis & copiosus fui. Ecce alia deliciæ Equitum, vix serendæ, quas ego non solum tuli, sed etiam ornavi. ⁴ Asiatici, qui de ³ Censoribus conduxerant, questi sunt in Senatu, se, cupiditate prolapsos, nimium magno conduxisse: ut induceretur locatio, postulaverunt. Ego princeps in adiutoribus, atque adeo secundus. Nam ut illi auderent hoc postulare Crassus eos impulit. Invidiosa res, turpis postulatio, & confessio temeritatis. Sum-

Tom. VIII. L R

³ Non verecunda] Auctoris, vel ipse dicitur. Igitur inverecunda, & turpi. Quid enim turpius, quam dicere, non esse querendum de iis qui ob iudicandum pecuniam accepissent? Corradus.

⁴ Asiatici] Asiæ publicani, id est, equites. Nam erant omnes publicanorum societates ex ordine equestri. Manutius.

⁵ De censoribus] Nam locandorum vestigalium cura penes censores erat. Idem.

mum erat periculum, ne, si nihil impetrasset, plane alienarentur a Senatu. Huic quoque rei subventum est maxime a nobis; perfectumque, ut frequentissimo Senatu, & libentissimo uterentur, multaque a me de ordinum dignitate, & concordia dicta sunt Kal. Decemb. & postridie. Neque adhuc res confecta est, sed voluntas Senatus⁶ perspecta. Unus enim contraxerat Metellus Consul designatus. Quin erat di-
 cturus (ad quem propter diem brevitatem perventum non est) heros ille noster Cato. Sic ego conservans rationem, institutionemque nostram, tueor, ut possum, illam a me conglutinam concordiam. Sed tamen, quoniam ista sunt infirma, munitur quaedam nobis ad retinendas opes nostras tuta, ut spero, via, quam tibi literis satis explicare non possum; significatione parva ostendam tamen. Uxor Pompejo familiarissime. Video quid dicas. Cavebo, quæ sunt cavenda: ac scribam alias ad te de meis consiliis capefendæ Reipublicæ plura. Lucejum scito Consulatum habere in animo statim petere.⁸ Duo enim soli dicantur petituri. Cæsar⁹ cum eo

⁶ *Perpecta*] In eam partem, ut equitum ratio duccetur; quod tamen factum non est, Catone contra acerrime pugnantem, & ut dicam, quod mihi in mentem venit, in eas causas insipienter, quibus assidua respublica consistit: ex hac primum radice enatum civile bellum videtur. Cum enim urbs Roma ex tribus ordinibus, senatu, equitibus, & plebe coularetur, duobus ordinibus libertatem quærentibus, nulli unquam improbo civi facta firmo viros ad opprimendam rempublicam fuisse. Itaque in oratione in Catilinam, Hæc, inquit, cum equitibus Romanis sanctionem si perpetuam in republica tenuerimus, consensum vobis, posthac nullum civile, ac domesticum ad nullam reipublice esse vitaturum partem. Hoc vir prudentissimus non vidit Cato: qui animo optimo, & summa fide utens, dum ararium nimis pertinaciter defendit, equites a senatu alienavit. Ita, duorum ordinum disjuncta concordia, eversum est quod erat summum reipublice firmitamentum. At Cæsar, qui tyrannidem spectaret, avidè occasionem in consulari amplexu, equitum, qui a senatu nihil adhuc imperabant, causam suscepit, effuditque, ut tercia debeat pecunie parte senatus-consulto levarentur, quo siclo eque-

stram ordinem sibi adiunxit; (& jam antea plebem tenebat) unde imminute senatus opes, & res omnis publica ad tres viros, Cæsarem, Pompejum, Craffumque translata. Ubi sunt, qui, cum eloquentiam in Cicerope laudarent, ut imprudentem, atque patriam, si diis placet, ut periculosam patriæ civem insimulant? scilicet ea, que consecrata sunt, non vidit: immo vero, & vidit, & ne acciderent, etiam providit. *Manutius.*

⁷ *Video quid dicas*] Dicis, cavendum mihi esse, ne Pompeji causa de instituto ararium optimarum curis desectam. Sed noli laborare: cavebo, quæ sunt cavenda. *Idem.* Cavendum esse ab eo, qui invadeat. *Corradus.*

⁸ *Duo enim soli*] Ratio, cur Lucejum, cum dissete consulatus petitionem antea cogitasset, postea, statim petere, animum induxit. Nam, cum duos modo sibi fore competitors videret, M. Calpurnium Bibulum, C. Julium Cæsarem; majorem spem nactus est adipsiendi consulatus. Multis autem competitoribus, petere ipse non esse ausus, qui se non ita gratiosum esse in suffragiis intellexeret. *Manutius.*

coire per Arrium cogitat: & Bibulus cum hoc se putat per C. Pisonem posse¹⁰ conjungi. Rides? non sunt hæc ridicula, mihi crede. Quid aliud scribam ad te? quid? multa sunt, sed in aliud tempus. Te si expectari velis, cures ut sciam. Jam illud¹¹ modeste rogo, quod maxime cupio, ut quamprimum venias. Nonis Decemb.

⁹ *Cum eo coire*] Cum eo societatem inire contra Bibulum. Lucejum enim Cæsar collegam volebat in consulatu; ut qui non dubitaret, Bibulum optime de republica sententem suis actionibus advesararum. Vide Suetonium. *Idem.*

¹⁰ *Conjungi*] Per coitionem, nisi ita volumus interpretari: Bibulus, quomvis gerat inimicitias cum Cæsare ex solitare, & Practura conceptas, Cæf. lib. 3. de Bell. civ.

putat tamen se per C. Pisonem ita cum eo posse conjungi, ut Cof. cum eo fiat. *Corradus.*

¹¹ *Modeste rogo*] Quod intelligam magui interesse tua, te id agere, quod agendum est, ut ep. 8. h. l. Quid vero tunc ageret Atticus, intelliges, ep. 10. h. l. Al. *modeste rogo*. *Idem.* Modeste, hoc est mediocriter, que voluntate mea, ut venias, rogo. *Martianus.*

CICERO ATTICO SAL.

XVIII. **N**IHIL mihi nunc scito tam deesse, quam hominem eum, quicum omnia, que me cura aliqua afficiunt, una communicem: qui me amet, qui sapiat, quicum ego colloquar, nihil fingam, nihil dissimulem, nihil obtegam. Absit enim frater¹ *ἀδελφός*, & amantissimus: Metellus non homo, sed lituus, atque aer, & solitu-

L 2

¹ *Adelphos*] Frugalissimus, simplicissimus, optimus. Absit enim Q. frater, in Asian profectus. *Corradus.*

² *Metellus non homo*] Metellus, inquit, licet adit, ab omni tamen humanitatis consortio refugere videtur. Neque enim magis se in hominum familiaritatem applicat, quam aut litus, aut aer, aut solitudo metra: que loca hominum exacta frequentari non solent. Itaque illo familiariter non utor. *Bibulus.* Novam exhibet consuetudinem Historiæ Regiæ Inscriptionum Academici. *Tom. IX. pag. 34.* ubi ex Metello sunt: *dux voces, me tellus, non homo* &c. Juvis vero quod a se excitatum esse ait quasi ex veterum librorum ruderibus, edidit: & *amantissimus mihi bellus, non homo* &c. Unde videtur & solerter criticus, de quo ego item dixerim quod Marcus de Quinto, *epistolarum*

meique amantissimus, Fr. Olinus, suspicatur Ciceronem scripsisse: *Absit enim frater adelphos, & amantissimus mihi bellus homo. Non homo, sed lituus, atque aer* &c. Desiderat Cicero, ut Odino videtur, Q. fratrem, & M. Cælium. Hujus enim ad Ciceronem epistolas, & Ciceronis ad ipsum, orationem quoque pro Ilo quibus legit, eum scire, Atque pro Ilo iuxta ac Tullio persamiliarium; Iloque ac specie liberali, atque haberi formosus velle; cupio consuetudinem ac prouentia delectare Cicero. Hinc firmanda suspitioni ista sufficiunt, que ad ipsam (*Fam. 2. 12.*) scribebat: *Cum uno, mehercule, ambulante, atque uno sermone nostro amari fructus provincie non confere.* Jam ea que sequuntur, *Non homo* &c. vero proximum est sumpta esse et veteris poetæ Accii fabula, in qua Philoetes inducitur suam memo-

litudo mera: tu autem, qui sepiissime curam, & angorem animi mei sermone, & consilio levasti tuo; qui mihi & in publica re socius, & in privatis omnibus conficius, & omnium meorum sermonum, & consiliorum particeps, & solus, ubinam es? Ita sum ab omnibus destitutus, ut tantum requietis habeam, quantum cum uxore, & filiola, & mellitior Ciccone consumitur. Nam illa ambitiosa nostra fucosaque amicitia sunt in quodam splendore forensi; fructum domesticum non habent. Itaque, cum bene completa domus est, tempore matutino, cum ad forum stipati gregibus amicorum descendimus, reperire ex magna turba neminem possumus, quocum aut joculari libere, aut suspirare familiariter possumus. Quare te expectamus, te desideramus, te jam etiam accessimus. Multa enim sunt, quae me sollicitant anguntque, quae mihi videor, aures nactus tuas, unius ambulationis sermone exhaustis posse. Ac domesticarum quidem sollicitudinum aculeos omnes, & scrupulos occultabo: neque ego huic epistolae, atque ignoto tabellario committam. Atque hi (nolo enim te permoveri) non sunt permolesti, sed tamen infident, & urgent, & nullius amantis consilio, aut sermone requiescunt. In Republica vero, quamquam animus est praesens, tamen voluntas etiam atque etiam ipsa medicinam effugit. Nam, ut ea breviter, quae post tuum discessum acta sunt, colligam, jam exclames necesse est, res Romanas diutius stare non posse. Etenim post professionem tuam primus,

memorans solitatem, ut Accius idem loquitur lamentansque, ut apud Sophoclem, quod non domo tibi adesset, cuius vel auxilio juvari posset, vel saltem alloquio: quacunque aspiceret, nihil objici, praeter litrus, acra, solitudinem meram. Primum hoc animadvertis auctore novae illius conjecturae, quam indicavi modo. Ita igitur sententia suam Cicero solitatem exprimit, non ingentium illius hominis, quicum vivere optet & colloqui. Possunt, inquit, ut Accianus ille Philoctetes, dicere: Non domo, sed litrus &c. Ariadnen, cum sola in desertis esse iusula, eodem modo loquentem facit Ovidi. Heroid. 10. 48. Quod videtur, oculi, nil, nisi litrus, habent. Oliveus.

3 *Voluntas*] Mihi verosimilimum videtur, librorum culpa, et *Voluntas* trepente ex interpretatione quadam magistri, qui ad aures notiore voce hac explanavit. Hanc si exprimeris, omnia liquida erunt, & de Republica tuo, quae post tuum discessum acta sunt, colligam, jam exclames necesse est, res Romanas diutius stare non posse. Etenim post professionem tuam primus, ut

ut opinor, introitus fuit in causam ⁴ fabula Clodiana: in qua ego nactus, ut mihi videbar, locum refecanda libidinis, & coercenda juventutis, vehemens fui, & omnes profundi vires atque ingenii mei, non odio adductus alicujus, sed spe Republica corrigenda, & sananda civitatis. Afflicta Republica est ⁵ empto, supuratoque iudicio. Vide, quae sint praeter nos philosophos aspiciere sine suspirio posset. Quantum hoc vulnus? Facto senatus-consulto ⁶ de ambitu, ⁷ de iudiciis, ⁸ nulla lex perlata, ⁹ exagitatus Senatus, ¹⁰ alienati Equites Romani. Sic ¹¹ ille annus duo firmamenta Reipublicae per me unum confitura, evertit; nam & Senatus auctoritatem abiecit; & ordinum concordiam disjinxit. ¹² Instat hic nunc ille annus egregius. Eius initium ejusmodi fuit, ut anniversaria sacra Juventutis non committerentur. Nam M. Luculli uxorem Memmius suis sacris initiavit. ¹³ Menelaus, aegre id passus, divortium fecit. ¹⁴ Quamquam ille ¹⁵ pastor Idaeus Menelaum solum contempserat: hic noster Paris ¹⁶ tam Mene-

4 *Fabula Clodiana*] Legendum, *fabula Clodiana*. Primus scilicet meus introitus in causam fuit fabula Clodiana, hoc est, prima causa reipublicae, quam ego ingressus sum & suscepi, fuit inestum Clodii, *Gravissimae*.
5 *Empto, supuratoque iudicio*] Empto, quia iudices, accepta pecunia, Clodium nocentem absolverunt; supurato, quia nobiles certarum mulierum atque adolescentulorum nobilitatem introductionem nonnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt. *Masonius*.

6 *De ambitu*] Ur, qui nummos dedisset, is, quoad viveret, singulis tribubus H-S tria millia deberet. Epist. 15. *Idem*.

7 *De iudiciis*] Ur querebatur de iis, qui ob rem iudicandam pecuniam acceperant. Ep. 15. *Idem*.

8 *Nulla lex perlata*] Tribuni plebis intercesserunt, quo minus lex ferri posset. *Idem*.

9 *Exagitatus Senatus*] A tribunis plebis seditione concitatus. *Idem*.

10 *Alienati*] N. Sponius, quia decreverunt, ut querebatur de his, qui ob iudicandum acceperant. Ep. 15. *Idem*.

11 *Ille annus*] Proximus superior, M. Messalla & M. Pisonis Coss. *Idem*.

12 *Instat hic nunc ille annus*] Adest annus Q. Metello Celere & Afranio Coss. cuius initium ejusmodi fuit ut sacra Juventutis Deae, quae pro salute juvenum quotannis fiebant, non celebrarentur; propterea quod C. Memmius, qui sacris istis praerat, uxorem M. Luculli vitavit, atque ita sacris suis initiavit: quod vere passus Lucullus, cum uxore divortium fecit. Est autem hic Memmius ille de quo lib. 4, qui ex petitione Consulatus cum Messalla & Scano, de ambitu damnatus in exilium abiit, infamibus supris & adulteris, & Canilli carniumbus prociis, laudatus a Lucretio. *Pignus*.

13 *Menelaus*] Lucullus, vitatae mulieris vir &; Menelaus a Lucretio. *Masonius*.

14 *Pastor Idaeus*] Srupator Helenae Paris, a pastoribus in Ida monte educatus, pastor quo ipse diu creditus. *Idem*.

15 *Tam Menelaum, quam Lucium*] Tam M. Lucullum, quam Lucium, ejus fratrem Paris, inquit, ille Troianus solum Menelaum affecit injuria, fratrem ejus Agamemnonem separatim nulla re laesi: non autem

Menelaum, quam Agamemnonem, ¹⁶ liberum non putavit. Est autem C. Herennius quidam Tribunus plebis, quem tu fortasse ne nosti quidem: tamen potes nosse: tribulis enim tuus est; & Sextus, pater ejus nummos ¹⁷ vobis dividere solebat. Is ad plebem P. Clodium ¹⁸ traducit; idemque fert, ¹⁹ ut universus populus in campo Martio suffragium de re Clodii ferat. Hunc ego accepi in Senatu, ut toleo: sed nihil est illo homine ²⁰ lentius. Metellus est Consul egregius, & nos amat; sed ²¹ imminuit auctoritatem suam, ²² quod habet dicis causa promulgatum illud idem de Clodio. ²³ Auli autem filius, o dii immortales! quam ignavus, ac sine animo

autem Paris Memmius tam Menelaum contempnit, quam Agamemnonem ante contempserat: id est, qui ante L. Lucullo injurias fecerat, cum cum ex bello Mithridatico redirentem tribunus plebis, die ad populum dicta, triumphare aliquandiu prohibuit, idem nunc Marcum, ejus fratrem, non dubitavit offendere. Sed de injuria in Lucium illata, quaerit aliquis, unde lauriam. Unde, nisi ex historiarum fonte? Plutarchus in Lucullo. *Idem.*

¹⁶ *Liberum non putavit*] Nihil fecit: liberi hominis loco non habuit. *Idem.*

¹⁷ *Vobis*] Qui in vestra tribu disior esset. Sic ep. 16. h. l. *Corradus.*

¹⁸ *Traducit*] Ut adoptionis plebejus fiat. Nam, quia tribunatus plebis patricio homini non dabatur, ideo Clodius, qui patriciae gentis erat, ad plebem transire adoptionis jure covebat. *Mannius.*

¹⁹ *Ut universus populus*] Hinc pater Herennium tentasse Clodium ad plebem traducere, non recepto more, comitiis scilicet Curiatis, quibus adoptionis fiebant in alienam familiam, sed Tributis, quae ipse vocare possit. Nam ad comitia Curiata non universus populus conveniebat, ut ad Centuriata & Tributa, sed urbanus duntaxat. Centuriata tamen habere Tribuni non poterant. Inde fiebat ut Herennius Tribunus plebis non alius quam Tributus de Clodio referre cogitaret. Ea autem saepe numero in campo Martio habebantur, cum intra pomerium Curiata ferent. *Bohus.*

²⁰ *Lentius*] Ignavus, tardus. *Mannius.*

²¹ *Imminuit auctoritatem*] Quia cum Metellus patricium magistratum gereret, hoc

est, Consul esset, plebejum magistratum pati non debebat id sibi juris arrogare, ut de adoptione Tributis comitiis fieri auderet, quod erat patriciorum duntaxat magistratum, comitiisq; Curiatis, ut diximus, tantummodo fiebat, quae a Tributis plebis cogi non poterant. *Bohus.*

²² *Quod habet dicis causa*] Cui de arrogando quoniam agebatur, rogationem ferri oportebat comitiis Curiatis, ut scilicet populus in curias tributus jusse esset ei, qui se arrogandum dabat, in alterius jus & sacra transire. Nam in hujusmodi adoptionibus potissimum sacrorum ratio habebatur. Idcirco comitorum Curiatorum arbitri erant Pontifices, ut refert Gellius, quem miror de sacris hereditariis nullum verbum fecisse, cum de arrogationibus ageret, quae comitiis Curiatis fiebant. Intererat vero cuiusque Curiae, ne sua sacra interirent, nec quis veteribus sacris solveretur. Veruntamen, quia, quod ab universo populo Romano jubebatur, id non minoris erat auctoritatis, immo etiam majoris, quam quod ab urbano tantum, ut in Curias tributo: ideo factum illud de arrogando Clodio Metellus dicis causa promulgatum habebat, cum nihil referre putaret Tributis comitiis an Curiatis, ea arrogatio ferret: modo dici posset populum ad legem de adoptione ferendam convenisse. Nam dicis causa tantum, & ad usurpationem antiquitatis comitia Curiata habebantur, cum necesse non videretur ut de arrogatione populus sententiam ferret, nisi quatenus id fuerat a veteribus usurpatum. Quapropter Metellus comitiis Tributis populum dicis causa recte rogari posse existimabat. Non dia tamen

mo ²⁴ miles, quam dignus, ²⁵ qui Palicano, sicut facit, os ad male audiendum quotidie praebeat! ²⁶ Agraria autem promulgata est a Flavio, sane levis, eadem fere, quae fuit Plotia. Sed interea ²⁷ πολιτικός εὐρύς ἢ εὐρύς quicumquam inveniri potest. Qui poterat, familiaris noster (sic est enim; volo te hoc scire) ²⁸ Pompejus togulam illam piftam silentio tueretur suam. Crassus verbum nullum contra gratiam. ²⁹ Caeteros jam nosti: qui ita sunt stulti, ut amissa Republica ³⁰ piscinas suas fore salvas sperare videantur. Unus est qui curet, constantia magis, & integritate, quam, ut mihi videtur, consilio, aut ingenio, Cato; qui miseros ³¹ publicanos, quos habuit amantissimos sui, tertium jam menssem vexat, neque iis a Senatu responsum dari patitur. Ita nos cogimur reliquis de rebus nihil decernere ante, quam publicanis responsum sit. Quare etiam ³² legationes rejectum iri puto. Nunc vides, quibus fluctibus jactemur: estis ex iis, quo scripsimus, ³³ tanta etiam a me non scripta perspicias. Revise nos aliquando, & quanquam sunt haec loca fugienda, quo te voco, tamen fac ut amorem nostrum tanti aestimes, ut eo vel cum his molestius perfrui velis. Nam ne absens censea-

re,

men in ea sententia permansit. Nam simulac postea intellexit Clodium Tribunalium plebis petere, ei acerrime resistit; atque ut cum ab ea petitione submoveret, palam dicebat, eum more majorum comitiis Curiatis arrogatum non fuisse, ut refert Dio. *Idem.* *Dicis causa* est persulatorie, & ad speciem, non vere. *Vario*: *Dicis causa* fiebat quaedam, neque item dicta, neque facta semper. *Papina.*

²³ *Auli filius*] L. Afranius.

²⁴ *Miles*] Quod minime milites imitaretur, qui & strenui, & animosi solent esse: Afranius autem ignavus, & sine animo. *Vel*, *Miles*, quia cum Pompejo diu militaverat. *Mannius.* Legendum, *quam ignavus ac sine animo*, milites dignus &c. *Muretus.*

²⁵ *Qui Palicano*] Quem Palicanus (de quo supra, ep. 2.) sicut facit, quotidie probis, maledictisque vexat. *Mannius.*

²⁶ *Agraria*] de qua factus in epistola, quam proxime sequitur.

²⁷ *Πολιτικός εὐρύς ἢ εὐρύς*] Civilis & Rei-

publicae studiosus vir neque in somnis. *Proverb.* ne per somnum quidem. *Corr.*

²⁸ *Pompejus togulam*] Pompejo victori ex Asia concessum erat, ut ludis Graecensibus toga pifta, coronas aureas, & omni cultu triumphantium uteretur, ut refert Dio lib. 37. & Vellejus lib. 2. Haec ergo inani gloria Pompejus tactus fruebatur; neque verbum contra quemquam pro republ. faciebat. *Papina.*

²⁹ *Caeteros*] Ut Philippum, Hortensium, & Lucullum. *Corradus.*

³⁰ *Piscinas fore salvas*] Hinc *Piscinarios* vocat ep. seq. & ep. 20. h. l. & ep. 1. lib. 2. *Plin.* 9. cap. 4. & *Varr.* lib. 3. cap. 3. de re Rust. *Idem.*

³¹ *Publicanos*] Vide superiorem epistolam, & Cic. 3. de Off. cap. 22.

³² *Legationes*] Vide supra, epist. 14.

³³ *Tanta etiam*] Cicero scripsit: *Tanta est perspicacitas, etiam a me scripta non perspicias.* Sed revocet &c. *Muretus.*

re, curabo edicendum, & proponendum locis omnibus. ¹⁴ Sub lustrum autem cenleri, ¹⁵ germani negotiatoris est. Quare cura, ut te quamprimum videamus. Kal. Febr. Q. Metello, & L. Afranio Coss.

¹⁴ Sub lustrum] Paulo ante lustrum : quod fiebat omnibus jam censis. Livius lib. I. Servatius Tullius, *censo perfecta, ingressum exercitum omnem suo, ovis, taurisque viribus lastravit* : idque eundem lustrum appellatum, quia in *consilio huius est*. Sub lustrum, Virgilius dicit : *sub iuvant pugna*. Suetonius pro paulo ante. Mar.

¹⁵ Germani negotiatoris] Quia negotiatores peregrinabantur : & , quamquam censum

audirent Romæ promulgatum, reditum tamen quom maxime poterant differentes, qui a sua re admodum agre divellerentur, non nisi sub lustrum veniebant, civibus fere omnibus jam censis. Germani, meri, nimium cupidi, & in lucello supra quam satis est occupati, unde, Germanus iunia. Germana patria, & huiusmodi apud Ciceronem. Idem.

CICERO ATTICO SAL.

XIX. **N**ON modo, si mihi tantum esset otii, quantum est tibi, verum etiam, si tam breves epistolae velim mittere, quam tu soles facere, te superarem, & ¹ in scripto multo essem crebrior, quam tu : sed ad summas, atque incredibiles occupationes meas accedit, quod nullam a me epistolam ad te sino absque argumento ac lententia pervenire. Et primum tibi, ut æquum est, civi amanti patriam, quæ sunt in Republica, exponam : deinde, quoniam tibi amore nos proximi sumus, scribemas etiam de nobis ea, quæ scire te non nolle arbitramur. Atque in Republica nunc quidem maxime Gallici belli versatur metus. Nam Edui, ² fratres nostri, ³ pugnant : Sequani permale pugnant : & Helvetii sine dubio sunt in armis, excursionisque ⁴ in provinciam faciunt. Senatus decrevit, ut Consules duas Gallias fortirentur, delectus haberetur, ⁵ vacationes ne valerent, legati

¹ In scripto] Lege, in scribendo. Mar.
² Fratres nostri] Senatus, cognita Edorum fide, Fratres, Confratresque sepe numero appellaverat. Cæsar, Plutarchus, Strabo, Tacitus. Manutius.
³ Pugnant] Cum Sequanis. Ad extremum Sequani, Germanis mercede conductis, victoria potiti. Cæsar. Idem.
⁴ In provinciam] Scilicet Narbonensem,

nunc *Languedoc & Provence*. Vide de hac excursionem Cæsar. Commentar. I. de bell. Gall. Grævius.

⁵ Vacationes] In magno tumultu & extrema republica necessitate cum delectus fiebat, etiam illi qui vacationem a militia habebant, ut fruges, valerianarum, opifices nomina dare cogebantur. Pappus.

gati cum auctoritate mitterentur, qui adirent Gallia civitates, darentque operam, ne ea cum Helvetiis se jungerent. Legati sunt ⁶ Q. Metellus Creticus, & ⁷ L. Flaccus, & ⁸ *τῷ ἐπι τῆς ἀρχῆς μύθοι*, Lentulus ⁹ Clodiani filius. Atque hoc loco illud non quo præterire, quod, ¹⁰ cum de Consularibus mea prima fors exisset, una voce Senatus frequens retinendum me in urbe censuit. Hoc idem post me Pompejo accidit : ut nos duo, quasi pignora Republicæ retineri videremur. ¹¹ Quid enim ego aliorum in me ¹² *ἐπιφοβήματα* expectem, cum hæc domi nascantur ? Urbanae autem res sic se habent. Agraria lex a Flavio Tribuno plebis vehementer agitabatur ¹³ auctore Pompejo : quæ nihil populare habebat, præter auctorem. Ex hac ego lege, secunda concionis voluntate, omnia illa tollebam, quæ ad privatorum incommodum pertinebant ¹⁴ liberabam agrum eum, qui P. Mucio, L. Calpurnio Coss. ¹⁵ publicus fuisset : ¹⁶ Syllanorum hominum possessiones confirmabam : Volaterranos, & Arretinos, quorum agrum Sylla publicarat, ¹⁷ neque dividerat, ¹⁸ in sua

Tom. VIII.

M

posse-

⁶ Q. Metellus Creticus] A Creta paulo ante visus sic dicitur. Ep. 8. ad M. Brut. Orat. pro Cn. Plauc. & Liv. lib. XXVIII. & XCIX. Corradus.

⁷ L. Flaccus] Pro quo extat Orat. Idem.
⁸ *τῷ ἐπι τῆς ἀρχῆς μύθοι*] In lente unguentum. Proverbum de rebus bonis in te vili contemptis. M. hoc est legatio, *græca* lens, est Lentulus Clodianus. In eo ergo legationem male collocatam dicit. Erv.
⁹ Clodiani] Carolus Sigonius in Fabii Romanis, ostendit hunc Clodianum fuisse Cn. Cornelium Lentulum, qui Consul fuit anno U. C. 681. cum L. Gellio Poplicola : cui subscribit Stephanus Vighius in Annal. Rom. lib. XVI. Grævius.

¹⁰ Cuius mea prima fors exisset] Legati sorte aut suffragiis electi mittebantur. Tacitus Historiar. IV. Popma.

¹¹ Quid enim ego aliorum] *Almsdreylin*, ne verba illa, *nos duo quasi pignora Republicæ retineri videremur*, nimis arroganter dixisse videretur. Corradus. Malin, alienoribus, hoc est, exteriorum. *Malsp.*

¹² *ἐπιφοβήματα*] Laudes.

¹³ Auctore Pompejo] Cuius militibus ea lege aper dividitur. Dion. l. 37. Corradus. Solebant legem latari virum magnæ dignitatis & auctoritatis producere in Rodra, nonnunquam plures, qui populo funderet, ut legem hanc, quam erat laturo rogaturus, velle pubere. Is dicitur auctor. Grævius.
¹⁴ Liberabam] eximiam. e lege & possessores relinquere volebam. Flavius antem in lege tulerat, ut privati adeptus divideretur populo Romano, eisque tantum pecunia redderetur, quantum pro ejus agræ emptio numerasset. Manut.

¹⁵ Publicus fuisset] Qui cum post eos consules privati esset venditus, plebi quasi publicum distitit Cicerone nolent. Idem.
¹⁶ Syllanorum hominum possessiones] Videtur Sylla donaverat amicis suis eorum agros, qui Marium secuti contra ipsum arma tulerant. Idem.

¹⁷ Neque dividerat] Vide Fam. XIII. 4.
¹⁸ In sua possessione] Nam in lege Flavius fuerat, ut, quanto erum agræ a Sylla publicati fuerant, publice dividerentur. Idem.

possessione retinebam : ¹⁹ unam rationem non rejiciebam , ut ager hac adventitia pecunia emeretur , quæ ²⁰ ex novis vestigalibus per quinquennium reciperetur . Huic toti rationi agrariae Senatus adverbatur , sulpicianæ Pompei novam quandam potentiam quari . Pompejus vero ad voluntatem referendæ legis incuberat . Ego autem magna cum ²¹ agrariorum gratia confirmabam omnium privatorum possessiones : is enim est ²² noster exercitus , hominum , ut tute seis , locupletium . Populo autem , & Pompejo (nam id quoque volebam) satisfaciebam emprione : qua constituta diligenter , & sentinam urbis exhauriri , & Italiae solitudinem ²³ frequentari posse arbitrabar . Sed hæc tota res interpellata ²⁴ bello refrixerat . Metellus est consul sane bonus , & nos admodum diligit . Ille alter ita nihil est , ut plane ²⁵ quid emerit nesciat . Hæc sunt in Republica , nisi etiam illud ad Republicanam putes pertinere , Herennium quendam , Tribunum plebis , tribulem tuum , sane hominem nequam , atque egentem , sæpe jam ²⁶ de P. Clodio ad plebem traducendo agere coepisse . Huic frequenter interceditur . Hæc sunt , ut opinor , in Republica . Ego autem , ut semel ²⁷ Nonarum illarum Decembrium , junctam invidia , ac multorum inimicitis , eximiam quandam , atque immortalem gloriam consecutus sum ; non destiti eadem animi magnitudine in Republica versari , & illam institutam ac susceptam dignitatem tueri . Sed postea quam primum Clodii abolitione levitatem , infirmitatemque judiciorum

¹⁹ *Unam rationem*] Unam illud caput Cicero probabat , de pecunia ex novis vestigalibus cogenda , qua emptus ager plebi divideretur . Tulerat enim Flavius , ut vel ager , qui aut ruin essent , aut aliquando publici fuissent , vel , si hoc non placeret , alii ager , novorum vestigalium pecunia empti , plebeis agrorum habentibus distribueretur . Secundum caput Cicero probavit . *Idem* .

²⁰ *Ex novis vestigalibus*] Quæ autem erant nova vestigalia ? Bello scilicet proximis annis quaesita , nationibus maxime per Cn. Pompejum in populi Romani potestatem rediit . *Idem* .

²¹ *Agrariorum*] Agripetarum . *Corrad.*

²² *Noster exercitus*] Hoc est , ii , qui no-

bis favent . Infimi enim , & pauperes , ut rerum novarum cupidi , Ciceroem haud omnes amabant , quem scirent in consulatu acerbissimum esse fuisse , qui res novas quaesierat . Locupletes contra in oculis ferebant , cujus vigilantia sublata conjunctionem intelligerent , quam egentes , & perditii caepes , divitum sortibus infensi , fecissent . *Manutius* .

²³ *Frequentari*] Deductis coloniis .

²⁴ *Bello*] Timore Gallici belli , maximeque Helvetiorum . *Manutius* .

²⁵ *Quid emerit*] L. Afranius emerit : consulatum , quem tamen ignorare nunc videtur . *Ep. 13. Idem* .

²⁶ *De P. Clodio*] Vide supra , ep. 16 .

²⁷ *Nonarum illarum Decembrium*] Quo die supplicium Iulij de conjuratis . *Idem* .

rum perspexi ; deinde vidi nostros publicanos facile a Senatu disjungi , quamquam a me ipso non divellerentur : tuam autem beatos homines (hos ²⁸ piscinarios dico , amicos tuos) non ²⁹ bliscure potis invidere : putavi , mihi majores quasdam opes , & minora praesidia esse quaerenda . Itaque primum eum , qui nimium diu de rebus nostris tacerat , Pompejum adduxi in eam voluntatem , ut in Senatu non semel , sed sæpe , multisque verbis hujus mihi salutem imperii , atque orbis terrarum adjudicavit . Quod non tam interfuit mea , (neque enim illæ res aut ita sunt obscuræ , ut testimonium , aut ita dubiæ , ut laudationem desiderent) quam Reipublicæ , quod erant quidam improbi , qui contentionem fore aliquam mihi cum Pompejo , ex rerum illarum disensione arbitrantur . Cum hoc ego me tanta familiaritate conjunxi , ut uterque nostrum in sua ratione munitior , & in Republica firmior hac conjunctione esse possit . Odiæ autem illa libidinose & delicatæ juventutis , quæ erant in me incitata , sic mitigata sunt comitate quadam mea , me unum ut omnes illi colant . Nihil jam denique a me asperum in quemquam sit , nec tamen quicquam populare , ac dissolutum : sed ita temperata tota ratio est , ut Reipublicæ constantiam præstem ; privatis rebus meis , propter infirmitatem bonorum , iniquitatem malevolorum , odium in me improborum , adhibeam quandam cautionem , & diligentiam ; atque ita tamen iis novis amicitis implicati sumus , ut crebro mihi vaser ille Siculus insaturret Epicharmus cantilenam illam suam :

²⁸ *Νῆψε γὰρ μέγιστος ἀριστὸν ἀπόφα τῶν πρῶτων .*

Ac nostræ quidem rationis , ac vitæ quasi quandam formam , ut opinor , vides . ²⁹ De tuo autem negotio læpe ad me scribis ; cui mederi nunc non possumus . Est enim illud senatus-

M 2 con-

²⁸ *Piscinarios*] Hortensium , Lucullum .

²⁹ *Nipsæ & abasæ*] Q. Cicero in libello de petitione Consulatus ita vertit , *Sobrius ille , atque illud tenet , utroque* , atque *verus esse sapientia* , *mihi videri videri* . *De Tere. Consul. cap. 10.*

³⁰ *De tuo autem negotio*] De exactione

pecuniæ vestigalis a Sicyoniis , quam Atticus suo vel publicanorum nomine urgebat : sed quia senatus-consultum liberis populis , inter quos erant Sicyonii , excipiebatur libere , atque a pacificatione , ideo illi volebant solvere . *Papa.*

consultum summa²¹ pedariorum voluntate, nullius nostrum auctoritate factum. Nam, quod²² me esse ad scribendum vides, ex ipso senatus-consulto intelligere potes. ²³ aliam rem tum relatum; hoc autem de populis liberis, hae causa additum, & ita factum est a P. Servilio filio, qui in postremis sententiam dixit; sed immutari hoc tempore non potest. Itaque²⁴ conventus, qui initio celebrabantur, jam diu fieri desierunt. Tu si tuis laudibus tamen a Sicyoniis nummulorum aliquid expresseris, velim, me facias certiore. Commentarium Consularis mei Graece compositum misi ad te: in quo si quid erit, quod homini Attico minus Graecum, eruditumque videatur; non dicam, quod tibi, ut opinor, Panormi Lucullus de suis historiis dixerat; se, quo facilius illas probaret Romani hominis esse, idcirco barbara quaedam & *σώδωνα* dispersisse. Apud me si quid erit ejusmodi, me imprudente erit, & invito. Latinum si perscero, ad te mittam; ²⁵ tertium poema expectato, ne quod genus a me ipso laudis meae pratermittatur. Hic tu, cave, dicas, ²⁶ *τίς γὰρ ἄλλος ἀβήρη*; si est enim apud homines quidquam, quod potius sit, laudetur; nos vituperemur, qui non potius alia laudemus. Quamquam non ²⁷ *ἐγκωμιαστικά* sunt haec, sed *ἰσοεκά*, quae scribimus. Quintus frater purgat se multum per literas, & affirmat, nihil a se cuiquam de te secus esse dictum. Verum haec nobis coram summa cura & diligentia sunt agenda;

tu

²¹ Pedariorum] Senatores, qui curules magistratus possident, curiae in curiam honoris gratia vehantur: ceteri pedibus ibant; unde Pedariorum nomen. Gellius lib. 5. cap. 18. Manutius.

²² Me esse ad scribendum] Me assidue, cum scriberetur senatus-consultum. Idem.

²³ Aliam rem] Primo relatum est nunc de populis liberis, sed alia de re, ut ex ipso senatus-consulto perspicimus: deinde ex sententia Servilii additum est illud, ne liberi populi cogereur forevere. Quod si de populis primo actum esset, ego, qui scirem a Sicyoniis pecuniam tibi deberi, tua causa repugnasset, neque scribendo assensum. Ep. 1. lib. 2. Idem.

²⁴ Conventus] Hominum, qui senatus-consultum induci cupiebant. Corvatus.

²⁵ Tertium poema] Tertium opus de consulari meo. Primum enim commentarius Graece compositus, alter Latinus, tertium poema. Manutius.

²⁶ τίς γὰρ ἄλλος ἀβήρη] Integer verus sic se habet, τίς γὰρ ἄλλος, ἃ ἂν ἐκδοκίμασε ἀβήρη; quis parvus laudabit, nisi castiticae filii? Majorum & parentum laudes solent imprimis commemorare, qui ipsi, quod laudem merentur, non fecerunt. Itaque Cicero videtur, ne Atticos sibi laudanti superiorum temporum res gestas, in libro de Consulari & illis, occinat illud: τίς γὰρ ἄλλος ἐκδοκίμασε ἀβήρη; quis parvus laudabit, nisi castiticae filii? Quod si illud, quae olim profertur, laudes, quae nunc nihil laudabile facias? Erv.

²⁷ Ἐγκωμιαστικά] Laudatoria.

tu modo nos revise liquando. Cossinius hic tui dedi literas, valde mihi bonus homo, & non levis, & amans tui visus est, & talis, qualem esse eum tui mihi literae nuntiant. Idibus Marr.

CICERO ATTICO SAL.

XX. CUM e¹ Pompejano me Romam recepissem a. d. iv Idus Maii, Cincius noster eam mihi abs te epistolam reddidit, quam tu Idib. Febr. dederas ei. Nunc epistolae literis his respondebo. Ac primum, tibi perfectum esse iudicium de te meum, laetor; deinde, te in iis rebus, quae mihi asperius a nobis, ² atque a nostris, & injucundius astra videbantur, moderatissimum fuisse, vehementissime gaudeo; idque neque amoris mediocris, ³ & ingenii summi, ac sapientiae iudicio. Qua de re cum ad me ita suaviter, diligenter, officiose, & humaniter scriperis, ut non modo te hortari amplius non debeam, sed ne expectare quidem abs te, aut ab ullo homine tantum facilitatis, ac mansuetudinis potuerim; nihil duco esse commodius, quam de his rebus nihil jam amplius scribere. Cum erimus congressi; tum, si quid res feret, coram inter nos conferemus. Quod ad me de Republica scribis, disputas tu quidem & amanter, & prudenter; & a meis consiliis ratio tua non abhorret. Nam neque de statu nobis nostra dignitatis est recedendum, ⁴ neque sine nostris copiis intra alterius praedia veniendum: & ⁵ is, de quo scribis nihil habet amplius, nihil excellentius, nihil non summum, atque populare. Veruntamen fuit ratio mihi

hi

¹ Pompejano] Fuit oppidum, cui nomen Pompeii, quod Sasso ante Allichatum. Nunc rudera. Plin. Hist. novissima editionis Tom. I. p. 154.

² Atque a nostris] Videtur esse quidam *ἀντιδωρον*, vel *ἀντιδωρον*, hoc modo, *α* *αβήρη*, atque *ἰδω* *αβήρη*; vel *α* *αβήρη*, id est, *α* *αβήρη*. Significat autem Q. Fr. & Pompeianam. Ep. 17. lib. 1. Corv.

³ Et ingenii] Ingenium, ac ingenii, Mur.
⁴ Neque sine nostris copiis] Non debeo

Pompeii amicitiam tanti facere, ut veteres amicorum copias negligant, sine quibus intra alterius praedia vestire, id est, nisi Pompejo in locum crederet, tutum non est. Sic igitur faciam: firmabo, ut institui, meas opes amicitia Pompeii; & tamen, quia non unius filii sunt omnia committenda, veterum amicorum praedia non dimittam. Haec sunt enim copiae nostrae. Manutius.
5 It, de quo scribis] Pompejus.

hi fortasse ad tranquillitatem meorum temporum non inutilis; sed mehercule Reipublica multo etiam utilior, quam mihi, civium improborum impetus in me reprimi, cum hominis amplissima fortuna, auctoritate, gratia fluctuantem sententiam confirmassem, & a spe malorum ad meam rem laudem convertissem. Quod si cum aliqua levitate mihi faciendum fuisset, nullam rem tanti aestimassem; sed tamen a me ita acta sunt omnia, non ut ego illi assentiens levior, sed ut ille me probans gravior videretur. Reliqua sic a me aguntur, & agentur, ut non committamus, ut ea, quae gessimus, fortuito gessisse videamur. 7 Meos bonos viros, illos quos significas, & eam, quam mihi dicis obtigisse, 8 *παρρη*, non modo nunquam deseram; sed etiam, si ego ab illa deseram, tamen in mea pristina sententia permanebo. Illud tamen velim existimes, me hanc viam optatum post Catuli mortem nec praesidio ullo, nec comitatu tenere. Nam, ut ait 10 Rhinton, ut opinor,

11 *Οὐ μὲν τῶν εὐδαιμονίων, οἷός ἐστιν ἰδέσθαι μὲν.*

Mihi vero ut invident 12 piscinarii nostri, aut scribam ad te alias, aut in congressum nostrum reservabo. A Curia autem nulla me res divellet: vel quod ita rectum est; vel quod rebus meis maxime consentaneum: vel quod, a Senatu quanti sum, minime me poenitet. 13 De Sicyoniis, ut ad te scripsi antea, non multum spei est in Senatu. Nemo est enim iam, qui queratur. Quare, si id expectas, longum est: alia via, si qua potes, pugna. Cum est actum, neque

6 A spe malorum] Speraverant enim improbi homines contentionem mihi fore aliquam cum Pompejo ex terrore, quos in consulatu gesserant, disensione. *Manutius.*

7 Bonus virus] Quos paulo ante suas Copias vocavit. *Meyer: alii, vir, idem.*

8 *Παρρη*] Remp. quam semel coentiam suscepit, nunquam deseram. Adagium est in Suida, & Plutarcho, *Ἐπίρρη παρρη*, *ῥαβδὸς ἀπόστο* de his, quibus, cum fortunae munere contigisset, ut Spartae nascerentur, degenerare a tam nobilibus patris: testata virtute sine imagine detecore non liceret. *Idem.*

9 *Post Catuli mortem*] Q. Catulus, M. Cato, & M. Cicero in defendenda Reipublica

libertate, & tuncis optimatum partibus mire contentiebant, ut scribit Plutarchus in Crasso. Ex his Catulus paulo ante obierat. *Papirus.*

10 Rhinton] Poeta comicus Tarentinus de quo Suidas. *Manutius.*

11 *Οὐ μὲν τῶν εὐδαιμονίων, οἷός ἐστιν ἰδέσθαι μὲν.*] Tambicus sententia. Latine sic: *Alii quidem prope nihil sunt, alii autem nihil cura est.* Qui me, inquit, recta sententem adjurare, & in optimatum via persistentem forsitan sententiam, infirmi ab auctoritate non possunt, qui possunt, desunt. *Idem.*

12 *Piscinarii*] Hortensius, Locustus.

13 *De Sicyoniis*] Epistula superiore.

neque animadvertum est 14 ad quos pertineret; & raptim in eam sententiam pedarii cucurrerunt. Inducendi senatus consulti maturitas non sum est: quod neque sunt, qui querantur; & multi partim 15 malevolentia, partim opinione aequitatis delectantur. Metellus tuus est egregius consul. Unum reprehendo, quod otium e Gallia nuntiari non magnopere gaudet. Caput, credo, triumphare. Hoc vellem mediocrius. Caetera egregia. Auli vero filius ita se gerit, ut ejus Consulatus non Consulatus sit, sed Magni nostri 16 *ὑπερσίου*. De meis scriptis, mihi ad te Graece perfectum Consulatum meum. Eum librum L. Cossinio dedi. Puto te Latinis meis delectari; huic autem 17 Graeco Graeco invidere. Alii si scripserint, mittemus ad te; sed, mihi crede, simul atque hoc nostrum legerint, nescio quo pacto retardantur. Nunc (ut ad rem meam redeam) L. Papirius Pætus, vir bonus, amatorque noster, mihi libros eos, quos 18 Serv. Claudius reliquit, donavit. Cum mihi, 19 per legem Ginciam licere capere, 20 Gincius amicus tuus diceret, libenter dixi, me accepturum, si attulisset. Nunc, si me amas, si te a me amari scis, enter per amicos, clientes, hospites, libertos denique, ac servos tuos, ut 21 scheda ne qua depereat. Nam & Gracis his libris, quos suspicor, & Latinis, quos scio illum reliquisse, mihi vehementer opus est. Ego autem quotidie magis, quod mihi de forensi labore temporis datur, in iis studiis conquesco. Per mihi, per, inquam, gratum feceris, si in hoc tam diligens fueris, quam soles in his rebus, quas me valde velle arbitra-

ris:

14 *Ad quos pertinet*] Non animadvertum est, illud, de populi libertate, addi sine multorum damno non posse. Hac iterum, & planius epist. 1, lib. 2. *Manutius.*

15 *Malevolentia*] In creditores. *Equitatis* in debitores, qui cum liberi sint, quantum non videntur eos cogi. *Idem.*

16 *ὑπερσίου*] Macula, culinus.

17 *Graeco Graeco*] Libro Atticum. *Man.*

18 *Serv. Claudius*] Libri vulgari nonnulli *Clothes*, mutatione non necessaria: idem enim nomen Grammatici celeberris: & Serv. Claudium, ut Cicero hic, nominat Gellius.



19 *per legem Ginciam*] Serv. Clodium Plinius lib. XXXIII. cap. 4. & Suetonius in libro de clari-

ris Grammaticis. Fuit autem frater Papirii Praei, aut consobrinus, aut ex eadem matre, diverso patre: de quo in epist. ad Pætum. *Papirus.*

20 *Per legem Ginciam*] Que erat de donis & muneribus. *Jocatur, Manutius.*

21 *Gincius*] Hic Attici negotia Romae procurabat. Epist. 6. *Idem.*

22 *Scheda*] Est a Graeco *κύβη*, & hoc a *κύβη*, unde & *κύβητος*, *scbedium*. Vide Festum in *Scbedia*. *Gervolus*. *Scbedia* est plautina nomen Grammatici celeberris: & Serv. gula charta ex seapo revulsa, quibus commentabantur veteres quidquid subito commentabantur, ut enucleatum postea in mundiorum chartam scriberetur. *Salm.*



ris : ipsiusque Pæti tibi negotia commendo de quibus tibi ille agit maximas gratias : & ut jam invisas hos , non solum rogo ; sed etiam suadeo .



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE MADRID

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS Y DOCUMENTACIÓN

EPI.

EPISTOLARUM
AD ATTICUM
LIBER II.
CICERO ATTICO SAL.

I. **K**ALENDIS Jun. eunti mihi Antium, & gladiatores M. Metelli cupide relinquenti, venit obviam tuus puer. Is mihi literas abs te, & commentarium Consulatus mei Græce scriptum reddidit: in quo lætatus sum, me aliquanto ante de iisdem rebus Græce item scriptum librum L. Cossinio ad te perferendum dedisse. Nam, si ego tuum ante legissem, furatum me abs te esse diceret. Quanquam tua illa (legi enim libenter) horridula mihi, atque incompta visa sunt: sed tamen erant ornata hoc ipso, quod ornamenta neglexerant; &, ut mulieres, ideo bene olere, quia nihil olebant, videbantur. Meus autem liber totum Hocratis ¹ *μυροδύκτιον*, atque omnes ejus ² discipulorum arculas, ac nonnihil etiam ³ Aristotelia pigmenta consumpsit: quem tu Corcyræ, ut mihi aliis literis significas, ⁴ strictim attigisti; post autem, ut arbitror, a Cossinio accepisti; quem tibi ego non essem ausus mittere, nisi eum lente ac ⁵ fastidiose probavissem. Quanquam ad me rescriptis jam Rhodo Posidonius, se, nostrum illum ⁶ *ὀρόμηνεον* cum N
lege-

¹ Antium] Ubi domum habebat. Vide ep. 8. lib. IV. *Corcyrae*.
² Mulieret] Verus illud in mulieres odoratis unguentis non urentes: ideo bene olere, quia nihil olebant. Quod est apud Plautum in *Mohellaria*. *Mausurius*.
³ *Μυροδύκτιον*] Unguentariam thecam.
⁴ *Discip.*] Theopompi, Ephori, &c.
⁵ *Aristotelia*] Quæ præcipit Aristoteles, in tertio præsertim libro *Rhetor.*

⁶ *ὀρόμηνεον*] Cursum legisi, missum videlicet ab aliis: (jam enim divulgatus erat; siquidem & Posidonius eum Rhodi legerat, ut infra proxime) post autem eum, opinor, accepisti, quem ego L. Cossinio dederam. *Mausurius*.
⁷ *Fastidiose*] Cum omnia in eo diligentissime examinasset, usque ad fastidium, *Idem*.
⁸ *ὀρόμηνεον*] Commentarium.



ris : ipsiusque Pæti tibi negotia commendo de quibus tibi ille agit maximas gratias : & ut jam invisas hos , non solum rogo ; sed etiam suadeo .



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE MADRID

DIRECCIÓN GENERAL DE INVESTIGACIONES CIENTÍFICAS

EPI.

EPISTOLARUM
AD ATTICUM
LIBER II.
CICERO ATTICO SAL.

I. **K**ALENDIS Jun. eunti mihi Antium, & gladiatores M. Metelli cupide relinquenti, venit obviam tuus puer. Is mihi literas abs te, & commentarium Consulatus mei Græce scriptum reddidit: in quo lætatus sum, me aliquanto ante de iisdem rebus Græce item scriptum librum L. Cossinio ad te perferendum dedisse. Nam, si ego tuum ante legissem, furatum me abs te esse diceres. Quanquam tua illa (legi enim libenter) horridula mihi, atque incompta visa sunt: sed tamen erant ornata hoc ipso, quod ornamenta neglexerant; &, ut mulieres, ideo bene olere, quia nihil olebant, videbantur. Meus autem liber totum Hocratis ¹ *μυροδύκτιον*, atque omnes ejus ² discipulorum arculas, ac nonnihil etiam ³ Aristotelia pigmenta consumpsit: quem tu Corcyræ, ut mihi aliis literis significas, ⁴ strictim attigisti; post autem, ut arbitror, a Cossinio accepisti; quem tibi ego non essem ausus mittere, nisi eum lente ac ⁵ fastidiose probavissem. Quanquam ad me rescriptis jam Rhodo Posidonius, se, nostrum illum ⁶ *ὀρόμηνην* cum N lege-

¹ Antium] Ubi domum habebat. Vide ep. 8. lib. IV. *Corcyrae*.
² Mulieret] Verus illud in mulieres odoratis unguentis non urentes: ideo bene olere, quia nihil olebant. Quod est apud Plautum in *Mohellaria*. *Mausurius*.
³ *Μυροδύκτιον*] Unguentariam thecam.
⁴ *Discip.*] Theopompi, Ephori, &c.
⁵ *Aristotelia*] Quæ præcipit Aristoteles, in tertio præsertim libro *Rhetor.*

⁶ *ὀρόμηνην* accipit] Cursum legisi, missum videlicet ab aliis: (jam enim divulgatus erat; siquidem & Posidonius eum Rhodi legerat, ut infra proxime) post autem eum, opinor, accepisti, quem ego L. Cossinio dederam. *Mausurius*.
⁷ *Fastidiose*] Cum omnia in eo diligentissime examinasset, usque ad fastidium, *Idem*.
⁸ *ὀρόμηνην*] Commentarium.



legeret, quod ego ad eum, ut ornatus de iisdem rebus scriberet, miseram, non modo non excitatum esse ad scribendum, sed etiam plane perterritum. Quid quæris? conturbavi Græcam nationem. Ita, vulgo qui instabant, ut darem sibi quod ornarent, jam exhibere mihi molestiam destiterunt. Tu, si tibi placuerit liber, curabis, ut Athenis sit, & in cæteris oppidis Græciæ. Videtur enim posse aliquid nostris rebus lucis afferre. Oratiunculas autem, & quas postulas, & plures etiam mittam: quoniam quidem ea, quæ nos scribimus adolescentulorum studiis excitati, te etiam delectant. Fuit enim mihi commodum, quod in eis orationibus, quæ *Philippica* nominantur, enituerat civis ille tuus Demosthenes, & quod se ab hoc refractariolo judiciali dicendi genere abjunxerat ut *ἡ συμβολικῆς τῆς πολιτικῆς* videretur, curare, ut meæ quoque essent orationes, quæ *Consulares* nominarentur. Quarum una est in Senatu Kal. Jan. altera ad populum de lege agraria; tertia, de Othone; quarta, pro Rabirio; quinta, de proscriptorum filiis; sexta, cum provinciam in concione deposui; septima, qua Catilinam emisi; octava, quam habui ad populum postridie quam Catilina profugit; nona in concione, quo die Allobroges indicarunt; decima in Senatu, Nonis Decemb. Sunt præterea duæ breves, quasi *ἡ προπαρασκευαστικῆς* legis agrariæ. Hoc totum *ἡ σύνθεσις* curabo ut habeas. Et quoniam te cum scripta, tum res meæ delectant; iisdem ex libris perspicies, & quæ gesserim, & quæ dixerim: ¹³ aut ne poposcisses; ego enim tibi me non offerebam. Quod quæris, quid sit, quod te arcessam, ac simul impeditum te negotiis esse significas, neque recusas, quin, non modo si opus sit, sed etiam si velim, accurras: nihil sane est necesse; veruntamen videbare mihi tempora peregrinationis commodius posse describere. Nimis abes diu, præsertim cum sis in propinquis locis: neque nos te fruimur; & tu nobis cares. Ac nunc

⁹ *Ἐπιπέσεις με, ὅ, ἡ συνθεσις*] Gravior quidam, & civilis; grandior aliquis, & Reipublicæ studiosior.

¹⁰ *Consulere*] Ut in consulari habita. *Corradus*.

¹¹ *Ἀπορρηστικῆς*] Appendices.

¹² *Ἔκθεσις*] Corpus.

¹³ *Aut ne poposcisses*] Si orationes, quas mitto, non vis perlegere, non erant tibi perscenda; non erat, ut peteres. *Græci*.

nunc quidem otium est: sed, ¹⁴ si paulo plus furor Pulchelli progredi posse, valde ego te istinc excitarem. Verum præclare ¹⁵ Metellus impedit, & impedit. Quid quæris? est Consul ¹⁶ *Quintus Metellus*, &, ut semper iudicavi, natura bonus. Ille autem non simulat, sed plane Tribunus plebis fieri cupit. Qua de re cum in Senatu ageretur, fregi hominem; & instantiam ejus reprehendi, qui Romæ Tribunatum plebis peteret, cum in Sicilia ¹⁷ adilitatem se petere distitasset. Sed neque magnopere dixi esse nobis laborandum: quod nihilo magis ei licitum esset plebejo Rempublicam perdere, quam similibus ejus me Consule patriciis esset licitum. Jam, cum se ille seprimo die venisse a ¹⁸ Freto, neque sibi obviam quemquam prodire potuisse, & noctu se introisse dixisset, in eoque se in concione jactasset: nihil ei novi dixi accidisse: ex Sicilia septimo die Romam; ¹⁹ tribus horis Roma Interamnam: noctu introisse item ante: non esse itum obviam; ne tum quidem, cum iri maxime debuit. Quid quæris? hominem petulantem, modestum reddo non solum perpetua gravitate orationis, sed etiam hoc genere ditorum. Itaque jam familiariter cum ipso cavillor, ac jocos. Quin etiam cum

N 2

20 can-

¹⁴ *Si paulo plus*] Sensus est hujus loci simplicissimus: Si Clodius me instigare, veraciterque potest vehementius, ut vult, te rogarem ut celeriter huc te conferres. *Idem*.

¹⁵ *Metellus impedit*] Quippe cum in Senatu diversis se Clodium patrem patrialem incipientem ferere, atque enarrantem, sua manu interfecturum. Orat. pro M. Cælio, & Dion. lib. XXXVII. *Corrad.*

¹⁶ *Quintus Metellus*] Studiosus patriæ.

¹⁷ *Adilitatem*] Qui enim adilitatem petebant, per causam fore ornandi & iudicandi, socios spoliabant suis, & rebus pretiosioribus, cum ad eum usum ropassent, nec unquam postea redderent. Causa autem Clodio in Sicilia laendi fuit, quod adlocutus fuerat a Fretto, qui Siculus ipse erat. Quare ejus furta nunc cavillari mihi Cicero videtur. *Muretorus*. Ex depravatis codicibus hic alii aliter legunt. Sed harulationes meræ cui bono? ubi Victorinus Muretorusque offerunt quod conveniant, & sit satis. *Oliverius*.

¹⁸ *Freto*] Siculo, quasi proprie fretum appelleret illud, quod est inter Siciliam, &

Italiam. *Corradus*.

¹⁹ *Tribus horis*] Verus liber: ut tribus horis. *Julius Baluzianus*. Cavillatio dicæ de nocturna. *Instabat* Clodius se septimo die a Fretto Siciliam, quod Italian a Sicilia dividit, Romam venisse; noctu introisse, neque sibi obviam quemquam prodire potuisse, ob tactum & subitum suum adventum. Regerebat Cicero: Eriam tribus horis Roma Interamnam; quoniam Clodius salis testibus in judicio obtinuerat, se qua hora argueretur in operio Bonæ Dæe deprehensus, Interamnam fuisse, quod verum esse non poterat, cum multi eum Romæ vidissent tribus horis ante deprehensum, & Interamnam longius ab Roma quam horarum intervallum haberet. Item ante noctu introisse, scilicet domum Cæsaribus Pontificis, ubi mulieres Bonæ Dæe faciebant. Ne tum quidem illi esse itum obviam cum iri maxime debuit; hoc est, cum debuit resisti, ne reus polluturum ceremoniarum aboleretur. Jocus in ambigua notione verbi *se obviam*, quod & prodire obviam, & resistere significat. *Popma*.

candidatum deducere, quærit ex me, nam consuessem
 21 Siculis locum gladiatoribus dare? Negavi. At ego, inquit,
 novus patronus instituum: sed soror, quæ tantum habeat
 22 Consularis loci, unum mihi solum pedem. Noli, in-
 quam, de uno pede fororis queri: licet etiam alterum tollas.
 Non Consulare, inquit, dictum. Fateor: sed ego illum
 23 odi male Consularem. Ea est enim seditiosa: ea cum vi-
 ro bellum gerit, neque solum cum Metello, sed etiam cum
 Fabio, 24 quod eos in hoc esse moleste fert. Quod de agra-
 ria 25 lege quæris, sane jam videtur refrixisse. Quod me quod-
 dam modo molli brachio de Pompeji familiaritate objurgas:
 nolim ita existimes, me mei præsidii causa cum illo conjun-
 ctum

20 *Candidatum*] Candidatos ad commen-
 dationem clari viri Martium in campum deducant. Q. Cicero, de periti, consulatus.
Manuunt.

21 *Siculis locum*] Siculis, meis clientibus, locum dare, ubi gladiatorum certamina spectare possent. Amicis enim, & tribulibus ad spectacula locus dabatur: ut in Orat. pro Murena. *Idem.*

22 *Consularis loci*] Minera gladiatorum in foro dabatur: Consul autem, & alii magistratus gerentes, pro magistratus dignitate spatium habebant, ubi spectare possent, sive amicis familiaribusque ad spectandum dare. Virgines item Vestales locum gladiatorum habebant, & consulum uxores. Qui magistratus petebant, soliti venie a populo, inquit, & necessarios vel pecuario vel mercede magnam vim horum locorum impetrare, & hac liberalitate candidati multorum animos sibi conciliabant: cum nonnulli etiam nobiles viri in circo totas tabernas tribulium causa compararent. Decreto autem M. Tullii, liberi posterique Servi Sulpicii circum eam statuum, quæ illi, quod ob rempublicam moerem obstitit, in Rostri erecta est, locum gladiatoribus, ludisque habebant quæquam verius pedes quoque. Cum igitur Clodius candidatus esset, petierat a sorore Clodia, Metello Ceteri nupta, quæ multum haberet loci consularis, ut sibi aliquantum concederet. Illa autem parum liberaliter et visa et respondere, cum unum tantum pedem promississet. De quo cum Cicero quæsus responsum tulit, injuria illum de fororis uno pede queri. Postea enim, cum ei

commodum esset, etiam alterum pedem tollere. Acerbo, sed lascivo nimis dicto, & parum gravitate dignitateque Ciceronis dicto, Purbatur enim Clodius tres sorores fuisse. Tollere autem pedem, figuram quandam Veneris designat. De qua Martialis iurellixit, cum dixit: *Sustulit ille pedes, sustulit his tunicas.* Sed & lib. II. *Tollanturque pedes, & medicina gravis.* locus igitur Ciceronis jam planus est. *Vistorius.*

23 *Odi male Consularem*] Nota atque ufitata locutio est, *Male odisse.* Infra lib. XIV. *Atqui, si quisquam est facili, his est: tantum non dubito, quin me male oderit.* Plaut. *Menzch. Ut ego uxorem, mea voluptas, ubi te aspicio, odi male.* Quare adverbium illud qualiteris, vel potius quantitates (nam *Male* ut Sophocles ait, valde significat) apertis meo iudicio. *Odi* verbo jungatur, quoniam nominis *Consularis.* Ut sentis ista: sed ego male odi, illam consularem. Illud etiam scio, fuisse qui *Consularem* dederint, non tam veterum librorum auctoritate, quam vel locutionis insolentia, vel quod Consularem non purarint, de Consulium uxoris dici. Quod tamen falsum esse deprehenditur ex Jurisconsultis. *Malisplius.*

24 *Quid eis in hoc*] Quod illi toti erant in impediendo ne Clodius adoptaretur a plebe, utque ejus consilia perniciosa reprimere. *Grævius.*

25 *Legis*] A. L. Flavio Tribuno plebis promulgata. Ep. 15. lib. I. *Cicero.* Legendum autem: *Quid de agraria lege quæris, lege quæ videtur refrixisse.* VIII. ad Fam. 10. & IV. S. J. F. *Grævius.*

Quam esse: sed ita res erat instituta, ut, si inter nos esset aliqua forte dissensio, maximas in Republica discordias verari esset necesse. Quod a me ita præcautum, atque ita provisum est, non ut ego de optima illa mea ratione decederem; sed ut ille esset melior, & aliquid de populari levitate deponeret: quem de meis rebus, in quas eum multi incitarant, multo scito gloriosius, quam de suis prædicare. Sibi enim bene gesta, mihi conservata Reipublicæ dat testimonium: hoc facere illum, mihi quam profit nescio; Reipublicæ certe prodest. Quid, si etiam Cæsarem, cujus nunc venti valde sunt secundi, reddo meliorem? num tantum obsum Reipublicæ? Quin etiam, si mihi nemo invideret; si omnes, ut erat æquum, faverent; tamen non minus esset probanda medicina, quæ sanaret vitiosas partes Reipublicæ, quam quæ execeraret. Nunc vero, cum 26 equitatus ille, quem ego 27 in clivo Capitolis, 28 te signifer, ac principe, collocarem, Senatuum deseruerit; nostri autem 29 principes digito se cælum putent attingere, si muli barbati in piscinis sint, qui ad manum accedant; alia autem negligant: nonne tibi satis prodesse videor, si perficio, ut nolint obesse, qui possunt? Nam Catonem nostrum non tu amas plus, quam ego. Sed tamen ille, optimo animo utens, & summa fide, nocet interdum Republica. Dicit enim tanquam in Platonis 30 *moderate*, non tanquam in Romuli facie, sententiam. Quid 31 verius, quam in iudicium venire, qui ob rem judicandam pecuniam acceperit? Censuit hoc Cato: assensit Senatuum. Equites 32 curiæ bellum, non mihi: nam ego dissensi. Quid impudentius Publi-

26 *Equitatus*] Equites Romani, quos ego consul cum senatu conjunxeram. *Manut.*

27 *In clivo Capitolis*] In sede Concordiæ, ad radices affurgentes Capitolii. Quis in sede consul Cicero, senatum consulat, quid de conjurationis deprehensis statuendum videretur. *Idem.*

28 *Te signifer, ac princeps*] Cum te quoque, equitibus ordinis principem, ad eam consultationem adhibui. Sed perficit, Cicero in translatione rei militaris; & quia dixerat, *Equitatus*, intulit, *Te signifer*: cum nihil aliud significet, quam, in senatu Atti-

cum, qui principem locum ordinis equitibus obtineret, cum cæteris equitibus affuisse. *Idem.*

29 *Principes*] Principes civis Lucillus, & Hortensius, epicurorum radioli. Ep. 16. 17. 18. lib. I. *Idem.*

30 *Moderate*] Republica.

31 *Verius*] Equius. In iudicium venire, accusari apud iudices. *Idem.*

32 *Curia bellum*] Indixerunt, subaudi. Et Curiam accipe pro senatu; ut sit contentus pro contento. *Idem.*

blicanis ³³ renuntiantibus? fuit tamen retinendi ³⁴ ordinis causa, facienda iactura. Resistit, & pervicit Cato. Itaque nunc, ³⁵ Consule in carcere incluso, saepe item seditione commota, aspiravit nemo eorum, quorum ego concidisse iretque Consules, qui post me fuerant, Rempublicam defendere iolebant. Quid ergo? istos, inquis, ³⁶ mercede conductos habebimus? Quid faciemus, si aliter non possumus? an libertinis, atque etiam servis servimus? Sed, ut tu ais, ³⁷ ἄλλος παρέδωκε. Favonius ³⁸ meam tribum tulit honestius, quam suam; ³⁹ Lucceii perdidit. Accusavit Nasicam inhoneste; ⁴⁰ ac modeste tamen dixit; ita ut Rhodi videretur ⁴¹ molis potius, quam Moloni, operam dedisse. Mihi, quod ⁴² defendissem, leviter succensuit. Nunc tamen petit iterum ⁴³ Republicae causa. Luccejus quid agat, scribam ad te, cum Caesarem videro, qui aderit biduo. Quod Sicyonii ⁴⁴ te laedunt: Catoni, & ejus aemulatori attribuas Servilio. Quid? ea plaga nonne ad multos bonos viros pertinet? Sed, si ita placuit, laudemus: ⁴⁵ deinde in diffensionibus soli relinquamur. ⁴⁶ Amalthea mea

³³ Renuntiantibus] Perentibus, ut locutio Asianorum vestigialium induceretur. Lib. I. epist. 15. Idem.

³⁴ Ordinis] Equestris. Publicani enim equites Romani. Idem.

³⁵ Consule in carcere incluso] L. Flavius tribunus plebis Metellum consulens in carcere inclusit, quia legem agrariam perferri non sineret. Altit tamen tribuna opem ferentibus, & Pompejo suffragante, aliquo post horis exivit. Dio l. XXXVII. 1. Idem.

³⁶ Mercede conductis] Equitum Romanorum studium in rem. erit largitionibus & pecunia conciliandum. Crato.

³⁷ ἄλλος παρέδωκε] Sat studii: subaudi, positum est a nobis in cunctis ordinum concordia. Manutius.

³⁸ Meam tribum tulit honestius] Tribum ferre dicitur, cui tribus vel magistratum petenti, vel commodum aliquod suffragis deferret. Tribus autem Ciceronis videtur Cornelii fuisse: cum, in ea caesari solitus esse Arginateus & Livius l. XXXVIII. significet. Idem.

³⁹ Lucceii perdidit] Nec mirum, perdidit se Lucceii tribum, quippe cum Lucceius Caesaris, Favonius Catonis familiarissimus esset,

Crato autem & Crato cum natura, tum vitio instructo dissidentes. Idem.

⁴⁰ Ac modeste] Pugnare haec prope videtur: tamen eo ipso lepidia sunt & inexorata. Modeste enim dicere laudem nullam habet in oratore: minus in accusatore, quem vehementem, acrem, exertum & pugnantem esse oportet. Nafus igitur modeste verbo subest, cum quadam tamen laudis simulatione, quod modestia in hominum vita laudi dicitur. Significat igitur eum frigidum & malum accusatorem fuisse. Turnebus. Advect. XXX. cap. 13.

⁴¹ Molis potius quam Moloni] Περικλεωσαντο. Potius molis pluriariais, quam Moloni theori. Poppo.

⁴² Defendissem] Nasicam. Corradus.

⁴³ Republicae causa] Exagitatio Favonii cum exultatione, quod iterum peteret: iterum enim petere non sua, sed Republicae causa: alioqui post priorem repulsam non fuisse periturum. Manutius.

⁴⁴ Te laedunt] Non solventes. Vid. ep. 10. & ep. 13. lib. I. Corradus.

⁴⁵ Deinde in diffensionibus] Ita in omnibus legitur, tanquam: etiamque, quodamque cum stomacho scribi, dicendum est. Milla-
pissus

te expectat, & indiget tui. Tusculanum, & Pompejanum valde me delectant nisi quod me, illum ipsam ⁴⁷ vindicem aris alieni, ⁴⁸ are non Corinthio, sed ⁴⁹ hoc circumforaneo obruerunt. ⁵⁰ In Gallia speramus esse otium. ⁵¹ Prognostica mea cum orationibus propediem expecta. Et tamen quid cogites de adventu tuo, scribe ad nos: nam mihi Pomponia nuntiari iussit, te mense Quintili Romae fore. Id a tuis literis, quas ad me de decessu tuo miseras, discrepabat. Patet, ut antea ad te scripti, omnes libros, quos frater suus reliquisset, mihi donavit. Hoc illius munus in tua diligentia positum est. Si me amas, cura ut conferventur, & ad me perferantur. Hoc mihi nihil potest esse gratius: &, cum Græcos, tum vero diligenter Latinos ut conserves velim. Tuum esse hoc munusculum putabo. Ad Octavium dedi literas: cum ipso nihil eram locutus. Neque enim ista tua negotia ⁵² provincialia esse putabam: neque te in ⁵³ tocullionibus habebam. Sed scripti, ut debui, diligenter.

spina. Conspiciebat Manut. discessionibus; idque Bosius recepit. Vulgatam præfero. Hoc enim Cicero dicit. Age probemus, quia sic placuit Senatui, sententiam Catonis; defendi vero in diffensionibus civilibus, cum Senatus auctoritas erit munda contra popularium impetum, deseramur nos, qui optinatum causam agimus, ab equestri ordine & hominibus illis locupletibus, quibus grave damnum illatum est Senatui-consulio illo. Grex.

⁴⁷ Vindicem aris alieni] Conjuratio Catilinae propter aris alienum facta, odio maxime creditorum. Recte igitur vindex, & servator creditorum Cicero, quia conjuratos occiderat. Manutius.

⁴⁸ Are non Corinthio] Sensus est: Tusculani, & Pompejani sollicitatio mihi aris alienum attulerunt. Sed joculari in ambiguitate verbi: cum aris Corinthium maxime laudaretur. Idem.

⁴⁹ Hoc circumforaneo] Quod ab argentariis feneratoribus sumitur, qui tarbernas habebant in porticibus circa forum. Idem.

⁵⁰ In Gallia] Vide lib. I. ep. 16. & 18. ⁵¹ Prognostica] Cicero interpretatus est veribus Anati Prognostica, ut constat e libri De Divinatione; quare non habeo dubium, quin ea intelligat. Meminit horum etiam libro carundem epistolarum XV, his verbis: Equidem etiam piosius scuto, si prognostica vestra vera sunt. Ræse enim piosius. Manutius.

⁵² Provincialia] Cicero putabat Atticum exercere solum in liberis solum civitatibus, ut Delo, Athenis, Sicyone: non etiam in provinciis, in quibus Romani magistratus jus dicebant, ut in Macedonia, quam tunc C. Octavius Augustus Caesaris pater pro prorectore administrabat. Ideo vocat provincialia negotia, quæ erant cum provincialibus hominibus, & apud magistratus provinciales expediebantur. Poppo.

⁵³ Tocullionibus] Hoc nomine jam Turnebus docuit significari feneratoribus, quasi dicas feneratorculos: eujusmodi erant negotiatores, & argentarii, qui fenus in provinciis exercebant. Bosius. Vide Turnebi Advect. XXX. 13. ®

CICERO ATTICO SAL.

II. **C**URA, amabo te, Ciceronem nostrum. Ei nos ¹ *ἑτοίμα* videmur. ² *Περὶ λυσίων* in manibus tenemus & hercule ³ magnum acervum Dicæarchi mihi ante pedes extruxeram. O magnum hominem, & a quo multo plura didiceris, quam de ⁴ Procilio. ⁵ *Κοινὸν δὲ*, & *Ἀγλυσίων* puto me Romæ habere. ⁶ Mihi credes, leges; hæc doceo; mirabilis vir est. ⁷ *Ἡρώδης*, si homo esset, eum potius legeret, quam unam literam scriberet: qui me epistola ⁸ petivit: ad te, ut video, ⁹ comminus accessit. ¹⁰ Conjurasse mallet, quam restitisse conjurationi, si illum mihi audiendum putassem. ¹¹ De Lollio fanus non es: de Virio laudo. Sed heus tu, æquid

¹ *ἑτοίμα*] *Parati*. Quo sensu Horatius, *Ne sit paratus mihi*, Corradus. Ex depravate veteris scripturæ vestigiis conjicio legendum: *Cura, amabo te, Ciceronem nostrum: cui nos comminus videmur*. Egrotabat apud Atticum Q. Cicero. Q. F. Eum igitur patris avunculo diligenter commendat, & quo magis declare tam erga illum voluntatem, se si ibi videri una cum eo egrotare. *Manutius*. *Fac. Lest.* lib. XIV. cap. 7.

² *Περὶ λυσίων*] Librum Dicæarchi de populis Pelicenis. De quibus Suidas. *Man.*
³ *Magnum acervum Dicæarchi extruxeram*] Hæc magnam partem legendo evolueram. Ex ratione legendi volumina, de quibus quod legitur, in contrariam partem convolutum ante se demittebant. *J. F. Gronov.* Vide de Dicæarcho *Gerh. Voß.* de Hist. Græc. lib. I. cap. 6. & *Joh. Jouv.* de script. Hist. Philosph. lib. I. cap. 16.

⁴ *Procilio*] Vide *Plin.* lib. VIII.
⁵ *Κοινὸν δὲ*] *Παροικος*. Corinthiorum, & Atheniensium Respublicas ab eodem Dicæarcho scriptas. *Corradus*.

⁶ *Mihi credes*] Emendo: *Mihi crede sit, lege hoc etio*. *Mirabilis vir est*. *Ait, hoc etio*, quia Atticus hoc tempore in Epiro. *Lipius*. IV. Epist. Quæst. r. Forte legendum: *Mihi credes, lege hoc de eo*, hoc est, de eo superius. *J. F. Gronovius*.
⁷ *Ἡρώδης*] Atheniensis, & opinor, is,

de quo lib. XIV. *Manutius*.

⁸ *Petivit*] *Herodes* missa ad me epistola, tanquam teo cuius iusto, me lacessivisset, & provocavit ad cererem. *Ait enim* se velle sua scripta de meo Consulari cum meis committere: quasi parum eleganter, aut etiam diligenter hæc scripserim, necesseque fuerit id argumentum ab illo traheri. *Beisius*.

⁹ *Comminus*] Venit enim ad te, ut scriptorum suorum molestissima lectioe conficeret. *Manutius*.

¹⁰ *Conjurasse mallet*] Tam malus est scriptor *Herodes*, ut præclarum illud meum factum potius confurcet & colluulet suis scriptis, quam illudret. Itaque si illum mihi audiendum putassem recitantes que de rebus a me Consule gestis scripsisset, mallet fuisse de numero conjuratorum, & eo nomine pomas dedisse, quam ex scripta legere, aut audire, que me honorarent. *Bayle*.

¹¹ *De Lollio*] *In* *Vitlorius*. *Alii* *De illo, fanus non es: de Virio, laudo*. *Alii*, *De oleo, fanus non es: de Virio, laudo*. Quam multa, quam dubia hæc afferunt interpretes, ut suam quisque sententiam tueatur! Que tamen prætermitto omnia; est delectus meæ severitatem sic temperavi hæctenus, magis ut sit verendum, ne in affumendo remissior fuisse videar, quam atrociter in repudiando. *Olivarius*.

vides ¹² Kalendas venire, Antonium ¹³ non venire? judices cogi? nam ¹⁴ ita ad me mittunt, Nigidium minari in concione, se judicem, qui non affuerit, ¹⁵ compellaturum. Velim tamen si, cum est de Antonii adventu quod audieris, scribas ad me: & quoniam ¹⁶ huc non venis, cœnes apud nos utique pridie Kal. cave aliter facias. Cura, ut valeas.

¹² *Kalendas*] Quo die C. Antonius, causam dicere debebat. *Manutius*.

¹³ *Non venire*] Ex Macedonia provincia rediit, quam curare, & infeliciter administraverat. Vide lib. I. *Ideum*.

¹⁴ *Ita ad me mittunt*] Ita mihi Roma scribitur a meis. *Ideum*.

¹⁵ *Compellaturum*] Male *Manutius* exponit, evocaturum, coacturum. Est enim ac-

cusaturum, ejus nomen delaturum. *Gronov.*
¹⁶ *Huc non venis*] Quoniam Romanæ præficeris, nec vis de itinere desistere, ut in villas ad me venias; Romæ domi meæ cenato, certio quidem Kalendas, si poteris, id est illo ipso die, quo te ad Urbem futurum scribis; si minus, utique pridie Kalendas. *Manutius*.

CICERO ATTICO SAL.

III. **P**IMUM, ut opinor, ¹ *Ἐργυλάου*. ² Valerius absolutus est Hortensio descendente. Id iudicium ³ K. Attilio condonatum putabatur: & ⁴ Epicratem suspicor, ut scribis, lascivum fuisse. Et enim mihi ⁵ caligæ ejus, ut fasciæ cretata, non placebant. Quid sit, sciens cum veneris. Fenestrarum angustias quod reprehendis, scito te ⁶ *Κύριος παυδέων* reprehendere. Nam, cum ego idem istuc dicerem, *Cyrus* agebat,

Tom. VIII.

O

¹ *Ἐργυλάου*] Boni nuntii præmia. *Manutius* supplet, *debet mihi*. *Alii* vero, *ἀέτιος τῆς*, qui incenda ad me scripserit.

² *Valerius*] An est ille Valerius Flaccus, qui non multo post Bibulo & Cæsare Cœsus, est accusatus, & ab Hortensio & Ciceroe defensio? an M. Valerius Messalla, qui superius anno Cœs. fuerat cum M. Pisonē? Neutrum puto: quia uterque solo cognomine appellatur. Messalla lib. I. Flaccus ep. ult. hujus libri. Forte est L. Valerius Jurisconsultus, cujus cognomen nullum extat. Meminit ejus *Fam.* lib. I. ep. ult. lib. III. ep. 1. & lib. VII. ep. 12. ut unius ex suis domesticis atque intimis familiaribus. Ideo hic ait, quia illum absolutum significat, si debet ab Attilio præmium; quod dari solet lætam afferenti nuntium. *Pappus*.

³ *K. Attilio*] Id est, Castori Attilio. Fuit enim Cæso prænomen Attiliorum, quod hæc nota K. scribi solebat. In factis Capitolinis L. Attilius Tribunos militum filius dicitur K. Attilii. *Boisius*.

⁴ *Epicratem*] Quasi potentem, omnia tenentem in repub. *Lascivum*, protervum fuisse Pompejum in iudiciis urgendis ut absolverent. *J. F. Gronovius*.

⁵ *Caligæ*] Militares, quibus domi, in urbe, in pace utebatur, auræ populari feriens, ut lib. I. ep. 16. *De fasciis cretatis* extat *Fanotii* dictum apud *Valerium Max.* lib. VI. cap. 2. *Juvani*. Verius videtur: Mihi non placebat, quod milites multos circa se haberet. *Gronov.*

⁶ *Κύριος παυδέων*] *Cyri* architecti doctrinam: & allusit ad *Xenophontis* librum, qui inscribitur *Κύριος παυδέων*. *Manutius*.

enim Cæso prænomen Attiliorum, quod hæc nota K. scribi solebat. In factis Capitolinis L. Attilius Tribunos militum filius dicitur K. Attilii. *Boisius*.

⁴ *Epicratem*] Quasi potentem, omnia tenentem in repub. *Lascivum*, protervum fuisse Pompejum in iudiciis urgendis ut absolverent. *J. F. Gronovius*.

⁵ *Caligæ*] Militares, quibus domi, in urbe, in pace utebatur, auræ populari feriens, ut lib. I. ep. 16. *De fasciis cretatis* extat *Fanotii* dictum apud *Valerium Max.* lib. VI. cap. 2. *Juvani*. Verius videtur: Mihi non placebat, quod milites multos circa se haberet. *Gronov.*

⁶ *Κύριος παυδέων*] *Cyri* architecti doctrinam: & allusit ad *Xenophontis* librum, qui inscribitur *Κύριος παυδέων*. *Manutius*.

ribus ferres. At quoniam nummorum mentio ista est; amabo te, cura, ut cum Titinio, quoquo modo poteris, transigas. Si in eo, quod offenderat, non fiat; mihi maxime placeat, ea, quae male empta sunt, reddi, si voluntate Pompeiana fieri poterit: si ne id quidem; nummi potius reddantur, quam ullus sit scrupulus. Valde hoc velim ante quam proficiscare, amanter, ut soles, diligenterque conficias. Clodius ergo, ut ais, ad Tigranem? velim Syspira conditione: sed facile patior: accommodatius enim nobis est ad liberam legationem tempus illud, cum & Quintus noster jam, ut speramus, in otio confederit, & iste sacerdos Bonae deae cuius modi futurus sit, sciri possit. Interea quidem cum Muis nos delectabimus animo aequo, immo vero etiam gaudenti, ac libenti. Neque mihi unquam veniet in mentem Crasso invidere, neque poenitere, quod a me ipse non desciverim. De geographia dabo operam ut tibi satisficiam: sed nihil certi polliceor. Magnum opus est; sed tamen, ut jubes, curabo ut hujus peregrinationis aliquid tibi opus extet. Tu quid-

3 Male empta] Nimo emota. Man.

4 Notum potius reddatur] Hunc locum recte mihi explicasse videtur Goveanus sine ulla scriptura mutatione. Rufus. Salvatur Titinio quidquid ei debetur, ut hac molestia plane liberati sit. Cum ab aliquo emimus quod ipse ab alio emerat, nummos ei suos reddimus. Terentius in Adelpis, II. 2. 45. Hoc tantidem emptum postulat sibi reddi. Age iam cupio, mox argentum reddat. Scrupulus autem sicuti dissolvitur, & nodus, qui nos male habet. Goveanus.

5 Solum Syspira] Mirum est quam valde hoc loco vacent exemplaria: alia enim habent Syspira: alia Syspira: quaedam Syspira: nonnulla nescio quid prorsus. Denique in nullo veram & praestantem lectionem reperias, quam puto fuisse hujusmodi, Syspira. Et enim Syspira, locus, aut notus tractus Armeniae celebris auri fossis, Nisus. Etenim Syspira: locus, aut notus tractus Armeniae: Velim surpi ta conditione: quod parum a veteri scriptura recessit. & ad sententiam maxime accommodatum est. Clodius, inquit, erit legatus ad Tigranem: ipse velim ea legatione me hinc abducere, & ab hac hominum satietate nostri discedere. Surpi autem id est: pro surpicio. ut Horat. Unam me

surpicio mori; & Quae me surperat mihi. Popma. Alia etiam alii excoegerunt. Quam bene, viderint illi, quibus est otium. Tu vero, bone lector, ea, quae non intelliguntur, ne curabis quidem intelligere: sed ex his, quae plana sunt, voluptatem & fructum capies. Goveanus.

6 Sed satis patior] Clodium proficisci nunc, & me manere in urbe, quoad ille redeat ex Armenia. Ad liberam enim legationem, quam accipere volo, tempus illud quam hoc accommodatius est: nam & Q. frater jam e provincia erit reversus, & poterit jam tum intelligi necumne vult Clodius contendere. Legatione volebat M. Tullius periculum, quod a Clodio impendebat, declinare. Quare tum volebat abesse ab urbe, cum in urbe esset Clodius, non cum abesset. Cum ergo audivit Clodium mitti ad Tigranem, differendum sibi legationis tempus in Clodii reditum putavit. Goveanus.

7 Sacerdos] E. Clodius sacerdos, ut orat. de Republ. & pro Sext. Sopororum sacerdos appellatur. Corradus.

8 Hujus] Errabat tum Cicero circa suas villulas, Goveanus.

quidquid indagaris de Republica, & maxime quos Consules futuros putes, incito ut sciam: tamen minus sum curiosus. Statui enim nihil jam de Republica cogitare. Terentia salutum perpeximus: quid quaeris? prater quercum Dodonaeam nihil desideramus, quo minus Epirum ipsam possidere videamur. Nos circiter Kal. aut in Formiano erimus, aut in Pompejano. Tu, si in Formiano non erimus, si nos amas, in Pompejanum venito. Id & nobis erit perjurandum, & tibi non sane devium. De muro imperavi Philotimo ne impediret, quo minus id fieret, quod tibi videretur: censeo tamen adhibeas Vettium. His temporibus, tam dubia vita optimi cuiusque, magni aestimo unius aestatis fructum palatistrae Palatinae, sed ita tamen, ut nihil minus velim, quam Pompejanum, & puerum versari in timore ruinae.

9 Dodonaeam] Si quercus esset in Terentia saluta, ut in Epiro tua sunt; juxta Dodonam civitatem: ego ipsam mihi viderem in Italia possidere: caetera non minus abunde sunt, quam in tuis Epiroticis possessionibus. Manlius.

10 Adhibeat Vettium] Utrius consilio Chryssipi Vettii Cyri Architecti liberi Ep. 29. lib. XIII. Grevius.

11 Tam dubia vita] Invenitur periculum, aut ex aeris aliqua gravi & pestilenti aspiratione, aut certe ex hominibus impediens: ut ex Cicero, periculi causa magni faciat Palatinae domus, fecerunt estate illa: noluit tamen eos, dum externa pericula declinans, incidere in domestica, ruinaque ti-

more versari. Mal.
12 Palatistra Palatinae] Cicero habebat domum in Palatio magnificentissimam, cum qua juncta erat palatistra. eaque muro cincta, de quo palatistrae exercitationes spectabantur: sed quia murus erat infirmus, minans ruinam, volebat illum reficere consilio Attici & Vettii architecti: ne forte ipso absente per liberam legationem Q. fratris uxor Pompeiana, & Q. filius versarentur in timore ruinae. Erant enim domus utriusque Cicerois contiguae, nec ulla interfecta spatia disjungebantur, ut ipsi quasi contubernales essent: Vide ep. 4. lib. II. ad Fratrem. Popma.

CICERO ATTICO SAL.

V. CUPIO equidem, & jam pridem cupio Alexandriam, reliquamque Egyptum visere, & simul ab hac hominum satietate nostri discedere, & cum aliquo desiderio reverti: sed hoc tempore, & his mittentibus, ³ Aidesmus ² Trpas,

1 Egyptum] Fore visebas, ut Caesar consil. legatum mitteret ad faciendam cum Ptolemaeo, Egypti rege, societatem: eam legitimum & sibi deseri cupiebat: & tamen credebatur, ne alieno republica tempore discederent infamia sequeretur, Caesar

lib. III. de bello civili. Manli.
2 Hic] Caesar & Pompejo. Idem.
3 Aidesmus] Ferebo Trpas, & Trpasius populi habebat. Homerius versus de Hestore lib. 2. 417. & X. 205. Idem.

Τράπας, & Τραυδάς ἐδυσσεύεσθαι. Quid enim nostri optima-
tes, si qui reliqui sunt, loquentur? an me ad quo prämio de
sententia esse deductum? * Περὶ ἄλλοις μοι πρὸ τοῦ ἐπεγγεῖσθαι
διὰ τῆς Κατο ille noster, qui mihi unus est centum mil-
libus. Quid vero historiae de nobis ad annos DC prädica-
rint? quas quidem ego multo magis vereor, quam eorum
hominum qui hodie vivunt, rumulculos. Sed opinor, & exci-
piamus, & expectemus. Si enim deferetur, erit quaedam no-
stra potestas, & tum deliberabimus. Etiam est in non acci-
piendo non nulla gloria. Quare si quid ⁸ Θεοφάνης tecum for-
te contulerit, ne omnino repudiaris. De illis rebus expecto
tuas literas: quid ⁹ Arrius narret; quo animo se destitutum
ferat; & qui Consules parentur; utrum, ut populi sermo,
Pompejus, & Crassus; an, ut mihi scribitur, cum Gabinio
Servius Sulpicius; & num quae nova leges; & num quid
novi omnino; & quoniam ¹⁰ Nepos proficiscitur, cui nam
¹¹ auguratus deferatur: quo quidem uno ego ab istis capi pos-
sum. ¹² Vide levitatem meam. Sed quid ego haec, quae cu-
pio deponere, & toto animo, atque omni cura φιλοσοφῶν?
Sic, inquam, in animo est: velle ab initio. Nunc vero,
quoniam, quae putavi esse ¹³ praecleara, expertus sum, quam
essent inania; cum omnibus Musis rationem habere cogito.
Tu tamen ¹⁴ de Curtio ad me rescribe certius, & num quis
in eius locum paratur; & quid de P. Clodio fiat; & om-
nia, quemadmodum polliceris, ¹⁵ ἐπὶ σχολῆς scribe: &
quo

4 Περὶ ἄλλοις] Convivium Catonis time-
bo, ut Polydamantis Heclor, si certamen
cum Achille recideret. *Iliad.* X.
5 Ad annos DC] Annos sexcentos, sic
alibi saepe ex usu loquendi antiquo, quo lo-
co Graeci νῆρας dicunt. Donat. in Phormion.
Comediae.
6 Excipiatur] Quod ad Egyptian lega-
tionem attinet, ne properemus, sed exci-
piamus, & expectemus, nunc deferatur. *Man.*
7 Fortes] Accipiendi, & non accipiendi.
Corradus.
8 Θεοφάνης] Theophanes Mitylenaeus ex Pom-
peii domesticis atque intimo familiaribus,
particeps consiliorum, & scriptor rerum is-
tius de quo ep. 17. lib. V. pro Archia,

9c. *Papina.*
9 Arrius] Vide ep. 7. Injus lib.
10 Nepos] Q. Metellus Nepos, ex Q. Ca-
tura praefecturus in provinciam.
11 Auguratus] In locum demortui Au-
guri Metelli Celeris. *Papina.*
12 Vide] Sic commendat Muretus. Hoc e-
nim dicit Cicero: Auguratum si deferent
mihi, potero in eorum potestatem venire,
ut de rebus non ab illis dissentiam. *Grœv.*
13 Praecleara] Magistratus, honores.
14 De Curtio] Fortasse M. Curtio, ep.
9. lib. XIV. nisi male quis legere, Q. Ar-
rio, ut siem sit, de quo paulo antedictum
est. *Corradus.*
15 Ἐπὶ σχολῆς] In otio.

quo die Roma de exiturum putes, velim ad me scribas; ut
certiorem te faciam, quibus in locis futurus sim; epistolam-
que statim des de iis rebus, de quibus ad te scripsi. Valde
enim expecto tuas literas.

CICERO ATTICO SAL.

VI. QUOD tibi superioribus literis promiseram, fore, ut
opus extaret hujus peregrinationis; nihil jam ma-
gnopere confirmo. Sic enim sum complexus otium, ut ab eo
divelli non queam. Itaque aut libris me delecto, quorum ha-
beo Antii festivam copiam: aut fluctus numero; nam ad
lacertas captandas tempestates non sunt idoneæ. A scriben-
do profus abhorret animus. Etenim γεωγραφικὰ, quae consti-
tueram, magnum opus est: ita valde ² Eratosthenes, quem
mihi proposueram, a ³ Serapione, & a ⁴ Hipparcho re-
prehenditur. Quid censes, si ⁵ Tyrannio accesserit? Et hercule
sunt res difficiles ad explicandum, & ⁶ ὁμοειδῆς: nec tam pos-
sunt ⁷ ἀνδρογραφῶνται, quam videbantur: & quod caput
est, mihi quævis satis iusta causa cessandi est. Quin etiam du-
bitem, an hic, an ⁸ Antii confidam, & hoc tempus omne
consumam: ubi quidem ego malle ⁹ Duumvirum, quam Ro-
mæ

1 Lacertas] Pifces a lacerti, humani
membri, similitudine dictos. Sed malim,
Lacertis, ut eos appellavit Plinius, Celsus,
Martialis, alii. *Manutius.*
2 Eratosthenes] Cyrenæus, floruit sub
Prolemao Philopatore, qui & Geographica
scripsit. Vide G. Voss. de Hist. Græc. lib.
I. cap. 17. *Grævius.*
3 Serapione] Vide sup. ep. 4.
4 Hipparcho] Hipparchus Nicæus Astro-
logorum suæ ætatis princeps, de quo vide
G. Voss. de Scient. Mathemat. c. 33.
5 Tyrannio] Homo reprehendendi & exa-
gitandi studiosus. Tyrannio Grammaticus,
cum antea Theophrastus diceretur, hoc no-
men accepit quod puer consociipulos excipi-
taret. Praceptor in patria fuit Strabonis
Geographi civis sui, ut ille testatur lib. XII.
Anaxim deficiens. Inde Romam captivus
ductus a Lucullo post devictum Mithrida-
tem, ibi clarus atque dives evasit, & libro-
rum ultra tres myriadas paravit: inter quos
erant Archiboreli opera, quæ Apellio Teles
possederat. Floruit antelia Pompeii; Lu-
culli, Cicero num, quorum filios etiam eru-
divit ep. 4. lib. II. ad Fratr. I. II. ep. 6.
ad Atticum, Plur. in Sylla, Suidas. *Papina.*
6 ὁμοειδῆς] Sibi similes.
7 ἀνδρογραφῶνται] Floride scribi.
8 Antii] Cum hæc Cicero scriberet,
non erat Antii, sed in praedio quodam An-
tii finitimo, & agro Antiani attributo,
ubi, ut opinor, villam habuit. *Bosius.*
9 Duumvirum] Alludit ad numerum Con-
sulum Romanorum, quos festivo Duumviro,
quia binis quorannis creabantur, appellat; a
similitudine eorum magistratum, qui colo-
niis & municipiis præerant; & a numero
Duumviri dicebantur. Malebat ergo fuisse
Duumvir Antii, quæ colonia erat populi Ro-
mani, quam Duumviro, id est, Consul Ro-
mæ. *Idea.*

ma me fuisse. Tu vero sapientior¹⁰ Buthroii domum parasti. Sed, mihi crede, ¹¹ proxima est illi municipio hæc Anatiatum civitas. ¹² Esse locum tam prope Romanam, ubi multi sint, qui Vatinius nunquam viderint? ubi ¹³ non sit, præter me, qui quemquam ex vigintiviris unum esse saluum velit? ubi me interpellat nemo, diligant omnes? Hic, hic nimirum ¹⁴ *ῥωλιθῆσιον*. Nam ¹⁵ istuc non solum non licet, sed etiam tædet. Itaque ¹⁶ *ἀρεθόλη*, quæ tibi uni legamus, Theopompino genere, aut etiam alperiore multo, pangentur. Neque aliud jam quicquam ¹⁷ *ῥωλιθῆσιον*, nisi odisse improbos, & id ipsum nullo cum stomacho, sed potius cum aliqua scribendi voluptate. Sed ut ad rem, scripti ad Quæstores urbanos ¹⁸ de Quinti fratris negotio. Vide, quid narrent, ecqua spes sit denarii, an cistophoro Pompejano jaceamus. Præterea ¹⁹ de muro statue quid faciendum sit. Aliud quid? etiam. Quando te proficisci istinc putes, fac ut sciam.

CL

¹⁰ *Buthroii*] In oppido Epiri, ubi possis esse in solitudine. Ep. 7. lib. III.

¹¹ *Proxima*] Solitudine: & Anatum Buthroium est Romæ, ut illud *Corradus*.

¹² *Esse locum tam prope Romanam*] Iste infinitivus nihil habet a quo pendat. Sed sic solent in admirationibus, & indignationibus, subintelligentes, mirandum est, incredibile est, aut tale quid. *Grævius*.

¹³ *Non viderint*] Administranda Resp.

¹⁴ *Istuc*] Romæ. *Corradus*.

¹⁵ *Ἀρεθόλη*] Quæ fuerint *ἀρεθόλη*, quidve continerit, paucis adhuc notum esse video. Ego librum arbitror significari illum, quem M. Tullius, honestissimo quidem nomine *de suis consiliis* inscripserat, sed re vera in eo illud egit, ut sceleratos cives ulcisceretur, & ad annos senectutis, testatum legeretur. Namque in eos asperissimè est invehit. Quod ne vel sibi, vel Marco filio, fraudi aliquando esset, librum obligatum occultatumque esse voluit, non modo se, sed filio quoque vivere. Et id esse arbitror, quod hic *ἀρεθόλη* vocat, unice Atticò tanquam uni sibi, legi vult. Theopompino vero utrum existimemus intelligi oportere, Comicumne illum, de quo Suidas, an

potius historicum scriptorem? Siquidem & hanc in suorum temporum scriptores inveni solitum esse, & Lucianus, & Emilius Probus, & Dionysius, initio suarum historiarum tradunt. *Malaspina*.

¹⁶ *Ἀρεθόλη*] Opera, quam nunc quidem, Antil dum sum, reipublicæ navo, hæc est, odisse improbos. *Manutius*.

¹⁷ *De Quæstibus*] Quæstores urbani curabant magistratibus provincialibus quod ex ætario in sumptum debebatur. Ideo Q. Cicero Proprietor ex Asia discessurus, consuebat hoc sibi ab illis curari denario, id est, Romano nummo: illi vero facti vestras cum Pompejo numerare volebant ex ea pecunia quam Pompejus confecto bello Mithridatico in Asia in cistophoro nummo locaverat. *Poppo*. Denarius Romanus parum aberat quin duplo superaret æstimationem cistophori, Asianorum nummi, sic appellari, quod in eo cistiferi essent sculati, qui sacrorum mysticorum cistis infulorum arcana ferebant, ut in Cybelæ mysteriis, Bacchi orgiis, Cæteris initiis. Quætur enim Denarii septem Advers. III. cap. 5. & 23.

¹⁸ *De muro*] Vide supra ep. 4. extreme.

CICERO ATTICO SAL.

VII. **D**E geographia etiam atque etiam deliberabimus. Orationes autem me duas postulas: quarum alteram non libebat mihi scribere, quia abscederam; alteram, ne laudarem eum, quem non amabam. Sed id quoque videbimus. Denique aliquid extabit, ne tibi plane cessasse videamur. De Publio quæ ad me scribis, sane mihi ² jucunda sunt: eaque etiam velim, omnibus vestigiis indagata, ad me afferas, cum venies; & interea scribas, si quid intelliges, aut suspicabere: & maxime de legatione quid sit acturus. Equidem ante quam tuas legi literas, ³ in hominem ire cupiebam; non mehercule, ⁴ ut differrem cum eo vadimonium; (nam mira sum alacritate ad litigandum) sed videbatur mihi, si quid esset in eo populare, quod plebejus factus esset, id ⁵ amissurus. Quid enim ad plebem transisti? ut Tigranem ires salutatum? narra mihi, reges Armenii patricios salutare non solent? Quid quæris? acueram me ad exagitandam hanc ejus legationem. Quam si ille contemnit, &, si, ut scribis, bilem id commovet & latoribus, & auspiciibus ⁶ legis curiæ, spectaculum egregium. Hercule, verum ut loquamur, subcontumeliose tractatur noster Publius: primum, qui cum in domo Cæsaris quondam ⁷ unus vir fuerit, nunc ne in Viginti quidem esse potuerit: deinde, alia legatio dicta erat, alia data est; illa optima ad exigendas pecunias, Druso, ut opinor, Pisarenfi,

Tom. VIII.

P

an

¹ *De Publio*] P. Clodio.

² *Jucunda sunt*] P. Clodium contemner legationem ad Tigranem. *Corradus*.

³ *In hominem*] Tolle præpositionem, In: sententia patet. *Manutius*: In expungere non ausim contra librorum omnium fidem. Forte scripsit Tullius: *istum hominem* &c. *Istum pro istum* Cicero nem usurpaste pluribus docuit *Victorius*. *Grævius*.

⁴ *Ut differrem cum eo vadimonium*] Ut in alium tempus diem quasi litigandi cum Clodio differrem, quasi nunc litigare non possem: *Manutius*, *Corradus*.

⁵ *Amissurus*] Cum legatus longe gentium

abiret: qui plebejus videretur esse factus, non ut inani legationem movere tempus consumeret, sed ut Romæ plebis negotium gereret. *Manutius*.

⁶ *Legis curiæ*] Quæ in curiatis comitiis lata erat de Clodio ad plebem traducendo, Cæsare consule latore, auspice Pompejo augure. *Poppo*.

⁷ *Unus vir*] Jocatur Cicero, fallaci quædam a majori ad minus collatione: quia si unus vir Clodius fuit in sacris Bonæ Deæ, cur in Vigintiviris esse non possit agris dividendis? *Malaspina*.

⁸ an epuloni Vatinio reservatur : hæc jejuna si ac ⁹ bella relegatio datur ei ; cujus tribunatus ¹⁰ ad istorum tempora reservatur . Incende hominem , amabo te ; ¹¹ quod potes . Una spes est salutis , istorum inter istos diffidit , cujus ego quædam initia sensi ¹² ex Curione . Jam vero Arnus Conularum sibi ereptum fremit . ¹³ Megabocchus , & hæc sanguinaria juvenus inimicissima est . Accedat vero , accedat etiam ista rixa Anguratus . Spero me præclaras de istis rebus epistolæ ad te sæpe missurum . Sed , illud quid sit , scire cupio , quod jactis obscure , jam etiam ex ipsis ¹⁴ Quinqueviris ¹⁵ loqui quosdam . Quidnam id est ? si est enim aliquid , plus est boni , quam putaram . Atque hæc , sic velim existimes , non me abs te ¹⁶ *κατὰ τὸ ὑπερτιμῶν* quærere ; quod gestiat animus aliquid agere in Republica . Jampridem gubernare me tadebat , etiam cum licebat : nunc vero cum cogar exire de navibus non abjectis , sed ¹⁷ receptis gubernaculis , cupio istorum naufragia ex terra intueri ; cupio , ut ait tuus amicus Sophocles , ¹⁸ *καὶ ἐπὶ τῆν Πυρρῶν ἀδελφῶν Ἰερξίδου ἑδδῶν ὀρεῖ* . ¹⁹ De muro , quid opus sit , videbis . ²⁰ Castricianum mendum

⁸ An epuloni] Que Clodio promissa fuerat legatio , eam dicit Druso , aut Vatinio reservari . Et est vñtra Ciceroni locutio , ambigenti hoc an illud sit ; ut libro 1. *Nos hic te ad munus sanuarum expellamus , ex quadam rumore , an te licetis tute ad alios misse ?* Manutius .

⁹ Bella relegatio] Non est hoc , Clodium legere , sed specie legationis relegare . Et arguit , cum post verbum , *Jejuna* , adscripturus videretur , *Legatio* , ut contrarium contrario redderet , quia dixerat , *Opina* , jocum captans , repente veritè sententiam , & intulit , *Bella relegatio* . Idem .

¹⁰ Ad istorum tempora reservatur] Qui enim Clodium nunc ad Tigranem mittunt , ideo mittere videntur , ut comitiis tribunatis Romæ ne sit , itaque petitione tribunatus excludatur . Id autem , ut tribunatum illi non tam eripiant , quam ad istorum tempora referent . Quasi arbitrato suo possent magistratus dare , cum vellent . Idem .

¹¹ Quod potes] *Βούλη* , *quod pot. est* .

¹² Ex Curione] Vide epist. seq.

¹³ Megabocchus] Pompejus ; qui in his

epistolis & Cicerone diversis nominibus appellatur : *Epirocetes* , qui omnia teneret ; *Sanspitaranus* , *Arabarches* , & *Hierosolymarchus* , hæc loca victoriis adeptus ; *Megabocchus* , magnus Africa Rex , quia Domitium , & Jubam , Syllanis temporibus in Africa vicebat . Bocchus autem in Mauritania , Africa parte regnaverat . Idem .

¹⁴ Quinqueviris] Ad Campanum agrum dividendum creati , *Cornelias* .

¹⁵ Loqui] Nescio quid contra Cæsarem , Pompejum , & alios . Idem .

¹⁶ Κατὰ τὸ ὑπερτιμῶν] Rei gerende causa .

¹⁷ Receptis] Senfus est : Cum cogar omittere rempublicam , non deserto , sed salvo & constante officio . Non abjectis , ut faciunt scilicet desperantes gubernatores navium , sed *retractis* in navem & suo comodo depositis . *Grænovius* .

¹⁸ Καὶ ἐπὶ τῆν] Et utique sub testè confectis labentem audire pluviam sopito & quieto animo . *Frægn. Sæpbercl* .

¹⁹ De muro] De quo epist. 4. & 6.

²⁰ Castricianum mendum] Quiddam significat

dum nos corrigimus : & tamen ad me Quintus ²¹ *κῖδ κκῖδδ* scripserat : nunc ad sororem tuam H-S xxx. Terentia tibi salutem dicit . ²² Cicero tibi mandat , ut Aristodemo idem de se rescribas , quod de fratre suo , sororis tuæ filio , respondisti . De Amalthea quod me admones , non negligemus . Cura ut valeas .

ficat de Castricio , qui in Asia negotiatus est . corruptum dicunt : alii non corrigunt . rat : ut ex oratione pro Flacco . *Man* . ²² Cicero] Filius meus . ²¹ Lucas , quem Manutius & Malaspina . ²³ De Amalthea] Vide ep. 1. h. l.

CICERO ATTICO SAL.

VIII. EPISTOLAM cum a te avide expectarem ad vesperum , ut soleo , ecce tibi nuntius , pueros venisse Roma . Voco , quæro , ecquid literarum ? Negant . Quid ais , inquam , nihilne a Pomponio ? Perterriti voce & vultu , confessi sunt se accepisse , sed excidisse in via . Quid quæris ? permolestè tuli : nulla enim abs te per hos dies epistola inanis aliqua re utilis & suavi venerat . Nunc , si quid in ea epistola , quam ante diem xvi. Kal. Maj. dedisti , fuit historia dignum , scribe quamprimum , ne ignorem : sin nihil præter jocationem , redde id ipsum . Et scito Curionem adolescentem venisse ad me salutatum . Valde ejus sermo de Publico cum tuis literis congruebat . Ipse vero mirandum in modum reges odisse superbos . Peræque narrabat incensam esse juventutem , neque ferre hæc posse . Bene habemus ; nos , si in his spes est , opinor , aliud agamus . Ego me de historiæ . Quamquam , licet me ³ Saufejum putes esse , nihil me est inertius . Sed cognosce itinera nostra ; ut statuas : ubi nos visurus sis . In Formianum volumus venire ⁴ Parilibus , inde (quoniam putas

P 2

1 De Publico] Clodio .

2 Reges odisse superbos] Qui supra leges esse vellent , Cæsarem , Pompejum & Crassum . Nec dubito , quin sit hemistichium ex veterè pœta , cum in illud incipio , quod legitur lib 6. epist. 3. *Tibi valde soleo in ore esse .* *Grænovius autem non contemserit se*

3 Saufejum] Saufejo similem .

4 Parilibus] Parilibus . *Grænovius* . De Saufejo vide epist. 1. lib. 1. & 1. lib. 7.5 Parilibus] XI. vel. 1. ut alii volunt , XII. Kal. Maji . *Corradus* .

putas prætermittendum nobis esse hoc tempus? Cratera illum delicatum) Kal. Maj. de Formiano proficiscemur, ut Antii simus a. d. v. Non. Maj. Ludi enim Antii futuri sunt a. iiii. ad prid. Non. Maj. Eos Tullia spectare vult. Inde cogito in Tusculanum, deinde Arpinum, Romam a. d. Kal. Jun. Te aut in Formiano, aut Antii, aut in Tusculano, cura, ut videamus. Epistolam superiorem restitue nobis, & appinge aliquid novi.

5 Cratera] Baias vocat Crateram, ad quas vetno tempore causa vellestulini conueniebant multi. Nam Bajæ comprehensum

eo sinu qui dicitur est Crater, ut ex Strabone annotat Botius. Junius.

CICERO ATTICO SAL.

IX. **S**I vales, bene est. Cum mihi dixisset Cæcilius Quæstor puerum se Romam mittere, hæc scripsi raptim, ut tuos elicerem mirificos cum Publio dialogos; cum eos de quibus scribis, tum illum, quem abdis, & ais, longum esse, quæ ad ea responderis, perscribere: illum vero, qui nondum habitus est, quem illa ² *Βοιωτῆς*, cum e Solonio redierit, ad te est relatura, sic velim putes, nihil hoc posse mihi esse jucundius. Si vero, quæ de me ³ pacta sunt, ea non servantur; in celo sum: ut sciat hic noster Hierosolymarius, ⁴ traductor ad plebem, quam bonam meis ⁵ putissimis orationibus gratiam retulerit: quarum expecta divinam ⁶ *ἀδελφότητα*. Etenim, quantum conjectura auguratur, si erit ⁷ nebulo iste cum his dynastis in gratia, non modo ⁸ de Cyni-

1 Illam vero] *Βοιωτῆς* Græcis, & Ciceroni usitatum. *Corradus*.

2 *Βοιωτῆς*] *Ἐπίδορος* Iymonis apud Homerum, quasi bovinus habens oculos. Cicero transfuit ad Clodii forem, tanquam alteram Junonem, quæ cum fratre coire dicebatur. Ep. 1. *Manutius*.

3 *Pacta sunt*] Promiserat Clodius Pompejo, se nihil acturum contra Ciceronem. Ep. 22, & 24. *Idem*.

4 Hierosolymarius] Pompejus, a Hierosolymis capis. *Idem*.

5 Traductor ad plebem] Traduxerat Clo-

dium. Ep. 7. *Idem*.

6 Putissimis] Luculentis, & splendide scriptis: quibus illum ornari. Unde *suorum purum putam*. *Idem*.

7 *Ἀδελφότητα*] Contrariam canticionem, quam Pompejum, quem semper laudavi, nunc vituperem. *Corradus*.

8 Nebulo iste] P. Clodius. *Manutius*.

9 De Cynico Consulatu] Me ipso, quem ipse Clodius Cynicum Consularem vocat quasi nimis mordacem, & severum, quales erant Cynici Philosophi. *Corradus*.

Cynico consula, sed ne de istis quidem piscinarum Tritonibus poterit se lactare. Non enim poterimus ulla esse in invidia, spoliati oppibus, & illa senatoria potentia. Sin autem ab his dissentit, erit absurdum in nos invehi. Veruntamen invehatur. Relive, mihi crede, & minore sonitu, quam putaram, orbis hic in Republica est conversus: citius omnino, quam potuit; id culpa ¹¹ Catonis, sed rursus improbitate istorum, qui ¹² auspicia, qui *Æliam* legem, qui Juniam, & Liciniam, qui Cæciliam, & Didiam neglexerunt; qui omnia remedia Reipublicæ effuderunt; qui regna, qui prædia terrarchis, qui immanes pecunias paucis dederunt. Video jam quo invidia transeat, & ubi sit habitatura. Nihil me exilimaribus, neque ulu, ¹³ neque a Theophrasto didicisse, nisi brevi tempore desiderari ¹⁴ nostra illa tempora videris. Etenim si fuit invidiosa Senatus potentia; cum ea non ad populum, sed ad tres homines immoderatos redacta sit, quidnam censes fore? Proinde isti licet faciant, quos volent, consules, tribunos plebis; denique etiam ¹⁵ Vatini strumam sacerdotii ¹⁶ *διδάσκα* vestiant; videbis brevi tempore magnos non modo eos, qui nihil titubarunt, sed etiam illum ipsum, qui peccavit, Catonem. Nam nos quidem, si per istum tuum sodalem Publium licebit, ¹⁷ *σοφιστεω* cogitamus: si ille cogit ¹⁸ *ἀντα*, tum duntaxat nos defendere; & quod est proprium artis hujus, ¹⁹ *ἐπαγγέλλομαι*,

10 Quam potuit] Subaudi, per publicas rationes. Esi enim, Potuit, licuit, debuit, æquum fuit. *Manutius*.

11 Catonis] Qui equites a senatu alienavit. Ep. 16. lib. 1. *Idem*.

12 Auspicia *Æliam* &c.] Hæc omnia centies repetita in Orat. pro Domo, de Harusp. resp. &c.

13 Neque a Theophrasto] Qui scripsit, quæ essent in Republica inclinationes rerum, & momenta temporum, quibus esset moderandum, ut nunquam res postularer. Lib. 5. de Finib. *Corradus*.

14 Nostra illa tempora] Quæ fuerunt usque ad Cæsarem, & Bibulum Coll. *Idem*.

15 Vatini strumam] Vatinius auguratum deserat. Strumam tumidum fuisse Vatini guttur, scribit Plutarchus in Cic. *Man.* *Idem* *ἀπάση*] Purpura hic tincta, hoc est,

veste augurali. *Corradus*.

17 *σοφιστεω*] Saperiam querere, philosophari missa reipublica cura. *Manutius*.

18 *Ἀντα*] Vox est Homérica, quæ contra, & ex adverso significat, jungique solet cum verbo *ἀντα*, aut *ἀντι*. Sed neutrum Cicero expressit, usus familiari sua & assueta reticentia. Horum igitur verborum sensus est: Si Clodius me cogit *ἀντα* *ἀντα*, aut *ἀντα* *ἀντι*, hoc est, contra se stare, aut progredi, quod me læcessat, tum cogitamus duntaxat nos defendere. *Boyer*. *Man.* *Si ille cogit*, ut duntaxat nos defendere. Hoc est, utique nos defendere. *J. F. Gronovius*.

19 *Ἐπαγγέλλομαι*] Promitto, denuntio, hominem me ulturum; qui prior laeserit. *Liad.* & 369.

Ἀδρ' ἀπαμύνοσθε με, ὅτι τις ἀπὸ τῶν Χαλκεσίων.

Patria ²⁰ propitia sit : habet a nobis, etiam, si non plus, quam debitum est, plus certe, quam postulat est. Male vehi malo alio gubernante, quam, tam in his vectoribus, bene gubernare. Sed hæc coram commodius. Nunc audi, quod queris. Antium me ex Formiano recipere cogito a. d. v. Non. Majas. Antio volo Non. Majis proficisci in Tusculanum. Sed cum e Formiano rediero, (ibi esse usque ad prid. Kalend. Majas volo) faciam statim te certiore. Terentia tibi salutem. ²¹ Κικέρων ὁ μικρὸς ἀπαίχεται Τίτον Ἀσινάτον.

²⁰ Propitia sit] Mihi ignoscet : veniam det. Quo sensu alibi, *Ama me*. Nam quos vehementer amamus, quibus propitii sumus, iis tam facile indulgemus, quam non-

his. *Malsipina*.

²¹ Κικέρων] Cicero parvulus salutis Titum Ἀσινάτου.

CICERO ATTICO SAL.

X. **V**OLO ames meam constantiam. Ludos Antii spectare non placet. Est enim ¹ ὑποπόλοικος, cum velim vitare omnium deliciarum suspicionem, repente ² ἀναπαίνοσθε non solum delicate, sed etiam inepte peregrinantem. Quare usque ad Non. Maj. te in Formiano expectabo. Nunc fac, ut sciam, quo die te visuri simus. Ab Appii foro, hora quarta. Dederam aliam paulo ante a Tribus tabernis.

¹ ὑποπόλοικος] Subabsurdum.

² ἀναπαίνοσθε] Apparere, videri.

CICERO ATTICO SAL.

XI. **N**ARRO tibi, plane relegatus mihi videor, postea quam in Formiano sum. Dies enim nullus erat, Antii cum essem, quo die non melius scirem, Romæ quid ageretur, quam ii qui erant Romæ. Etenim literæ tuæ, non solum quid Romæ, sed etiam quid in republica : neque solum quid fieret, verum etiam quid futurum esset, indicabant. Nunc, nisi si quid ex prætereunte viatore exceptum est,

est, scire nihil possumus. Quare quanquam jam te ipsum expecto, tamen tibi puero, quem ad me statim jussi recurrere, da ponderosam aliquam epistolam, plenam omnium non modo actorum, sed etiam opinionum tuarum : ac diem, quo Roma sis exiturus, cura ut sciam. Nos in Formiano esse volumus usque ad prid. Nonas Maj. Eo si ante eam diem non veneris, Romæ te fortasse videbo. Nam Arpinum quid ego te invitent?

¹ Τροχῶν, ἀλλ' ἀγαθὴ κροτοφόσ. ἔτι ἔγωγε

Ἦς γαίης δύναμις γλυκεράτησ ἀπὸ ἰδέσθαι

² Hæc igitur. Cura ut valeas.

¹ Τροχῶν] *Apera*, sed bona puerorum aliter, neque ego hoc terra possum dolcius aliud videre. Sic loquitur Ulysses IX. Odys. 27. de Ithaca. Quid ego, inquit Cicero, Arpinum te invitent, quod amantate delectare

non magis potest, quam Ithaca illa, in asperissimis saxulis tanquam nidulus affixa : fortes tamen viros, non minus quam Ithaca, gignit? *Manantius*.

² Hæc igitur] Habero. *Corradus*.

CICERO ATTICO SAL.

XII. **N**EGENT illi Publium plebejum factum esse. Hoc vero regnum est, & ferri nullo pacto potest. Emittat ad me Publius qui obsignent : jurabo Cnæum nostrum, collegam Balbi, Antii mihi narrasse, se in auspicio fuisse. O suaves epistolas tuas uno tempore mihi datas duas : quibus ¹ ἀγγέλια quæ reddam nescio : deberi quidem plane fateor. Sed vide ² συγκύβητες. Emerseram commode ex Antiati in Appiam ad Tres tabernas ipsis Cerealibus, cum in me incurrit Roma veniens Curio meus. Ibidem ilico puer abs te cum epistolis. Ille ex me, nihilne audissem novi : ego negare.

Pu-

¹ Negent illi] Cum Cæsar, & Pompejus Clodium ad plebem transfuissent, eoque mox non satis amico viderentur, qui etiam delatam ab iis Armeniam legationem contempserat : negabant, illum plebejum esse factum, ideoque nec tribunatum posse petere. Hic Cicero indignans, Quod regnum, inquit, est hoc? fecerunt : quod iure non poterant : nunc, quia penituit, factum negant. Sed, si Clodius emitat ad me, qui meum hæc de re testimonium tabellis exci-

piant, & obsignent : jurabo, Cn. Pompejum Antii mihi narrasse, in auspicio se fuisse, cum Clodius lege Cæsaris ad plebem transfunderetur. *Manantius*.

² Collegam] In vigintiviratu. Epist. 7.

Nec abest ironia : quod, collegam habere Balbum, hominem Aricinum, honoribus non insignem, Pompejo Magno turpe videri, possit. *Idem*.

³ Συγκύβητες] Boni montis præmia.

⁴ Συγκύβητες] Sortem, casum.

Publius, inquit, Tribunatum plebis petit. Quid ais? & inimicissimus quidem Cæsaris, & ut omnia, inquit, ista rescindat. Quid Cæsar? inquam. Negat se quiquam de illius adoptione tulisse. Deinde suum, Memmii Metelli Neptotis exprompsit odium. Complexus juvenem dimisi, properans ad epistolas. Ubi sunt, qui ajunt ⁸ *ἴσως φωνῆς*? quanto magis vidi ex tuis literis, quam ex illius sermone, quid ageretur, ⁹ de ruminacione quotidiana, ¹⁰ de cogitatione Publii, ¹¹ de lituis *βωτίδου*, de signifero ¹² Athenione, de literis ¹³ missis ad Cnaum, ¹⁴ de Theopanis, Memmiique sermone? Quantam porro mihi expectationem dedisti convivii istius ¹⁵ *ἀσκήσιος*? Sum in curiositate ¹⁶ *ὀξύτητος*: sed tamen facile patior te id ad me ¹⁷ *συμπόσων* non scribere; præsentem audire malo. Quod me ut scribam aliquid, hortaris: crescit mihi quidem materies, ut dicis: sed tota res etiam nunc fluctuat; ¹⁸ *κατ' ὀνόματι τῆς*. Quæ si defecerit, magis erunt judicata quæ scribam: quæ si statim a me ferre non poteris, primus habebis tamen, & aliquandiu solus. ¹⁹ Dicæarchum recte amas. Luculentus homo est, & civis haud paulo melior, quam isti nostri ²⁰ *ἀδικηταρχοι*. Literas scripsi hora decima Cerealis, statim, ut tuas legeram: sed eas eram daturus, ut putaram, postredie ei, qui mihi pri-

5 *Illa*] Lege Cæsaris. Quod Clodius in tribuatu conatus est. Vide Oracionem pro Domino suo. *Manutius*.
 6 *Memmii*] Quo puer prætor de Cæsaris actis referente, cognitio Senatui delata. Suet. in Cæs. *Corradus*.
 7 *Metelli Neptotis*] Qui moleste fert, Auguratum sibi eripi, ep. 5. h. l. & Pompejum cum Mutia forete divorcium fecisse ep. 9. lib. 1. *Idem*.
 8 *ἴσως*] *ἴσως* vocis, supple, *major efficacitas*. *Proverbum*.
 9 *De ruminacione quotidiana*] de occultis consiliis, quæ Cæsar, Pompejus, Crassus quotidiana ruminacione contra rempublicam inirent. *Manutius*.
 10 *De cogitatione Publii*] De rescindendis Cæsaris legibus. *Idem*.
 11 *De lituis βωτίδου*] P. Clodii foretem intelligit, quæ tanquam lituis fratrem ad contentiones excitaret. Erat enim seditiosa.

ep. 1. 9. 12. *Idem*.
 12 *Athenione*] Athenio dux in Sicilia: fuit suppositivum: cuius nomine foretis hic designatur Varius. Tribunus plebis, qui tanquam signifer Cæsaris & Clodii contra optimates stetit: ut indicat oratio in ipsum. *Popma*.
 13 *Missi*] Capuam. Ep. 19. h. l. *Corr.*
 14 *De Theopanis*] Ep. 5. h. l. *Idem*.
 15 *Ἀσκήσιος*] Delicati.
 16 *ὀξύτης*] Famelicus.
 17 *Συμπόσιος*] Convivium.
 18 *κατ' ὄνομα*] Per nomen sibi, supple, nondum defecit.
 19 *Dicæarchum*] Scriptorem luculentum. Epist. 1. & lib. 6. ep. 2. *Manut.*
 20 *ἀδικηταρχοι*] Injusti magistratus, cum Dicæarchus iustus magistratus interpretari possit. intelligit autem Cæsarem & reliquos. *Corradus*.



mus obvenisset Terentia delectata est tuis literis: impertit tibi multam salutem: *ἔ* ²¹ *Κικέρων ὁ φιλόσοφος τῶν πολιτικῶν τίτλων ἀπαλλέτο*.

21 *Κικέρων*] Jocatur de se ipso: & *ἐπὶ* scilicet anteponebat τῶν πολιτικῶν τίτλων ἅτις ἔστιν Atticum appellat, quia Dicæarchum *Φίλοσοφον*. Epist. 16. *Manutius*.

CICERO ATTICO SAL.

XIII. FACINUS indignum! epistolam ¹ *αὐθαρεῖ* tibi a Tribus tabernis rescriptam ad tuas suavissimas epistolas neminem reddidisse? At scito eum fasciculum, quo illam conjeceram, domum eo ipso die latum esse, quo ego dederam, & ad me in Formianum relatum esse: itaque tibi tuam epistolam jussi referri; ex qua intelligeres, quam mihi tum illæ gratæ fuissent. Romæ quod scribis fieri; ita putabam. At hercule in agris non filetur: nec jam ipsi agri regnum vestrum ferre possunt. Si vero in hanc ² *ἡλέπυλον* veneris *Λαυρυγιανίαν*, (³ Formias dico) qui fremitus hominum? quam irati animi? quanto in odio noster amicus Magnus? ⁴ cujus cognomen una cum Crassi Divitis cognomine consenscit. Credas mihi velim; neminem adhuc offendi, qui hæc tam lente, quam ego fero, ferret. Quare, mihi crede, ⁵ *φιλοσοφώμενος*. Juratus tibi possum dicere, nihil esse tanti. Tu si ⁶ literas ad Sicyonios habes, advola in Formianum: unde nos prid. Non. Maj. cogitamus.

1 *Ἄσκησιος*] Eadem ipsa hora.
 2 *ἡλέπυλον*] *ἡλέπυλον Λαυρυγιανίαν*. Odyss. K. Vide Cluver. *Ital. ant.* 3. 10.
 3 *Formias*] Antiquam Lætygonum sedem. Plin. III. cap. 5. *Corradus*.
 4 *Cujus cognomen*] Pompeii cognomen illud, Magnus, suam celebritatem, honoremque amittit: quemadmodum & Crassi, qui

Dives ex opibus appellatus est, opibus immensis cognomen paulatim extinguitur *Manutius*.
 5 *Φιλοσοφώμενος*] Philosophemur.
 6 *Literas ad Sicyonios*] Scriptas a Confalibus; ut Sicyonii, qui te iudebant (ep. 1. hujus libri) tibi pecuniam solvant; *advola*, profecturus in Epirum. *Corradus*.

UNIVERSITATIS SALAMANCAE LIBRARIUM ECONOMIA GENERAL DE BIBLIOTECAS Tom. VIII. Q CICE.

CICERO ATTICO SAL.

XIV. QUANTAM tu mihi moves expectationem de sermone¹ Bibuli! quantam de colloquio² Cœdri! quantam etiam de illo delicato convivio! proinde ita venias ad sitientes aures. Quamquam nihil est jam, quod magis timendum nobis putem, quam ne ille noster³ Sampliceramus, cum se omnium sermonibus sentiet vapulare, & cum has actiones⁴ *καυχήματα* videbit, ⁵ rueri incipiat. Ego autem ulque eo sum enervatus, ut hoc otio, quo nunc tabescimus, malim⁶ *εὐφρανέσθαι*, quam cum optima spe dimicare. De pangendo quod me crebro adhortaris, fieri nihil potest. ⁷ Basilicam habeo, non villam, frequentia Formianorum. ⁸ At quam partem basilicæ? tribum Æmiliam. Sed, ⁹ omitto vulgus, post horam IV molesti¹⁰ ceteri non sunt. C. Arrius proximus est vicinus. Immo ille quidem jam contubernalis; qui etiam se idcirco Romam ire negat, ut hic mecum totos dies philosophetur. Ecce ex altera parte Sebofius, ille Catuli familiaris. Quo me veritam? statim mehercule Arpinum irem, ni te in Formiano commodissime expectari viderem, duntaxat ad prid. Non. Maj. Vide enim quibus hominibus aures sint deditæ meæ. ¹⁰ Occasionem mirificam,

¹ Bibuli] Quia scripserat Atticus, se cum M. Bibulo sermonem habiturum, etiam cum Clodia Publii sorore. Manut.

² Sampliceramus] Pompejus.

³ Eueret] Faciles ad evertendum.

⁴ Rueret] Aliquid conari, quo magis republicam percuteret. J. F. Gronov.

⁵ Εὐφρανέσθαι] Sub tyranno esse, a tyranno regi: sic male vultu alio gubernatore, ep. 9. h. l. Conradus.

⁶ Basilicam habeo, non villam] Locum frequentem, ut Romæ sunt basilicæ. Idem.

⁷ At quam partem] In basilicis quæque Tribus certum & designatum locum habebat. Tribus autem Facilia, plenissima omnium Tribuum erat. Cum ergo dicitur basilicam se habere Formianorum frequentia, non villam; subiunxit, At non quamlibet basilicæ partem; Tribum, inquit, habeo Æ-

miliam. Goveanus. Ita etiam Victorius edidit. Sed Manutius, At comparem basilicæ &c. Bostius vero, At quam partem basilicæ &c. Quo modo interpretentur, alii legant apud Grævium, ego non satis intelligere potui. Olfertius.

⁸ Omitto vulgus] *Καὶ τὸν ἄλλο* dictum est *omissa vulgus*. Inuit enim qualibet hora diei molestissimum esse vulgus Formianorum, neilum post quartam solam. Bost.

⁹ Ceteri] Ceteri qui sunt Formis mihi molesti non sunt post horam quartam. Nam ante eam horam me valde salutationibus interpellant. Reliquum tempus diei C. Arrius, & Sebofius me non sinunt tranquille & quiete ducere, ita odiose importuni sunt. Idem.

¹⁰ Occasionem] Quoniam, dum frequentia hujus me traheret, facile, & minoris tum dum venderem. Conradus.

cam, si qui tunc, dum hi apud me sunt, emere de me fundum Formianum velit. Et tamen illud¹¹ probem? *Magnum quid aggrediamur, & multæ cogitationis, atque otii*. Sed tamen latissiet¹² nobis, neque parceretur labori.

¹¹ Probem] Legendum cum interrogatione, quasi dicas, fieri non potest, cum singulis horis interpellat, ut id, quod fundes, probem, & magnum aliquid aggrediar, &

multæ cogitationis. Nam hæc verba, *magnum aliquid aggrediamur*, &c. descripti ex epistola Attici. Bostius.

CICERO ATTICO SAL.

XV. UT scribis, ita video, non minus incerta in Republica, quam in epistola tua: sed tamen ista ipsa me varietas sermonum, opinionumque delectat. Romæ enim videor esse, cum tuas literas lego, & ut fit in tantis rebus, modo hoc, modo illud audire. Illud tamen explicare non possum, ¹ quidnam invenire² possit, nullo recusante, ad facultatem agrariam. Bibuli autem ista magnitudo animi in³ comitiorum dilatione, quid habet, nisi ipsius iudicium sine ulla correctione Reipublica? nimirum⁴ in Publico spes est: fiat, fiat Tribunus plebis: si nihil aliud, ut eo citius tu⁵ ex Epiro revertare. Nam ut illo tu careas, non video posse fieri; præsertim si mecum aliquid volet disputare. Sed id quidem non dubium est, quin, si quid erit ejusmodi, sis advolaturus. Verum ut hoc non sit; tamen le⁶ ruet, seu

Q 2 eri-

¹ Quidnam] Scripserat Atticus inventum iri quiddam a Cesare super agraria re, quod nemo improbare, nemo reculare. Ep. 15. Manutius.

² Possit] Julius Caesar.

³ Comitiorum dilatione] Bibulus, domo pedem non efferens, edictis contra differebat. Neque videatur hæc fuisse comitia consulum designatorum, (quippe ante Quintilem mentem non desinabantur, hæc autem Aprilis mense scripta sunt) sed legis agraria rogandæ. Manutius.

⁴ In Publico spes est] Afflicta reipublica jacet, quam Bibulus erigere non potest, qui se, Caesaris metu, parietibus tenet. Quis igitur eriget? spes jam nulla superest, nisi

in Clodii tribunatu, qui isorum est inimicissimus: ergo, etsi video, que mihi ab illo tempestas impendat, fiat tamen, fiat tribunus plebis. Et prorali hoc Cicero cum indignatione; quod reipublica salus in uno posita videatur, homine omnium perditissimo. Ep. 12. Idem.

⁵ Ex Epiro] Quo Atticus propediem erat iturus, ad exigendas a Sicyonis pecunias. Idem.

⁶ Ruet] Videtur opponi verbo, eriget, & significare evertet; ut apud Terentium Adelphis, *cæteris ruerens, agerem, caperem, runderem, prætereuntem*: & Virgilium, Georg. 1. 105. *Bogus*.

eriget Rempubicam, 7 præclarum spectaculum mihi propono, modo te confessorè spectare liceat. Cum hæc maxime scriberem, ecce tibi Sebolus. Nondum plane ingemueram; Salve, inquit Arius. Hoc est, Roma deserte? quos ego homines effugi, cum in hos incidi? Ego vero in montes patrios, & ad incunabula nostra pergam. Denique, si solus non potuero, cum rusticis potius, quam cum his perurbanis: ita tamen, ut quoniam tu certi nihil scribis, in Formiano tibi præstoler ulque ad III Non. Maj. Terentiæ pergrata est assiduitas tua, & diligentia in controversia Mulviana. Nescit omnino, te communem causam defendere eorum, qui agros publicos possideant. Sed tamen tu aliquid publicanis pendis; hæc etiam id recusat. Ea tibi igitur, & Κικέρων, 11 δεσποτικὰ πάλιν, salutem dicunt.

7 *Præclarum*] Seu cum videmus frustra multa machinari, nobis enim cum illo disputare, ejusque molitionibus obviam ire certum est: seu erigere rempublicam, & illis adversari, qui cum ad plebem deduxerunt: *Grævus*.

8 *In montes*] Ad montes Arpinates. Verum hunc Ennium esse putabat Gullim.

9 *Mulviana*] Publicani publice concessant. Ideo Mulvius, cogitur, ut puto, publicanorum, publicos agros a privatis vindicare conabatur, ut publicanorum vestigial augeretur. *Manutius*.

10 *Agros publicos*] Agri publici, de hostibus capti, tria genera, unum, quod colonis donabatur; alterum, quod a censoribus in quinquennium locabatur; tertium, quod ob vastitatem, que fere bellum consequi solet, eis, qui colere vellent, in perpetuum assignabatur, in perpetuum, ut arborum fructum, imposito annuo vestigiali, ut etiam quædam pars pendebatur. Quod ab Appiano lib. 1. Bellorum civilium scriptum est. Ex hoc tertio genere erant agri, quos Terentia, & Atticus possidebant. Sed Atticus legitimam vestigial publicanis pendebat: qui fortasse cum illo agrorum genere, de

quo secundo loco mentionem fecimus, hoc etiam tertium de censoribus conducebant, non ut fructus ipsi perciperent, sed ut vestigial illud, cujus admodum facilis exactio non esset, suo periculo exigerent. Terentia ne vestigial quidem illud, satis tenuis, pendere volebat; credo, ne beneficium amitteret lege Thoria datum. Nam Sp. Thorius, ut ait Cicero in Bruto, agrum publicum vestigial levaverat. Sed videtur ejus legis auctoritas, ut aliam quoque legem, vetustate contemni coepit, ut vestigial, quorum in numero Atticus erat, vestigial, tanquam lege illa abrogata, pendebant: nonnulli vero, in quibus erat Terentia, tanquam lege Thoria manente, recusabant. Terentia negotium agebat Atticus, eo libentius, ut Cicero significat, quia, si secundum Terentiam in ea causa judicatum esset, ipse etiam de pendendo vestigiali recussisset, immunitatem agrum publicum legis Thoria beneficio possideret. Mulviana vocatur controversia, quia Mulvius, ut puto, publicanorum causam procuraret. *Idem*.

11 *Δεσποτικὰ πάλιν*] Optimum Rutilianissimus pater.

CICERO ATTICO SAL.

XVI. CÆNTO mihi, & jam dormitanti, prid. Kal. Maj. epistola est illa reddita, in qua de agro Campano scribis. Quid quæris? Primum ita me pupugit, ut somnum mihi ademerit, sed id cogitatione magis, quam molestia. Cogitanti autem hæc fere succurrebant. Primum ex eo, quod superioribus literis scripseras, ex familiariter te illius audisse, prolatum iri aliquid, quod nemo improbaret; majus aliquid timueram: hoc mihi ejusmodi non videbatur. Deinde, ut me ego consoler, omnis expectatio largitionis agrariæ in agrum Campanum videtur esse derivata: qui ager, ut dena jugera sint, non amplius hominum quinque millia potest sustinere. Reliqua omnis multitudo ab illis abalienetur necesse est. Præterea, si ulla res est, qua bonorum animos, quos jam video esse commotos, vehementius possit incendere, hæc certe est, & eo magis, quod portorii Italiae sublatis, agro Campano diviso, quod vestigial superest domesticum, præter vicissimam, qua mihi videtur una coniuncta, clamore pedissequorum nostrorum, esse peritura. Cæsus quidem noster jam plane quid cogitet nescio,

Ἡ ψυχή γὰρ ἔσται ἐκείνων ἀνδρῶν ἐπι,
Ἄλλ' ἀπέμνησθε τὸν φόβον ἀπὸ τῆς.

Qui

1 *Illius*] Cæsaris. *Manutius*.

2 *Ego*] Egomet. Notus *Baluzianus*.

3 *Derivare*] Expectatio illa omnis de agraria re hunc exitum habet, ut ager Campanus plebi dividatur. *Manutius*.

4 *Reliqua*] Quia viginti hominum millia divisionem agrorum perebant, & confecti sunt. 1. Vellejus lib. II. App. lib. II. *Idem*.

5 *Illis*] Qui legem agrariam tulerunt. *Idem*.

6 *Abalienatur*] Id non recidis: quia Cæsar, cum agrum Campanum intelligeret tantæ multitudini non sufficere, præterea Stelatem Campanum divisi. Suetonius. *Idem*.

7 *Vicissimam*] Vicissima fuit vestigial quod capiebatur ex libertorum manumissione, &

pendebatur a dominis, & servorum emptione, quod ab emptore solvebatur: de quo vide J. Lipsium ad Tacit. XIII. Ann. cap. 31. *Grævus*.

8 *Pedissequorum*] Infimæ plebis, que, si quis tribunus de tollenda vicissima concionaretur, clamore statim esset approbatur. *Manutius*.

9 *Ἡ ψυχή γὰρ*] Horum Sophocleorum versum, quos & Dionysius Longius tradidit. Sect. 3. commemoravit, interpretatio non eadem est, neque omnes verum sensum adsecuti sunt. *Philod.* quid sit, docere Salmast. ad Solin. & interpretes ad Longinum, nempe capistrum, quo tibicinis spiritum coercent, ne nimis & immoderatus in tibiam irumpat. Hinc *ἄπ' ἐξουσιᾶς* metaphorice est

sine

UNIVERSIDAD NACIONAL AUTÓNOMA DE MEXICO

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

CICE-

Qui quidem etiam ¹⁰ istuc adduci potuerit. Nam adhuc hoc ¹¹ *εὐοπίαν*, se leges Cæsaris probare; actiones ipsum præstare debere: agrariam legem sibi placuisse: potuerit intercedi necne, nihil ad se pertinere: de rege ¹² Alexandrino placuisse sibi aliquando confici; Bibulus de celo tum servasset, necne, sibi quærendum non fuisse: de Publicanis, voluisse illi ordini commodare, quid futurum fuerit, si Bibulus tum ¹³ in forum descendisset, se divinare non potuisse. Nunc vero, Samplicerame, quid dices? vectigal te nobis ¹⁴ in monte Antilibano constituisse, agri Campani abstulisse? quid, hoc quemadmodum ¹⁵ obtinebis? oppressos vos, inquit, tenebo exercitu Cæsaris. Non mehercule me tu quidem tam isto exercitu, quam ingratis animis eorum hominum, qui appellantur boni: qui mihi non modo præmiorum, sed ne sermonum quidem unquam fructum ullum, aut gratiam retulerunt. Quod si ¹⁶ in eam me partem incitarem, profecto jam aliquam reperirem resistendi viam. Nunc prorsus hoc statui, ut quoniam tanta controversia est Dicæarcho, familiari tuo, cum Theophrasto amico meo, ut ille tuus ¹⁷ τῶν πρακτικῶν *ἔστω* longe omnibus anteponat, hic autem ¹⁸ τῶν θεωρητικῶν, utriusque a me mos gestus esse videatur. Puto enim me Dicæarcho assatim satisfecisse: respicio nunc ¹⁹ ad hanc familiam, quæ mihi non modo ut requiescam permittit; sed re-

pre-
sine malo. Cæcilium dicit Longinus esse egregio spiritu, sed cum temperate eum non possit, nimium erehli, & inde tumorem, *περισσὴν*, existere. Sic cum Pompejus dicitur magnis tibiis uti, & vehementer eas insurre, sed sine capistro, hoc dicitur: Pompejum viribus suis, quæ magna sine, abuti, & cum cupiditatibus suis modum imponere non possit, nimis alto evolare velle, easque cupere, quæ aut ferri non possunt, aut ipse non possit consequi. *Ἐρως*.

¹⁰ *Istuc adduci*] Adduci, ut agri Campani divisionem, rem turpissimam, & republicæ maxime exitiosam, Cæsari gratificans probaret. *Masurius*.

¹¹ *Εὐοπίαν*] Cavillabatur, & cavillando dicebat, quæ sequuntur. *Corsarius*.

¹² *Alexandrinus*] Ut rex Alexandriæ Ptolemæus a senatu & populo Romano socius

appellaretur, Cæsari lib. III. de Bello civili. *Masurius*.

¹³ *In forum*] Quo descendenti Bibulo inter cæteras injurias copilatus stercoris superfusus est. Plut. in *Car. Cæsare*.

¹⁴ *In monte Antilibano*] In longinquis regionibus vectigal dedisse populo Romano, domesticum abstulisse? De monte Antilibano Plin. l. V. Strabo lib. XVI. *Mas.*

¹⁵ *Obtinebis*] Excusabis, tueris, ut homines non reprehendant. *Idem*.

¹⁶ *In eam partem*] Contra tam iniquam paucorum dominationem. *Idem*.

¹⁷ *Τῶν πρακτικῶν*] Vitam, quæ in rebus gerendis versatur.

¹⁸ *Τῶν θεωρητικῶν*] Quæ in rerum contemplatione versatur.

¹⁹ *Ad hanc familiam*] Ad Theophrastam fratrem. *Masurius*.

prehendit, quid non semper quierim. Quare incumbamus, o noster Tite, ad illa præclara studia: & eo de quindecim frateris non oportuit, aliquando revertamur. Quod de Quinti fratris epistola scribis, ad me quoque fuit ²⁰ πρόσθε λέων ὀπίθευ δέ. Quid dicam nescio. Nam ita deplorat primis versibus mansionem suam, ut quemvis movere possit: ita rursus remittit, ut me roget, ²¹ ut annales suos emendem, & eam. Illud tamen, quod scribit, animadvertas velim, ²² de portorio circumvectionis; ait se de consilii sententia rem ad Senatam rejecisse. Nondum videlicet meas literas legerat; quibus ad eum, re consulta & explorata, perscripseram, non deberi. Velim, si qui Græci jam Romam ex Asia de ea causa venerunt, videas, & si tibi videbitur, his demonstras, quid ego de ea re sentiam. ²³ Si possum discedere, ne causa optima in Senatu pereat, ego ²⁴ satisfaciam Publicanis; ²⁵ εἰ δέ μὴ, (vere tecum loquar) in hac re malo universæ Asiæ, & negotiatoribus: nam eorum quoque vehementer interest. Hoc ego sentio valde nobis opus esse. Sed tu id videbis. Quæstores autem, quæso, num etiam ²⁶ de cistophoro dubitant? nam si aliud nihil erit, cum erimus omnia experti, ego illud ne quidem contemnam, ²⁷ quod extremum est.

Te

²⁰ *Πρόσθε λέων ὀπίθευ δέ*] Ante teo, sed a tergo &c. Hoc dicit, Ut Quintus frater in epistola ad te scripta, ita ad me quoque scribens fuit varius & inconstans, ut qui in prima parte epistolæ de mansione sua in Asia valde sollicitus esset, in altera minimum laboraret. Homericus versus integer est Iliad. VI. 182. *Πορνα*.

²¹ *Ut annales suos emendem*] Tanquam hoc abstrusum. De simulibus Quinti Ciceronis vide lib. XIII. ep. 13.

²² *De portorio*] Cum publicani pro rebus, quæ circumvehuntur, portorium sibi dicerent deberi, provinciales, & negotiatores negare: propterea Quintus, dubia sententia fluctuans, rem ad senatum rejecit. *Masurius*.

²³ *Si possum discedere*] Elegans sententia, nec tamen admodum, ut video, satis nota.

Negus enim, *Discedere*, proprie hic accipiendum, sed *permissivè*: quasi dixerit: Si possum consequi, si hinc etiam res habere potest, ne Græci causam cadant. *Idem*.

verbum Terentius quoque usurpavit eodem sensu: apud quem ita loquitur Geta servus in Phormione: *Modo ut hoc consilio possit discedi, ut istam dicat*. *Idem*.

²⁴ *Satisfaciam publicanis*] Aliis rebus, cum in hac eorum animos offendamus. *Idem*.

²⁵ *Εἰ δέ μὴ*] Refertur ad proximum verbum, *Satisfaciam*. Si contigerit, inquit, ut publicanis deinde satisfacere non possim; haud tamen in mentem veniet pauciter, quod in hac causa, quæ optima est, universæ Asiæ, & negotiatoribus satisfacere maluerim. *Idem*.

²⁶ *De cistophoro*] Quod Quinto fratri, Asiæ præparatori, a populo Romano debetur, id vellem denario, id est, Romana pecunia, curari. Quætores autem primo volebant cistophoro, hoc est Asiatico nummo: nunc etiam id videntur reculare. *Idem*.

²⁷ *Quod extremum est*] Ut numerentur nominandum, sed *permissivè*: quasi dixerit: qui cogant nos Romæ ut Asiatica pecunia. *Idem*.

Te in Arpinati videbimus, & hospitio agræ hî accipiemus; quoniam ²⁸ maritimum hoc contempsisti.

²⁸ *Maritimum*] Formianom : quo expectatus venire noluisse, *Manutius*.

CICERO ATTICO SAL.

XVII. **P**RORSUS, ut scribis, ita sentio. Turbatur ¹ Sampficeramus. Nihil est, quod non timendum sit. ² *Ὁμογενείας τυρανίδα συγκαταλέγει.* Quid enim ista repentina ³ affinitatis conjunctio, quid ager Campanus, quid ⁴ effusio pecuniæ significant? quæ, si essent extrema, tamen esset nimium mali: sed ea natura rei est, ut hæc extrema esse non possint. Quid enim eos hæc ipsa per se delectare possunt? Nunquam huc venissent, nisi ad alias res pestiferas aditus sibi compararent. Dii immortales! Verum, ut scribis, hæc in Arpinati a. d. vi. circiter Id. Majas non desitebimus, ne & opera & oleum ⁵ philologiæ nostræ perierit: sed conferemus tranquillo animo. Neque tam me ⁶ *ἀδυσπόχου* consolatur, ut antea, quam ⁷ *ἀδυσπόχου*; qua nulla in re tam utor, quam in hac civili & publica. Quin etiam, quod est subinane in nobis, & non ⁸ *ἀκρίδωδον*, (bellum est enim sua vitia nosse) ⁹ id afficitur quadam delectatione: solebat enim me pungere, ne Sampficerami merita in patriam ad nos

¹ *Sampficeramus*] Pompejus turbatur cum se omnium sermonibus sentit vapulare. Ep. 14. h. l. *Corradus*. Veteres libri, *turbatur*. Emendavi, *turbat* *eo*. Videtur enim Cicero significare Pompejum ut turbas ceteros. *Bosius*.

² *Ὁμογενείας*] Plane, & aperte tyrannidem affectat.

³ *Affinitatis*] Juliam, Cæsaris filiam, Pompejus duxerat uxorem, quæ, antequam Pompejo collocaretur, desponsa fuerat Servilio Cæpioni. *Manutius*.

⁴ *Effusio pecuniæ*] Cum suavit effusionem pecuniæ publicæ ad emendos agros & plebi dividendos, quod Cæsaris lege agraria continebatur: est agri postea empti non sunt, & pecuniæ sumptæ ex ærario Clodius Tribunus plebis dedit Gabinio in Syriam eunt. Pro Domo. *Papma*.

⁵ *Philologiæ*] Balliolens. codex scribit

philosophiæ: quæ scriptura mihi restior videtur & magis apponita. Frustra enim philosophiæ dedisset operam, si nunc lustri se daret propter improbitatem aliquor civium. Philosophiæ docet res adversas & omnes e-ventus æquo animo ferre, non philologiæ. *Grævius*.

⁶ *Ἐὐχρηστία*] Bona spes.

⁷ *Ἀδυσπόχου*] In neutram partem inclinatio.

⁸ *Ἀκρίδωδον*] A gloriæ cupiditate alienum.

⁹ *Id afficitur*] Refertur ad illud, *Quod est subinane in nobis*, hoc sensu: Quæ ambitio in nobis est, ea nunc habet quo delectetur, siquidem Pompeji merita in patriam non jam, ut antea verebatur, majora quam nostra, videri possunt. *Man*.

nos de majora viderentur, quam nostra: hæc quidem cura certe jam vacuum est. Jacet enim ille sic, ut ¹⁰ *ἄτρωτος* Curiana stare videtur. Sed hæc coram. Tu tamen videris mihi Romæ fore ad nostrum adventum; quod sane facile patiar, si tuo commodo fieri possit. Sin, ut scribis, ita venies; velim e ¹¹ Theophane expiscere, quoniam in me animo sit ¹² Alabarches. Quæres scilicet, ut soles ¹³ *κατὰ τὸ ἀνδριμονίον*, & ad me ab eo quasi ¹⁴ *ὑπερθέτας* afferes, quem admodum me geram. Aliquid ex ejus sermone poterimus ¹⁵ *ἐκ τῶν ἑλῶν* suspicari.

¹⁰ *ἄτρωτος*] Hoc est, *casus, ruinas*. Ita *Bosius*. Vocat, inquit, Cicero Curianam *ἄτρωτος*, delectum & ignominiam flagitiosissimi viri Q. Curii, qui, ut refert Sallustius, ob probra & mala facinorosa motus fuerat Senatus. Alii *Ptoleis*, alii *Pretis* maluit; dubitant, Græce an Latine Cicero scripsit: & campus est, in quo libere vagantur. Quam sapiens *Manutius*, qui fatetur se diu cogitantem excogitare nihil potuisse, quod probaret. *Olivæus*.

¹¹ *Theophane*] Qui Pompeji sensus, & consilia noverat. Epist. 4. *Manutius*.

¹² *Alabarches*] Hoc nomine Pompejum notat, qui gloriabatur se intrum in modum auxisse vestigia populæ Romani. *Manutius*, inquit Hefychius, *ἄλβα* ἢ *ἰσθμὸς*, id est, atramentum quo scribitur; unde & pro scriptura ipsa accipitur. *Bosius*.

¹³ *Κατὰ τὸ ἀνδριμονίον*] Accurate.

¹⁴ *ὑπερθέτας*] Documenta.

¹⁵ *Ἐκ τῶν ἑλῶν*] De summa rerum.

CICERO ATTICO SAL.

XVIII. **A**CCEPI aliquot epistolas tuas, ex quibus intellexeres, quid esset novi. Tenemur undique: ne jam quo minus serviamus, recusamus; sed mortem & ejectionem, quasi majora, timemus: quæ multo sunt minorâ. Atque hic status, qui una voce omnium gemitur, neque verbo cujusquam sublevatur. ¹ *Σκωπὸς* est, ut suspicor, illis, qui tenent, nullam cuiquam ² largitionem relinquere. Unus loquitur, & palam adversatur adolescens ³ Curio. Huic plausus maximi, consalutatio forensis perhonorifica, signa præterea benevolentis per multa a bonis impertiuntur: ⁴ Fufum clamoribus, & conviciis, & sibilis conlectantur. His ex rebus non spes, ®

Tom. VII. R sed

¹ *Σκωπὸς*] Huc spectantur, hoc voluerunt. *Manutius*.

² *Largitionem*] De publico.

³ *Curio*] Quod Reges oderit superbos.

Ep. 8. h. l. *Corradus*.

⁴ *Fufum*] Fufum Calenum acerrimum Cæsaris propugnatores, Cicerois inimicum: de quo alibi. *Papma*.

sed dolor est major; cum videas civitatis voluntatem solutam, virtutem alligatam. Ac ne forte quæras ⁵ κατὰ δεῖπνον de singulis rebus, univèrsa res eo est deducta, spes ut nulla sit, aliquando non modo privatos, verum etiam magistratus liberos fore. Hac tamen in oppressione sermo in circulis duntaxat, & convivis est liberior, quam fuit. Vincere incipit timorem dolor, sed ita, ut omnia sint plenissima desperationis. Habet etiam ⁶ Campana lex execrationem in ⁷ concione candidatorum, si mentionem fecerint, quo aliter ager possideatur, atque ut ex legibus Juliis. Non dubitant jurare ceteri. ⁸ Laterensis existimatur ⁹ caute fecisse, quod Tribunatum plebis petere destitit, ne juraret. Sed de Republica non libet plura scribere. Displiceo mihi, nec sine summo scribo dolore. Me tueor, ut oppressis omnibus, non demisse; ut tantis rebus gestis, parum fortiter. A Cæsare valde liberaliter invidor ¹⁰ in legationem illam, sibi ut sim legatus: atque etiam libera legatio voti causa datur. Sed hæc & præsidii apud pudorem ¹¹ Pulchelli non habet satis, & a fratris adventu me ablegat: illa & munitior est, & non impedit, quo minus adsum, cum velim. ¹² Hanc ego tempo, sed utrum me non puto. Neque tamen scit quisquam. Non libet fugere: aveo pugnare. Magna sunt hominum studia. Sed nihil affirmo: tu hoc silebis. ¹³ De Statio manumisso, & nonnullis aliis rebus, angor quidem, sed jam prorsus occului. Tu vellem, egove cuperem, adesses: nec mihi consilium,

⁵ Κατὰ δεῖπνον] Minutarium.

⁶ Campana lex] Julia agraria de agro Campano dividendo: cujus caput quoddam erat, ut candidati se ipsi iurejurando execrarentur, si in magistratu, quem peterent, mentionem fecissent de agro Campano aliter possidendo, atque ut lex Julia præscriberet. Ep. 16. Pappus.

⁷ Concione] Præclare ex Balliolensi refertur Grævius: cum antea legeretur concione. Jurare enim debebant publice. Conciones autem erant private, fiebantque in privatis locis.

⁸ Laterensis] M. Juventius Laterensis, de quo in Orat. pro Plancio, & in ep. Plan-

ci ad Ciceronem lib. X. Manutius.

⁹ Cautè] Tornaxianus, & Decuratus, laute: Crustellianus, caute; quam scripturam expressimus: quamquam alteram, laute, non damnamus. Bosius.

¹⁰ Legationem] Utramque neglexit: alterutram si accepisset, vitare potuit exilii calamitatem. Manutius.

¹¹ Pulchelli] Paridum jam est toties iterare, Pulchellum appellari P. Clodium, cui cognomen Pulcher. Idem.

¹² Hanc] Provinciale. Idem.

¹³ De Statio manumisso] Ep. 1. lib. I. ad Q. fr. Corradus.

filium, nec consolatio deesset. Sed ita te para, ut, si inclamaro, advoles.

CICERO ATTICO SAL.

XIX. **M**ULTA me sollicitant, & ex Republica tanto motu, & ex iis periculis, quæ mihi ipsi intenduntur: & sexcenta sunt. Sed mihi nihil est molestius, quam Statum manumissum. ¹ Nec meum imperium? ac mirro imperium; non simultatem meam revereri saltem? Nec, quid faciam; scio: neque tantum est in re, quantus est sermo. Ego autem ne irasci possim quidem iis, quos valde amo: tantum doleo, ac mirifice quidem. Cætera in magnis rebus; minæ Clodii, contentionesque, quæ mihi proponuntur, modice me tangunt. Etenim vel subire eas videor mihi summa cum dignitate, vel declinare nulla cum molestia posse. Dices fortasse, ² dignitatis adis, tanquam dicitur: saluti, si me amas, consule. Me miserum, cur non ades? nihil te profecto præteriret: ego fortasse ³ τυφάττω, & nimium ⁴ τῷ κατὰ πρόσωπον. Scito nihil unquam fuisse tam infame, tam turpe, tam peræque omnibus generibus, ordinibus, atatibus offensum, quam hunc statum, qui nunc est: magis mehercule quam vellem, non modo quam putaram. ⁵ Populares isti jam etiam modestos homines sibilare docuerunt. Bibulus in cælo est: nec quare, scio; sed ita laudatur, quasi ⁶ Unus homo nobis cunctando restituit rem. Pompejus, nostri amores, qui mihi summo dolori est, ipse se ⁷ affixit; ⁸ neminem tenet: R 2 volun-

Corradus.

¹ Nec meum imperium] Verba hæc sunt Terentii ex Phormione, cum queritur Demipho filium se absente & nescio duxisse uxorem: *Imo tandem uxorem duxi Antipho* *facisti me? ut nescio imperium? ac mirro imperium? &c. Videretur.* Illa verba non Statium spectant, sed ipsum fratrem cui scribit Cicerio quandoque ne Statium manumitteret. Grævius.

² Dignitatis adis, tanquam dicitur] Dignitatis satis, tanquam querens: satis tibi dignitatis, Cicero, ut prorsus satis querens, quando restitit glandibus ad vitium triticum se contulerunt. Proverb. Satis querens.

³ Τυφάττω] Cæcus sum.

⁴ Τῷ προσώπον] Honestati deditus sum.

⁵ Populares isti] Cæsar, Pompejus, Crassus: & cum fronte: quod populares dicit non possunt, quos populus, etiam modesti homines, sibilis infestentur. Man.

⁶ Unus homo] Ennii poetæ versus de Q. Fabio Maximo. Idem.

⁷ Affixit] Qui se cum socio suo Cæsare conjunxerit, & ab optima causa ad perditam desciverit. Idem.

⁸ Neminem] Quia bonos inimicos habet, Improbos non amicos. Ep. 21. Idem.

voluntate, an metu necesse sit ⁹ iis uti, verè. Ego autem neque pugno cum illa causa propter illam amicitiam: neque approbo, ne omnia improbem, quae antea gessi: ¹⁰ utor via. Populi sensus maxime theatro, & spectaculis perspectus est. Nam gladiatoribus qua ¹¹ dominus, qua ¹² advocati filibis consecisti: ludis Apollinaribus Diphilus tragædus in nostrum Pompejum petulanter investus est. *Nostra miseria tu es Magnus, millies coactus est dicere. Eandem virtutem istam, venier tempus cum graviter gemes, totius theatri clamore dixit, itemque cætera. Nam & ejusmodi sunt ii versus, ut ¹³ in tempus ab inimico Pompeji scripti esse videantur. Si neque leges, neque mores cogunt, & cætera, magno cum fremitu & clamore sunt dicta. Cæsar cum venisset, ¹⁴ mortuo plausu: Curio filius ¹⁵ est infecutus: huic ita plausum est, ut, salva Republica, Pompejo laudi solebat. Tulit Cæsar graviter. Literæ ¹⁶ Capuam ad Pompejum volare dicebantur. ¹⁷ Inimici erant Equitibus, qui Curioni stantes plauserant; hostes omnibus. Roscia legi, etiam frumentaria ¹⁸ minitabantur. Sane res erat perturbata. Equidem malueram, quod erat susceptum ¹⁹ ab illis, silentio transire: sed vereor ne non liceat. Non ferunt homines, quod videtur esse ²⁰ tamen ferendum: sed est jam una vox omnium, magis odio firmata, quam præsidio. Noster autem Publius mihi minitatur, inimicus est: impendet negotium, ad quod tu scilicet advolabis.*

Videor

⁹ *Iis uti*] Vereor, ne Pompejus Cæsaris, & Crassi inilituram amicitiam retineat, non tam voluntate, quam quod bonos metuit, quos offendit. *Idem.*

¹⁰ *Utor via*] Neque in hanc partem, neque in illam declino. Quasi via utor. Transferunt ad rationem, & consilium: de illud Terentii in Andæ. *Eam secum veni respiciat via.* Donatus, & Bagstapius explanant, *Via*, id est, consilio, ratione. *Idem.*

¹¹ *Dominus*] Is, qui gladiatores dabat. *Idem.*

¹² *Advocati*] Qui cum eo ad spectandum veniant. *Idem.*

¹³ *In tempus*] Non ut multis ante annis, & a verere poeta, sed ut scripti viderentur, & ad hujus temporis turpitudinem proprie

notandam, & ab inimico Pompeji. *Idem.*

¹⁴ *Mortuo plausu*] Plausu ita tenui, vix ut exaudiretur. *Idem.*

¹⁵ *Est infecutus*] Post Cæsarem in theatrum venit. *Idem.*

¹⁶ *Capuam*] Capuz vigintiviro agros dividerebat lege Julia. *Idem.*

¹⁷ *Inimici*] Cæsar, & ejus amici. *Idem.*

¹⁸ *Minitabantur*] Se abrogaturos non modo Rosciam legem, quæ xiv ordines in theatro equitibus dedisset, sed etiam frumentariam, quæ ad universum populum pertinebat. *Idem.*

¹⁹ *Ab illis*] A Cæsare, & amicis.

²⁰ *Tamen ferendum*] Non quia rectum, sed, sed quia corrigendi spes non est. *Idem.*

Videor mihi nostrum illum ²¹ Consularem exercitum bonorum omnium, etiam satis bonorum, habere firmissimum. Pompejus significat studium erga me non mediocre. Idem affirmat, verbum de me illum non esse facturum. In quo non me ille fallit, sed ipse fallitur. ²² Cosconio mortuo, sum in ejus locum invitatus. Id erat vocari in locum mortui. Nihil meturpius apud homines fuisset: neque vero ad istam ipsam ²³ *doquæret* quicquam alienius. Sunt enim illi apud bonos invidiosi: ego apud improbos meam retinuissem invidiam, alienam assumpsissem. Cæsar me sibi vellet esse legatum. Honestior hæc declinatio periculi. Sed ego hoc nunc repudio. Quid ergo est? pugnare malo: nihil tamen certi. Iterum dico, utinam adesles! Sed tamen, si erit necesse, arcessemus. Quid aliud? quid? hoc opinor. Certi sumus perisse omnia. Quid enim ²⁴ *duxit quæda* tandiu? Sed hæc scripsi properans, & mehercule timide. Posthac ad te, aut, si perfidelem habebis, cui dem, scribam plane omnia: aut, si obscure scribam, tu tamen intelliges. In iis epistolis me Lælium, te ²⁵ Furium faciam: cætera erunt ²⁶ *in adiuvatis*. Hic ²⁷ Cæcilium colimus, & observamus diligenter. Edicta Bibuli audio ad te missa. Iis ardet dolore, & ira noster Pompejus.

²¹ *Consularem exercitum*] Bonos omnes Consularem appellat exercitum, quos sibi in consilio præstantissimis adionibus obtriverat. *Idem.*

²² *Cosconio*] Vigintiviro agris dividendis. Fortasse is, de quo præ Syllo. *Idem.*

²³ *Adquæret*] Securitatem.

²⁴ *Adquæret*] Diffimulamus?

²⁵ *Furium*] L. Furium Philium.

²⁶ *In adiuvatis*] In exigentis.

²⁷ *Cæcilium*] Avunculum tuum, qui Atticum postea testamentum adoptavit. *Man.*

GICERO ATTICO SAL.

XX. **A** NICATO, ut te velle intellexeram, nullo loco defui. Numestium ex literis tuis studiose scriptis libenter in amicitiam recepi. Cæcilium, quibus rebus possum, tuor diligenter. Varro satisfacit nobis. Pompejus amat nos, carosque habet. Credis? inquires. Credo: profus mihi persuadet. Sed quia, ut video, ¹ pragmatici homines ² omnibus

¹ *Pragmatici*] Rebus gerendis exercitati, multo rerum uls periti.

² *Omnibus*] *difficilis præceptis*. Sic quidem omnes libri & editiones, quos vidi. In mar-

gine tamen Lambiniæ notatum est, *Omnibus* *difficilis*, *preceptis*. Et sic sine dubio scripsit Cicero. Non ausus tamen sum sine libris mutare. *Grævius.*

bus historicis præceptis, verbis denique cavere jacent, & vetant credere: alterum facio, ut cavcam; alterum, ut non credam, facere non possum. Clodius adhuc mihi denuntiat periculum. Pompejus affirmat non esse periculum; adjurat; addit etiam, se prius occisum iri ab eo, quam me violatum iri. Tractatur res. Simul & quid erit certi, scribam ad te. Si erit pugnandum, arcesam ad societatem laboris: si quies dabitur, ab ³ Amalthea te non commovebo. De Republica breviter ad te scribam. Jam enim charta ipsa ne nos prodatur, pertimesco. Itaque posthac, si erunt mihi plura ad te scribenda, ⁴ ἀδύποetus obscurabo. Nunc quidem novo quodam morbo civitas moritur; ut, cum omnes ea qua sunt aëta improbent, querantur, doleant, varietas in re nulla sit, aperteque loquantur, & jam clare gemant; tamen medicina nulla asseratur. Neque enim resisti sine internectione posse arbitramur: nec videmus qui finis cedendi præter exitium futurus sit. Bibulus hominum admiratione & benevolentia in caelo est: edicta ejus & conciones describunt & legunt. Novo quodam genere in summam gloriam venit. Populare nunc nihil tam est, quam odium popularium. Hæc quo sint eruptura, timeo. Sed, si dispicere quid cœpero, scribam ad te apertius. Tu, si me amas tantum, quantum profecto amas; expeditus facito ut sis; si inclaro, ut accurras. Sed do operam, & dabo, ne sit necesse. Quod scripseram te Furium scripturum, nihil necesse est tuum nomen mutare. Me faciam Lælium, & te Atticum; neque utar meo chirographo, neque signo; si modo erunt ejusmodi literæ, quas in alienum incidere nolim. ⁵ Diodotus mortuus est: reliquit nobis ⁶ H-S fortasse centies. Comitia Bibulus cum ⁷ Archilochio edito in ante diem xv Kal. Nov. distulit. A Vibio libros accepi. ⁸ Poeta ineptus: nec tamen scit nihil: & est non inutilis. Describo, & remitto.

CICE-

³ Amalthea] Vide ad ep. 13. lib. I.

⁴ ἀδύποetus] Allegoris.

⁵ Diodotus] Stoicus. In Bruto, cap. 22.

⁶ H-S centies] Cesarum scribendum, ut

recte viderunt Manutius & Malaspina. Non

est Philosphi in aliena domo degentis tan-

tam vim argenti habere. Grævus.

⁷ Archilochis] Vide mox epist. 21.

⁸ Poeta] Alexander Ephesus, qui Cosmo-

graphum verbis descripsit, teste Strabone.

De quo vide G. Voss. III. de Hist. Græc. Hunc

poetam idem ad Ciceronem misit Atticus.

quia tam suam orbis terrarum Tullius de-

scribere constituerat.

CICERO ATTICO SAL.

XXI. DE republica quid ego tibi subtiliter? tota periit: atque hoc est miserior, quam reliquisti, quod tum videbatur ejusmodi dominatio civitatem oppressisse, quæ jucunda esset multitudini; bonis autem ita molesta, ut tamen sine pernicie: nunc repente tanto in odio est omnibus, ut, quorsum eruptura sit, horreamus. Nam iracundiam atque intemperantiam ¹ illorum fumus experti, qui Catoni ² irati omnia perdiderunt. Sed ita lenibus uti videbantur venenis, ut posse videremur sine dolore interire. Nunc vero sibilis vulgi, sermonibus honestorum, fremitu Italia, vereor ne exarserint. Equidem sperabam, ut sæpe etiam loqui tecum solebam, sic orbem Reipublicæ esse conversum, ut vix sonitum audire, vix impressam orbitam videre possemus: & fuisset ita, si homines transitum tempestatis expectare potuissent: sed cum diu occulte suspirassent, postea jam gemere, ad extremum vero loqui omnes, & clamare cœperunt. Itaque ille ³ amicus noster, insolens infamiae, semper in laude versatus, circumfluens gloria, deformatus corpore, fractus animo, quo se conserat nescit: ⁴ progressum præcipitem, inconstantem reditum videt: bonos, inimicos habet; improbos ipsos, non amicos. Ac vide mollitiem animi: non tenui lacrimas, cum illum ante VIII Kal. Sext. vidi de edictis Bibuli concionantem, qui antea solitus esset jactare se magnificentissime illo in loco, summo cum amore populi, cunctis faventibus. Ut ille tum humilis, ut demissus erat: ut ipse etiam sibi, non iis solum, qui aderant, displicebat. O spectaculum ⁵ uni Crasso jucundum, cæteris non item. Nam, quia deciderat ex astris, lapsus, quam progressus, potius videba-

¹ Illorum] Cesaris, & Pompeii. Man.

² Irati] Pompejus, quia Catonis forem

cum uxorem peteret, repudiarus est; Cesar,

propter veteres inimicitias, & recentes ini-

urias. Idem.

³ Amicus noster] Pompejus. Idem.

⁴ Progressum præcipitem] In conspiratio-

nem cum Casare & Crasso: in quam se te-

mere præcipitaverat; nec sine inconstantia

nota ab ea poterat recedere. Popsa.

⁵ Uni Crasso] Qui, Pompeii vetus inimi-

cus, paulo antea Cesaris opera reconciliatus,

animum tamen gereret occulta malevolentia

suffusum. Manutius.

debat: & , ut Apelles, si Venerem, aut si Protogenes Ialysum illum suum cœno oblitum videret, magnum, credo, acciperet dolorem: sic ego hunc omnibus a me pictum & politum artis coloribus, subito deformatum, non sine magno dolore vidi. Quanquam nemo putabat propter Clodianum negotium, me illi amicum esse debere. Tamen tantus fuit amor, ut exhauriri nulla posset injuria. Itaque Archilochia in illum edicta Bibuli populo ita sunt jucunda, ut eum locum, ubi proponantur, præ multitudine eorum, qui legunt, transire nequeant; ipsi ita acerba, ut tabescat dolore; mihi mehercule molesta, quod & eum, quem semper dilexi, nimis excruciant; & timeo, tam vehemens vir, tamque acer in ferro, & tam inluctus contumelia, ne omni animi impetu dolori & iracundiæ pareat. Bibuli qui sit exitus futurus, nescio. Ut nunc res se habet, admirabili gloria est. Quin cum comitia in mensem Octobr. distulisset; quod solet ea res populi voluntatem offendere, putarat Cæsar oratione sua posse impelli concionem, ut iret ad Bibulum; multa cum seditiosissime diceret, vocem exprimere non potuit. Quid quæris? sentiunt, se nullam ullius partis voluntatem tenere: eo magis vis nobis est timenda. Clodius inimicus est nobis. Pompejus confirmat eum nihil esse facturum contra me. Mihi periculosum est credere: ad resistendum me paro. Studia spero me summa habiturum omnium ordinum. Te cum ego desidero, tum vero res ad tempus illud vocat. Plurimum consilii, animi, præsidii denique mihi, si te ad tempus videro, accesserit. Varro mihi satisfacit. Pompejus loquitur divinitus. Spero nos aut certe cum summa gloria, aut sine molestia etiam discessuros. Tu, quid agas, quemadmodum te oblectes, quid cum Sicyoniis egeris, ut sciam cura.

⁶ Clodianum] Cum fuerit ille traductor Clodii ad Plebem. *Conradus.*

⁷ Archilochia edicta] Acerba, maledictorum & probrorum plena, qualia fuerunt scripta Archilochi poeta, quem ut ait Horatius, proprio rabies armavit Janabo. Bibulus enim Consul foro pulsus a Cæsare collega, acer-

bissimis edictis eum & Pompejum profecit, ut referunt Suetonius & Plutarchus. *Fogna.*

⁸ Ad Bibulum] Ad ades Bibuli cum clamore. Bibulus enim, post agrariam legem, domi inclusus consulatum peregit. *Suetonius. Manutius.*

CICERO ATTICO SAL.

XXII. QUAM vellem Romæ! Manifestes profecto, si hæc fore putassemus. Nam Pulchellum nostrum facillime teneremus: aut certe, quid esset facturum, scire possemus. Nunc se res sic habet: volitat, furit, nihil habet certi, multis denuntiat; quod fors obtulerit, id acturus videtur. Cum videt, quo sit in odio status hic rerum, in eos, qui hæc egerunt, impetum facturus videtur. Cum autem rursus opes & vim exercitus recordatur, convertit se in nos. Nobis autem ipsis cum vim, tum ³ iudicium minatur. Cum hoc Pompejus egit, & , ut ad me ipse referebat, (alium enim habeo neminem testem) vehementer egit, cum diceret, in summa se perfidiæ, & sceleris infamia fore; si mihi periculum crearetur ab eo, quem ipse armasset, cum plebejum fieri passus esset: sed fidem recepisse sibi & ipsum, & ⁴ Appium de me: hanc si ille non servaret, ita laturum, ut omnes intelligerent, nihil sibi antiquius amicitia nostra fuisse. Hæc, & in eam sententiam cum multa dixisset, aiebat illum primo sane diu multa contra: ad extremum autem manus dedisse, & affirmasse nihil se contra ejus voluntatem esse facturum. Sed postea tamen ille non destitit de nobis aspernari loqui. Quod si non faceret, tamen ei nihil crederemus: atque omnia, sicut facimus, pararemus. Nunc ita nos gerimus, ut in dies singulos & studia in nos hominum, & opes nostræ augeantur. Republicam nulla ex parte attingimus. In causis, atque in illa opera nostra forensi, summa industria versamur. Quod egregie non modo iis, qui utuntur opera, sed etiam in vulgus gratum esse sentimus. Domus celebratur: occurrunt: renovatur memoria Consulatus: studia significantur: in eam spem adducimur, ut nobis ea contentio, quæ impendet,

Tom. VIII.

S

det,

¹ Romæ] Supple, esset. Lamb. & Grut. *Rome manifest: manifeste profecto &c.*

² Exercitus] Quem Cæsar habebat Galliarum præsul. *Manutius.*

³ Iudicium] Populi: ut ad populum cau-

sam Cicero diceret de civibus Romanis & contra leges, & iudicia causa summo supplicio affectis. *Idem.*

⁴ Appium] P. Clodii fratrem, qui anno sequenti prætor est designatus. *Idem.*

det, interdum non fugienda videatur. Nunc tibi & consiliis opus est tuis, & amore, & fide. Quare advola. Expedita mihi erunt omnia, si te habebo. Multa per Varronem nostrum agi possunt, quæ te urgente erunt firmiora; multa ab ipso Publio elici, multa cognosci, quæ tibi occulta esse non poterunt: multa etiam. Sed absurdum est singula explicare: rum ego requiram te ad omnia. Unum illud tibi persuadens velim, omnia mihi fore explicata, si te videro: sed totum est in eo, si ante quam ille ineat magistratum. Puto, Pompejum Grasso urgente, si tu aderis, qui per ⁷ *Βούρω* ex ipso intelligere possis, qua fide ab illis agatur, nos aut sine molestia, aut certe sine errore futuros. Precibus nostris & cohortatione non indiges. Quid mea voluntas, quid tempus, quid rei magnitudo postulet, intelligis. De Republica nihil habeo ad te scribere, nisi summum odium omnium hominum in eos, qui tenent omnia: mutationis tamen spes nulla. Sed, quod facile sentias, tædet ipsum Pompejum, vehementerque poenitet. Non provideo satis, quem exitum futurum putem. Sed certe videntur hæc aliquo eruptione. Libros ⁸ Alexandri, negligentis hominis, & non boni poetæ, sed tamen non inutilis, tibi remisi. Numerium Numestium libenter accepi in amicitiam; & hominem gravem, & prudentem, & dignum tua commendatione cognovi.

⁴ *Varronem nostrum*] Qui gratia valet apud Pompejum. Fuert enim eius præfectus bello martimo contra piratas. *Man.*

⁶ *Pompejum Grasso*] Quoniam futurum est, ut Crassus Pompejum urgeat contra me, intelligit, qua fide Pompejus mecum agat; & Clodius narrabit: illa tibi, si aderis. Ita

fiet, ut, si intelligam Pompejum bona fide mecum agere, sine molestia sim, Clodii furorem non timeam; sin aliter, credulitatis errore non decipiar. *Idem.*

⁷ *Βούρω*] Clodii fororem, qua Crassus plurimum uretur. *Idem.*

⁸ *Alexandri*] Vide supra, ep. 20.

CICERO ATTICO SAL.

XXIII. **N**UNQUAM ante arbitror te epistolam meam legisse, nisi mea manu scriptam. Ex eo colligere poteris, quanta occupatione distinear. Nam cum vacu-

tem-

temporis nihil haberem, & cum, recreandæ voculæ causa, necesse esset mihi ambulare, hæc distavi ambulans. Primum igitur illud te scire volo, Sampliceramum nostrum amicum vehementer sui status poenitere, resituique in eum locum cupere, ex quo decidit, doloremque suum impertire nobis, & medicinam interdum aperte quarere; quam ego possum invenire nullam: deinde omnes illius partis auctores ac socios, nullo adversario, consensere; consensionem univerforum nec voluntatis, nec sermonis majorem unquam fuisse. Nos autem (nam, id te scire cupere, certo scio) publicis consiliis nullis interfumus, totosque nos ad forenses operam, laboremque contulimus. Ex quo, quod facile intelligi possit, in multa commemoratione earum rerum, quas gessimus, desiderioque versamur. Sed *Βούρωδος* nostræ consanguineus non mediocres terrores jacit, atque denuntiat, & Sampliceram negat; ceteris præ se fert, & ostentat. Quamobrem, si me amas tantum, quantum profecto amas, si dormis, expergiscere; si stas, ingredi; si ingrederis, curre; si curris, advola. Creditibile non est, quantum ego in consiliis, & prudentia tua, quodque maximum est, quantum in amore & fide ponam. Magnitudo rei longam orationem fortasse desiderat, conjunctio vero nostrorum animorum brevitate contenta est. Permagis nostra interest, te, si comitiis non potueris, at declarato illo, esse Romæ. Cura ut valeas.

¹ *Recreandæ voculæ*] In opera forensi penæ amittit. *Corradus*. A Fabio ad vocem conservandam & augendam commendatur *ambulatorio*, lib. XI. cap. 3. a Martiano Capella de Nuptiis Philol. lib. V. cap. de pro-

nuntiatione &c. *Grævius*.

² *Sampliceramum*] Pompejum. *Man.*

³ *Declarato illo*] Postquam Clodius designatus fuerit Tribunus plebis, & ante quam ineat magistratum. *Ep.* 21. *Idem.*

CICERO ATTICO SAL.

XXIV. **Q**UAS Numestio literas dedi, sic te iis evocabam, ut nihil acrius, neque incitatus fieri posset. Ad illam ¹ *κείδεν* adde etiam si quid potes. Ac ne sis perturbatus: novi enim te; & non ignoro, quam sit amor omnis solli-

¹ *κείδεν*] Adhortationem. Vide Turneb. *Advers.* XXX. 13.

sollicitus, atque anxius: sed res est, ut spero, non tam exitu molesta, quam aditu. Vettius ille² noster index,³ Cæsari, ut perpicimus, pollicitus est, se curaturum, ut in aliquam suspitionem facinoris Curio filius adduceretur. Itaque insinuatus in familiaritatem adolescentis, & cum eo, ut res indicat, sæpe congressus, rem in eum locum deduxit, ut diceret sibi certum esse cum suis servis in Pompejum impetum facere, eumque occidere. Hoc Curio ad patrem detulit, ille ad Pompejum. Res delata ad Senatum est. Introductus Vettius, primo negabat se unquam cum Curione⁴ restitisse; neque id sane diu. Nam statim⁵ fidem publicam postulavit. Haud declamatum est. Tum exposuit, manum fuisse juventutis duce Curione, in qua⁶ Paulus⁷ initio fuisset, &⁸ Q. Cæpio hic Brutus, & Lentulus, flaminis filius, conscio patre. Postea C. Septimium, scribam Bibuli, pugionem sibi a Bibulo attulisse: quod totum irrisum est; Vettio pugionem defuisse, nisi ei Consul dedisset; eoque magis id ejectum est, quod a. d. III. Id. Maji Bibulus Pompejum fecerat certiorum, ut caveret insidias. In quo ei Pompejus gratias egerat. Introductus Curio filius dixit ad ea, quæ Vettius dixerat: maximeque in eo tum quidem Vettius est reprehensus, quod dixerat adolescentium consilium, ut in foro cum gladiatoribus Gabinii Pompejum adorirentur: in eo principem Paulum fuisse; quem constabat eo tempore in Macedonia fuisse. Fit senatus-consultum ut Vettius, quod confessus esset se¹⁰ cum relo fuisse, in vincula conjiceretur: qui eum emisisset, contra Rempublicam esse facturum. Res erat in ea opinione, ut putarent¹¹ id esse actum, ut Vettius in foro cum pugione, & item

² *Adiu*] Lambinus, Gruterus, *audiu*.
 Quod minus placet, *Obiectus*.
³ *Noster index*] In consuetudine Catullus.
 Dion. lib. XXXVII. *Corradus*.
⁴ *Cæsari*] Consuli, præmia promittenti.
 Suetonius, Appianus, in Vatinius. *Man.*
⁵ *Restitisse*] Colloquendi causa. Sic Terentius in Andr. *Dave, ader: resistit*. *Idem*.
⁶ *Fidem publicam*] Ut ipsi daretur impunitas, si alios indicasset. *Idem*.
⁷ *Paulus*] L. Emilius Paulus, qui Mace-

doniam quæstor obtinebat. Postea consul fuit cum C. Marcello. *Idem*.
⁸ *Initio*] Cum Roma esset, nondum in Macedonia profectus. *Idem*.
⁹ *Q. Cæpio*] M. Janius Brutus, ille interfector Cæsaris, adoptatus ab avunculo Servilio Cæpione, fuit appellatus *Q. Cæpio Brutus*. Phil. X. *Papmas*.
¹⁰ *Cum relo*] Quod lex vetabat. *Man.*
¹¹ *Id esse actum*] Ita rem esse compositam a Cæsare, & Vettio. *Idem*.

item servi ejus comprehenderentur cum telis: deinde ille se diceret indicaturum; idque ita actum esset, nisi Curiones rem ante ad Pompejum detulissent. Tum senatus-consultum in concione recitatum est. Postero autem die Cæsar, is, qui olim Prætor cum esset,¹² Q. Catulum ex inferiore loco¹³ jussit dicere, Vettium in Rostra¹⁴ produxit; eumque in eo loco constituit, quo Bibulo Consuli¹⁵ aspirare non liceret. Hic ille omnia quæ voluit, de Republica dixit, & qui illus¹⁶ factus institutusque venisset, primum Cæpionem de oratione sua sustulit, quem in Senatu acerrime nominarat; ut apparet, noctem, & nocturnam deprecationem intercessisse; deinde, quos in senatu ne tenuissima quidem suspicione attingeret, eos nominavit,¹⁷ Lucullum, a quo solitum esse ad se mitti G. Fannium, illum, qui¹⁸ in P. Clodium subscriperat;¹⁹ L. Domitium, cujus domum constitutam fuisse, unde eruptio fieret: me non nominavit: sed dixit, Consularem disertum,²¹ vicinum Consulibus, sibi dixisse,²² Ahalam Servilium aliquem, aut²³ Brutum opus esse reperiri. Addidit ad extremum, cum jam dimissa concione, revocatus²⁴ a Vatino fuisset, fuisse a Curione, his de rebus conscium esse Pisonem generum meum, & M. Lateranem. Nunc reus erat apud Crassum Divitem

¹² *Q. Catulum*] Ep. 10. lib. I. ex petitione Pontificatus odio incensum. Sall. in Catull. *Corradus*.

¹³ *Jussit dicere*] Quando illum de seditione Capitolii ad disquisitionem populi vocavit, rogatione promulgata, qua curationem eam in Pompejum transerebat. Suet. in Cæs. & Dion. lib. 37. *Idem*.

¹⁴ *Produxit*] Nam privato non licuisset de superiore loco dicere, & concionem habere, nisi a magistratu concederetur. Epist. 1. & 2. lib. IV. *Manutius*.

¹⁵ *Aspirare non liceret*] Domi enim se tenebat armorum metum. Non dixit, *accersere*, sed, *Aspirare*. Quod minus est. *Idem*.

¹⁶ *Factus*] Hoc est, instructus quid diceret a Cæsare & Vatino. Vide Cic. orat. in Vatini. *Grosius*.

¹⁷ *Nocturnam deprecationem*] Servilium, Brutum matris; quam Cæsar amavit. Hujus apud Cæsarem preces significat, ut filius ejus Cæpio Brutus de oratione Vettii tolleretur. *Manutius*.

¹⁸ *Lucullum*] Cum, Lucullus dicitur, sine prænomine; de Lucio, non de Marco eius fratre, *Man.* *Epist.* intelligendum. *Idem*.

¹⁹ *In P. Clodium*] Cum accusatus est crimine pollutatum religionum. Ep. 10. l. I. *Idem*.

²⁰ *L. Domitium*] Aheobarbum, qui consul fuit cum Ap. Claudio. *Idem*.

²¹ *Vicinum consulis*] Vicinus erat Cicero Cæsaris consulis, quod ipse in Palatio, Cæsar autem in Sacra via habitabat, quæ secundum radices Palatii a Cæsaris in Capitolium tendebat. *Idem*.

²² *Ahalam Servilium*] Qui sui manu Q. Maxillum, regnum appetentem, occidit. Livius. *Idem*.

²³ *Brutum*] Qui reges exegerat. *Idem*.

²⁴ *A. Vatino*] Qui cum Vettio, præfente populo Romano, collocutus, inculcavit, ut Pisonem, & Lateranensem, nominaret. Cic. in Vatini. *Idem*.

vitem Vettius²⁵ de vi: &, cum esset damnatus, erat²⁶ indicium postulaturus: quod si impetrasset, ²⁷ iudicia fore videbantur. Ea nos, utpote²⁸ qui nihil contemnere solemus, non pertimescebamus. Hominum quidem summa erga nos studia significabantur: sed proflus vitæ tædet, ita sunt omnia omnium miseriarum plenissima. Modo eadem²⁹ timueramus, quam oratio fortissimi senis Q. Confidii discusserat: ea, ³⁰ quam quotidie timere poteramus, subito exorta est. Quid quæris? nihil me infortunatius, nihil fortunatius est³¹ Catulo, cum splendore vitæ, tum hoc tempore. Nos tamen his miseriis e-recto animo, & minime perturbato sumus: honestissimeque dignitatem nostram, & magna cura tuemur. Pompejus de Clodio jubet nos esse sine cura, & summam in nos benevolentiam omni oratione significat. Te habere consiliorum auctorem, sollicitudinum socium, omni in cogitatione conjunctum cupio. Quare, ut Numestio mandavi, tecum ut ageret, item, atque eo si potest acrius, te rogo, ut plane ad nos advoles. Respiraro, si te videro.

CI-

²⁵ De vi] Lege Plotia: quia confessus esset, se cum telo fuisse. Idem.

²⁶ Indictum] Hoc sensu: Si damnatus erit Vettius, ut absolvarur iudicium postulabit, id est, ut alios ejusdem iudicium postulat, ut scilicet sibi liceat, a iudicibus petat. *Man. Indictum* non intelligendum de conjugatione illa sista & commenticia. Nam jam ante in Senatu & pro Roskris indicaverat illos, quos suspexit in Pompeji caput confessorasse. Ideo in Senatu *scdm publicam postulationem*, ut superius in hac epistola Cicero testatur. Sed reus de vi petat, ut sibi liceat impune detegere, quomodo re vera se hoc haberet negotium: nimirum ut a Julio Cesare fuerit subornatus, ad hæc crimina fingenda, & viros optimos falsæ conjugationis accusandi. Ideo desuper tam precipitis consilii eventum, Cesare interceptis veneno Vettium creditur, ut Suetonius in Julio prodidit cap. 30. *Grævin.*

²⁷ Iudicia fore videbantur] Fore videbam, ut multi rei herent, ex indicio Vettii. *Manutius.*

²⁸ Qui nihil contemnere] Ideo non pertimescimus, quia cavemus omnia. Iudicium autem impendebat Cicero nisi & ex indicio

Vettii, & mox a P. Clodio de necatis civibus Romanis. Idem.

²⁹ Timueramus] Plutarchus hæc: Cum senatores in curiam pauci convenirent, Confidius Casari causam dixit esse, quia militum illius arma timerent. Cui Casar: Cur tu quoque ob eandem causam non domi te contineres? *Quæst.* Confidius, *scilicet me facit interpositum.* Idem.

³⁰ Quam quotidie] Hoc Vettii indicio peractum est, eadem quotidie nobis fuisse immendam ab iis, qui rerum potuerunt. Quorum videmus quam scelerata consilia sint, cum pernicitem libis vitis quacunque ratione machinentur. Non timebamus, cum iudicia non exarent, sed timere quotidie poteramus, ut nobis incipientibus impendentem. Idem.

³¹ Catulo] Cicero & Catulus fuerant socii in tuenda reipublice dignitate, quæ afflicta & oppressa se censebat infortunatam quod vitæ, fortunatum Catulum, qui in honore splendide semper vixerit, & ante hoc calamitosum tempus e vitæ excessorit, mortuus anno proximo, Afranio & Metello Coss. Lib. I. ep. 17. *Pepina.*

CICERO ATTICO SAL.

XXV. CUM aliquem apud te laudaro tuorum familiarium, volam illum scire ex te me id fecisse; ut nuper me scis scripsisse ad te de Varronis erga me officio, te ad me rescripsisse, eam rem summæ tibi voluptati esse. Sed ego malle ad illum scripsisses, mihi illum satisfacere; non quo faceret, sed ut faceret. Mirabiliter enim² moratus est, sicut nosti, ³ *Ἐπιπέδῳ ἔδδῳ*. Sed nos tenemus præceptum illud, ⁴ *ἴσθι τὸν κρηττότερον*. At hercule alter tuus familiaris⁵ Hortalus, quam plena manu, quam ingenue, quam ornate nostras laudes in astra sustulit, cum de Flacci prætura, & de illo tempore Allobrogum diceret? Sic habeto, nec amantius, nec honorificentius, nec copiosius potuisse dici. Ei te hoc scribere a me tibi esse missum sane volo. Sed quid tu scribas? quem jam ego venire, atque adesse arbitror. Ita enim egi tecum superioribus literis. Valde te expecto, valde desidero; neque ego magis, quam ipsa res & tempus possit. His de negotiis quid scribam ad te, nisi idem quod sæpe? Republica nihil desperatius: iis, ⁶ quorum opera, nihil majore odio. Nos, ut opinio, & spes, & conjectura nostra fert, firmissima benevolentia hominum muniti sumus. Quare advola. Aut expedies nos omni molestia, aut eris particeps. Ideo sum brevior, quod, ut spero, coram brevi tempore conferre quæ volumus licebit. Cura ut valeas.

¹ Non quo faceret] Non quia proflus præterit, quod cupio. *Corradus.*

² Moratus est] Placere, inordinatus: quia, cum, Pompejo aut Casari credere, periculum videret, eorum animos nosse, magni putabat ad suas rationes interesse. propter infrequentiam anni impendentem a Clodio temptatorem. *Manutius.* Vide Casaub. in Athen. lib. I. cap. 4.

³ *Ἐπιπέδῳ ἔδδῳ*] Sequitur apud Euripidem, *Ἐπιπέδῳ ἔδδῳ* videtur regi oportere, quorum mens est involucris circumacta, qui quo minime sincera & candido estis animo, sed versute amara cogitatis.

⁴ *ἴσθι τὸν κρηττότερον*] Potentium sollicitas ferre oportet, vel peccata. Eurip. in Phoen.

⁵ Hortalus] Q. Hortensius, Orator, qui defendit L. Valerium Flaccum, pro quo extat Ciceronis oratio.

⁶ Quorum opera] Desperata est.

EPISTOLARUM
AD ATTICUM
LIBER III.

CICERO ATTICO SAL.

I. **C**UM antea maxime nostra interesse arbitrabar te esse nobiscum; tum vero, ut legi¹ rogationem, intellexi ad iter id, quod constitui, nihil mihi oporatus cadere posse, quam ut tu me quamprimum consequare; ut, cum ex Italia profecti essemus, sive per Epirum iter esset faciendum, tuo tuorumque praesidio uteremur; sive aliud quid agendum esset, certum consilium de tua sententia capere possemus. Quamobrem te oro des operam, ut me statim consequare. ² Facilius potes, quoniam de provincia ³ Macedonia perlata ⁴ lex est. Pluribus verbis tecum agerem, nisi pro me apud te res ipsa loqueretur.

¹ Rogationem] Clodium; ut mihi intra 400. millia ne liceat esse. *Manutius.*

² Facilius] Lege, quod eo facilius poter. *Bohus. Baluzianus.*

³ Macedonia] In qua tu habes negotia,

& iudicio Romae remansisti, ut cum intellexisses, cui decreta esset, et res tuas commendares. Ep. 10. lib. I. *Corradus.*

⁴ Lex] Qua L. Pisoni Macedonia est data. *Orat. pro Dom. Idem.*

CICERO ATTICO SAL.

II. **I**TINERIS nostri causa fuit, quod non habebam locum, ubi pro meo jure diutius esse possem, quam¹ in fundum

¹ In fundum Sicæ] Fundus hic Sicæ erat prope Vibonem, quo Cicero ibat eo consilio, ut inde in Siciliam aut Melitum periret, ibique maneret, si sibi per legem Clodium liceret. Sin minus, decreverat Brundisium referre, & inde navi Græciam petere; cui

navigacioni non audebat se committere propter inimicum suum Autronium, qui in Græcia exulabat. Ideo scribit tibi tenendas non esse partes illas sine Attico. *Bohus. In fundum, pro in fundo.* De hoc loquendi genere multa Fr. Sanctius in *Misnera.*

dum Sicæ; præsertim² nondum rogatione correctâ: & simul intelligebam te ex eo loco, si te haberem, posse me³ Brundisium referre, sine te autera non esse nobis illas partes tenendas propter⁴ Autronium. Nunc, ut ad te antea scripsi, si ad nos veneris, consilium totius rei capiemus. Iter esse molestum scio; sed⁵ tota calamitas omnes molestias habet. Plura scribere non possum, ita sum animo perculso & abjecto. Cura ut valeas. Dat. vi. Id. Apr. ⁶ in oris Luc.

² Nondum rogatione] Clodius rogationem promulgaverat & periculis generatim sine ulla loci exceptione, ut M. Ciceroni aqua & igni interdicatur: sed eam priusquam ferret, correxit, addito hoc capite, Ut ei nisi ultra quadraginta millia ab Italia non liceret esse. Itaque nondum rogatione correctâ Cicero non habebat locum ubi tuto esse posset, sed apud amicos in agris latitabat. *Poppo.*

³ Brundisium referre] Id est, Brundisium regredi, quia Vibonem profectus Brundisium pone reliquerat, quo ipsi remeandum erat, ut inde Græciam, aut in Asiam se conficeret. *Bohus.*

⁴ Autronium] P. Autronium, unum ex conjuratis, qui in illis partibus de vi damnatus exulabat, Cicero infensum, vindicti conjurationis; *Pro Sylla. Manut.*

⁵ Tota calamitas] In qua insunt, præter mea damna, et molestias, quas ex molestias meorum capio. Ut nunc, cum te video mea causa tam molestum iter suscipere. *Idem.*

⁶ In oris Luc.] Id est, Lucaniae. *Bohus.* Antiqui libri *Navis*; unde legitur in agris. Nam Cicero per Lucaniam pedibus iter fecit, ut Plutarchus scribit, & apud amicos in agris & villis fuit. *In oris* poeticum est, & fere de litoralibus & maritimis locis dicitur. *Poppo.*

CICERO ATTICO SAL.

III. **U**TINAM illum diem videam, cum tibi agam gratias, quod me vivere coegisti. Adhuc quidem valde me pœnitet. Sed te oro, ut ad me¹ Vibonem statim venias, quo ego multis de causis converti iter meum. Sed eo si veneris, de toto itinere ac fuga mea consilium capere potero. Si id non feceris, mirabor. Sed confido te esse facturum.

¹ Vibonem] Oppidum Bruttiorum perantiquum, quod etiam *Vibo, Vibo Valentis*, & *Valentis* simpliciter dicebatur, olim Græcis

Hippo, & *Hipponium*. Fuit postea eo ducta colonia Romanorum. Vide *Cluv. Ital. antiqu.* lib. IV. c. 15. *Græc.*

CICERO ATTICO SAL.

IV. MISERIE nostræ potius velim, quam inconstantie tribuas, quod a Vibone, quo te arcessebamus, subito discessimus. Allata est enim nobis rogatio de pernicie mea; in qua, quod correctum esse audieramus, erat ejusmodi, ut mihi ultra quadringenta millia liceret esse. Illo cum pervenire non liceret, statim iter Brundisium versus contuli ante diem rogationis; ne & Sica, apud quem eram, periret; & quod Melite esse non licebat. Nunc tu propra ut nos consequare, si modo recipiemur. Adhuc invitatur benignè. Sed, quod superest, timemus. Me, Mi Pomponi, valde poenitet vivere. Qua in re apud me tu plurimum valuisti. Sed hæc coram. Fac modo, ut venias.

¹ *Illo*] Ultra quadringenta millia passuum. Nam si Cicero partes illas, quo primum iter instituerat, tenuisset, hoc est, si in Siciliam, aut Melitem navigasset. (Ico enim tendebat iter illud Vibonem vestros susceptum) certe pervenisset ultra quadringenta millia passuum. Siciliam enim, & Melite proprios abstulit ab Italia quadringentis millibus passuum. *Postul.*

² *Ante diem*] Mihi ad discedendum in

rogatione constitutum. *Corradus.*

³ *Periret*] Ne portam subiret, quam Clodius irrogabat ei, qui Ciceroem intra quadringenta millia tecto receperisset. *Pro Domus sua. Manutius.*

⁴ *Si modo recipiemur*] Cum poena sit, qui receperit, & nisi recipiemur, consequi nos properantes non poteris. *Corrad.*

CICERO ATTICO SAL.

V. TERENCE tibi & sæpe, & maximas agit gratias. Id est mihi gratissimum. Ego vivo miserimus, & maximo dolore conficior. Ad te quid scribam, nescio. Si enim es Romæ, jam me assequi non potes: sin es in via, cum eris me assecutus, coram agemus, quæ erunt agenda. Tantum te oro, ut, quoniam me ipsum semper amasti, eodem amore sis. Ego enim idem sum. Inimici mei mea mihi, non me ipsum ademerunt. Cura ut valeas. Dat. VIII. Id. Apr. Thurii.

CI.

¹ *Thurii*] Ista urbs Bruttiorum, seu Calabriae, dicta *Tónium*, & *Thuria* olim Syrrun voluptates innotuit.

CICERO ATTICO SAL.

VI. NON fuerat mihi dubium, quin te Tarenti, aut Brundisii visurus essem: idque ad multa pertinuit; in eis, & ut in Epiro confisteremus, & de reliquis rebus tuo consilio uteremur. Quoniam id non contigit, erit hoc quoque in magno numero nostrorum malorum. Nobis iter est in Asiam; maxime Cyzicum. Meos tibi commendo. Me vix misereque sustento. D. xiv. Kal. Maj. Tarent.

CICERO ATTICO SAL.

VII. BRUNDISIUM veni a. d. xiv. Kal. Majas. Eo die pueri tui mihi a te literas reddiderunt: & alii pueri post diem tertium ejus diei alias literas attulerunt. Quod me rogas & hortaris, ut apud te in Epiro sim, voluntas tua mihi valde grata est, & minime nova: sed & consilium mihi quidem optatum, si liceret ibi omne tempus consumere. Odi enim celebritatem; fugio homines; lucem aspicere vix possum. Effet mihi ista solitudo, præsertim tam familiari in loco, non amara. Sed itineris causa ut devorterem, primum est devium; deinde ab Autronio, & cæteris quatruidi; deinde sine te. Nam castellum munitum habitanti mihi prodesse; transeunti non est necessarium. Quod si auderem, Athenas peterem: sane ita cadebat ut vellem. Nunc & nostri hostes ibi sunt; & te non habemus; & veremur, ne interpretentur, illud quoque oppidum ab Italia non satis abesse: nec scribis, quam ad diem te expectemus. Quod me ad vitam vocas, unum efficis, ut a me manus abstinca; alterum non potes, ut me non nostri consilii vitæque poeniteat. Quid enim

¹ *Castellum*] Si mihi liceret in Epiro tecum habitare, prodesse castellum tuum munitum, ut ibi tuo confisterem; effectque invitatio tua ita oportuna, ut nihil vellem magis: sed & Carthaginienses exules in Achaja & propinquis partibus Epiro tantum quatruidi itinere absumt, & Clodiani interpretabuntur Bruttiorum oppidum, sub quo villa & castellum tuum est; ab Italia non distare quadringenta millia, intra quæ mihi non licet esse. De Attici villa, prope Bruttiorum lib. VI. & alibi. *Papma.*

enim est quod me retineat, præsertim si spes ea non est, quæ nos proficiscentes prosequatur? Non faciam, ut enumerem miseras omnes, in quas incidi per summam injuriam, & scelus non tam inimicorum meorum, quam invidiorum, ne & meum mororem exagitem, & te in eundem luctum vocem. Hoc affirmo, neminem unquam tanta calamitate esse affectum; nemini mortem magis optandam fuisse: cujus optenda tempus honestissimum prætermisum est. Reliqua tempora non sunt jam ad medicinam, sed ad finem doloris. De Republica, video te colligere omnia, quæ putes aliquam spem mihi posse asserre mutandarum rerum: quæ quanquam exigua sunt; tamen, quoniam placet, expectemus. Tu nihil minus, si properaris, nos consequere: nam aut accedemus in Epirum; aut tarde per Candaviam ibimus. Dubitationem autem de Epiro non inconstantia nostra asserbat, sed quod de fratre, ubi eum visuri essemus, nesciebamus. Quem quidem ego nec quo modo visurus, nec ubi dimissurus sim, scio. Id est maximum & miserimum mearum omnium miseriarum. Ego & sapius ad te, & plura scriberem, nisi mihi dolor meus cum omnes partes mentis, tum maxime hujus generis facultatem ademisset. Videre te cupio. Cura ut valeas. Dat. prid. Kal. Maj. Brundisii.

¹ *Spei*] Fore ut brevi revocarem. *Cor-*
radur. Vide I. 4. ad Q. Fr.

² *Candaviam*] Montem Illyrici, qui Macedonia, Illyricumque distinguit. Scribo, Plinius. *Manuscr.*

⁴ *Quo modo visurus*] Afflictum dolore mi-

seriarum mearum. Idem.

⁵ *Ubi*] Dolor enim, & luctus alterum ab altero divelli vix poterit. *Idem.* Scribendum, *ves ut dimissurus sim.* Boetius *Baluzianus.*

⁶ *Id*] Congressus & dimissio. *Manuscr.*

CICERO ATTICO SAL.

VIII. BRUNDISIO proficiscens scripseram ad te, quas ob causas in Epirum non essemus profecti; quod & Achaja prope esset plena audacissimorum inimicorum, & exitus difficiles haberet, cum inde proficisceremur. Accessit, cum Dyrrachii essemus, ut duo nuntii afferrentur; unus classe fratrem Epheso Athenas, alter pedibus per Macedoniam venire. Ita-

Itaque illi obviam misimus Athenas, ut inde Thessalonicam veniret. Ipsi processimus, & Thessalonicam a. d. x. Kal. Jun. venimus; neque de illius itinere quicquam certi habebamus, nisi eum ab Epheso ante aliquanto profectum. Nunc istic quid agatur magno opere timeo. Quanquam tu altera epistola scribis Idis Majis audiri, fore ut acrius postularetur; altera, jam esse mitiora. Sed hæc est pridie data, quam illa; quo conturbor magis. Itaque, cum meus me moror quotidianas lacerat & conficit, tum vero hæc addita cura vix mihi vitam reliquam facit. Sed & navigatio perdifficilis fuit: & ille incertus ubi ego essem, fortasse alium cursum petivit. Nam Phaeto libertus eum non vidit; & vento rejectus ab illo in Macedoniam, Pella mihi præsto fuit. Reliqua quam mihi timenda sint video, nec quid scribam habeo, & omnia timeo: nec tam miserum est quicquam, quod non in nostram fortunam cadere videatur. Equidem adhuc miser in maximis meis ærumnis & luctibus hoc metu adjecto maneo Thessalonicæ suspensus: nec audeo quicquam. Nunc ad ea quæ scripsisti. Tryphonem Cæcilium non vidi. Sermonem tuum & Pompeji cognovi ex tuis literis. Motam in Republica non tantum ego impendere video, quantum tu aut vides, aut ad me consolandum affers. Tigrane enim neglecto, sublata sunt omnia. Varroni me jubes agere gratias: faciam: item

⁹ Hy.

¹ *Processimus*] Dyrrachio, a quo Thessalonicam abest ex. li. milli. *Corr.*

² *Istic quid agatur*] Tinebat, ut quis accusaret repetundarum Quintum Fratrem, ex provincia rediuntem. Vide infra, epist. 9. & 17. *Manuscr.*

³ *Acrius postularetur*] Est, ut accusaretur acerrime & vehementissime. Hanc enim vim sæpe habent, quos Grammatici vocant comparativos. Res est trita. *Græc.*

⁴ *Vento rejectus ab illo*] Ne illum adire, ac videre poterit: sententia plane bona & negligentiane liberatorum in ductu liberarum, an quia ita esset in exemplari, unde illi describerent, quis possit dicere? Illud affirmare possimas, si ab hoc rectum sit, a loci hujus sententia non abhorreere. Fuit enim opidum & ipsum in eadem ora Asia, quæ & Ephesus: Phætonia quidem constat, cum

Quinto non fuisse; sed convenienti ejus causa, Ephesum, aut Ilium navigare conantem, inde rejectum in Macedoniam tempore fuisse. *Malasp.*

⁵ *Pella*] Fuit Pella præcipua Macedoniarum urbs. Mela II. 3. Macedonia populi centum quinquaginta urbes habuit, quarum Pella & maxima, & illustri. Atmani affertur, Philippus Græcæ dominator, Alexander etiam affertur. *Grævus.*

⁶ *Reliqua*] Quæ fratri imo ad inimicos nostris videntur impendere. *Manuscr.*

⁷ *Tryphonem Cæcilium*] Fortasse libertum, procuratorem Cæcilii. *Corradus.*

⁸ *Tigrane neglecto*] Cum Pompejus Tigranem sibi a Clodio ereptum neglexerit, sublata spes omnis est mutandarum rerum. Ego autem graves inter eos contentiones fore spectaveram. Videatur Padianus in Miloniano caput 24. *Manuscr.*

⁹ Hypsæo. Quod suades ne longius discedamus, dum acta mensis Maji ad nos perferantur, puto me ita esse facturum; sed ubi, nondum statui. Atque ita perturbato sum animo de Quinto, ut nihil queam statuere: sed tamen statim te faciam certiore. Ex epistolarum mearum inconstantia puto te mentis meæ motum videre; qui, etsi incredibili & singulari calamitate afflictus sum, tamen non tam est ex miseria, quam ex culpa nostræ recordatione commotus. Cujus enim scelere impulsus ac prodiri simus, jam profecto vides, atque utinam jam ante vidisses, neque totum animum tuum mœrori mecum simul dedisses. Quare, cum me afflictum, & confectum luctu audies, existimato me stultitiæ meæ poenam ferre gravius, quam eventus; quod ¹⁰ ei crediderim, quem esse nefarium non putarim. Me & meorum malorum memoria, & metas ¹¹ de fratre in scribendo impedit. Tu ista omnia vide, & gubernata. Terentia tibi maximas gratias agit. Literarum exemplum, quas ad Pompejum scripsi, misi tibi. Dat. iv. Kal. Jun. Thessalonica.

⁹ Hypsæo] Hic Pompeii quædam foras; Plautia familia. Manu.
eumque, ut & Varro, hortabatur, ut Cice- 10 Et] Pompejo.
ronis patrocinium susciperet. Cognomen est 11 De fratre] De postulatione. Idem.

CICERO ATTICO SAL.

IX. **Q**UINTUS frater cum ex Asia discessisset ante Kal. Maj. & Athenas venisset Idib. valde fuit ei propereandum, ne quid absens acciperet calamitatis, si quis forte fuisset, qui contentus nostris malis non esset. Itaque eum malum propere Romam, quam ad me venire: & simul (dicam enim, quod verum est; ex quo magnitudinem miseriarum mearum perspicere possis) animum inducere non potui, ut aut illum, amantissimum mei, mollissimo animo, tanto in mœrore aspicerem; aut meas miseras luctu afflictas, & perditam fortunam illi offerrem, aut ab illo aspici paterer. Atque etiam illud timebam, quod profecto accidisset, ne a me

¹ Ne quid absens] Ne absens postularetur. Ep. 8. Manutius.

me digredi non posset. Verfabatur mihi tempus illud ante oculos, cum ille aut ² lectores dimitteret, aut vi avelleretur ex complexu meo. Hujus acerbissimam eventum altera acerbitate non videndi fratris vitavi. In hunc me casum vos vivendi auctores impulistis. Itaque mei peccati luo poenas. Quanquam me tuæ literæ sustentant: ex quibus, quantum tu ipse speres, facile perspicio. Quæ quidem tamen aliquid habebant solatii ante, quam eo venisti, ³ A Pompejo nunc Hortensium allice, & ejusmodi viros. Obsecro, mi Pomponi, ⁴ nondum perspicias, quorum opera, quorum insidiis, quorum scelere perierimus? Sed tecum hæc coram agemus. Tantum dico, quod scire te puto, nos non inimici, sed invidi perdidimus. Nunc, si ita sunt, quæ speras, sustinebimus nos, & spe, qua jubes, nitemur. Sin, ut mihi videntur, infirma sunt; quod optimo tempore facere non licuit, minus idoneo fiet. Terentia tibi sæpe agit gratias. Mihi etiam unum de malis in metu est, fratris miseri ⁵ negotium; quod si sciam ejusmodi sit, sciam quid agendum mihi sit. Me etiam nunc illorum beneficiorum, & literarum expectatio, ⁶ ut tibi placeat, Thessalonica tenet. Si quid erit novi allatum, sciam de reliquo quid agendum sit. Tu si, ut scribis, Kal. Jun. Roma profectus es, propediem nos videbis. Literas, quas ad Pompejum scripsi, tibi misi. Dat. Id. Jun. Thessalonica.

² Lectores dimitteret] Qui dimitteendi fuissent, si mecum manere voluissent. Nam imperatori transitus per alienam provinciam datur, morari diutius in ea cum imperio non licebat. Idem.

³ A Pompejo nunc Hortensium allice, & ejusmodi viros] Hoc coram est ex Attici epistola. Idem. Vir doctus emendabat ad Pompejum nunc, Hortensium allice. Uelin.

⁴ Nondum perspicias] Vis me in Pompejo, & Hortensio ipse ponere: non intelligis me horum insidiis, & scelere perisse? Manutius.

⁵ Negotium] Meris accusationis. Idem.
⁶ Ut tibi placeat] Scripsi enim, ut expectem literas tuas Thessalonica; si quod forte ex actis mensis Maji beneficium afferatur. Ep. 8. & 10. Idem.

CICERO ATTICO SAL.

X. **A**CTA quæ essent usque ad VIII. Kal. Jun. cognovi ex tuis literis. Reliqua expectabam, ut tibi placebat, Thessalonica: quibus allatis facilius statuere potero ubi sim.

sim. Nam si erit causa, si quid agetur, si spem videro, aut ibidem operiar, aut me ad te conferam: sin, ut tu scribis, ista evanuerint, aliquid aliud videbimus. Omnino adhuc nihil mihi significatis nisi discordiam istorum; quæ tamen inter eos de omnibus potius rebus est, quam de me. Itaque, quid ea mihi proficit, nescio. Sed tamen, quoad me vos sperare vultis, vobis obtemperabo. Nam quod me tam sæpe, & tam vehementer objurgas, & animo infirmo esse dicis, quæso ecquod tantum malum est, quod in mea calamitate non sit? ecquis unquam ex tam amplo statu, tam in bona causa, tantis facultatibus ingenii, consilii, gratiæ, tantis prædiis honorum omnium concidit? Possim oblivisci qui fuerim? non sentire qui sim? quo caream honore? qua gloria? quibus liberis? quibus fortunis? quo fratre? quem ego (ut novum calamitatis genus attendas) cum pluris facerem quam me ipsum, semperque fecissem, vitavi ne viderem; ne aut illius luctum squaloremque aspicerem, aut me, quem ille floridissimum reliquerat, perditum illi afflictumque offerrem. Mitto cætera intolerabilia; etenim fletu impediatur. Hic utrum tandem sum accusandus, quod doleo; an quod commissi, ut hæc aut non retinerem, (quod facile fuisset, nisi intra parietes meos de mea pernicie consilia inirentur) aut certe vivus nunc amitterem? Hæc eo scripsi ut potius relevares me, quod facis, quam aut castigatione, aut objurgatione dignum putares: eoque ad te minus multa scribo, quod & mœrore impediatur, & quid expectem istinc magis habeo, quam quid ipse scribam. Quæ si erunt allata, faciam te consilii nostri certiorem. Tu, ut adhuc fecisti, quam plurimis de rebus ad me velim scribas, ut prorsus ne quid ignorem. Dat. xiv. Kal. Quint. Thessalonicæ.

¹ Ad te] In tuas Epiroticas possessiones. *Manutius.*

² Intra parietes meos] Ab iis, qui me quotidianam assiduitate infidissime tractarunt: ut Hortensius, ut Atrius. Vide ad Q. fratrem lib. I. *Idem.*

³ Vivus] Peccavi, inquit, aut quod dignitatem & fortunam meas vi amique non defendi, aut quod vivus amisi, & non cum vita simul perdididi. *Popma.*

CICERO ATTICO SAL.

XI. ME & tuæ literæ, & quidam boni nuntii, non optimis tamen auctoribus, & expectatio vestrarum literarum, & quod tibi ita placuerat, adhuc Thessalonicæ tenebant. Si accepero literas, quas expecto, si spes erit ea quæ rumoribus afferebatur, ad te me conferam; si non erit, faciam te certiorem, quid egerim. Tu me, ut facis, opera, consilio, gratia juva: consolari jam desine: objurgare vero noli: quod cum facis, ut ego tuum amorem, & dolorem desidero! quem ita affectum mea ærumna esse arbitror, ut te ipsum consolari nemo possit. Quintum fratrem optimum, humanissimumque sustenta. Ad me, obsecro te, ut omnia certa perscribas. Dat. iv. Kal. Quint.

¹ Ad te] In Epirum tuam. *Manutius.*
² Ut ego] Ut, pro *Quam*, dixit, sicuti supra de Pompeio, *Ut ille tum humilis, ut demissus erat.* Est autem hic eo venulior sententia, quo minus aperta. Cum me, inquit, objurgas, qui meo casu nimis excecueris, facis, ut neque me videaris amare, neque do-

lere dolorem meum; quem tamen ita affectum mea ærumna esse arbitror, ut ipsum consolari nemo possit. In hoc, inquam, tuum amorem, & dolorem non agnosco. Qui enim amat, æque dolet; & qui æque dolet, non objurgat. *Idem.*

CICERO ATTICO SAL.

XII. TU quidem sedulo argumentaris, quid sit sperandum, & maxime per Senatum: idemque caput rogationis proponi scribis, quare in Senatu dici nihil liceat: itaque filetur. Hic tu me accusas, quod me afflictum; cum ita sim afflictus, ut nemo unquam: quod tute intelligis. Spem ostendis secundum comitia. Quæ ista est eodem Tribuno

Tom. VIII.

V

ple-

¹ Per senatum] Nam per populum minus sperandum videbatur: Clodio tribuno. *Manutius.*

² Idemque] Qui me sperare vis per senatum, idem scribis caput proponi rogationis Clodiane. Quo capite cautum erat, ne quis referret ad senatum de Cicero restituito. *Idem.*

³ Eodem Tribuno plebis] Augurabatur Ci-

cero Clodium biennium fore Tribunum plebis, cum sciret eum adepturum esse a populo Romano alios honores in annum sequentem. Scribit enim Appianus (lib. I. de Bello Civ.) lege quadam sancitum fuisse, ut nisi Tribuni plebis, qui Tribunatu abirent, statim ad alios honores vocari possent, eorum in primis ratio haberetur proximis comitiis Tribuni. *Bisur.*

plebis, & inimico * Consule designato? Percussisti autem me etiam de oratione prolata. Cui vulnere, ut scribis, medere, si quid potes. Scripsi eghidem olim iratus, quod ille prior scriperat; sed ita compresseram, ut nunquam emanaturam putarem. Quo modo exciderit, nescio. Sed quia nunquam accidit, ut cum eo verbo uno concertarem; & quia scripta mihi videtur negligentius, quam ceteræ; puto posse probari non esse meam. Id, si putas me posse sanari, cures velim: sin plane perii, minus laboro. Ego etiam nunc eodem in loco jaceo, sine sermone ullo, sine cogitatione ulla. Licet tibi, ut scribis, significarim, ut ad me venires? Dodona; tamen intelligo te re istic prodesse, hic ne verbo quidem levare me posse. Non queo plura scribere, nec est, quod scribam; vestra magis expecto. Dat. XVI. Kal. Sext. Thessalonice.

4. *Cof. designato*] Q. Metello Nepote, cum quo tribuno plebis acerrimas contentiones habuit, quas refert ep. 2. lib. V. ad Metellum. Augurabatur autem futurum ut Metellus Consul designaretur: quod ita accidit. Fuit enim Cof. cum P. Lentulo, cuius refectione de Cicerone restituendo, autorem se adscriptoremque præbuit, deposita inimici persona. Vide Orat. post reditum in Senat. Ep. 4. lib. V. ad Fam. Papiæ.

5. *Oratione prolata*] Non puro significari orationem in Metellum Nepotem scriptam, sed potius in C. Curionem. Nam Metello pluribus verbis Cicero concertavit, ut in ep. 2. lib. V. Fam. at hic se nunquam uno ver-

bo concertasse dicit. De Curione autem cepit. 15. his verbis. Sed quid Curio? an istam orationem non legit? que unde sit præterea, nescio. Manutius.

6. *Sanari*] Revocari. *Corradus*.

7. *Dodona*] Casu occidendi, a Græco Dodon, Latine Dodona, urbs est in Epiro Pagonia. Cum sit in mlt. venires Sidon. vel Dora, quanto probabilius inde Ciceronem scripsisse, quærit Itens. Stephanus, Itens 2. 16. *Curionem*, & hic locus Tullii præclare firmat testimonium Stephani. J. F. Graevius.

8. *Istic*] Romæ.

CICERO ATTICO SAL.

XIII. QUOD ad te scriperam me in Epiro futurum; postea quam extenuari spem nostram, & evanescere vidi, mutavi consilium: nec me Thessalonica commovi, ubi esse staturam, quoad aliquid ad me de eo scriberes, quod proximis literis scriperas, fore uti secundum comitia aliquid de nobis in Senatu ageretur, id tibi Pompejum dixisse. Quare, quoniam comitia habita sunt, tuque nihil ad me scri-

scribis; proinde habeo ac si scripsisses nihil esse; neque temporis non longinqui spe ductum esse moleste feram. Quem autem motum te videre scriperas, qui nobis utilis fore videretur, eum nuntiant, qui veniunt, nullum fore. In Tribunis plebis designatis reliqua spes est: quam si expectaro, non erit, quod putes me causæ meæ, ac voluntati meorum defuisse. Quod me sæpe accusas, cur hunc meum casum tam graviter feram, debes ignoscere, cum ita me afflictum videas, ut neminem unquam nec videris, nec audieris. Nam quod scribis te audire, me etiam mentis errore ex dolore affici: mihi vero mens integra est; atque utinam tam in periculo fuisset, cum ego iis, quibus meam salutem carissimam esse arbitrabar, inimicissimis crudelissimisque usus sum: qui, ut me paululum inclinari timore viderint, sic impulerant, ut omni suo scelere & perfidia abuterentur ad exitium meum. Nunc, quoniam est Cyzicum nobis eundem, quo rarius ad me literæ perferentur, hoc velim diligentius omnia, quæ putaris me scire opus esse, perscribas. Q. fratrem meum fac diligas: quem ego miser si incolumem relinquo, non me totum perisse arbitror. Dat. Non. Sext.

1. *Neque temporis non longinqui*] Sensus est: Neque feram moleste, sperasse brevi tempore, hoc est, spe illa privatum esse, qua sustentabar: cum mihi amior veritas, quam consolatio sit. Vel sic: Nec moleste feram, paucos hosce dies non male sperasse. *Malspina*. Sic vero Monsalvus: Neque moleste feram, sperasse me, licet frustra & inaniter.

2. *Cyzicum*] Cyzicum, & Cyricus, urbs Myliæ. Sed etiam in Hieroclis Synecdemone Hellepontis metropolis est, ut Lampiscus, quod *Per. l. 24*, oppidum in Helleponto dicitur, ab aliis referretur ad Myliam. *Ern.*

CICERO ATTICO SAL.

XIV. EX tuis literis plenus sum expectatione de Pompejo, quidnam de nobis velit, aut ostendat. Comitia enim credo esse habita: quibus absolutis, scribis illi placuisse agi de nobis. Si tibi stultus esse videor qui sperem, facio tuo jussi; etsi scio te me iis epistolis potius, & meas spes soli-

solum esse¹ remorari. Nunc velim mihi plane perscribas, quid videas. Scio nos nostris multis² peccatis in hanc arumnam incidisse. Ea si qui casus aliqua ex parte correxerint, minus moleste feremus nos vixisse, & adhuc vivere. Ego propter viae celebritatem, & quotidianam expectationem rerum novarum, non commovi me adhuc Thessalonica. Sed jam extrudimur, non³ a Plancio, (nam is quidem retinet) verum ab ipso loco, minime appposito ad tolerandam in tanto luctu calamitatem. In Epirum ideo, ut scripseram, non veni, quod subito mihi universi nuntii venerant & literae, quare nihil esset necesse quam proxime Italiam esse. Hinc si⁴ aliquid a comitiis audierimus, nos in Asiam convertertemus: neque adhuc stabat quo potissimum: sed scies. Dat. XII. Kal. Sext. Thessalonicae.

¹ Remorari] Hic est sensus: Est scio cum me juberes sperare, te potius hoc scilicet ut me & meam spem foveres, ne desperationem in consilium adhiberem, viteque renuntiarem, quam quod ita rem se habere putares, ut scriberes. *Græc.*

² Peccatis] Qui incidis credidimus, & legationem a Caesare delatam, qua vitari potuit hinc arumna, nimis imprudenter repu-

diavimus: cum tantis miseriis vel mors fuerit anteposenda: cuius oppetenda tempus honorabilissimum pratermissimus. *Epist. 7. Manutius.*

³ A Plancio] Apud quem Cicero erat, quaestorem in Macedonia. *Idem.*

⁴ Aliquid] Mali. Sic enim videtur interpretandum, nisi verbum aliquid mates *Corradus.*

CICERO ATTICO SAL.

XV. **A**CCEPI Id. Sext. quatuor epistolas a te missas; unam, qua me oburgas, & rogas ut sim firmiter; alteram, qua Crassi libertum ais tibi de mea sollicitudine, macieque narraſſe; tertiam, qua demonstras acta in Senatu; quartam de eo, quod a Varrone scribis tibi esse confirmatum de voluntate Pompeji. Ad primam tibi hoc scribo; me ita dolere, ut non modo a mente non deserer, sed id ipsum doleam, me, tam firma mente ubi utar, & quibuscum, non habere. Nam si tu me uno non sine mœrore cares, quid me censes, qui & te, & omnibus? & si tu incolumis me requiris; ecquo modo a me ipsam incolumitatem desiderari putas? Nolo commemorare quibus rebus sim spoliatus, non solum

quia

quia non ignoras, sed etiam ne¹ scindam ipse dolorem meum. Hoc confirmo, neque tantis bonis esse privatum quemquam, neque in tantas miseriis incidisse. Dies autem non modo non levat luctum hunc, sed etiam auget. Nam ceteri dolores mitigantur veritate; hic non potest non & sensu presentis miseriæ, & recordatione præteritæ vitæ quotidie augeri. Desidero enim non mea solum, neque meos, sed me ipsum. Quid enim sum? Sed non faciam ut aut tuum animum angam quorelis, aut meis vulneribus sæpius manus afferam. Nam quod purgas eos, quos ego mihi scripsi invidisse, & in eis Catonem: ego vero tantum illum puto ab isto scelere abfuisse, ut maxime doleam plus apud me simulationem aliorum, quam istius fidem valuisse. Ceteri, quos purgas, debent mihi purgati esse, tibi si sunt. Sed hæc sero agimus. Crassi libertum nihil puto sincere locutum. In Senatu rem probe scribis actam. Sed quid Curio? an² illam orationem non legit? quæ unde sit prolata, nescio. Sed³ Axius, ejusdem diei scribens ad me acta, non ita laudat Curionem. At potest ille aliquid prætermittere: tu, nisi quod erat, profecto scripsisti. Varronis sermo facit⁴ expectationem Caesaris: atque utinam ipse Varro incumbat in causam: quod profecto cum sua sponte, tum te instante faciet. Ego, si me aliquando vestri & patriæ compotem fortuna fecerit, certe officiam ut maxime latere unus ex omnibus amicis; meaque officia & studia, quæ parum antea luxerunt, (fatendum est enim) sic exequar, ut me æque tibi, ac fratri, & liberis nostris restitutum putes. Si quid in te peccavi, ac potius, quoniam peccavi, ignosce.

In

¹ Scindam] Scindere dolorem est particulatim commemorando acerbiorum exidare: transfusio a plagis & vulneribus, quæ scissa & deducta magis dolent. Quæ forma Lucretius Lib. II. dixit, *Curas scindere animos*, quem distrahunt & exedunt, *Papua.*

² Illam orationem] In ipsam. *Epist. 12.* Placet autem, ut de Curione patre potius nunciatur, quam de filio; utpote cujus sententiam, auctoritatemque in Senatu plerumque Cicero deberec estimare. Præterea, cum loquitur Cicero de filio, semper aliquid apponit, ut cum dicit, Curio adoleſcens, ep. 8.

& 18. lib. II. Curio meus, epist. 12. lib. II. Curio filius, ep. 19. & 24. lib. II. De patre cum loquitur, nihil adſcribit, ut ep. 12. & 17. lib. I. & 20. lib. III. De hac oratione in Curionem simul & Clodium mentionem faciunt Quintilianus, Nonius, Rufinianus. *Manutius.*

³ Axius] Hunc optant esse Axiolum, vel huius certe filium, qui in Argenteo denario *L. Axius L. F. Naxi* descriptus est. *Ursin.*

⁴ Expectationem Caesaris] Habet, cur etiam a Caesare optam expectemus. *Manut.*

In me enim ipsum peccavi vehementius. Neque hæc eo scribo, quod te non meo casu maximo dolore esse affectum sciam: sed profecto, si, quantum me amas & amasti, tantum sciam: ac debuisses, nunquam esses passus me; quo tu abundabas, egere consilio; nec esses passus mihi persuaderi, utile nobis esse legem de collegiis perferri. Sed tu tantum lacrymas præbisti dolori meo, quod erat amoris, tanquam ipse ego: quod meritis meis perfectum esse potuit, ut dies & noctes quid mihi faciendum esset cogitares, id abs te meo, non tuo scelere prætermisum est. Quod si non modo tu, sed quisquam fuisset; qui me Pompeji minus liberali responso perterritum a turpissimo consilio revocaret, quod unus tu facere maxime potuisti, aut occubuissem honeste, aut victores hodie viveremus. Hic mihi ignosces. Me enim ipsum multo magis accuso; deinde te, quasi me alterum: & simul meæ culpæ socium quæro: ac si restituor, etiam minus videbimur deliquisse; abs teque certe, quoniam nullo nostro, tuo ipsius beneficio diligemur. Quod te cum Culeone scribis de privilegio locutum; est aliquid; sed multo est melius abrogari. Si enim nemo impedierit, quid est firmissimum? sin erit, qui ferri non sinat; idem senatus-consulto intercedet. Nec quicquam aliud opus est quam abrogari. Nam prior lex

nos

5 De collegiis] Ex quatuor legibus eam nominat, quæ maxime contra ipsum pro Clodio fuit: qui, collegiorum nomine, opes, & fecerit in Ciceronis perniciem conscripserat. In orationibus. Idem.

6 Potuit] Oportuit, debuit. Non perfectum est autem, quia merita mea nulla erant. Tale illud ep. 9. lib. II. Orbis hic in republica convorsus est, citius unius, quam potuit. Idem.

7 Responso] Cum ab eo contra Clodii iniuriosissimam legem auxilium peti. Quid autem ei responderit Pompeius? nihil se contra Cæsaris voluntatem posse facere. De quo epist. 4. lib. X. Idem.

8 Turpissimo consilio] Abundi in exilium: cum potius morte occumbere deberem. Idem.

9 Cum Culeone] Ut Pompeji amico, epist. 26. lib. VIII. Sed video legi etiam posse, Aculeone, ut sit C. Vissellius Varro Aculeo,

qui cum esset Ciceronis consobrinnus, & iuris civilis disciplinam a patre Aculeone traditam teneret, (Hæc...) de privilegio poterat respondere, & ut Cæsaris amicus, quid Cæsaris cogitaret, cognoscere. Orat. de Prov. Cont. Corradus.

10 De privilegio] Lege Clodia mihi privato irrogata ita, ut privilegium possit appellari, cum leges fuerat. & XII. tabule id verent. Orat. pro Domo. Itaque locutus est Culeo de me agendum esse, tanquam, quod tulit Clodius, privilegium sit, non lex, & ob id me statim posse revocari: ne censuram etiam L. Coctæ. Ibidem. Idem. Privilegium hoc differt a lege, quod hæc ad multos, illud ad unum pertinet. Manutius.

11 Prior lex] Duas leges Clodius tulit. Prior fuit contra eos, qui cives Romanos sine iudicio populi necarent; qua in lege nominatim de Cicerone scriptum nihil erat. Ita-

nos nihil lædebat. Quam si, ut est promulgata, laudare voluissim, aut, ut erat negligenda, negligere, nocere omnino nobis non potuisset. Hic mihi primum non modo consilium defuit, sed etiam obfuit. Cæci, cæci, inquam, fuimus in vestitu mutando, in populo rogando. Quod, nisi nominatim mecum agi cœptum esset, fieri perniciosum fuit. Sed pergo præterita. Verintamen ob hanc causam, ut, si quid ageretur, legem illam, in qua popularia multa sunt, ne tangatis. Veram est stultum me præcipere quid agatis, aut quo modo. Utinam modo agatur aliquid: in quo ipso multa occultantur tuæ literæ; credo ne vehementius desperatione perterber. Quid enim vides agi posse, aut quo modo? per Senaturne? aut tute scripsisti ad me, quoddam caput legis Clodium in curiæ poste fixisse, ne referri, neve dici liceret. Quo modo igitur Domitius se dixit relaturum? quo modo autem iis, quos tu scribis, & de re dicentibus, & referretur postulantibus, Clodius tacuit? Ac, si per populum, poterint nisi de omnium Tribunorum plebis sententia? Quid de bonis? quid de domo? poterint restituere? aut, si non poterit, egomet quomodo potero? Hæc nisi vides expediri, quam in spem me vocas? sin autem spei nihil est, quæ est mihi vita? Itaque expecto Thessaloniciæ acta Kalend. Sext. ex quibus statuam, in tuosne agros confugiam, et neque videam homines, quos nolim, & te, ut scribis, videam, &

pro-

Itaque nihil eum lædebat: Præter lib. 3. & Dia 38. Altera nominatim in Ciceronem, quoniam is cives Romanos, indistincta causa, condemnasset. Manutius.

12 In vestitu mutando] Nam, si legem laudare noluerat, negligere saltem debuit. Neutrurn fecit; sed, vestitu mutato, populum rogavit, ne legem perferri sineret. Quod ei perniciosum fuit. Populum enim offendit, cum de antiquanda ea lege rogavit, in qua popularia multa de industria Clodius admiscuerat. Idem.

13 Si quid ageretur] Si quid ageretur de salute mea. Idem.

14 Ne tangatis] Primum, quia nominatim in ea contra me nihil est: deinde, quia, popularem legem abrogare, aut infringere si valis, populum offendetur. Alteram igitur,

date operam, ut abrogetis: quando & minus popularis, & nominatim contra me est: priorem ne tangite. Idem.

15 Ne referri, neve dici] Primum referretur, deinde dicatur in senatu sententia, rogante senatores consule, aut eo, qui senatum habet. Idem.

16 Domitius] Domitius Ahenobarbus, qui hoc anno præturam gerebat, ut ex Suetonio Julio, & ex epistola lib. I. ad Q. fratrem cognovimus. Idem.

17 De re] De me revocando. Idem.

18 De bonis] A Clodio publicatis? quorum tantum nemo rem ullam attigit, qui non omnium iudicio fœderatissimus sit habitus. Orat. pro Domo. Corradus.

19 De domo] A Clodio Libertati consecrata? Ibidem. Idem.

propius sim, si quid agatur: idque intellexi cum tibi, tum Quinto fratri placere; an abeam ²⁰ Cyzicum. Nunc, Pompei, quoniam nihil impertisti tuæ prudentiæ ad salutem meam, quod aut in me ipso satis esse consilii decreras, aut te nihil plus mihi debere, quam ut præsto esses; quoniamque ego proditus, inductus, conjectus in frandem, omnia mea præsidia neglexi; totam Italiam, in me erectam ad me defendendum, destitui & reliqui; me, meos meis tradidi inimicis, inpestante & tacente te; qui si non plus ingenio valebas quam ego, certe timebas minus: si potes, erige afflictos, & in eo nos iuva: sin omnia sunt obstructa, id ipsum fac ut sciamus: & nos aliquando aut objurgare, aut comiter consolari desine. Ego si tuam fidem accusarem, non me potissimum tuis testis crederem: meam amentiam accuso, quod a te tantum amari, quantum ego vellem, putavi: quod si fuisset, fidem eandem, curam majorem adhibuisses, me certe ad exitium præcipitantem retinuisset; istos labores, quos nunc in naufragis nostris suscipis, non subisses. Quare fac, ut omnia ad me perspecta & explorata perscribas; meque, ut facis, velis esse aliquem; quoniam qui fui, & qui esse potui, jam esse non possum; & ut his literis non te, sed me ipsum a me esse accusatum putes. Si qui erunt, quibus putes opus esse meo nomine literas dari, velim conscribas, curesque dandas. Dat. xiv. Kal. Sept.

²⁰ *Cyzicum*] In Asiam. Quod faciam, sint. Epist. 15. & 16. *Manutius*. De Cyzico nisi mihi tuæ literæ spem aliquam ostende- urbe; vide supra, epist. 13.

CICERO ATTICO SAL.

XVI. TOTUM iter mihi incertum facit expectatio literarum vestrarum Kal. Sext. ¹ datarum, ² non aliud aliquid. Si spes erit, Epirum; sin minus, Cyzicum, aut aliud

¹ *Datarum*] Quas a te, ut opinor, eo die datas, expecto. Et Kal. Sext. scripsisse Atticum putabat; quod, cum ex veteri consuetudine senatus Kalendis haberetur, hæc tamen, senatu dimisso, quid actum esset eo

die de Ciceronis re, scripturas Atticus videbatur. *Manutius*.

² *Non aliud aliquid*] Totum hoc abest a libro m. & recte, ut opinor. *Ursin*. Recte, cur dictum oportuit.

liud quid sequemur. Tuæ quidem literæ, quo sapius a me leguntur, hoc spem faciunt mihi minorem; quod cum ³ lectæ sunt, tum id, quod attulerunt ad spem, infirmant; ut facile appareat, te & consolationi servire, & veritati; idque te rogo plane, ut ad me quæ scis, ut erunt; quæ putabis, ita scribas, ut putabis. Dat. xii. Kal. Sept.

³ *Lectæ*] Mailim sic: *Quod cum lecta sunt*, certi nihil afferent; quorum alterum ad contum *id. . . infirmant*. Ut sit, *Lectæ*, quia spem solationem, alterum ad veritatem. *Idem*. ostenderent meliorum rerum; *infirmitas*, quia

CICERO ATTICO SAL.

XVII. DE Quinto fratre nuntii nobis ¹ tristes, nec varii, venerant ex ante diem Non. Jun. usque ad prid. Kal. Sept. Eo autem die ² Livinejus, ³ M. Reguli libertus, ad me a Regulo missus venit. Is omnino mentionem nullam factam esse nuntiavit: sed fuisse tamen sermonem ⁴ de C. Clodii filio; itque mihi tum a fratre literas attulit. Sed postridie ⁵ Sextii pueri venerunt, qui a te literas attulerunt, non tam exploratas a timore, quam sermo Livineji fuerat. Sane sum in meo infinito mœrore sollicitus, & eo magis, quod Appii ⁶ quæstio est. Cætera, quæ ad me eisdem literis scribis de nostra spe, intelligo esse languidiora, quam alii ostendunt. Ego autem, quoniam non longe ab eo tempore absumus, in quo res dijudicabitur, aut ad te conferam me, aut etiam nunc circum hæc loca commorabor. Scribit ad me fra-

Tom. VIII.

X

ter,

¹ *Tristes*] Nuntiabatur enim, reversum ex Asia provincia reperundarum accusatum iri. Supra, ep. 8. *Manutius*.

² *Livinejus*] De quo Fam. XIII. 60.

³ *M. Reguli*] Reguli prænomen fuit Livius, ut bene monuit docti viri. Vide P. Ursin. comment. de famil. Rom. in familia Livibetis. *Grævius*.

⁴ *De C. Clodii filio*] Accusatorem fore Q. fratris C. Clodii filium, eum, qui postea Milonem accusavit, C. Clodius, Publii fratres, natum. *Manutius*.

⁵ *Sextii*] P. Sextii tribuni plebis designati, pro quo exat oratio. *Idem*.

⁶ *Quæstio*] Publicis iudiciis exercendis, quæ Quæstiones dicebantur, præficiantur quotannis Prætores, qui & Quæstiores inde vocabantur. Cum autem hæc Cicero scriberet, Appius Clodius designatus erat Prætor, ut docet Dio, eique obtigerat, ut hinc con- ficiamus, Quæstio de pecuniis repetundis. Itaque verebatur Cicero, ne valde periculoso esset Q. fratri causam dicere de pecuniis repetundis, quarum audiret eum postulatum iri, Appio Claudio Prætor, qui erat Quæstor, propter ipsum Ciceronem, inimicis simus. *Bayle*.

ter, omnia sua per te unum sustineri. Quid te aut horret? quod facis; aut agam gratias? quod non expectas. Tantum velim, fortuna det nobis potestatem, ut incolumes amore nostro persuamur. Tuas literas semper maxime expecto: in quibus cave vereri, ne aut diligentia tua mihi molesta, aut veritas acerba sit. Dat. prid. Non. Sept.

CICERO ATTICO SAL.

XVIII. **E**XPECTATIONEM nobis non parvam attuleras, cum scripleras Varronem tibi pro amicitia confirmasse, causam nostram Pompejum certe suscepturum: & simul a Casare literas, quas expectaret, remissa essent, ¹ auctorem etiam daturum. Utrum id nihil fuit, an adversatae sunt Caesaris literas? an est aliquid in spe? Etiam illud scripleras, eundem secundum comitia ² dixisse. Fac (si vides quantis in malis jaceam, & si putas esse humanitatis tuae) me fac de tota causa nostra certiore. Nam Quintus frater, homo mirus, qui me tam valde amat, omnia mittit spei plena, in metuens, credo, defectionem animi mei. Tuas autem literas sunt variae. Neque enim me desperare vis, nec temere sperare. Fac obsecro te, ut omnia, quae perspicere a te possunt, sciamus.

¹ *Auctoritas*] Qui referret in Senatu, contempto Clodii legis capite, quo cautum erat ne referri liceret. *Man.* Idem in Pisone. De me senatus ita decrevit, Cui Pompejo auctore & ejus sententia princeps. Ex quo loco videmus ipsum Pompejum fuisse auctorem. Hoc hic promittit, se auctorem daturum,

ut est, iniciturum qui senato perfereret, ut Cicero restitueretur patria & dignitati, sive tunc ipse favorus esset auctor hujus rei, ut fuit, sive alius, cujus opera uteretur. *Grævius.*
² *Dixisse*] Habitis comitis, de me in senatu actum ite. Ep. 13. & 14. *Manut.*

CICERO ATTICO SAL.

XIX. **Q**UOAD ejusmodi mihi literas a vobis afferebantur, ut aliquid ex iis esset expectandum; spe & cupiditate Thessalonicae retentus sum. Postea quam omnis actio hujus anni confecta nobis videbatur, in Asiam ire nolui: quod

& celebritas mihi odio est: & si fieret aliquid a novis magistratibus, abesse longe volebam. Itaque in Epirum ad te statui me conferre; non quo mea interesset loci natura, qui lucem omnino fugerem; sed & ad salutem liberrissime ¹ ex tuo portu proficiscar: & si ea praecisa erit, nusquam facilius hanc miseriam vitam vel sustentabo, vel quod multo est melius, abjecero. Ero cum paucis, multitudinem dimittam. Me tuae literas nunquam in tantam spem adduxerunt, quantam aliorum: attamen mea spes etiam tenuior semper fuit, quam tuae literas. Sed tamen quoniam coeptum est, age quoquo modo coeptum est, & quacunque de causa, non deseram neque optimi atque unici fratris miseras ac luctuosas preces; nec Sextii caterorumque promissa; nec spem arumnosissimae mulieris Terentiae; nec miseriam mulieris Tulliolae obsecrationem, & fideles literas tuas. Mihi Epirus aut iter ad salutem dabit, ² aut, quod scripsi supra. Te oro & obsecro, T. Pomponi, si me omnibus amplissimis, carissimis, jucundissimisque rebus perfidia hominum spoliatum; si me a meis consiliariis proditum & projectum vides; si intelligis me coactum ut ipse me, & meos perderem, ut me tua misericordia juves, & Quintum fratrem, qui potest esse salvus, sustentens: Terentiam, liberosque meos tuare; me, si putas te istuc visurum, expectes; si minus, invisas, si potes, mihique ex agro tuo tantum assignes, ³ quantum meo corpore occupari potest; & pueros ad me cum literis quamprimum, & quam sapissime mittas. Dat. xvi. Kal. Octob.

¹ *Ex tuo portu*] Non accipio *verborum* didum, sed revera ex portu: ut sic, ex quo vis portu liberate ad salutem, ex tuo liberatissimo proficiscar. Ex tuo autem, ex quo tu solvis, cum in Italiam a tuis possessionibus redis. *Manutius.*

² *Aut, quod scripsi supra*] Aut nusquam facilius hanc miseriam vitam vel sustentabo, vel, quod melius est, abjecero. *Idem.*
³ *Quantum*] Cum vitam abjecero. Sic interpretatur *Mongaultus* noher.

CICERO S. D. ¹ Q. CÆCILIO Q. F. POMPONIANO ATTIC.

XX. **Q**UOD ² quidem ita esse, & ³ avunculum tuum summum esse officio, vehementissime probō: gaudere me tum dicam, si mihi hoc verbo licebit uti. Me miserum, quam omnia essent ex sententia, si nobis animus, si consilium, si fides eorum, quibus credidimus, non defuisset: quæ colligere nolo, ne augeam metum. Sed tibi venire in mentem certe scio, quæ vita esset nostra, quæ suavitas, quæ dignitas. Ad quæ recuperanda ⁴ per fortunas incumbe, ut facis, diemque natalem reditus mei cura ut in tuis ⁵ ædibus amoenissimis agam tecum, & cum meis. Ego huic spei & expectationi, quæ nobis ⁶ proponitur, maxime tamen volui præsolari apud te in Epiro: sed ita ad me scribitur, ut putem esse commodius nos eisdem in locis esse. De domo & ⁷ Curionis oratione, ut scribis, ita est. In universa salute, si ea modo nobis restituerit, inerunt omnia; ex quibus nihil malo, quam domum. Sed tibi nihil mando nominatim: totum me tuo amori, fideique commendo. Quod te in tanta hereditate ab omni occupatione expedisti, valde mihi gratum est.

¹ Q. Cæcilio Q. F. Pomponiano Attico] T. Pomponio Attico, qui a Q. Cæcilio, avunculo suo, testamento adoptatus, heretique factus, Q. Cæcilius Q. F. Pomponianus Atticus appellabatur, veteris prænomine omisso, nomine ita consecrato, ut in suis delinere, cognomine eodem: ex usitata adoptionum formula. Man.

² Quod quidem ita esse] Epistolam cum præscriptione conjungit, ut ep. ult. lib. I. Fam. Corradus.

³ Avunculum] Q. Cæcilius, de quo ep. 2. lib. I. te adoptasse & heredem scivisse. Idem.

⁴ Per fortunas] Genus oblationis, quod usurpamus in re misera, nec unquam sine dolore. Per fortunas miseres nostros, quibus peritum perditum perditum: in epistola ad Terentiam. Per fortunas tuas, dixit Cælius, per libros; Cicero, te ora, & absce, ut quid gratius de salute, & incolumitate tua scribas. Manutius.

⁵ Ædibus] Ab avunculo relictis.

⁶ Proponitur, maxime tamen] Melius fortasse legeret: proponitur maxime, tamen. Corrad. Illud tamen quo pertinet nemo dixerit, & plane id respicit Latine: linguae, imo cum tum linguarum usus & ratio. Quid mihi accuratius hoc pendenti in mentem venit aperiam doctis hominibus: illi judicent recte viderim, an secus. Cicero enim nimirum scripsisse: Ego huic spei & expectationi, quæ nobis proponitur cum maxime, volui præsolari apud te in Epiro. Cum maxime Cicero est in presenti tempore, in presentia. Orat. de Harusp. resp. cap. 15. Verum tamen antiquus negligimus: etiamne ea negligamus, quæ sunt cum maxime? Grævius.

⁷ Curionis oratione] Quia Clodius libertatis domum Libertati consecraverat, Ideo Atticus cum Curione, qui pontifex erat, sermonem habuerat de domo liberanda. Manutius.

est. Quod facultates tuas ad meam salutem polliceris, ut omnibus rebus a te præter cæteros juver, id quantum sit præsidium video: intelligoque te multas partes meæ salutis & suscipere, & posse sustinere: neque, ut ita facias, rogandum esse. Quod me veras quicquam suspicari accidisse ad animum tuum, quod ⁸ secus a me erga te commissum, aut prætermisum videretur, geram tibi morem, & liberabor ista cura: tibi tamen eo plus debebo, quo tua in me humanitas fuerit excellior, quam in te mea. Velim, quid videas, quid intelligas, quid agatur ad me scribas: ⁹ tuosque omnes ad nostram salutem adhortere. ¹⁰ Rogatio Sextii ¹¹ neque dignitatis satis habet, nec cautionis. Nam & nominatim ferre oportet, & ¹² de bonis diligentius scribi: & id animadvertas velim. Dat. IV. Non. Octob. Theſſalonica.

⁸ Secus a me erga te] Responderet Atticus ad id, quod Cicero scripsit, Meo officio & studio parum ante suaverat. Ep. 15. Idem.

⁹ Tuosque omnes] Legi, tuosque, non tuosque ad nosse &c. Manutius.

¹⁰ Rogatio Sextii] Sextius tribunus ple-

his designatus rogationem scripserat de Cicerone restituendo; quam deinde in magistratu ferret. Eam rogationem Atticus ad Ciceroem miserat. Manutius.

¹¹ Neque dignitatis] Cum de me nominatim non ferat. Idem.

¹² De bonis] A Clodio publicatis. Corradus.

CICERO ATTICO SAL.

XXI. **T**RIGINTA dies erant ¹ ipsi, cum has dabam literas, per quos nullas a vobis acceperam. Mihi autem erat in animo jam, ut antea ad te scripsi, ire in Epirum, & ibi omnem casum potissimum expectare. Te oro, ut, si quid erit, quod perisicias quamcunque in partem, quam planissime ad me scribas: & meo nomine, ut scribis, literas, quibus putabis opus esse, ut des. Dat. v. Kal. ² Novemb.

¹ Ipsi] Integri. Locutio antiquis scriptoribus usitata. Ego, inquit in epistola ad Cælium, cum abeatis decem ipsis dies fuisset.

Manutius.

² Novemb.] Addit in veteri libro, Theſſalonica. Botius Bolognianus.

CICERO ATTICO SAL.

XXII. **E**TSI diligenter ad me Quintus frater, ¹ & Piso, quæ essent acta, scripserant: tamen vellem tua te occupatio non impedisset, quo minus, ut consuevi, ad me quid ageretur, & quid intelligeres, perscriberes. Me adhuc Plancius liberalitate sua ² retinet, jam aliquoties conatum ire in Epirum. Spes homini est injecta, non eadem quæ mihi, posse nos una ³ decedere: quam rem sibi magno honori sperat fore. Sed jam, cum adventare ⁴ milites ⁵ dicentur, faciendum nobis erit ut ab eo discedamus. Quod cum facimus, ad te statim mittemus, ut scias ubi simus. ⁶ Lentulus suo in nos officio, quod & re, & promissis, & literis declarat, spem nobis nonnullam assertor Pompeji voluntatis. Sæpe enim tu ad me scripsisti, eum rotum esse ⁷ in illius potestate. De ⁸ Metello scripsit ad me frater, quantum speraret, ⁹ profectum esse per te. Mi Pomponi, pugna ut tecum & cum meis mihi liceat vivere, & scribe ad me omnia. Pre-mor cum lustu, tum desiderio rerum omnium, quæ mihi me cariores semper fuerant. Cura ut valeas.

Ego, quod per Thessaliam si irem in Epirum, perdit nihil eram auditurus, & quod mei studiosos habeo Dyrrachinos, ad eos petrexi, cum illa superiora Thessalonice scripsissem. Inde cum ad te me convertam, faciam ut scias: tuque ad me velim omnia quam diligentissime, cuiusmodi sunt, scribas. Ego jam aut rem, aut ne spem quidem expecto. Dat. vi. Kalend. Decemb. Dyrrachii.

CI-

¹ *Piso*] C. Piso Frugi, Tullialis vir. Ep.

² *lib. l. Manuina*.

³ *Decedere*] Thessalonice. *Idem*.

⁴ *Retinet*] Quæstor etiam erat Plancius in Macedonia, prætor L. Appulejo. In oratione pro Plancio. *Idem*.

⁵ *Militer*] Quos L. Piso præconful, L. Appulejo prætoris Macedoniae succedurus, præmiserat. Ab his autem ideo timebat, quod sibi Pisonem inimicissimum cognoverat, ut pote cuius in consiliata a Clodio pulsus esset. *Idem*.

⁶ *Dicentur*] Facerni liber, dicentur. Malaspina, dicuntur. Grævus, dicuntur.

⁷ *Lentulus*] Consul designatus cum Metello Nepote. Fam. lib. l. *Idem*.

⁸ *In illius potestate*] Quia debebat Lentulo Pompejus. Vide ep. ad Lentulum, lib. l. Fam. *Idem*.

⁹ *Metello*] Nepote, consule designato, fratre P. Clodii. *Idem*.

Profectum] Profectum est in antiquo pro profectum. Urinius, Scribendum esse profectum, censuit etiam Mælius. Grævo.

CICERO ATTICO SAL.

XXIII. **A**NTE d. v. Kal. Decemb. tres epistolas a te accepi; unam datam a. d. VIII Kal. Novemb. in qua me hortaris, ut forti animo mensum ¹ Januarium expectem: eaque, quæ ad spem putas pertinere, de Lentuli studio, de Metelli ² voluntate, de tota Pompeji ratione, perscribis. In altera epistola præter consuetudinem tuam diem non adscribis: sed satis significas tempus: lege enim ³ ab octo Tribunis plebis ⁴ promulgata, scribis te eas literas eo ipso die dedisse, id est a. d. iv. Kal. Novemb. & quid putet ⁵ utilitatis eam promulgationem attulisse scribis. In quo si etiam nostra salus ⁶ cum hac lege desperata erit, velim pro tuo in me amore hanc inanem meam diligentiam, miserabilem potius, quam ineptam putes: sin est aliquid spei, des operam ut majore diligentia posthac ⁷ a novis magistratibus defendamur. Nam ea veterum Tribunorum plebis rogatio tria capita habuit; unum de reditu meo, scriptum incaute. Nihil enim restituitur, præter civitatem, & ⁸ ordinem: quod mihi pro meo casu satis est. Sed quæ ⁹ cavenda fuerint, & quo modo, te non fugit. Alterum caput est ¹⁰ tra-

¹ *Januarius*] Cujus mensis die primo novæ magistratum intiri erant.

² *Voluntate*] A Cicerone non amplius aliena. Manuina.

³ *Ab octo*] Collegis Clodii: veteres enim tribunos plebis intelligit, ut ipse paulo post declarat. *Idem*.

⁴ *Promulgata*] De reditu Ciceronis: quæ tamen lata non est, duobus reliquis tribunis intercedentibus, P. Clodio, & M. Ligure. *Idem*.

⁵ *Utilitatis*] Etiam si lex lata non sit, hæc tamen octo tribunorum promulgatio hoc attulit utilitatis, quod mox a novis tribunibus quippe cum intelligente, Clodiana potentie nervos jam esse magna ex parte praecisos, quando de reditu Ciceronis promulgavit octo tribuni plebis, quorum nemo magistratus initio, promulgante Clodio legem in Ciceronem, ausus erat intercedere. Hoc utilitatis putabat Atticus eam promul-

gationem attulisse. *Idem*.

⁶ *Cum hac lege*] Quæ desperata erat, cum intercessissent duo tribuni plebis Clodius, & M. Ligures. *Idem*.

⁷ *A nostris*] Rectius legeretur, *A novis*. Sequitur enim *antiquorum, Veterum, Et, Novis*, pro designatis acceper. *Act. Nostris*, nostram causam adjuvantibus. *Idem*.

⁸ *Ordinem*] Senatorium; quem, qui legibus efficitur, cum civitate simul amittunt. Sibi tamen exceptum lege Clodia non est, in Oracione pro Domo probat. *Idem*.

⁹ *Cavenda*] Cavendum autem fuerat de domo, & de bonis. Quod tribuni plebis in lege omiserant. *Idem*.

¹⁰ *Tralatum de impunitate*] Quæcumque lata unquam lex fuit, in ea hoc scriptum est, ut, si quis ejus legis causa contra alias leges factum esse, id latiori impune esse. Hæc autem, *Tralatum*, ut statum, aliunde trahatur. *Idem*.

tralaticium de impunitate, si quid contra alias leges ejus legis ergo factum sit. Tertium caput, mi Pomponi, quo consilio, & a quo sit inculcatum vide. Scis enim Clodium fanxisse, ut vix, aut omnino non posset nec per Senatum, nec per populum infirmari sua lex. Sed vides nunquam esse observatas sanctiones earum legum, quæ abrogarentur. Nam si id esset, nulla fere abrogari posset: neque enim ulla est, quæ non ipsa se sepiat difficultate abrogationis: sed, cum lex abrogatur, illud ipsum abrogatur, quo non eam abrogari oporteat. Hoc cum revera ita sit; cum semper ita habitum observatumque sit, octo nostri Tribuni plebis caput posuerunt hoc: si quid in hac rogatione scriptum est, quod per leges, plebisve scitum, hoc est, quod per legem Clodiam, promulgare, abrogare, derogare, obrogare S. F. sua non liceat, non licebit; quodve ei qui promulgavit, abrogavit, derogavit, obrogavit, ob eam rem poena mulæve sit, E. H. L. N. R. Atque hoc in illis Tribunis plebis non ladebat. Lege enim collegii sui non tenebantur: quo major est suspicio malitiæ alicujus, cum id, quod ad ipsos nihil pertinebat, erat autem contra me, scripserunt: ut novi Tribuni plebis si essent timidiore, multo magis sibi eo capite utendum putarent. Neque id a Clodio prætermisum est. Dixit enim in concione

a. d.

11 A quo] Ex octo tribunis plebis quis caput hoc inculcaverit. Idem.

12 Aut omnino] Lege, aut, ut omnino &c. Bofius Helveticus.

13 Cuius revera] Lege, cum & re vera ita sit, & cum semper &c. Idem.

14 Hoc est quod per legem Clodiam] Hæc verba a cæteris apicium varietate distinguentia, quod Ciceronis hoc glossena, quod ille de suo ad Tribunitiam rogationis contextum addidit, inconsideratam Tribunitium recordinam videns, qui menti propoliticque, quod in animo habebat, respiciens caput adscripsit, quo lex Clodia in ipsa excipiebatur: qua salva manente Cicerone ab exitu recitari non poterat, ac proinde ut effectum haberet rogatio, & res ad exitum perduceretur, ei legi nominatim derogari, obrogari, abrogari necesse erat. Briffonius.

15 S. F.] Sine fraude, hoc est, sine dano. Quod sequitur, E. H. L. N. R. hoc est,

Ejus hæc lege nihil rogatur. Vide Briffonius de Foranite.

16 Hoc in illis] In veteribus tribunis plebis quod Clodium in sua lege posuerat, ut ei poena esset constituta, qui promulgasset, abrogasset, derogasset, qui promulgasset non tenebantur: sequidem tribuni plebis si quam quis ex collegio suo legem tulisset, & a lege soluti erant. Itaque, cum hoc tertium caput, de vitanda legis Clodia sanxisset, qui ipsi non tenebantur, sine causa posuerunt: vobis, inquit, ex octo tribunis plebis me quis malitiose fecerit, ut deinde noverent, multo magis eo capite sibi utendum putarent, quo usus viderent eos, qui tamen Clodia lege non tenebantur. Neque vero necessarium videbatur, cum lex abrogaretur, ab iis sanctionibus, quæ in ea lege essent, cavere. Abrogata enim lege, sanctiones non observantur. Manutius.

a. d. 111. Non. Nov. hoc capite designatis Tribunis præscriptum esse quid liceret: tamen in lege nulla esse ejusmodi caput, te non fallit. Quod si opus esset, omnes in abrogando uterentur. Ut Ninnium, aut cæteros fugerit in vestiges velim: & quis attulerit; & quare octo Tribuni plebis ad Senatum de me referre non dubitarint; sive quod observandum illud caput non putabant, iidem in abrogando tam cauti fuerint, ut id metuerent, soluti cum essent; quod ne iis quidem, qui lege tenentur, est curandum. Id caput sane nolim novos Tribunos plebis ferre: sed perferant modo quid libet: uno capite, quo revocabor, (modo res conficiatur) ero contentus. Jam dudum pudet tam multa scribere. Vereor enim, ne re jam desperata legas; ut hæc mea diligentia miserabilis tibi, aliis irridenda videatur. Sed si est aliquid in spe, vide legem, quam T. Fadio scriptam Visellius: ea mihi perplacet. Nam Sextii nostri, quam tu tibi probari scribis, mihi non placet. Tertia est epistola prid. Id. Novemb. data: in qua exponis prudenter & diligenter, quæ sint, quæ rem distingere videantur, de Crasso, de Pompejo, de cæteris. Quare oro te, ut, si qua spes erit posse studiis bonorum, auctoritate, multitudine comparata rem confici, des operam ut uno impetu perfringatur; in

Tom. VIII.

Y

eam

17 Eiusmodi caput] Nemo enim sibi cavendum putavit a sanctione legis, quam abrogaret. Neque opus est: nam si esset, omnino in abroganda lege ejusmodi capite sibi cavere. Idem.

18 Investigat] Investiga, inquit, ejus capitis addendi quæ fuerit auctor. & quare octo tribuni plebis ad senatum de me referre non dubitarint. Si enim idcirco non dubitarunt, quod observandum illud caput non putabant, quo Clodium sanxerat, ne de me referri, neve dici liceret: siidem postea tam cauti esse voluerunt, ut caput illud, quod ad senatum referentes non observarent, in abroganda lege Clodia metuerent? Idem.

19 Sive quod] Locus corruptus. Legendum putat, si qui, Corradus: si enim, quod, Manutius: sive quod, Bofius: sique observandum, Grævius.

20 Soluti cum esset] Quis lege collegii sui non tenebantur. Manutius.

21 T. Fadio] Quam T. Fadius tribunus plebis designatus anno sequenti de Cicerone ferret. De hoc in oratione post reditum in senatu, & lib. 21. ad Q. fratrem. Idem.

22 Visellius] Jurisconsultus, Ciceronis confobrius, de quo in Bruto. Idem.

23 Multitudinis comparata] Ut ex cunctis fere Italia Romanis consentiret ad diem rogationis ferenda. Idem.

24 Perfringatur] Hæret hic oratio, nec est dictum de illa re, quæ perfringi posset. Hinc Manutius & M. Brutus ediderunt, perfringatur, subintelligentes, ea quæ distinent. Sed contra librorum, ut puto, fidem, ex sola conjectura. In Helmslad. est perfringatur. Immutata una littera scribens: Ut uno impetu perfringatur. Quæ est peris omnia remaneant quæ nunc morantur nostra verba & desideria. Grævius.

eam rem incumbas, ceterosque excites. Sin, ut ego perspicio cum tua conjectura, tum etiam mea, spei nihil est; oro obtestorque te, ut Quintum fratrem ames, quem ego miserum misere perdidisti; neve quid cum patiari gravius consuleres de se, quam expediat fororis tuæ filio; meum Cicero- nem, cui nihil misello relinquo præter invidiam & ignominiam nominis mei, tuare quoad poteris; Terentiam, unam omnium ærummosissimam, sustentens tuis officiis. Ego in Epituro proficiscar, cum ²² primorum dierum nuntios excepero. Tu ad me velim proximis literis, ut se initia dederint, per- scribas. Dat. prid. Kal. Decemb.

²⁵ *Primum dierum*] Post initum a tribunis plebis magistratum: quod xv. id. Decembris fiebat. *Manutius.*

CICERO ATTICO SAL.

XXIV. ANTEA cum ad me scripseris, ¹ vestro consensu Consul provincias ² ornatas esse: etsi verbar quorsum id casurum esset, tamen sperabam vos aliquid aliquando vidisse prudentius: posteaquam mihi & dictum est & scriptum, vehementer consilium vestrum reprehendi, sum graviter commotus; quod illa ipsa spes exigua, quæ erat, ³ videtur esse sublata. Nam si Tribuni plebis nobis succentent, quæ potest spes esse? Ac videntur jure succentent: cum ⁴ expertes consilii fuerint, qui causam nostram susceperant; & ⁵ nostra concessione omnem vim sui juris amiserint: præ-

¹ *Vestra consensu*] Consensus, ut senatus provincias decerneret consiliis designatis Lentulo, & Metello; quam rem novi tribuni plebis usque differri volebant, dum ipsi magistratum impederent: non ut consilium impederent, sed ut non impedirent, et quasi beneficio consules ad nostram causam adjuvarent. *Manutius.*

² *Ornatas*] Verbum est sæpe de provinciis usurpatum ab antiquis scriptoribus. Quod ita accipio, ut cum ipsis provinciis simul decernerentur ea res, quæ provinciis administrandis necessaria putarentur, ut militæ, pecunia, & similia. Sic *Ornate*

classen in oratione pro Lege Manilia, pro inducere ornate provinciam lege curiata, quorum rectoribus imperium, exercitus, stipendium, legati dabantur. Sed lege curiata non omnes habent in provinciis, ideoque non omnes publico sumptu. Epist. 9. l. 1. Fam. *Idem.*

³ *Videntur*] *Videntur*. Bonus *Baluzian.*

⁴ *Expertes consilii*] Hoc enim sine eorum consilio fecerunt. *Manutius.*

⁵ *Nostra concessione*] Nisi enim concessum a nobis esset, ut a senatu consularibus provinciæ ornarentur, dilata res a veteribus tribunis plebis ad novos devenisset. Quæ cum nostra

con-

fertim cum ita dicant, se nostra causa voluisse suam potestatem esse de Consulibus ⁶ ornandis, non ut eos impedirent, sed ut ad nostram causam ⁷ adjuvarent. Nunc si Consules a nobis alieniores esse velint, posse id ⁸ libere facere; sin velent nostra causa, ⁹ nihil posse ¹⁰ se invitis. Nam quod scribis; ni ita nobis placuisset, illos hoc idem per populum affecturos fuisse; invitis Tribunis plebis fieri ¹¹ nullo modo potuit. Ita vereor, ne & studia Tribunorum amiserimus: & si studia maneat, vinculum illud adjungendorum Consulum amissum sit. Accedit aliud non parvum incommodum, quod gravis illa opinio, ut quidem ad nos perferebatur, Senaturn ¹² nihil decernere antequam de nobis actum esset, amissa est; præsertim ¹³ in ea causa, quæ non modo necessaria non fuit, sed etiam inusitata, ac nova. Neque enim unquam arbitror ornatas esse provincias designatorum: ut, cum in hoc illa constantia, quæ erat mea causa suscepta, imminuta sit, ¹⁴ nihil jam possit non decerni. Jam his, ¹⁵ ad quos relatum est, amicis placuisse, non mirum sit. Erat enim difficile reperire, qui contra tanta commoda duorum consulum palam sententiam diceret. Fuit omnino difficile non obsequi vel amicis-

Y 2 mo

concessione ante confecta sit, quam ingressi magistratum sui juris vi, & potestate sibi tribunos omnia nostra causa fecissent, si de nobis prius in senatu, quam de provinciis, ageretur. Nunc video vestro consensu factum esse, prius ut ageretur de provinciis. Ita neque jam consules tenemus: quibus, nulla nunc necessitate obstrictis, liberum est quicquid volunt; & tribunos plebis, cum jure succentent possint, vereor ne amiserimus. *Idem.*

⁶ *Ornandis*] Sic *ornate Provincie*, Epist. 3. lib. 2. ad Q. fr. sic *magistratus omnes*, Liv. lib. XLII. sic *decernunt*, Orat. 1. contra Rull. & quibus ornarentur rebus. Consules autem erant P. Leptulus, & Q. Metellus Nepos. *Corradus.*

⁷ *Adjuvarent*] Beneficio non impediendi. *Manutius.*

⁸ *Libere facere*] Quia nihil amplius a nobis expectent; cum jam sui voti compotes facti sint, provincias per senatum affecturi. *Idem.*

⁹ *Nihil posse*] Nihil enim ipsi per se consules possent, cum penes tribunos plebis sit intercedendi potestas. *Idem.*

¹⁰ *Se invitis*] Ipsi tribunis plebis qui causam habent, cur nobis succentent. *Idem.*

¹¹ *Nullo modo*] Quia tribunis plebis cum lex de provinciis consularibus ad populum

ferretur, intercedere potuissent. Quo metu consules ad conciliandos sibi tribunos omnia nostra causa fecissent, si de nobis prius in senatu, quam de provinciis, ageretur. Nunc video vestro consensu factum esse, prius ut ageretur de provinciis. Ita neque jam consules tenemus: quibus, nulla nunc necessitate obstrictis, liberum est quicquid volunt; & tribunos plebis, cum jure succentent possint, vereor ne amiserimus. *Idem.*

¹² *Nihil decernere*] Nam quæcumque de re Conf. verbum facere cogerunt, aut referre ad Senaturn, cunctis ordo reclamatur. Ostenditque nihil eos esse acturos, nisi prius de me referant. *Orat. in Pif. post. vel. in Senat. & pro Sext. Corradus.*

¹³ *Præsertim in ea causa*] De ornandis provinciis. *Idem.*

¹⁴ *Nihil jam posse non decerni*] Jam nihil erit, quod nostra causa non anteposatur. *Manutius.*

¹⁵ *Ad quos relatum est*] Quos hac de re consultos a nobis esse scribis. *Idem.*

mo homini Lentulo, vel Metello, qui ¹⁶ simultatem humanissime deponeret. Sed vereor ¹⁷ ne hos tamen tenere potuerimus, Tribunus plebis amiserimus. Hæc res quemadmodum ceciderit, & tora res quo loco sit, velim ad me scribas; & ita ut instituisti: nam ista veritas, etiam si jucunda non est, mihi tamen grata est. Dat. 1v. Id. Decemb.

¹⁶ Simultatem humanissime deponere] In tribunatu susceptam, ep. 1. lib. 5. Fam. Deposuit autem eam in templo Jovis; permotus cum Senatus auctoritate, tum P. Servilii gravitate dicendi. *Orat. de Provinciis, Conf. in P. Cl. & post. in S. Scaur. Corrad.*

¹⁷ Ne hos tamen] Legendum; ne hos cum tunc potuerimus; Sc. Metellus.

CICERO ATTICO SAL.

XXV. **P**OST tuum a me discessum literæ mihi Roma allatæ sunt, ex quibus perspicio nobis in hac calamitate tabescendum esse: neque enim, (sed bonam in partem accipies) si ulla spes salutis nostræ subesset, tu pro tuo amore in me hoc tempore discessisses. Sed ne ingrati, aut ne omnia velle nobiscum una interire videamur, hoc omitto: illud abs te peto, des operam, id quod mihi affirmasti, ut te ante Kal. Jan. ubicunque erimus, sistas.

CICERO ATTICO SAL.

XXVI. **L**ITERÆ mihi a Quinto fratre cum senatus-consulto, quod ¹ de me est factum, allatæ sunt. Mihi in animo est ² legum lationem expectare; & ³ si obrectabitur, utar ⁴ auctoritate Senatus, & potius vita, quam patria carebo. Tu, quæso, festina ad nos venire.

¹ De me] In patriam revocando. *Man.*
² Legum] In eo enim senatus-consulto scriptum erat, non solum ut lex de Cicero, sed ut aliæ item leges aliis de rebus eodem tempore ferrentur. *Idem.*
³ Si obrectabitur] Si quis tribunus plebis legum lationem impediet. *Idem.*


⁴ Auctoritate Senatus] In patriam redibo; etiam si mihi ob eam rem dimittatur cum inimicis impediatur. *Legis tamen la-*

tionem expectavit: rediit enim non ante pridie nonis Sept. *Idem.* *Uti auctoritate Senatus dicebantur, qui eam suscipiebant senatus probatam & placitam; et de ea, ob intercessionem Tribunorum & alia impedimenta, senatus-consultum solenne fieri, & legitimum non potuisset; contempto periculo, quod propterea metuendum esset. Livius, IV. 57; ubi videndus Sigonius. J. F. Gronovius.*

CICE-

CICERO ATTICO SAL.

XXVII. **E**X tuis literis, & ex re ipsa nos funditus perisse video. Te oro ut, quibus in rebus mei tui indigeant, nostris miseriis ne desis. Ego te, ut scribis, cito video.



UNIVERSIDAD DE BURGOS ROMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCION GENERAL DE BIBLIOTECAS

EPI-

EPISTOLARUM
AD ATTICUM

LIBER IV.
CICERO ATTICO SAL.

CUM primum Romam veni, fuitque, cui re-
cte ad te literas darem, nihil prius facien-
dum mihi putavi, quam ut tibi absentem de
reditu nostro gratularer. Cognoram enim,
(ut vere scribam) te in consiliis mihi dan-
dis nec fortiozem, nec prudentiozem, quam
me ipsum: nec etiam pro praterita mea in te observantia
nimium in custodia salutis meae diligentem: eundemque te,
qui primis temporibus erroris nostri, aut potius furoris parti-
ceps, & falsi timoris focus fuisses, acerbissime discidium nos-
trum tulisse, plurimumque operæ, studii, diligentiae, labo-
ris ad conficiendum reditum meum contulisse. Ita que hoc ti-
bi vere affirmo, in maxima lætitiâ, & exoptatissima gratu-
latione unum ad cumulandum gaudium conspectum, aut po-
tius complexum mihi tuum defuisse; quem semel nactus nun-
quam dimisero: ac, nisi etiam pratermissos fructus tuæ su-
avitatis prateriti temporis omnes exegero, profecto hac resti-
tutione fortunæ me ipse non satis dignum iudicabo. Nos
adhuc in nostro statu, quod difficillime recuperari posse arbi-
trati sumus, splendorem nostrum illum forensis, & in Se-
nato auctoritatem, & apud viros bonos gratiam magis,
quam

¹ Eundemque te] Qui non satis diligens
in meæ salutis custodia fuisses, primisque
temporibus, potius, ut in exilium abirem,
quam civilem seditionem excitarem, conser-
tatus esses, quod id mihi duceres præstare,
eodem scilicet, quo ego, errore inductus,
idem tamen postea nostrum discidium acerbis-
sime terrens, ad reditum mihi omnia tua

studia contulisti. *Mansuetus.*

² *Triennio*] Victor. Manut. Lamb. *trimo-
nio*. Scilicet, brevi mo rediturum: qui per
sexdecim menses exilium petuli.

³ *Magis, quam optaramus*] Neque enim
optandum putabamus, quod sperandum non
videretur. *Mansuetus.*

quam optaramus, consecuti sumus. In re autem familiari,
quæ quemadmodum fracta, dissipata, direpta sit non ignoras,
valde laboramus: tuarumque non tam facultatum, quas ego
nostras esse iudico, quam consiliorum ad colligendas & con-
stituendas reliquias nostras, indigemus. Nunc, etsi omnia aut
scripta esse a tuis arbitror, aut etiam nuntiis ac rumore per-
lata, tamen ea ⁴ inscribam brevi, quæ te puto potissimum
ex meis literis velle cognoscere. Pridie Nonas Sext. Dyrra-
chio sum profectus, ipso illo die, quo lex est lata de nobis.
Brundisium veni Nonis Sext. Ibi mihi Tulliola mea fuit præ-
sto, natali suo ipso die, qui casu idem natalis erat & ⁵
Brundisinae coloniae, & tuæ vicinæ Salutis. Quæ res animad-
versa a multitudine, summa Brundisinarum gratulatione ce-
lebrata est. Ante diem VI. Id. Sext. cognovi, cum Brundisii
essem, literis Quinti fratris, mirifico studio omnium ætatum
atque ordinum, incredibili concursu Italiae, legem ⁶ comitiis
centuriatis esse perlatam. Inde a Brundisinis honestissimis or-
natus, iter ita feci, ut undique ad me cum gratulatione le-
gati convenerint. Ad urbem ita veni, ut nemo ullius ordi-
nis homo nomenclatori notus fuerit, qui mihi obviam non
venerit, præter eos inimicos, quibus ⁷ id ipsum non liceret
aut dissimulare, aut negare. Cum venissem ad portam Cape-
nam, gradus temporum ab infima plebe completi erant: a
qua plausu maximo cum esset mihi gratulatio significata, si-
milis & frequentia, & plausus me usque ad Capitolium cele-
bravit: in foroque, & in ipso Capitolio miranda multitudo
fuit. Postridie in Senatu, qui fuit dies Non. Septembris, Se-
natui gratias egimus. Eo biduo cum esset annonæ summa ca-
ritas,

⁴ *Inscribam*] In his literis. Sic Horatius,
Inscribam nones in ædibus. Idem. Legendum,
scribam. Muretus.

⁵ *Brundisinae coloniae*] Dies erat idem,
quo & Brundisium deducta colonia fuerat,
& Salutis ædes in Quirinali colle dedicata.

Quam ideo vocat Attici vicinam, quod in
eodem colle & Salutis templum erat, & Atti-
cius habitabat. Patet ex libello P. Victoris
de regionibus urbium Romæ, & ex Nepote in

Attici vita. *Manut.* Vide Orat. *pro Sext. 63.*

⁶ *Comitiis centuriatis*] Comitia centuriata
erant, cum populus non fuisset in tribus
convocatus, sed censu, ordinibus, ætatibus
descriptus, suffragium, nec nisi singulis de
rebus, ferebat: ideo centuriatis comitiis con-
sules creabantur, & Cicero ab exilio revo-
catus. *Idem.*

⁷ *Id ipsum*] Hoc videlicet, mihi eos
esse inimicos. *Idem.*

ritas, & homines⁸ ad theatrum primo; deinde ad Senatum concurrissent impulsu Clodii; mea opera⁹ frumenti inopiam esse clamarent; cum per eos dies Senatus de annona haberetur; & ad ejus procuracionem sermone non solum plebis, verum etiam bonorum Pompejus vocaretur; idque ipse cupe- ret; multitudoque a me nominatim ut id decernerem postu- laret; feci, & accurate sententiam dixi, cum abessent Con- sulares, quod tuto se negarent posse sententiam dicere, præ- ter Messiam & Afranium. Factum est senatus-consultum in meam sententiam, ut cum Pompejo ageretur, ut eam rem susciperet, lexque ferretur: quo senatus-consulto recitato, cum continuo populus, more hoc insulso & novo, plausum, ¹⁰ meo nomine recitando, dedisset, ¹¹ habui concionem: om- nes magistratus presentes, præter unum Prætorem, & duos Tribunos plebis ¹² dederunt. Postridie Senatus frequens, & omnes Consulares nihil Pompejo postulanti negarunt. Ille le- gatus quindecim cum postularet, me principem nominavit; & ad omnia me alterum se fore dixit. Legem ¹³ Consules conscripserunt, qua Pompejo per quinquennium omnis potes- tas rei frumentariæ toto orbe terrarum daretur: alteram ¹⁴ Messius, qui omnis pecunia dat potestatem, & adjungit clas- sem & exercitum, & majus imperium in provinciis, quam sit

⁸ Ad theatrum] Pædiani verba sunt in Miloniana: L. Cassius Rufus prætor fuit Lentini Spretor. Q. Metello Nepote Cos. quo anno Ciceroni restitutus est. In eorum sacris ludis Apollinariæ, ita infusa casta multitu- do annua civitas tumultuata est, ut omnes, qui in theatro spectandi gratia confederant, perirentur. Idem.

⁹ Frumenti inopiam] Vide lib. 2. ad Q. Fintr. ep. 3.

¹⁰ Meo nomine recitando] Cum meum no- men recitaretur. Post senatus-consultum, ejus nomen recitabatur, cujus in sententiam factum esset. Idem.

¹¹ Habui concionem] Videtur esse oratio, que extat, post reditum ad Quirites. Quod si ita est, præpositum factum ab his, qui eam ante orationem in senatu habitum colloca- runt: cum patet ex hac epistola, non fuisse collocandam. Idem. Non illam oratio- nem, que extat post reditum ad Quirites,

sed diversam. Hac enim habita est de cari- tate frumenti: in illa de ea re tenuis est mentio, & ea, que ostendit potius vitia- tam fuisse: & verisimile videtur, Ciceroni- nem, si minus antequam Senatui gratias ager- et, certe non post aliquot dies illam ha- buisse, sed statim, cum Senatui gratias epist- fet: ut aliis conjecturas mittam. Corradus.

¹² Dederunt] Concionem. Nam concio- nari privato non licebat: nisi magistratus curialis, aut Tribunos plebis concionem da- ret. Prætorem autem, qui concionem non dedit, intellige Ap. Clodium, P. Clodii fra- trem: Tribunos plebis Sex. Attilium Serranum, & Numerium Quintium, de quibus in oratione pro Sexio, & Pædianus in Pilo- nem. Manutius.

¹³ Consules] P. Lentulus, Q. Metellus Nep.

¹⁴ Messius] Tribunos plebis, de quo post redit, in Senatu, cap. 8.

fit eorum, qui eas obtineant. ¹⁵ Illa nostra lex Consularis nunc modesta videtur, hæc Messii non ferenda. Pompejus ¹⁶ illam velle se dicit: familiares, hanc. Consulares, duce ¹⁷ Favonio, fremunt: nos tacemus; & eo magis, quod de domo nostra nihil adhuc Pontifices responderunt. Qui ¹⁸ si sustulerint religionem, aream præclaram habebimus; superfi- ciem Consules ex senatus-consulto æstimabunt: sin aliter, demolientur, suo nomine locabunt, ¹⁹ rem totam æstimabunt. Ita sunt res nostræ; ut in secundis fluxæ; ut in adversis bonæ. In re familiari valde sumus, ut scis, perturbati. Præte- rea sunt ²⁰ quædam domestica, quæ literis non committo. Quintum fratrem, insigni pietate, virtute, fide præditum sic amo, ut debeo. Te expecto, & oro, ut matures venire; eoque animo venias, ut me tuo consilio egere non finas. Al- terius vitæ quoddam initium ordimur. Jam quidam, qui nos absentes defenderunt, incipiunt præsentibus occulte irasci; a- perte invidere. Vehementer te requirimus.

¹⁵ Illa nostra lex] Conscripta ex sena- tus-consulto in nostram sententiam facta. Corradus.

¹⁶ Illam velle se dicit] Ut modestus vi- deatur, sed dicit tantum, & per familiares alteram querit, ut ep. 1. lib. 1. Fam. at- que id ipsum more suo, ep. 9. h. l. Idem.

¹⁷ Favonio] Qui tamen consularis non erat. Sed summa libertate utens, acerrime, que minus probaret, oppugnabat. Mau.

¹⁸ Si sustulerint religionem] Si decre- rant, quam partem areæ Clodius Libertati dedicavit, eam partem, sablata religione, restitui mihi posse; aream, in qua exadifi- camus, amplissimam habebimus. Consules autem vel æstimabunt, quod super solum an-

tea ædificatum, dirutum a Clodio est; vel, si id minus, quod nunc est, demolientur, i-psi coram suscipiens extruendæ mihi domus, qualis antea fuerat. Idem.

¹⁹ Rem totam] Non separatim domum: sed quæcumque amplissimam, omnia simul una æstimacione complectentur. Singula tamen per se æstimata, proxima insequens epistola ostendit. Idem.

²⁰ Quædam domestica] De uxore accipien- dum. Nam & in epistola sequenti, Anan- tur; inquit, a fratre, & a filia. Uxorem non nominat: quasi quiddam esset, cur ab ea se non æque, atque a fratre, & filia, intelligeret amari. Idem.

CICERO ATTICO SAL.

II. S I forte rarius tibi a me, quam a cæteris, literæ red- duntur; peto a te, ut id non modo negligentia
om. VIII. Z mea, (R)

¹ Non modo negligentia] Victorius alte- ram negacionem addidit hoc exemplo, non modo non negligentia mea. Quo pacto legi-

tur in plerisque libris excusis. Sed liquido jurare possum ab omnibus meis antiquis abesse alteram non. Et fane quodque cum a pud

mea, sed ne occupationi quidem tribuas: quae etsi summa est, tamen nulla esse potest tanta, ut interrumpat iter amoris nostri, & officii mei. Nam ut veni Romam, iterum nunc sum certior factus, esse cui darem literas. Itaque has alteras dedi. Prioribus tibi declaravi adventus noster qualis fuisset, & quis esset status, atque omnes res nostrae quemadmodum essent, ut in secundis fluxa, ut in adversis bona. Post illas datas literas secuta est summa contentio de domo. Diximus apud Pontifices pridie Kal. Octobres. Asta res est accurate a nobis: & si unquam in dicendo fuimus aliquid, aut etiam si nunquam alias fulimus, tum profecto dolor & magnitudo vim quandam nobis dicendi dedit. Itaque oratio juventuri nostrae deberi non potest: quam tibi, etiam si non desideras, tamen mittam cito. Cum pontifices decreissent ita, si neque populi jussu, neque plebis scitu, is qui se dedicasse diceret, nominatim ei rei praefectus esset, neque populi jussu, aut plebis scitu id facere jussu esset; videri posse sine religione eam partem aere mi restitui; mihi facta statim est gratulatio. Nemo enim dubitat, quin domus nobis esset adjudicata. Tum subito ille in concionem ascendit, quam Appius ei dedit. Nuntiat jam populo Pontifices secundum se decrevisse; me autem vi conari in possessionem venire. Hortatur, ut se & Appium sequantur, & suam libertatem ut defendant. Hic cum etiam illi infirmi partim admirarentur, partim iriderent hominis amentiam; ego statueram illuc non accedere, nisi cum Consules ex senatus-con-

sulto

put alios veteres auctores Latinos, tum a pud hunc nostrum, non modo scriptum reperias in bonis exemplaribus, pro, non modo non; ut ep. 5. lib. XIV. qui, omnia terra caelestia non modo fecit, sed etiam magis esse debebat. Bossius. Vide Muretum Var. Lect. X. cap. 7.

2. Dolor & magnitudo. Sic eodierunt Virginius, & Bossius: sed Man. & Lamb. dolois magnitudo. Gulielmus vero conjiciebat, dolois, & rei magnitudo.

3. Liberi non potest. Edenda est, quia flagitari a juventute video. Manut. Vide Tu-

scul. II. 27.

4. Eam partem aere. Ut ea pars intelligatur, in qua Clodius Libertatis atrium edificasset. Neque enim totam domum, sed eam partem solum, quae cum Catuli porticum juncta erat, dedicaverat; reliquam everteat. Manutius.

5. Illi. P. Clodius. Idem.

6. Appius. Illius frater, Praetor.

7. Suanu libertatem. Actium Libertatis, a se extractum, citari ut patitur. Man.

8. Illuc. Ad arcam. Idem.

sulto porticum Catuli restituendam locassent. Kalend. Octob. habetur Senatus frequens: adhibentur omnes Pontifices; qui erant Senatores: a quibus Marcellinus, qui erat cupidissimus mei, sententiam primus rogatus, quaesivit, quid esset in decernendo secuti. Tum M. Lucullus de omnium collegarum sententia respondit, religionis iudices Pontifices fuisse; legis Senatum: se & collegas suos de religione statuisse; in Senatu de lege statuturos. Quisque horum, loco sententiam rogatus, multa secundum causam nostram disputavit. Cum ad Clodium ventum est, cupiit diem consumere: neque ei finis est factus: sed tamen cum horas tres fere dixisset, odio & strepitu Senatus coactus est aliquando perorare. Cum fieret senatus-consultum in sententiam Marcellini; omnibus praeter unum assentientibus, Serranus intercessit. De intercessione statim ambo Consules referre ceperunt. Cum sententiae gravissimae dicerentur; Senatui placere mihi domum restitui, porticum Catuli locari, auctoritatem ordinis ab omnibus magistratibus defendi; si quae vis esset facta, Senatum existimatorum, ejus opera factum esse, qui senatus-consulto intercessisset: Serranus pertimuit; & Cornicinus ad suam veterem fabulam rediit: abjecta toga se ad generi pedes

Z. 2

9. Porticum Catuli. Quam in domo M. Fulvii Placcii exerta de Cimbricis manibus a Q. Lutatio Catulo factam, P. Clodius cum Cicerois dono evertebat. Pro Dono sua. Valerius VI. 3. Idem.

10. Qui veni. Senatus. Sic enim, qui senatores non erant, ingrechi senatus non licebat. Ex pontificum collegium apparet non fuisse totum ordinis senatorii: cum pontificiam dignitatem, etiam qui senator non esset, coaequi posset: ut in oratione de Harusp. resp. Idem.

11. Marcellinus. Ch. Cornelius Lentulus Marcellinus, ordinis patricii, consul designatus cum L. Marcio Philippo, qui Calpurnius Augusti vitricus fuit. Idem.

12. Quoslibet, quid esset in decernendo sententi. Pulchra dicens ratio, planeque Catuli illius auri, si non significans. Quoslibet, inquit, quid esset in decernendo sententi: hoc est, qui sensus, quod consilium, quae cogitatio fuerit illorum, cum dicerent, videri sine religione partem aere posse restitui.

tui. Videri enim poterant nonnullis, iudicasse restitui oportere. Itaque Lucullus ad ea: Pontifices de religione, quod sui fuit officii statuisse: nempe arcam, omni religione liberam esse: de lege Clodii constitutae, ad Senatum pertinere. Manutius.

13. Consulibus. M. Lucullus Lucullus pontifex, consularis, & triumphantis. Manut.

14. Diem consumere. Ne senatus-consultum fieret. Licet enim senatus, & quantum vellet, & quae de se vellet, dicere. Gellius lib. IV. cap. 10. Idem.

15. Praeter. Praeter istum Clodium. Idem.

16. Serranus. Sex. Atilius Serranus, Tribunus plebis. Idem.

17. Referre. Est intercessio a republica, neque. Cum tamen non esse, statuitur: agit statim cum eo, qui intercessit, ut tollatur intercessio. Idem.

18. Si quae vis. Quo minus posset Cicerois domus, Catulique porticus restitui. Idem.

des abiecit. Ille noctem sibi postulavit: non concedebant: reminiscebantur enim ²⁰ Kal. Januariarum. Vix tamen ²¹ sibi de mea voluntate concessum est. Postridie senatus-consultum factum est id, quod ad te misi. Deinde Consules porticum Catuli restituendam locarunt: ²² illam porticum redemptores statim sunt demoliti libentissimis omnibus. Nobis superficiem ædium Consules de consilii sententia asfirmarunt H-S vicies; cætera valde illiberaliter; Tusculanam villam quingentis millibus; Formianum H-S ducentis quinquaginta millibus: quæ æstimatio non modo vehementer ab optimo quoque, sed etiam a plebe reprehenditur. Dices, quid igitur causæ fuit? Dicunt illi quidem, pudorem meum; quod neque negarim, neque vehementius postularim. Sed non est id: nam hoc quidem etiam profuisset. Verum iidem, mi T. Pompei, idem inquam illi, quos ne tu quidem ignoras, qui mihi pennas incididerant, nolunt easdem renasci; sed, ut spero, jam renascuntur. Tu modo ad nos veni, quod vereor ne tardius interventu Varronis tui nostrique facias. Quoniam acta quæ sint habes, de reliqua nostra cogitatione cognosce. Ego me a Pompejo legari ita sum passus, ut nulla re impedire, quin, si vellem, mihi esset integrum, aut, si comitia Censorum proximi Consules haberent, ²³ petere posse, aut ²⁴ votivam legationem fumpisse prope omnium fanorum, lucorum.

²⁰ *Corinthiens ad suam veterem fabulam rediit*] Cn. Oppium significat. Nam Corinthen Oppiorum cognomen fuit: ut apud Livium lib. III. *Ad veterem autem fabulam* idem dicit, quod etiam antea idem Oppius hunc ipsum generum suum, Kalendis Januariis quo die P. Lentulus cos. reulit de restitutione Ciceronis, intercedentem suppliciter rogavit, ut desisteret, quod tamen non fecit: ut Cicerone restitueretur. In oratione *post rediit ad Quiritem*, & *pro Sextio*. Idem.

²⁰ *Kal. Jan.*] Quo die, Lentulo referente, Seranus idem intercesserat: & tanquam socii precibus commotus, cum ad deibezandum tum quoque noctem postulasset, postea tamen intercessionem non omisit. Idem.

²¹ *Sibi*] Serano. Et *Sibi*, *Pro Uli*. Idem.

²² *Illam porticum*] Quæ illa sit, nescio. Libertas non habebat porticum, sed legendum puro pro *porticum, nescio*, vel *restituam*. Quam enim pro statu Libertatis Deæ ibi posuerat Clodius, ea fuerat imago Tanagrae meretricis. *Pro Dama*, cap. 43. J. F. Gronovius.

²³ *Petere posse*] Ego, inquit, in quindecim legatis, quos Pompejus postulavit rei frumentariæ causâ, me legari sum passus, ut mihi sit integrum, aut petere Censuram, si Marcellinus & Philippus Coss. designati in proximum annum comitia Censorum haberent, aut suscipere votivam legationem & liberam voti solvendi causâ ad omnia fana & lucos. *Pompej*.

²⁴ *Votivam*] Genus liberæ legationis. Vide legem Juliam de *legationibus liberis*, in limine Tomi IV.

rum. Sic enim nostræ rationes postulabant. Sed volui meam potestatem esse vel petendi, vel ineunte æstate exendi: & interea me esse in oculis civium, de me optime meritorum, non alienum putavi. Ac forensium quidem rerum hæc nostræ consilia sunt, domesticarum autem valde impedita. Domus ædificatur; seis quo sumptu: qua molestia reficiatur Formianum; quod ego nec relinquere possum, nec videre. Tusculanum ²⁵ proscripsi: suburbano non facile careo. Amicorum benignitas exhausta est ²⁶ in ea re, quæ nihil habuit præter dedecus. ²⁷ Quod sensit tu absens; præsentem, quorum studiis ego, & ²⁸ copiis, si esset per ²⁹ meos defensores licitum, facile essem omnia consecutus. Quo in genere nunc vehementer ³⁰ laboratur. Cætera, quæ me sollicitant, ³¹ *providere* sunt. Amamur ³² a fratre, & a filia. Te exspectamus.

²⁵ *Proscripsi*] Hoc non refugio, ut Formianum, sed venditurus proscripsi. Proscribit enim domum, aut fundum, aut quodvis huiusmodi, qui divulgato scripto se esse venditurum significat. Hinc *Proscripsi*, quorum nomina in tabula palam conditum legabatur, ut ad eadem quærentur, præmio percussis, promisso. *Blasius*.

²⁶ *In ea re*] In exilio meo, cum me sua pecunia sustentarent. Itaque nunc ab iisdem mutuari non licet. *Idem*.

²⁷ *Quod sensit tu absens, præsentem*] Fortasse, *Absens præsentem*. Malaspina. Nihil mutuo. Sumendum enim. *Idem* *nam, senserunt*. Nam supra scripserat, *quod sensit tu absens*. *Bosius*. Lambinus divulgabat *proscriserunt*. Sed vere monuit Maurinus hunc locum esse mendosum. Nihil autem succurrit mihi, melius quam quod conjecit Malaspina. *Grosius*.

²⁸ *Copis*] Alibi *Copie* pro divitiis, aut pro exercitu: hic totum intelligitur, quantumcumque possimus sive auctoritate, sive gratia. *Mannius*.

²⁹ *Meos defensores*] Eos, qui, cum me absentem defendissent, & ab exilio revocantem, reverso deinde invidere coeperunt; neque in iis rebus, quæ mihi erant propter rei familiaris naufragia necessaria, cum volutatem, quam exspectaram, præstitissent. *Fam. I. 9. Idem*.

³⁰ *Labouratur*] Quod in proxima epistola dixit, *In re familiaris calidissima perturbata*. Et in hac ipsa, *Domesticarum rerum consilia oculis impedita*. Ut eandem sententiam varie ter exprimat. *Idem*.

³¹ *Providere*] Secretiora.

³² *A fratre, & a filia*] Non igitur ab uxore, ut ep. sup. & hic videtur significare. *Corvius*.

CICERO ATTICO SAL.

III. **A**VERE te certo scio, cum scire quid hic agatur, quæ in oculis omnium geruntur, si a me scribantur, quam cum ab aliis aut scribantur tibi, aut nuntiantur; verum ut perspicias ex meis literis, quo animo ea feram, quæ geruntur:

tur : & qui sit hoc tempore aut mentis meae sensus , aut omnino vitae status . Armatis hominibus ante diem tertium Non . Novemb . ¹ expulsi sunt fabri de area nostra ; disturbata porticus Catuli , quae ex senatus-consulto Consulium locazione reficiebatur , & ad restum pene pervenerat . Quinti fratris ² domus primo fracta conjectu lapidum ex area nostra , deinde inflammata jussu Clodii , inspectante urbe , conjectis ignibus , magna querela & gemitu , non dicam bonorum omnium , qui nescio an ulli sint , sed plane hominum omnium . Ille ³ vehemens ruere : post hanc furorem , nihil nisi eadem inimicorum cogitare ; vicatim ambire ; servis aperte spem libertatis ostendere . Etenim antea , cum iudicium ⁴ volebat , habebat ille quidem ⁵ difficilem , manifestamque causam , ⁶ sed tamen causam ; id poterat iniciari ; poterat in alios derivare ; poterat etiam aliquid jure factum defendere . Post has ruinas , incendia , rapinas , desertus a suis , vix jam ⁷ Decimum ⁸ designatorem , vix Gellium retinet : servorum consiliis utitur : videt si omnes , quos vult , palam occiderit , nihilo suam causam difficiliorem , quam adhuc sit , in iudicio futuram . Itaque ante diem tertium Idus Novemb . cum Sacra via descenderem , insectus est me cum suis . Clamor , lapides , fustes , gladii , haec improvisa omnia . Discessimus in vesti-

¹ Expulsi] N. Clodiani . *Maunier* .
² Domus] Quae erat iuncta cum domo Ciceronis & magno tantum discreta . Ideo Clodiani facile poterant lapides ex area Marci conijcere in domum Quinti . Ep. 4. lib. II. *Poppo* .
³ Vehemens] Lepo , domus . *Muret* .
⁴ Iudicium] Cum lex de relictu Ciceronis lata fuisset , ipseque P. Clodius , Basilium populi erga illum videret aut comitia impeditur , cum gladiis etiam , quos C. frater in bosis funibus comparaverat , impetuosum fecit , multoque tunc vulneribus , tum cede multavit . Hujus rei causa , da vi postularum a Milone , ne iudicium fieret , omni ope contendeat , ut comitia Edilitia , quorum ipse candidatus erat , ante haberentur , fuerant , se si Edilis fieret , ne factus fuisset , iudicium evasurum . Est enim nomen ipsius delatum fuerat , Iudices tamen sortiti nondum erant .

Et Metellus Consul , qui Clodio succedat , praetori inhibuerat , ne quod ante sortitionem illam iudicium faceret , comitatus haberi volebat : quae Milo , quo iudicium fieret , obnuntiacionibus eximebat . Idque est , quod hac epistola scribitur . Historia est apud Dionem , lib. XXXIX. *Malspina* .
⁵ Difficilem] Ad defendendum . *Carr* .
⁶ Devisam] Decimus & Gellius amici Clodii homines turpes & infames ; de illo invenit *Pro Zeno* ; de hoc *Pro Sexto* , in *Partitione* . *McC. Poppo* .

⁷ Sed tamen casum] Erat tamen aliquis quasi angulus excusacionis , qui consurgeret , cum posset iniciari a se factum , posset in alios culpam rejicere &c. *Maunier* .
⁸ Designatorem] Curatoris nomen : unde *Horatius* , lib. I. epist. 2. Designatorem de curat *lectorem* *avv.* *Manutius* .

vestibulum ⁹ Tertii Damionis . Qui erant mecum , facile operas aditu prohibuerunt . Ipse occidi potuit . Sed ego ¹⁰ diarta curari incipio , chirurgiae tædet . Ille omnium vocibus cum se non ad iudicium , sed ad supplicium praefens trudi videret , omnes Catilinas , ¹¹ Acidinos postea reddidit . Nam Milonis domum , eam quae ¹² Germalo , pridie Idus Novemb . expugnare & incendere ita conatus est , ut palam hora vi . cum secutus homines , eductis gladiis , alios cum accensis facibus aduxerit . Ipse domum P. Syllae pro castris sibi ad eam impugnationem sumplerat . Tum ex ¹³ Anniana Milonis domo Q. Flaccus eduxit ¹⁴ viros acres ; occidit homines ex omni latrocinio Clodiano notissimos : ipsum cupivit ; sed ille se ¹⁵ in interiorem aedium . Sylla se in Senatu postridie Idus : domi Clodii : ¹⁶ egregius Marcellinus : omnes acres . Metellus ¹⁷ calumnia dicendi tempus exemit , adjuvante ¹⁸ Oppio ; etiam hercule ¹⁹ familiari tuo ; de cuius ²⁰ constantia , & virtute

⁹ Tertii Damionis] Quis fuerit , nesciunt interpretes , & necesse nobis licet .

¹⁰ Diarta] Ab agrotantibus sumpta translatio . Sensus est : institui me curari contra meos inimicos moderacione quadam , qua utens , spero fore , ut huic malo dies quotidie magis medeatur , sicuti solet diarta non recte se habentibus . Ferro ut res agatur , minime vobis . *Man* .

¹¹ Catilinas] L. Catilina , & C. Manlius Acidinus , adversus patriam arma tulerunt . Salustius , & Cicero . Acidinus autem , Manliorum cognomen fuisse , cognoscitur ex lib. II. de Orat. Vellejo , & Fallis . *Idem* . Sed in Catilinarianis plerique non *Manlium* , sed *Milium* legunt . Itaque *Acidinus* hic alii dixerunt putant de Manlio illo , qui , cum regnum appeteret , de Saxo Tarpejo fuit precipitatus .

¹² Germalo] Qui Romae mons fuit . *Man* .

¹³ Anniana] Domus Miloni a C. Anniano materno cum reliqua hereditate relicta . *Akon* . in orat. pro Mil. *Carr* .

¹⁴ Viri] Eduxi viros , & occidit homines , non sine artificio dixit , ut , cuiusmodi fuerint utriusque copiae , ex nominibus appareat . *Maunier* .

¹⁵ In interiorem] Alii , in interiorem aedem , in interiorem partem . Aperta seculentia . Clodius cum a Q. Flacco peteretur , se in

interiorem partem aedium absdidit , aut propripuit : Sylla postridie Idus in Senatu questus est de vi , quod Clodius domum ipsius occupasset , Clodius ipse domi se continuit . *Poppo* .

¹⁶ Egregius] Marcellinus Cos. designatus se virum egregium praebuit adversus Clodium ; omnes etiam Senatores acres in illum fuerunt . *Idem* .

¹⁷ Calumnia] Cum astutus uretetur , multaque malitiosus injiceret , ut dicendi tempus eximeret , ne senatus-consultum contra Clodium fieri posset . *Maunier* .

¹⁸ Oppio] Pottius credendum legendum , Appio : qui erat in senatu ; & frater Clodii , ut adjuvare vellet ; & praetor , ut facile posset . *Idem* .

¹⁹ Familiari tuo] Hortensium notat , qui valde fuit familiaris Attico , ut refert *Cornelius Nepos* in vita Attici . *Constantinus* autem scripsit *Horatius* , cum ejus levitatem argueret ; quaerit enim alio loco , se summa simulatione amoris infidiosissime tractatum fuisse ab illo . *Bosius* .

²⁰ Constantia , virtute] Sine copula , usitate , ut hic epist. 9. lib. XI. & Fam. epist. 24. & 28. lib. XIII. *Maunier* . Faernus vocem virtute mutabat in viri tuae , legebatque translata interpunctione , de cuius constantia virtute tuae virtute littera . *Pantagathus* autem pro

tua verissima literæ. Sextius ²¹ furere. ²² Ille postea, si comitia ²³ sua non fierent, urbi minari. Proposita Marcellini sententia, quam ille de scripto ita dixerat, ut totam nostram causam aræ, incendiis, periculi mei, ²⁴ iudicio complecteretur, eaque omnia ²⁵ comitiis anteferet: proscripsit, se per omnes dies comitiales de cælo servaturum. Conciones turbulentæ Metelli, temerariæ Appii, furiosissimæ ²⁶ Publii. ²⁷ Hæc tamen summa; nisi Milo in ²⁸ campum obnuntiasset, comitia futura. Ante diem XII Kal. Decemb. Milo media nocte magna manu in campum venit. Clodius cum haberet fugitivorum ²⁹ delectas copias, in campum ire non est ausus. Milo permansit ad meridiem mirifica hominum lætitia, summa cum gloria. ³⁰ Contentio ³¹ fratrum trium turpis, fracta vis, contemptus furor. Metellus tamen postulat, ut sibi postero die in foro obnuntietur: nihil esse quod in campum nocte veniretur; se hora prima in comitio fore. Itaque ante diem XI Kalend. in comitium Milo de nocte venit. Metellus cum prima luce ³² furtim in campum itineribus prope devius currebat: affequitur inter lucos hominem Milo; obnuntiat. Ille se recepit, magno & turpi Q. Flacci convicio. Ante diem X Kal. nundinæ. Concio biduo nulla. Ante diem VIII Kal. hæc ego scri-

pro *virgine* corrigebat *nutante*, & *Sextius* nomen mutabat in vocem *fiatris*: atque ita totum locum legebat: *De cuius constantia nutante, virgissime litera fratris, Furere ille postea, Ustinus.*

²¹ *Furere*] Homo iracundus; quem etiam notat morositatis vitio in epist. quadam ad Q. fratrem. Et, *Furere*, quod a Metello diem eximi videret. *Manutius.*

²² *Ille*] P. Clodius. *Idem.*

²³ *Sua*] Quibus adilitatem petiturus erat, cum candidatus esset. *Idem.*

²⁴ *Iudicio*] Quod de vi Clodiana constituendum esset. *Corradus.*

²⁵ *Comitiis anteferet*] Cum diceret iudicium de vi gravis esse faciendum, quam comitia haberentur: quod tamen factum non est: itaque Clodius iudicium effugit, comitiis creatus adilis. *Manutius.*

²⁶ *Publii*] Clodii.

²⁷ *Hæc tamen summa*] Tamen, inquit, Metellus consul, neglecta illa futuri per co-

mitiales dies auspicii proscriptione, comitia habuisset, nisi Milo in campum ipsum cum magna manu, ut, si opus esset, viam vi repelleret, profectus obnuntiasset. Laudat igitur Milonem magis etiam, quam Sextium. Nam ille tantum proscriperat, se de cælo servaturum; Milo autem ad religionem auspicii, quam sperni videbat, fortitudinem adiunxit. *Man.*

²⁸ *Campum*] Campo est in antiquo. *Ursinus.* *In campum*; me quidem non offendit; cum etiam verbo, *Nuntiare*, quandoque veteres eadem ratione viderentur & in loco, & ad locum; ut, *Ponere in gratia*, & *in gratiam*; *Esse in possessione*, & *in possessionem*. Quod Gellius observavit lib. I. cap. 7. Sic, *Nuntiarum Romanum esse*, dicit Cicero in epist. ad D. Brutum, *Nuntiarum demum*, in Verrem, & *Plautus in Truc.* *Magna ventias ad me gaudia*. *Man.*

²⁹ *Delectas*] Ita Victorius, & *Bohus*: sed alii, *delectas*, vel *delectas*.

scribebam hora noctis nona. Milo campum jam tenebar. ³³ Marcellus candidatus ita sternebat, ut ego vicinus audirem. Clodii vestibulum vacuum sane mihi nuntiabatur: ³⁴ pauci pannosi sine laterna. Meo consilio omnia illi fieri querebantur, ignari quantum in illo ³⁵ heroe esset animi, quantum etiam consilii. Miranda virtus est. Nova quædam divina mitto: sed hæc summa est. Comitiorum fore non arbitror. Remm. Pablium, nisi ante occisus erit, fore a Milone puto. Si se inter viam obtulerit, occisum iri ab ipso Milone video. Non dubitat facere; præ se fert; ³⁶ casum illum nostrum non extimefcit. Nunquam enim cuiusquam invidi, & perfdi consilio est usus: nec ³⁷ inerti nobili crediturus. Nos animo duntaxat vigemus: etiam magis quam cum florebamus: re familiaris comminuti sumus; Quinti fratris tamen liberalitati profacilitatis nostris, ne omnino exhaustus esset, illo recitante, subsidiis amicorum ³⁸ respondemus. Quid consilii de omni nostro statu capiamus, te absente nescimus. Quare appropera.

³⁰ *Contentio*] Ut contra omnes fere suscepta; & suscepta, ut Clodius iudicium effugeret: quo nihil in libera civitate turpius esse potest. *Corradus.*

³¹ *Fratrum trium*] Metellus Appio, & Publio Clodius frater erat patris. *Man.*

³² *Furtim*] Ut Milonem falleret, cui dixerat se in Comitio fore; putans, ante se comitia in campo habiturum, quam Milo postea obnuntiare. *Idem.*

³³ *Marcellus candidatus*] Edilitatis, qui tamen sterrens parum laborare de comitiis videbatur. Hunc autem C. Marcellum portus, quam M. puto fuisse. Nam Marcus, qui consul fuit cum Ser. Sulpicio quadriennio post, adilis esse non potuit Marcellino, & Philippo cons. cum adilitate, & consulatu quinqueennio distet, ut in libro de magistratibus observemus. *Idem.*

³⁴ *Pauci*] Hic mendæ suspicio. *Victo-*

rius sequimur. Gruterus ex Bofo, *pauci pannosi sine laterna*. Vide an non magis apposite ad hunc locum scribatur: *Pauci pannosi sine laterna*. Quod & vitium & paucitatem hominum ostendit. *Grævius.*

³⁵ *Heroe*] Milone. Ut ep. 14. l. I. *Corr.*

³⁶ *Casum*] Exitus calamitatem: in quam incidi, quia pessimus civis occidam. *Man.*

³⁷ *Inerti nobili*] Notat eos, quos a se defendendo metus averterat. *Fam. lib. I. epist. 6. Idem.*

³⁸ *Respondemus*] Sensus est, se que Q. Fr. in eum contulerit reddere velle pro sua copia, ne & ipse frater egeat, & in hoc uti subditis amicorum, hoc est, moram petere ab amicis pecuniam, quam det fratri, quamvis eam resuset. *Respondere* dicitur eleganter debitoribus, qui ad diem solvunt. Vide Gronov. lib. II. *Observat. cap. 4. Grævius.*

CICERO ATTICO SAL.

IV. **P**ERJUGUNDUS mihi ¹ Cincius fuit ante diem tertium Kal. Febr. ante lucem. Dixit enim mihi te esse in Italia, seseque ad te pueros mittere: quos sine meis literis ire noli: non quo habere, quod tibi, praesertim jam prope praesenti, scriberem; sed ut hoc ipsum significarem, mihi tuum adventum suavissimum, expectatissimumque esse. Quare advola ad nos eo animo, ut nos ames, te amari scias. Cetera coram agemus. Haec properantes scripsimus. Quo die venies, utique cum tuis apud me sis. ² Perbelle feceris, si ad nos veneris. Offendes ³ designationem ⁴ Tyrannionis mirificam in librorum meorum bibliotheca; quorum reliquiae multo meliores sunt, quam putaram. Etiam vellem mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos, quibus Tyrannio utatur ⁵ glutinatoribus, ad cetera adminitris: illique imperes, ut fumant membrulam, ex qua indices fiant, quos vos Graeci, ut opinor, ⁶ *τυναβες* appellatis. Sed haec, si tibi

¹ Cincius] Qui Romae Attici negotia curabat. *Manutius*.

² Perbelle feceris] Hic videtur esse principium alterius epistolae. Nam Cicero prima epistola Romae, extrema ruri videtur esse, & Atticus contra: nisi Romae domi sua vellet esse, quamvis abest ipse. *Cerradas*. Cicero tunc erat Antii. *Manutius* itaque hoc ipsum, *quod tunc*, sic interpretatur: *Domus mea curata: etiam ego absum*. Sed facit cum *Cottardo* *Mongaultus* noster, cui lubens assentior.

³ Designationem] Ordinem, quo bibliotheca mea disponatur. *Manutius*.

⁴ Tyrannionis] Grammatici. Vide ep. 4. lib. II. ad Q. fratrem. *Idem*.

⁵ Glutinatoribus] Glutinatoribus non solum utebantur ad voluminum terga exornanda, sed ad chartas membranae conglutinandas ut in longum possent extendi. In volumine enim chartae chartae chartis adhibebantur in longitudinem, ut videri possent in rotulam. In codicibus plures tabulae ac paginae, conjunctae essent materiae, aliae aliis superstruebantur, eaque massa paginae, quae quin glutine quoque fuerat com-

paste non est debuitandum, dicebatur codex, cujus forma eadem fuit quae nostrorum librorum, qui ex mollitate chartae compinguntur. *Salmasius*, de *Utiarum* modo, cap. 10. quem vide pluribus de hac re disputantem.

⁶ *τυναβες*] Legendum est, *τυναβες*. Membranae enim quibus indices librorum inscribebantur, *επιδοξοι* sunt dicti. *Hesych.* *επιδοξοι*, *επιδοξοι*, *επιδοξοι* *επιδοξοι* *επιδοξοι* *επιδοξοι*. Dicuntur aliter *τυναβες*, illi indices, sive membranae, quibus inscribebantur nomina auctorum, & quae voluminibus adglutinabantur. *επιδοξοι* & *επιδοξοι* sunt etiam pelles, quae orae vestium adhaerent, ut ex *Polluce*, *Hesychio* & *Eustathio* docuit *Salmasius* ad *Historem Augustinum*. Sicut autem pelles orae vestium adhaerent, sic etiam pelliculae, seu membranae cum nominibus scriptorum & operum affigebantur tergis voluminum & codicum. Hinc etiam dicitur in epistola sequente & 8, bibliothecam suam talibus silybiis illustratam & pistam fuisse ab his librariis. Nam & in illis sic legendum est, non *επιδοξοι*, (aut *επιδοξοι*) ut libri praeter se secum, *Gravium*.

tibi erit commodum. Ipse vero utique fac venias, si potes in his locis adhærescere, & ⁷ Piliam adducere. Ita enim & aequum est, & cupit Tullia. Medius fidius nã tu emisti ⁸ locum praclarum. Gladiatores audio pugnare mirifice. Si locare voluisses, duobus ⁹ his muneribus ¹⁰ liberaffes. Sed haec posterius. Tu fac venias, & de librariis, si me amas, diligenter.

⁷ Piliam] Piliam nondum Atticus duxerat uxorem. Nuptias enim celebravit pridie Id. Febr. ut est in epistola 3. lib. II. ad Q. fratrem. Haec autem scripta 21. Kal. Febr. Accipiamus igitur sic, nuptias quidem nondum celebratas, sed desponsatam tamenuisse. *Manut.* Si potes adducere, si tibi concedunt parentes, ut eam adducas, quam nondum duxeris. *Cerr.*

⁸ Locum] Puto vocem, locum, vitiose Latinis literis scribi, cum Graeci sic, *λογος*, quo nomine significatur globus sphaeræ militum, ut tradit *Helianus* *μεγ. ρητορ.*: quasi innuat Cicero Atticum emisse oblo paria gladiatorum, qui mirifice pugnarent. *Bosius*. Non video cur gladiatores emerit Atticus, qui cum honore populi non affectaret, nec delinire populam muneribus necesse habuit. *Lacuna* igitur intelligo ad spectandum gladi-

diatoribus. Cum autem proximis diebus a nescio quo muneratore dati essent gladiatores eximii, qui magno concursu & voluptate hominum spectarentur, scribit Attico Cicero, si locum illum locare voluisses, potuisses ex locario tantum reficere, quantum pro eo adluc debeat. *J. F. Gravium*. Cetero locum emisse, in quo exercerentur gladiatores: Atticum & ante habuisse gladiatores, quos per latissimas exerceret, non tam ut ipse munus ederet, quam ut aut illis locandis, aut vendendis, rem faceret, cui ruerit augendaque semper studuit. Vide vitam ejus a *C. Nepote* scriptam. *Gravium*.

⁹ Hic] Proximis, quibus populo munus gladiatorum datum est. *Manutius*.

¹⁰ Liberaffes] Tanti locastes, quanti emerat. *Idem*.

CICERO ATTICO SAL.

V. **A**IN tu? an me existimas ad ullo malle mea legi, probarique, quam a te? cur igitur cuiquam mihi prius? ¹ Urgebar ab eo, ad quem mihi, & non habebam exemplar. Quid? etiam (dudum enim ² circumrodo, quod devorandum est) subrupicula mihi videbatur esse ³ *τυναβες*. Sed valeant recta, vera, honesta consilia. Non est credibile, quae sit perfidia ⁴ in istis principibus, ut volunt esse, & ut essent, si quicquam haberent fidei. Senferam, noram,

A a 2 in-

¹ Urgebar ab eo] A Caesare, ad quem ut se cum eo conjungeret, librum vel epistolam miserat: in quo ipse adhaerabat, quem antea vituperaverat. *Poppo*.

² Circumrodo] Paniam quasi mollem. *Menagius*, a caubus, qui circumrodunt, quod postea devorant. *Cerradas*.

³ *τυναβες*] Recantatio, quae quos adhuc laudavi, vituperarem, & contra. *Idem*.

⁴ In istis] Intelligit maxime Bibulum, Carionem, Domitium, Curionem, Caesarem inimicos. *Manutius*.

inductus, relictus, projectus ab iis: tamen hoc erat in animo, ut cum iis in Republica consentirem. Idem erant, qui fuerant. Vix aliquando te auctore respivi. Dices, ea te monuisse, suavisse, quae facerem; non etiam ut scriberem. Ego mehercule mihi necessitatem volui imponere huius novae conjunctionis; ne qua mihi liceret labi ad illos, qui etiam tum, cum misereri mei debent, non desinant invidere. Sed tamen modici sumus, ut dicitur, ut scripsi. Erimus uberior, si & ille libenter accipiet, & hi subringentur, qui villam me moleste ferunt habere, quae Catuli fuerat, a Vettio me emisse non cogitant; qui domum negant oportuisse me aedificare, vendere ajunt oportuisse. Sed quid ad hoc? si quibus sententiis dixi, quod & ipsi probarent, latati sunt tamen me contra Pompeji voluntatem dixisse? Sed quoniam qui nihil possunt, si me nolunt amare; demus operam ut ab iis qui possunt, diligamur. Dices: vellem jam pridem. Scio te voluisse; & me afinum germanum fuisse. Sed jam tempus est me ipsum a me amari, quando ab illis nullo modo possum. Domum meam quod crebro invisis, est mihi valde gratum. Viaticum Crassipes praecepit. Tu de

5 *Cum iis in Republica consentirem*] Post reditum, ut ante confeseram. *Corrad.*

6 *Non etiam ut scriberem*] Monuisti tu quidem, ut ea facerem, quae Caesaris animi non offenderent, atque etiam quae delectarent; non tamen, ut etiam scriptis commendarem: quod ego nunc, a te non admittitur, mea sponte feci. *Manu.*

7 *Modici sumus*] Modice laudavimus; ubi dicitur non cepimus, sed eiusmodi, ut modice laudaremus. *Idem.*

8 *Villam*] In argumentum.

9 *Villam*] Egge ferunt, inquit, atque indignum putant, ut hominem Approbatum quidem, sed tamen Consularem, nobilitatis viri Catuli villam habere: nec cogitant Vettii fuisse hominis mancipis ac publicani, de quo ego emerito. *Malasp.*

10 *Sed quid ad hoc?*] Quanquam ea quae modo narraui de villa & domo, satis superque indicant libram malum in me animum, exigua tamen sunt, & prope contemnenda praeter ea te quam mox returam. Quia enim

a Pompejo aliquando dissentiam in dicenda in Senatu sententia, quo fiebat ut is mihi quodammodo infensus esset, quamvis illi non probarent quae a Pompejo dicerentur, sed contra mecum sentirent, tamen latabantur me ea de causa incurere in odium Pompeji, quam ex malo, & invidio illorum animo. Praepositio, ad, hic comparisonem significat, ut apud Terentium in Eunuchis, esse ut ferus formosus, p. sane. *Cit.* ut nihil ad nostram hanc: id est, praeter nostram hanc. *Hof.*

11 *Invitis*] Quid si, *Invitis*? ut sit, Te invitatum scribis cum eris Romae. Nam certum nonnullum Atticum Romanum pervenerat. Quod illud declarat proxime subscriptum: Tu de via recta in hortos. *Manu.*

12 *Viaticum Crassipes praecepit*] Cicero, post mortem L. Pisonis, cognomen Prugi, Tulliolam Furio Crassipedi, Marcellino, & Philippo colli collocavit. Et pro dote pecunia erat numeranda: ut Cicero ad vocatam legationem, de qua obreunda cogitabat, viaticum praepararet. Nam, quod villas invitare vellet; quoniam id paucorum dierum viaticum futurum erat, ut in ep. 4. lib. II. ad fratrem, ideo potius accipiendum videtur de viatico legationis, quo quidem opus esset haud paulo maiore in multorum mensium peregrinationem. *Idem.*

de via recta in hortos. Videtur commodius ad te, postfridie scilicet: quid enim tua? sed vidimus. Bibliothecam mihi tui pinxerunt constructione & sitybis. Eos velim laudes.

gationem, de qua obreunda cogitabat, viaticum praepararet. Nam, quod villas invitare vellet; quoniam id paucorum dierum viaticum futurum erat, ut in ep. 4. lib. II. ad fratrem, ideo potius accipiendum videtur de viatico legationis, quo quidem opus esset haud paulo maiore in multorum mensium peregrinationem. *Idem.*

13 *Videtur*] Dissimulat sic: Tu de via recta in hortos. *Idem.* Commodius ad te. *Po-
fridie scilicet*] Quis enim tua? *Exemplum* sic: Commodius domum tuam pergere; id scilicet postfridie facies. Quid enim tantum in uno die? quid tua, citius feris uno die? *Manu.* Oportet aliter *Mongatus*, *Te, Attico*, in hortos *Crassipedi* tui. *Idem* *mibi quidem erit commodius. Quid enim tua? Po-*

fridie ad te ibimus. Sed vidimus. Atticus scilicet Romae tunc erat: Cicero Antii, unde mox rediturus; & ante in hortos Crassipedi, quam in orbem. *Hac ille.*

14 *Pinxerunt constructione, & sitybis*] Id est, in re utraque artificiose variaverunt & ornaverunt eam: tum in pegmaris, ubi est loculorum librariorum constructio; tum in libris ipsis, quorum sitybis curaverunt elegantissime. Sunt enim *sitybis*, scortae illo-
rum involucrimenta, & velles & caris, *scortae* *caris*, a *caris*, quoniam adhibebantur velles antiquo nomine factis, quo caprarum in pcedibus agendis utebantur. *Janini.*

15 *Sitybis*] Legendum *sitybis* ostendi ad ep. 4. huius libri. *Gravins.*

CICERO ATTICO SAL.

VI. DE Lentulo scilicet sic fero, ut debeo. Virum bonum, & magnum hominem, & in summa magnitudine animi multa humanitate temperatum perdidimus; nosque malo solatio, sed non nullo tamen, consolamur, quod ipsius vicem minime dolemus, non ut Saussejus & vestri; immo hercule quia sic amabat patriam, ut mihi aliquo deorum beneficio videatur ex ejus incendio esse ereptus. Nam quid foedius nostra vita? praecipue mea? nam tu quidem, etsi es natura, tamen nullam habes propriam

1 *Lentulo*] L. Lentulo, flamine Marci-
li, de quo ep. 24. lib. II. & de Haruspici-
um resp. *Manutius.*

2 *Non ut Saussejus, & vestri*] Non ideo vicem ipsius minime dolemus, quia Sausse-
jum, & reliquos Epicureos sequamur, qui nihil dolere soliti sunt, nisi quod ad ipsos perlineret, alienis non curam; sed mehercule, quia minime doledum ejus interitum vide-
tur, qui tamquam deorum beneficio, cum patria civilibus discordiis arderet, ex ejus

incendio videatur esse ereptus *Saussejus*, & *vestri*; quia & Saussejus, & Atticus Epicu-
rei. *Idem.*

3 *Idem modo*] Reip. deditus.

4 *Propria servitutum*] Servi omnes vi-
demur: Ita nobis erepta libertas est vitio civium improborum; in hac servitute, quae communis omnibus est, tu quoque vitis; ego autem habeo propriam, & praecipuam, qualem praetera nemo habet. *Idem.*

priam servitutem: ⁵ communi frueris nomine. Ego vero, qui, si loquor de Republica quod oportet, insanus; si quod opus est, servus existimor; si taceo, oppressus & captus; quo dolore esse debeo? quo sum scilicet, hoc etiam acriter, quod ne dolere quidem possum, ut non ingratus videar. Quid si cessare libeat, & in otii portum confugere? ⁶ Nequicquam. ⁷ Immo etiam in bellum & in castra. Ergo erimus ⁸ ὁσῶδοι, qui πειροὶ esse nolumus? Sic faciendum est. Tibi enim ipsi, cui utinam semper paruissem, sic video placere. ⁹ Reliqui est, Σπάρτης ἑλῆγες, πάλαι κέρμε. Non mehercule possum; & ¹⁰ Philoxeno ignosco, qui reduci in carcerem maluit. ¹¹ Veruntamen id ipsum mecum in his locis commentor, ut ¹² ista ¹³ improbem; idque tu, cum u-

⁵ *Communi frueris nomine*] Non propriam, sed communem servis servitutem. Hoc videtur significare: sed, verba non vacent mentis, haud satis scio. *Idem.*

⁶ *Nequicquam*] Frustra, inquit, libeat in otium secedere, ut non ingratus videar optatos, quorum studio, & opera evocatus sum ab exilio. Nam si meo aliquo publico manere, & officio sibi volunt satisfieri. Iraque ut ingrati animi vitium effugiam, vel eorum gratia, veritatem mihi est in Republica. *Idem.*

⁷ *Immo etiam in bellum*] Legendum cum interrogacione. Et repetendum ἀπὸ νέου; si libet, & extrinsecus assumentium verbum, *Idem.* ⁸ *ὁσῶδοι*, aut *παιροὶ*, quod affectu est. Quid, si libeat, inquit, Pompejum & Caesarem sequi etiam in bellum, & in castra? Huc vero interrogacioni ita respondet, quasi turpe existimet cum, hoc est, se, qui dux esse voluerit, alius in militia affectari. *Idem.*

⁸ *ὁσῶδοι*] Affecula. *Idem.* ⁹ *Reliqui est*] Subintellige. Hoc quod dicam, ut quum Spartam natus sum, erarem: id est, ut quando me cum Caesare, & Pompejo coniecerim, ornem eos, & meam, quibus rebus possum. Hoc quidem relictum est: sed ego, ut faciam, a me impetrare non possum: aere enim adducor, ut a Republica desiccam, cuius illi rationibus privatas opes anteposuerunt. *Idem.*

¹⁰ *Philoxeno*] Qui, Dionysii tyranni verus quia libere improbat, in carcerem Laurentias coniectus est: deinde eductus, cum idem Dionysius alios item versus et legendos

tradidisset, opinatus fore, ut metu carceris probaret: sententiam non mutavit, sed, veribus lectis, demisso capite, ultra ad Laurentias tacitus iter coaverit. Cumque Dionysius ad absentem clamasset, Quo, Philoxene? Ad Laurentias, inquit: ut intelligeret tyrannus, ab eo versus non probari. Diodorus Siculus, Stobaeus, Lucianus, Athenaeus lib. I. & interpres Aristophanis, in Plato. *Idem.*

¹¹ *Veruntamen*] Haec dictio non semper habet adversandi vim, sed interdum conciliandi, ut hoc loco, quasi dicat: Sed, ne longior sim, ne te multis teneam, ut indicem tibi animum meum, ego nunc meam ipse rationem quero, qua ista improbem. *Idem.*

¹² *Ista*] Istorum aeta, quae ad tyrannidem spectant. Et dixit, *Commentor*, quia rationem quaeret, qua, neque se illa probare, ostenderet, & Caesarem tamen, ac Pompejum haud magis posse ostenderet. Quae autem erat haec ratio? vel ut scriberet de optima Republica, quod fecit paulo post: quibus in libris, quod esse debebat optimi civis officium, cum ostenderet, satis indicabat, aeta se Caesaris, & Pompeji non probare: vel ut ab urbe abisset, ut absentis suae causam esse constaret, quod ea, quae tum agerent, non probaret. *Idem.*

¹³ *Improbem*] Quae sit Ciceronis sententia, declarat ea quae proxime antecedit, Martii annotatio. Sed voluerat legi Malalofina, *prohem*: quod recepit Lambinus, ac tueri J. E. Gronovius. Videant Critici.

na erimus, confirmabis. A te literas crebro ad me scribi video; sed omnes uno tempore accipi. Quae res etiam auxit dolorem meum. Casu enim trinas ante legeram, quibus meliuscule Lentulo esse scriptum erat: ecce quarta ¹⁴ fulmen. Sed ille, ut scripsi, non miser; nos vero ¹⁵ ferrei. Quod me admones ut scribam ¹⁶ illa Hortensiana, in alia incidi, non immemor istius mandati tui. Sed mehercule ¹⁷ incipiendi refugi; ne, ¹⁸ quod videor stulte illius amici intemperiam non tulisse, rursus stulte injuriam illius faciam illustrem, si quid scripsero; & simul ne ¹⁹ *Βαδύτης* mea, quae in agendo apparuit, in scribendo sit ²⁰ oculator; & aliquid satisfactio levitatis habere videatur. Sed viderimus. Tu modo quam sapissime ad me aliquid. Epistolam, ²¹ Lucejo nunc quam misi, qua meas res ut scribat rogo, fac ut ab eo sumas: valde bella est: eumque ut appropere, adhorteris: & quod mihi se ita facturum rescriptit, agas gratias. Domum nostram, quoad poteris, invias. Vestitorio aliquid significes: valde enim est in me liberalis.

CI-

¹⁴ *Fulmen*] Quibus, ut fulmine, sum istas, quia Lentuli obitum, aut certe de speratum saltem significarent. *Idem.*

¹⁵ *Ferrei*] Manifesto comprehenditur, hic *Servi*, non *Ferrei* legendum esse. *Videtur.* Quamvis receperint emendationem Vitorii Manutius & M. Brutus, hanc tamen ipse Vitorius non ausus fuit recipere. *Idem.*

¹⁶ *Illa Hortensiana*] Videtur intelligere Hortensium librum de philosophia, quem postea scripsit. *Manutius.*

¹⁷ *Incipiendo*] Cum jam aggressus essem scribere illa Hortensiana, revocavi me, & quod insinueram, abieci; ne, cum viderem injuriam Hortensii, quae tamen non gravissima fuerat, parum sapienter tulisse, rursus in eodem illustrando parum sapienter haberi possum. Nonque enim sapientis est, cui antea maxime succensueris, eundem paulo post maxime laudare. *Idem.*

¹⁸ *Quod videor*] Videbatur Cicero stulte fecisse, quod in quadam causa tacite non tulisset intemperiam Hortensii, sed ei obiecterat injuriam sibi immerito illatam. *Idem.*

¹⁹ *Βαδύτης* mea] *Βαδύτης* vocat taciturnitatem, & oculum aliquo de re animi sensum, sumpta translatione a putris, & alius locis alris, in quibus demersis ita latent, ut nemini appareant. *Idem.* *Βαδύτης* non est taciturnitas, sed singularis quadam prudentia intelligitur, Sallustio, *stimulo ingenii* vocatur, ut docet Turneb. III. 15. *Βαδύτης* *Themiſtio*, Quiritii. *Idem.* *Βαδύτης* *Themiſtio*, quem postea scripsit. *Manutius.* Nec multo aliter *stimulo animi*. Cic. sic & ep. 10. lib. V. *Inane admirabile meum ingenium, cum saltem redierim.* Aliter tamen VI. ep. 1. *Quod meum βαδύτης in Appio tibi, liberatum etiam in Bruto proba, vehementer gaudeo.* H. *Cassiod.* Vide Fr. Oudinum in Offic. I. 25. Tomo nostro III. pag. 292. not. 91.

²⁰ *Oculator*] Castigavi, *oculator*, auctore Decurrate, cum ante legeretur, *oculator*, repugnantem sententia. *Oculus* hic qui omnium oculis patet, quo significat Plinius locum oculatissimum vocavit. *Idem.*

²¹ *Lucejo*] Fam. lib. V. epist. 11.

CICERO ATTICO SAL.

VII. **N**IHIL ¹ *Καυσιότατος* epistola tua, quæ me sollicitum ² de Quinto nostro, puero optimo, valde levavit. Venerat horis duabus ante Charippus; mera monstrantiarat. ³ De Apollonio quod scribis; ⁴ qui illi Dii irati, homini Græco, qui ⁵ conturbare quidem putat sibi licere; quod equitibus Romanis. Nam ⁶ Terentius suo jure. ⁷ De Metello, ⁸ *ὅτιν φέρμεϊοισιν*. Sed tamen multis annis civis nemo erat mortuus, ⁹ qui quidem ¹⁰ Tibi nummi meo periculo sint. ¹¹ Quid enim vereris, quemcunque heredem fecit? nisi Publium fecit. Verum, fecit non improbe; quamquam fuit ipse. Quare in hoc ¹² thecam nummariam non retexeris: in aliis eris cautior. Mea mandata de domo cura-

¹ *Καυσιότατος*] Opportunus.
² De Quinto] Q. Terentii filio. *Corrad.*
³ De Apollonio] P. Crassi, ut arbitror, liberto. Ep. 16. lib. XIII. Fam. *Idem*.
⁴ Qui illi Dii] Formula male precandi, in qua omittitur verbum *Sint*, & *Qui* ponitur pro *Utinam*, ut in simili imprecatione dixit Terentius Phorm. *Quæ Illam Diæ amicos perierunt*. *Plautus*.
⁵ Conturbare] Est, omisit veteribus credituribus, fastidiosioris illi, qui posteriori creditur. *Manut.* *Conturbare*, quantum ex jurisconsultorum verbis potest indicare, est accipere, & non reddere: hoc est, omnino quasi deoquere. *Corradus*. Est autem illi-prica locutio: plena enim est *Conturbare* rationes, *rem* &c. *Terent.* Eun. V. 3. 25. *Ita conturbasti mihi rationes omnes*. Qui enim non sunt solvendo, neque se extricare nominibus possunt: & are alieno, illi conturbant, inquit Terentius, quem vide *Advers.* IV. 15. & *Terentius*.] P. Terentius Hispan. Ep. 10. l. XI. & ep. 63. l. XIII. Fam. *Corrad.*
⁶ De Metello] Quisnam & Metellus? Heerent interpretat. *Corradus* & *Montanus* Q. Metellum Nepotem significari putant: *Manutius* vero, Metellum Creticum.
⁷ *ὅτιν φέρμεϊοισιν*] *Nummum non est, nummum insul-tare*. *Odyss.* X. 412.
⁸ Qui quidem] Est *heredem*, qua Ci-

cero aliis cogitandum relinquit, quid ipse sentiat de Metello, ne, si forte quod in ultimo habebat expromeret, hominem mortuum male illis incelleret videretur. Innotit vero *heredem* virum fuisse. *Bof.*
⁹ Tibi nummi meo periculo sint] *Elp-w-tes*. Indicat enim nullam spem esse eorum nummorum recuperandorum. Ideo max sub-jicit, *in hoc thecam nummariam ne retexeris*. *Idem*.
¹⁰ Quid enim vereris] *Sepsis* est. Quid vereris, quemcunque Metellus heredem fecit, ne is scilicet hereditatem non capiat, quod tam damnosam existimet, nisi fore Publium heredem fecit non enim verendum est, sed pro certo habendum, neminem eam hereditatem aditum proter Clodium, qui are alieno cum totus sit obvatus, nullam quantumvis damnosam repudiationem esse hereditatem. Verumtamen improbe non fecit Metelles, quod affinem suum heredem fecit, quem sciebat certo hereditatem suam aditu-rum. Itaque hujus rei causa ne thecam nummariam retexeris, id est, aperieris, ut in eam nummos indas tibi debitos a Metello. *Idem*.
¹¹ Thecam nummariam] Proverbum est, *thecam nummariam non retexeris*. Sportulam viciniam intelligit, que si fuit angustior, videtur potuisse reteri. *Idem*. *Gasparbani*.

curabis: ¹³ præsidia locabis: Milonem admonebis. Arpinatum fremitus est incredibilis ¹⁴ de Laterio. Quid quæris? equidem dolui. ¹⁵ O' de *ἐκ ἐμπαλῆστο μύθου*. Quod superest, etiam puerum Ciceronem curabis, & amabis, ut facis.

¹³ Præsidia] Ne, dum ædificatur, impetu aliquem Clodius faciat. *Manutius*. P. Victorius ex conjectura censebat emendandum *prædia*, sed nihil tamen in sua editio-ne immutavit, nec immutandum censuit. Male *Bohus* & *Gruterus* receperunt *Victorii* aqueductibus & visis ornabat, ut cõstat ex conjecturam. *Græv.* Idem tamen, altero Tomo extremo, ubi *addenda* & *corrigenda* proponit, in contextu scribi jubet *prædia*, *Mureto* quoque, inquit, hanc lectionem approbante. Quamobrem ergo, si de locandis *præ-dia* agit, Milonem admonitum velis, ego

non video. At video cur ille admoneatur, si locanda sint *præsidia*: conductus enim operas habebat. *Oliver.*
¹⁴ De Laterio] Laterium erat villa Quin-ti Ciceronis in Arpinati, quam cõstitit, aqueductibus & visis ornabat, ut cõstat ex Epistola prima lib. III. ad eundem. Sed, ut videtur, Arpinates vicinos suos hac re offen-debat, quod Marcus frater dulebat. Ille vero non curabat sermones illorum. *Popma*.
¹⁵ O' de *ἐκ ἐμπαλῆστο μύθου*] Hic vero non curahas quo dicebantur. *Odyss.* A. 271. 305.

CICERO ATTICO SAL.

VIII. **M**ULTA me in epistola tua delectarunt, sed nihil magis, quam patina ¹ tyrotarichii. ² Nam de rauduculo, quod scribis, ³ *μῆτω μέγαν εἶπες, πῶν πῶλῆ-σαντ' ἰδης*. Ædificati tibi in agris ⁴ nihil reperio. ⁵ In oppido est quiddam, de quo est dubium sitne venale; ac proximum quidem nostris ædibus. Hoc scito, ⁶ Antium Buthrotum esse

Tom. VIII.
¹ Tyrotarichii] Videtur Atticus, iis que de tyrotarichio, & de rauduculo scripsit, notasse miram Ciceronis parisioniam, qua grante æs alienum, quod rebus suis advenis confaveat, ita minuat, ut id modicum jam esse. Nam rauduculum est modicum æs. Tyrotarichus autem genus erat opsonii vilioris, rusticis familiare, quod casto, & salamentis confabatur: unde & nomen acceperat. *Bohus*.
² Nam de rauduculo] Quod ais me æs illud alienum, quod contraxi, ita minuisse, ut id jam non æs, sed rauduculum sit; ne me magnum, id est, bonis affluentem, & fortunatum dixeris, priusquam videris qui futurus sit exitus rerum mearum. Nam fieri potest, ut, antequam moriar, iterum fortunæ mex ad eorsem miseriarum scopulos alidantur. *Idem*.
³ *Μῆτω μέγαν*] Invenimus hunc vericulum apud Joannem Stobæum, sub nomine Sophoclis. Explicat autem fere Solonis sen-

tentiam: qui neminem beatum antequam obisset dici volebat. *Victor.* Sensus vulgaris non convenit huic loco. *Leg. Mæw μέγ' ἔργε*. Hoc est, ne quid magnum dicas, priusquam mortuum videris, seu ne gloriaris de adventis, priusquam iaceas. *Ps. 142.* non modo est mori, sed quocunque modo finire. Itaque *μῆτω μέγαν* sapere ponitur pro denique, ad postremum. Cicero elegantissime a-busus est hoc dicto. Accipit *μῆτω μέγαν* quasi esset accusativi pluralis neutrius, & lo-queretur poeta de nummis. Significat igi-tur, ut gratulaberis tibi de nummis, priusquam finientia, hoc est, finem negotii videris. *J. F. Gron.*
⁴ Nihil reperio] Quod emere possis.
⁵ In oppido] Antiarum. *Corradus*.
⁶ Antium Buthrotum esse Romæ] Ut Cyra Buthrotum prope habet, oppidum amœ-nissimum, & quietissimum: ita Antium Ro-mæ. *Manutius*.



UNIVERSITÄT ZÜRICH

ALD D E C S

Romæ, ut Corcyræ illud tuum. Nihil quietius, nihil alius, nihil amoenius. ⁷ *Εἰν μισθὸς φιλῶ δὲ δῶ*. Postea vero quam Tyrannio mihi libros disposuit, ⁸ mens addita videtur meis ædibus: qua quidem in re mirifica opera ⁹ Dionysii & Menophili tui fuit. Nihil venustius quam illa tua ¹⁰ pegmata, postquam sillybis libros illustrarunt. ¹¹ Valde ut scribas ad me velim ¹² de gladiatoribus; sed ita, bene si rem gerant: non quero, male si se gessere. ¹³ Apenas vix discesserant: cum epistola. Quid ais? putasse fore, ut legem non ferat? dic, oro te, clarius: vix enim mihi exaudisse videor. Verum statim fac ut sciam, si modo tibi est commodum. Latis quidem, quoniam dies est additus, eo etiam melius hic eum diem cum Dionysio conteremus. ¹⁴ De Trebonio profrus ¹⁵ tibi assentior. ¹⁶ De Domitio:

¹⁷ *Σύλα μὲν τῆς Δημοσθένος σύλλογος εἶδ' ἐν*

Οὐτα ὁμοῖον γέγονε,

quam est ista ¹⁸ *περισσῶς* nostræ: vel quod ab iisdem, vel quod præter opinionem, vel quod viri boni nusquam. Unum dissimile, quod huic merito. Nam de ipso calu, nescio an illud melius. Quid enim hoc miserius, quam cum qui tot annos, quot habet, designatus Consul fuerit, fieri Consulem non

⁷ *Εἰν μισθὸς*] Hoc sensu: familiaris tui domus tibi odio fuerit præ Antiatibus illis ædibus. Proverbum Græcum est, *εἰν μισθὸς οἶκος*, quo familiaris cuiusque domus laudatur. Verum ita amantem erant ædes Ille Antiat, ut nemo esse qui suis illas longe non anteferet. *Boissac.*

⁸ *Menar*] Cum antea, bibliotheca nondum a Tyrannione disposita, quasi corpus esset sine mente. *Maenius.*

⁹ *Dionysii, & Menophili*] Quibus Tyrannio usus est gladiatoribus. ep. 4. *Idem.*

¹⁰ *Pegmata*] Vide supra, epist. 4. ubi de sillybis, pro *silybis*, quod habent vulgati.

¹¹ *Valde ut*] Ita Lambinus. Alii vero, *illustrarunt videt*. Et *scribas* &c. Reponendum autem conjicit J. F. Gronovius: *Vale, & scribas* &c. Ita ut *Apenas vix discesserant*, sit novæ epistolæ initium.

¹² *De gladiatoribus*] Supra, epist. 4.

¹³ *Apenas*] Servus vix discesserat cum literis ad te meis, cum epistola mihi a te

reddita est: in qua scribis fore, ut legem non ferat. Quam autem legem non laturum, & quam legem intelligat, quoniam in divinatione positum est, omitto. *Man.*

¹⁴ *De Trebonio*] Tribunatum plebis petitur, quem gessit anno sequenti, Pompeio, & Cæsaribus. *Idem.*

¹⁵ *Tibi assentior*] Eum Tribunatum plebis legem de Provinciis Consularibus ad isturam arbitrium laturum. Plut. in Pomp. & Dion. lib. XXXIX. *Corradus.*

¹⁶ *De Domitio*] L. Domitio Enobarbo Consulari candidato. *Idem.*

¹⁷ *Σύλα*] *Ficus per Cereus* ficut nulla unquam tam similis fuit. Sevarius cum dimidio Comici nescio cuius.

¹⁸ *Perissotus*] Status, conditio. Status iste Domitii similis est nostro, cum in exilium pulsus sumus, vel quod ab iisdem laeditur, a quibus olim ego; vel quod præter opinionem &c. *Maenius.*

non posse? præsertim cum aut solus, aut certe non plus, quam cum altero petat. Si vero id est, quod nescio an sit, ut non minus longas jam in codicillorum fastis futurorum Consulium paginulas ¹⁹ habeat, quam factorum, quid illo miserius? nisi respublica, in qua ne speratur quidem melius quidquam. ²⁰ De Natta, ex tuis primum scivi literis; ode-ram hominem. De poemate quod quæris, quid si cupiat ²¹ effugere? quid? finas? ²² De Fabio Lucio ²³ quod eram exorsus, homo peramans nostri semper fuit, nec mi unquam odio: satis enim acutus & permodestus, ac bonæ frugi. Eum quia non videbam, abesse putabam. Audivi ex Gaudio hoc Firmano, Romæ esse hominem, & fuisse assiduam. Percussit animum, dices, ²⁴ tantulane causa? permulta ad me detulerat non dubia de ²⁵ Firmanis fratribus. Quid sit, quod se a me removet, si modo removet, ignoro. De eo quod me mones ut & ²⁶ *πολιτικῶς* me geram, & ²⁷ *τῆς ἐμοῦ γράμματος* teneam; ita faciam. Sed opus est majore prudentia, quam a te, ut soleo, petam. Tu velim e Fabio, si quem habes aditum, odorere: & istum convivam tuum ²⁸ degustes; & ad me de his rebus, & de omnibus quotidie scribas. Ubi nihil erit quod scribas, id ipsum scribitur. Cura ut valeas.

B b 2 CI.

¹⁹ *Habere*] Hæc omnes intelligunt de Domitio, inepressione. Scribendum: in codicillorum fastis futurorum Consulium paginulas habere. Sc. Pompeius, Cæsar, & Crassus, qui jam inter se convenerunt de Consulibus in multis annos, quos fieri sint passuri, idque habeant perscriptum in codicillis, ut jam aliquo: annorum Consules non populi Romani, sed suo arbitrio fecerunt. *Quid illo miserius?* scilicet, bono Domitio, qui inter hos notatos in codicillis habet dubie non est, cum tamen quæsit penitus & sublati sibi videatur in speciem Consulatus, arte Consulari, triumphali, censorio. Suet. Ner. 2. J. F. Gron.

²⁰ *De Natta*] Cognomen est Pinaricorum. Forte is est, de quo dixit Florianus: *magis olivo, non quo fraudatis immundus Natta luceretur*. *Corradus.*

²¹ *Effugere*] In lucem exire. *Man.*

²² *Fabio Lucio*] Nisi M. Fabius hic est, cuius medicam etiam commendat ep. 23. lib. IX. Fam. facor me, qui sit, ignorare.

²³ *Quod eram exorsus*] Alibi, vel in cogitatione. Certe in hac epistola non est exorsus, nisi forte pars illa desideretur. *Idem.*

²⁴ *Tantulane causa*] Minima enim causa, ideo commoveri, quia, cum Fabius Romæ fuisset assiduus, ad eum tamen non venisset. *Maenius.*

²⁵ *Firmanis*] Interpretes, qui sunt fratres hi Firmani, ignorant.

²⁶ *Politicos*] Civitatis, sed cum Republicæ bene gerenda stultus. *Corrad.*

²⁷ *τῆς ἐμοῦ γράμματος*] Id est, interiorum litterarum, quæ media inter ceteras ducere. Significat media via utendum esse, ut idem alibi loquitur: quod sit, cum quædam non inclinat in alteram factionum partem. *Boissac.*

²⁸ *Degustet*] Leviter in sermone tunc. *Maenius* a cibus, quoniam saporem decullando percipimus. Et respexit ad illud. *Odol.*

²⁹ *Quod eram exorsus*] Alibi, vel in cogitatione. Certe in hac epistola non est exorsus, nisi forte pars illa desideretur. *Idem.*

²⁴ *Tantulane causa*] Minima enim causa, ideo commoveri, quia, cum Fabius Romæ fuisset assiduus, ad eum tamen non venisset. *Maenius.*

²⁵ *Firmanis*] Interpretes, qui sunt fratres hi Firmani, ignorant.

²⁶ *Politicos*] Civitatis, sed cum Republicæ bene gerenda stultus. *Corrad.*

²⁷ *τῆς ἐμοῦ γράμματος*] Id est, interiorum litterarum, quæ media inter ceteras ducere. Significat media via utendum esse, ut idem alibi loquitur: quod sit, cum quædam non inclinat in alteram factionum partem. *Boissac.*

²⁸ *Degustet*] Leviter in sermone tunc. *Maenius* a cibus, quoniam saporem decullando percipimus. Et respexit ad illud. *Odol.*

CICERO ATTICO SAL.

IX. SANE velim scire num¹ censum impediunt Tribuni diebus vitiandis, (est enim hic rumor) totaque de Censura quid agant, quid cogitent. Nos hic cum Pompejo fuimus. Multa mecum de republica, sane sibi displicens, ut loquebatur: sic est enim in hoc homine dicendum) Syriam spernens, Hispaniam iactans; hic quoque, ut loquebatur; & opinor, usquequaque de hoc cum dicemus, sit hoc² quasi & *quasi* tibi etiam gratias agebat, quod magna³ componenda suscepisses: in nos vero suavissime hercule effusus. Venit etiam ad me in Cumanum⁴ a se. Nihil minus velle mihi visus est, quam Messallam Consulatum petere: de quo ipso si quid scis, velim scire. Quod⁵ Lucejo scribis te nostram gloriam commendaturum, &⁶ aedificium nostrum quod crebro invisis, gratum. Quintus frater ad me scripsit, se, quoniam Ciceroem suavissimum secum⁷ haberet, ad te Nonis Maji venturum. Ego me de Cumano movi ante diem v Kal. Maji: eo die Neapoli apud⁸ Latum, ante diem iv Kal. Maji, iens in Pompejanum, bene mane hac scripsi.

¹ Censum] Est census Censuram opus, hoc in loco, *Psitari* autem dicitur dies, cum visiosi sunt aliqua religionis observantione. *Janus.*

² Sic enim] Soleo enim aliud sentire, aliud loqui. Ep. 1. lib. VIII. Fam. Hinc ep. 12. h. l. Dixit, sed utrum fronte, an mente, dubitatur. Corradus.

³ Quasi] Ut Phocylides poeta suis preceptis proponere solitus est illum dimidiatum vericulum; *Tu* *quasi* *quasi*: *Ex hoc Phocylides*; sic nos, cum Pompeji sermones recitamus, semper addemus, *Ut loquebatur*: quoniam ille aliud in lingua promptum, aliud in pectore clausum habebat. *Papua.*

⁴ Componenda] In theatro Pompeji. De quo Plut. Plinius &c. *Manutius.*

⁵ A se] A villa sua; sicuti, *Ad me*, *valeat*, *ad villam meam*. Nec est, cur hoc lo-

quendi genere quisquam offendatur. Sic ille, quem hic noster tanti fecit, Terentius in *Heauton*. *Hinc a me quisquam egredietur?* & alibi cum ipse, tum, optimis Latinitatis auctor, Plautus. *Idem.*

⁶ Nihil minus velle] Quia favebat Emilio Scuro. Videbat autem duos patricios simul esse consules non posse: veritas enim antiqua lex. Ideo timebat, ne, defecto Scuro, Messalla crearetur. *Quod evenit. Idem.*

⁷ Lucejo] Vide ep. 6. *lujus libri.*

⁸ Aedificium] Domum quae edificatur. De qua lib. III. ad Q. Fr. *Manutius.*

⁹ Habere] Mallem: *seu* *habere*: ut ea causa iret ad Atticum Q. frater. *Idem.*

¹⁰ Latum] Placeret, *Petam*; ut sit *Papirius Petus*, de quo Fam. IX. *Idem.*

CICERO ATTICO SAL.

X. PUTEOLIS magnus est rumor Ptolemæum esse in regno. Si quid habes certius, velim scire. Ego hic paucor bibliotheca¹ Fausti. Fortasse tu putabas, his rebus Puteolanis & Lucrinensibus. Ne ista quidem desunt. Sed me hercule² a ceteris oblectationibus desolor, & voluptatibus, propter Rempubicam; sic literis sustentor & recreor; maloque in illa tua fedecula, quam habes³ sub imagine Aristotelis, sedere, quam in istorum sella curuli; tecumque apud te ambulare, quam cum eo, quocum video esse⁴ ambulandum. Sed de illa ambulatione fors viderit, aut si quis est qui curet deus. Nostram⁵ ambulationem, & Laconicum, eaque quæ⁶ Cyrea sint, velim, quod poteris, invasis; & urgeas Philotimum ut properet; ut possim tibi aliquid in eo genere respondere. Pompejus in Cumanum⁷ Parilibus venit: misit ad me statim qui salutem nuntiaret. Ad eum postridie mane vadebam, cum hæc scripsi.

¹ Est in regno] Refirunt a Gabínio, Syriae proconsole. Nota historia ex Dione, *Cesare*, alii. *Manutius.*

² Fausti] Hic est L. Cornelius Sylla Faustus, Sylla Diatariis filius, Pompeji gener, quem magnam & exquisitam bibliothecam habuisse licet suspicari ex eo, quod Sylla patre devictis Athenis inde aliquot librarium millia abstulerit, ut tradit Plutarchus in *Vita*. *Papua.*

³ Hic rebus] Piscibus & ostris, quibus sinus Puteolanus & lacus Lucrinus abundabant. *Idem.* Placet ut legatur *ostreis*, pro *his rebus*. *Ursinus.*

⁴ A ceteris] Videtur ut suo loco excidisse. Forte Cicero sic scripsit: *Sed mhercule ut a ceteris* . . . sic *litoris* &c. *Græv.*

⁵ Sub imagine Aristotelis] In tua bibliotheca. *Manutius.*

⁶ Ambulandum] Mihi ut legato. Ep. 1. & 2. h. l. Nisi velit significare, quod de- vorandum esse dixerat, ep. 5. h. l. *Cor.*

⁷ Ambulationem, & Laconicum] In ipsius domo. De Laconico, vide Vitruvium lib. X. cap. 9. 10. *Manutius.*

⁸ Cyrea sint] A Cyro archidoto facta sint. Ep. 3. lib. II. *Al. circa sunt*, idque fortasse rectius, ut balnearia significet. Ep. 1. lib. III. ad Q. fr. *Corradus.*

⁹ Ut possim] Ut ego quoque habeam, ubi te possim accipere, acceptus a te toties: quod nunc, nondum edificata domo, non possum. *Manutius.*

¹⁰ Parilibus] IX. Kal. Maji. *Idem.*

CICERO ATTICO SAL.

XI. DELECTARUNT me epistolæ tuæ, quas accepi uno tempore duas ante diem xi Kal. Perge reliqua.

qua. Gestio scire ista omnia. ¹ Etiam illud cuiusmodi sit, velim perspicias: potes a ² Demetrio: dixit Pompejus, Crassum a se in Albano expectari a. d. iv Kalendas: is cum venisset, Romam esse statim venturos, ut rationes cum Publicanis putarent. Quæsi, ³ gladiatoribusne? respondit, ante quam inducerentur. Id cuiusmodi sit, aut nunc si scias, aut cum is Romam venerit, ad me mittas velim. Nos hic voramus literas cum homine mirifico (ita mehercule sentio) Dionysio, qui te, omnesque vos salutat. ⁴ Οὐδὲν γὰρ ἄλλο τι ἢ πᾶσι εὐχεται. Quare ut homini curioso ita perscribe ad me, quid primus dies, quid secundus, quid ⁵ Censores, quid ⁶ Appius, quid illa populi ⁷ Apuleja. Denique etiam quid a te fiat, ad me velim scribas. Non enim (ut vere loquamur) tam rebus novis, quam tuis literis delector. Ego mecum præter Dionysium duxi neminem: nec metuo tamen ne mihi sermo desit ⁸ abs te. Opere delector. Tu Luccejo ⁹ nostrum librum dabis. ¹⁰ Demetrii Magnetis tibi ¹¹ mitto; statim ¹² ut sit, qui a te mihi epistolam referat.

¹ Etiam illud] Hoc quod sum dicturus, quoadque mihi Pompejus affirmavit, de rationibus cum publicanis parandis. Id ipsum repetit, post hanc narrationem, his verbis, *Id cuiusmodi sit, aut nunc si scias, &c. Matipina.*

² Demetrio] Pompeii liberto. Plin. lib. XXXV. cap. 18. Plutarcho in Pomp. & Dion. lib. XXXIX. *Corsarius.*

³ Gladiatoribusne] Putarent vellet rationes, quibus diebus gladiatores pugnarent? Ante, Pompejus respondit: *Manus.*

⁴ Οὐδὲν] Nihil dulcius, quam omnia nosse. Desit fortasse verbum *est.*

⁵ Censores] Num civitatem censent, an illi deserperetur. Ep. 17. *Manutius.*

⁶ Appius] Quia videbat eum hoc anno consularum petiturum. Anno enim proximo consularum gessit. *Idem.*

⁷ Apuleja] Appii frater P. Clodius, qui

populam in tribunatu non secus, atque Apulejus Saturninus, concitat. *Apulejum autem appellat per contemptum quasi effeminatum, & mollem. Idem.*

⁸ Abs te. Opere] Alibi aliter & legunt, & interpretantur: sed germanas, ogleos, & peras afferant. Hic tamen aberrant librarium scriptorem facile crediderim. *Olivetius.*

⁹ Nostrum librum] Commentarium earum rerum, quas in consularu gessimus: ut habeat, unde sumat, ad historiam conficiendam. Ep. 12. lib. V. Fam. *Manutius.*

¹⁰ Demetrii Magnetis] Epist. 11. & 16. lib. VIII. *Corsarius.*

¹¹ Mitto] Librum *vegi* *suavis* ab eodem Demetrio Magete ad te missum; *Idem.*

¹² Ut sit] Ille, qui Magnetis librum attulerit. *Idem.*

CICERO ATTICO SAL.

XIII. EGNATIUS Romæ est. Sed ego cum eo de re Hælimeti vehementer Antii egi; graviter se acturum cum ¹ Aquilio confirmavit. Videbis ergo hominem, si volles. Macroni vix videor ² præsto esse. Idibus enim auctionem Larini video, & ³ biduum præterea. Id tu, quoniam Macronem tanti facis, ignoscas mi velim. Sed, si me diligis, postriede Kal. cæna apud me cum Pilia. Prorsus id facies. Kalend. cogito in hortis Crassipedis, quasi in diversorio, cenare. ⁴ Facio fraudem senatus-consulto. Inde domum cenatus, ut sim mane præsto Miloni. Ibi te igitur videbo, & ⁵ promonebo. Domus te nostra tota salutat.

¹ Aquilio] Jurisconsulto: ut sit C. Aquilius Gallus, qui Ciceronis collega fuerat in prætura: ut in oratione pro Cluentio, & Offic. lib. II. *Manutius.*

² Præsto esse] Macronis causam non videor posse defendere, cum auctioni constituerim interesse. Forre autem vel emere quippiam Cicero volebat in auctione: vel ad eum bonorum pars, que vendebantur, ex hereditate petebatur. *Idem.*

³ Biduum præterea] Subintelligit, Larini mihi commorandum est, aut aliquid aliud tale. *Lambinus.* *Biduum*: quod auctioni huic, præter Idus, dabitur. *Mong.*

⁴ Facio fraudem senatus-consulto] Cum senatus vocabatur, senatores, qui erant in ur-

be, adesse jubebantur in senatu, qui non erant, juberi non poterant. Cicero autem, ne citari posset, urbem non est ingressus Kalendis, quo die senatus habebatur, sed in hortis suburbanis consistens, & cenare voluit. Fraude igitur subterfugit senatus-consultum, quo in senatus-consulto scriptum erat, ut senatores, qui in urbe essent, in senatum vocati venirent, non venientibus pignora auferrentur. *Philipp. I. Manutius.*

⁵ Promonebo] Est, promonebo; ut prodicere diem, prædicere, apud Varronem de Lingua Latina. *Bosius.* Id est, porro monnebo, ut eo die cenæ apud me cum Pilia: quod ante dixerat. *Juvius.*

CICERO ATTICO SAL.

XIII. NOS in Tusculanum venisse ante diem xvii Kal. Decembris video te scire. Ibi Dionysius nobis præsto fuit. Romæ ante diem xiiii Kalend. volumus esse: quid dico, volumus? immo vero cogimur. ¹ Milonis nuptiæ; comitorum non nulla opinio est. ² Ego, ut sit rata, abfuisse

¹ Milonis nuptiæ] Duxit uxorem Faustam, Syllæ dictatoris filiam. *Manutius.*

² Ego ut sit rata] Quævis, inquit, rata sit opinio illa comitorum; ita ut ea cer-

to habeantur, tamen non moleste sero me abfuisse ab iis alterationibus, &c. Hæ vero fuerant, ut suspitor, de habenda aut non habenda quorundam ratione. *Bosius.*

se me in altercationibus, quas in Senatu factas audio, fero non moleste. Nam aut defendissem, quod non placeret; aut desuissem, cui non oporteret. Sed mehercule velim res istas, & presentem statum Reipublica, & quo animo Consules ferant hunc ³ *συνουσίαν*, rescribas ad me, quantum ⁴ potest. Valde sum ⁵ *ἐπιθυμῶ*: & si quæris, omnia mihi sunt suspecta. Crassum quidem nostrum minore dignitate ajunt profectum paludatum, quam olim ⁶ æqualem ejus L. Paulum, iterum Consulem. O hominem ⁷ nequam! De ⁸ libris oratoris factum est a me diligenter: diu multumque in manibus fuerunt; describas licet. Illud etiam te rogo, ⁹ *ἵνα παρῆσαν κἀνδράσιν τῶν ὁδῶν*: ne istuc hospes veniam.

³ *συνουσίαν*] Perurbationem.

⁴ *Ποτὲ*] Bostus edidit, *pot' est*.

⁵ *Ἐπιθυμῶ*] Famelicus.

⁶ *Æqualem*] Eius ritum, qui consul periret Canensis proelio; Africanus minoris patris naturalis. In secundo consulatu paludatus exiit ad bellum Macedonicum; nec multo post victor, capto etiam rege Perse, triumphavit. *Æqualem* Crassi, vel cum joco nominat, quod utroque iterum consul ad bellum sit profectus; vel serio, quod eadem orate essent, cum ad bellum exire. Nam, sexagenarium utrumque fuisse, tum ex Li-

vio, tum ex Plutarcho licet coniecere. *Manutius*.

⁷ *Nequam*] Qui, C. Ateji Capitonis, Tribuni plebis obnuntiationibus, dirisque neglectis, auri Parrhici cupiditate præcepit, ante hunc consulatus ivit in provinciam. Cicero lib. I. de Divin. Plutarchus, Dio, alii. Eius tamen absentis dignitatem defendit in senatu. Ep. 8. lib. V. Fam. *Idem*.

⁸ *Libris*] Tribus ad Q. fratrem. *Idem*.

⁹ *ἵνα παρῆσαν*] Presentem statum Reipublice, subiecta rudi ejus forma.

CICERO ATTICO SAL.

XIV. VESTORIUS noster me per literas fecit certiorum, te Roma a. d. vi. Id. Maj. putare profectum esse tardius quam ¹ dixerat, quod minus valuisses. Si jam melius vales, vehementer gaudeo. Velim domum ad tuos scribas, ut mihi tui libri pateant, non secus ac si ipse adesses, cum cæteri, tum Varronis. Est enim mihi utendum quibusdam rebus ex iis libris ad eos, quos in manibus habeo: quos, ut spero tibi valde probabo. Tu velim, si quid forte novi habes, maxime a Quinto ² fratre, deinde a C. Casfare, & si quid forte de comitiis, de Republica (foles enim

¹ *Dixerat*] Faernus corrigebat, *dixerat*, pro *dixerat*, & ita videtur legendum. *Ursinus*.
² *Fratre*] Nunc Cæsar's legato. *Corr.*

tu hæc ³ festine odorari) scribas ad me. Si nil habebis, tamen scribas aliquid. Nunquam enim mihi tua epistola aut intemptiva, aut loquax visa est. Maxime autem rogo, rebus tuis, totoque itinere ex sententia confecto, nos quamprimum revisas. Dionysium jube salvere. Cura ut vales.

³ *Festine odorari*] Videant cruditi, an re-runt, *Festive* legatur: id est, eleganter, & ruitus quod manuscripti adhuc retinent libri, suavibus quibusdam blanditiis. *Vitruvius*, & Germani in margine sui codicis adnota-

CICERO ATTICO SAL.

XV. DE Eutyclide gratum, qui vetere prænomine, novo nomine T. erit Cæcilius; ut est ex me & ex te ¹ junctus Dionysius, M. Pomponius. Valde mehercule mihi gratum, si Eutychides tuam erga me benevolentiam cognosceret; & suam illam ² in meo dolore *συμπάθειαν*, neque tum mihi obscuram, neque post ingratham fuisse. Iter Asiaticum tuum puto tibi fulcipiendum fuisse. Nunquam enim tu sine justissima causa tam longe a tuis & hominibus, & rebus carissimis, & suavissimis abesse voluisses. Sed ⁴ humanitatem tuam, amoremque in tuos reditus celeritas declarabit. Sed vereor, ne lepore te suo detineat diutius ⁵ rhetor Clodius, & homo pereruditus, ut ajunt, & nunc quidem deditus Gracis literis, ⁶ Pituanus. Sed, si vis homo esse, recipe te ad nos ad quod tempus confirmasti. Cum illis tamen, cum salvi venerint, Romæ vivere licebit. Avere te scribis accipere aliquid a me litterarum; dedi, ac multis quidem de rebus ⁷ *ἡμισυδὲ ἑξ ὅδων* percripta omnia: sed, ut conjicio, quoniam mihi

Tom. VIII.

C c

non

¹ *De Eutyclide*] Servam Eutylichem Atticum liberaturus, cum de suo vetere prænomine, novo nomine, quod ipse a Cæcilio avunculo adoptatus acceperat, T. Cæciliam Eutychidem appellare constituerat. *Manut.*

² *Junctus*] Ita, ut M. Pomponius Dionysius vocetur. *Caradus*.

³ *In meo dolore*] In exilii calamitate. *Manutius*.

⁴ *Humanitate*] Deleo *sed*; quod manifestum ex syllaba antecedentis repetitione (ut

ferre sit in mss.) fuit inculcatum: aut ex initio sequentis comprehensionis adscriptum ab oscitante librario, *foveus*.

⁵ *Rhetor Clodius*] De quo Philipp. II. & Suetonius in libello de claris Rhetor.

⁶ *Pituanus*] Gentile non fuit *Pituanus*, cognomen *Pituanus*. De gente Pitaria dictum est alibi. *Juvens*.

⁷ *ἡμισυδὲ ἑξ ὅδων*] Ut quæque singulis diebus acciderunt.

pus dilata. ²⁹ Sequere nunc me in campum. Ardet ambitus: ³⁰ *σημα δὲ τοῦ ἐπέου*: ³¹ scenus ex triente Idib. Quint. factum erat beffibus. Dices, ³² istuc quidem non moleste fero. ³³ O virum, o civem! Memmium Cæsaris omnes opes confirmant. Cum eo Domitium ³⁴ Consules junxerunt; qua pactione, epistola committere non audeo. Pompejus fremit, queritur, Scæuro studet: sed utrum fronte, an mente, dubitatur. ³⁵ *Ἐξοχῆ* in nullo est. Pecunia omnium dignitatem exæquat. Messalla languet; non quo aut animus desit, aut amici: sed coitio Consulium, & Pompejus obsunt. Ea comitia puto fore ut ducantur. Tribunitii candidati jurarunt se arbitrio Eatonis petituros. Apud eum H-S quingena deposuerunt; ut, qui a Catone ³⁶ damnatus esset, id perderet, & competitoribus tribueretur. Hæc ego pridie scribebam, quam comitia fore putabantur. Sed ad te v. Kal. Sext. si facta erunt, & tabellarius non erit profectus, tota comitia perscribam: quæ si, ut putantur, gratuita fuerint: plus unus Gato potuerit, quam omnes quidem iudices. ³⁷ Messius defendebatur a nobis, e legatione ³⁸ revocatus: nam cum Cæsari legarat Appius. ³⁹ Servilius edixit, ut adesset. ⁴⁰ Tribus habet Pomptinam, Velinam, Mæciam. Pugnatur acriter: ⁴¹ agitur tamen satis. Deinde me expeditio ⁴² ad Drusum, inde ad Scæurum. Paratur

²⁹ *Sequere nunc me in campum*] Hoc dicitur: Accipe nunc de ratione petitorum. Petebantur enim in campo Martio magistratus. *Mammus*.

³⁰ *σημα δὲ τοῦ ἐπέου*] Signum vero tibi dico. *T. v. 326.*

³¹ *Scenus ex triente*] Hoc dicit Cicero, scenus fuisse duplicatum, ut cum antea pecunia mutua acciperetur trientibus usuris, hoc est nostro loquendi modo quatuor in centum, nunc propter candidatarum immunitatem ambitum, multum pecunie mutuum fumentum ad largiendum, non nisi beffibus usuris locari pecuniam, hoc est octo in centum. *Grævius*.

³² *Iste*] Ego Atticus, qui lucrari aliquid poterit ut heres Cæciliæ feneratoris. *Ep. 9. lib. I. & ep. 29. lib. III. Corradus*.

³³ *O virum, o civem*] Ironia. *Mammus*.

³⁴ *Consules*] *App. Pulcher & Domitius*

Alenobarbus, Memmius & Domitius Calvinus consularum pactione polliciti. *Pachio* autem que fuerit, aperte scribit in extrema epistola huius libri. *Idem*.

³⁵ *Ἐξοχῆ*] excellentia.

³⁶ *Damnatus*] Quod ambitiose, & non Eatonis arbitrio petisset. *Corradus*.

³⁷ *Messius*] De quo ep. 1. huius libri.

³⁸ *Revocatus*] A propinquis, ut opinor, aut ab amicis. Nam iudicii causa neminem de legatione in urbem invitari revocari licebat. *Mammus*.

³⁹ *Servilius*] P. Servilius, *Maucii* filius, hoc anno prator. *Idem*.

⁴⁰ *Tribus habet*] Tribus hæc Messium videntur absolutura. *Idem*.

⁴¹ *Agitur*] Aliquid tamen proficitur: est accers habemus adversarios. *Idem*.

⁴² *Ad Drusum*] Ut post Messium deserat Drusum, *Idem*.

tur orationibus ⁴³ indices gloriosi. Fortasse accedent etiam Consules designati, in quibus si Scæurus non fuerit, in hoc iudicio valde laborabit. Ex Quinti fratris literis suspicor jam eum esse in Britannia. Suspensio animo expecto quid agat. Illud quidem sumus adepti, quod multis & magni indicii possumus iudicare, nos Cæsari & carissimos & jucundissimos esse. Dionysium velim salvere jubeas, & eum roges & horretre, ut quamprimum veniat, ut possit Ciceronem meum, atque etiam me ipsum, erudire.

⁴³ *Indices gloriosi*] Indices sunt tituli orationibus rationum, ut pro T. Annio Milone, pro M. Marcello. Quia vero clarissimos viros defensus erat, idcirco ait suis orationibus indices gloriosos parari. *Bayssus*.

CICERO ATTICO SAL.

XVI. OCCUPATIONUM mearum vel hoc signum erit, quod epistola librarii manu est. De epistolarum frequentia te nihil accuso. Sed pleræque tantummodo mihi nuntiabant ubi esses, quod erant abs te: vel etiam significabant, recte esse, quo in genere maxime delectarunt duæ fore eodem tempore abs te Bruto data. Scire enim volebam te commode navigasse. Sed hæc epistolarum frequentia non tam ubertate sua, quam celeritate delectavit. Illa fuit gravis, & plena rerum, quam mihi M. Paccius, hospes tuus, reddidit. Ad eam rescribam igitur, & hoc quidem primum. Paccio re & verbis ostendi, quid tua commendatio ponderis haberet. Itaque in intimis est meis, cum antea notus non fuisset. Nunc pergam ad cætera. Varro, de quo ad me scribis, includetur in aliquem locum, si modo erit locus. Sed non est genus dialogorum meorum: ut in oratoris, quos tu in calum fers, non mentio potuit fieri cuiusquam ab iis, qui disputant, nisi ejus, qui illis notus, aut auditus esset. Hanc ergo de republica quam institui disputationem in Africani personam, & Philii, & Lælii, & Manilii contuli. Adjunxi adlecentem

¹ *Abs te*] Ita sine argumento, atque sententia, ut ex his nihil aliud possum cognoscere, nisi ubi esses. *Malajpina*.

² *Bruto*] Mallem, *Brutro*: ut ep. 16.

³ *Locus*] Scripturam meorum.

lescentes Q. Tuberonem, P. Rutilium, duos Laëlii generos, Scavolam, & Fannium. Itaque cogitabam, quoniam in singulis libris utor proœmiis, ut *A'Esopœdus* in iis, quos *Æsopœdus* vocat, aliquid efficere, ut non sine causa istum appellarem: id quod intelligo tibi placere. Utinam modo conatâ efficere possim. Rem enim, quod te non fugit, magnam complexus sum & gravem, & plurimi otii, quo ego maxime egeo. Quod in iis libris, quos laudas, personam desideras Scavolæ, non eam temere dimovi; sed feci idem, quod in *Platonis* deus ille noster Plato. Cum in Piræum Socrates venisset ad Cephalum, locupletem & festivum senem; quoad primus ille sermo haberetur, adest in disputando senex: deinde cum ipse quoque commodissime locutus esset, ad rem divinam dicit se velle discedere; neque postea revertitur. Credo Platonem vix putasse satis cononum fore, si hominem id ætatis in tam longo sermone diutius retinisset. Multo ego fatius hoc mihi cavendum putavi in Scavola; qui & ætate, & valetudine erat ea, qua esse meministi; & iis honoribus, ut vix satis decorum videretur, cum plures dies esse in Crassi Tusculano. Et erat primi libri sermo non alienus a Scavolæ studiis. Reliqui libri *Terentiorum* habent, ut scis. Huic joculariorem senem illam, ut noras, interesse sane nolui. De re filie quod scribis, erit mihi cura. Etenim est luculentata res, Aureliani, ut scribis, ¹⁰ iudiciis; & in eo me etiam Tullia mea ¹¹ venditabo. Vestorio non desum. Gratum enim tibi.

4 *Esopœdus*] *Æsopœdus* dicitur ab eo quos non modo discipuli, sed quilibet & populo admittetur, qui *Esopœdus* sine extranei dicitur sicut *Esopœdus* eius discipuli, & familiares; hinc *Esopœdus* ab eo quos habere ad solos suos discipulos, ac familiares. *Saturnus*.
 5 *Desideras*] Lib. II. & III. de Orat. Nam in primo loquitur *Castor*.
 6 *Platonis*] Libri de Republica.
 7 *Terentiorum*] Artis rationem, dissertationem de præceptis artis.
 8 *Joculariorem*] In tradendis artis præceptis non solet esse locus jocis. Ea enim tractatio spinosior est, quam ut sermonis urbanitatem in disserendo recipiat. Ideo Cicero ab eo Scavolam joculariorem exclusit. *Horatius*.

Terentiorum dicitur ab eo quos non modo discipuli, sed quilibet & populo admittetur, qui *Esopœdus* sine extranei dicitur sicut *Esopœdus* eius discipuli, & familiares; hinc *Esopœdus* ab eo quos habere ad solos suos discipulos, ac familiares. *Saturnus*.
 10 *Iudiciis*] Id est ut iudicet Aurelianus.
 11 *Venditabo*] Cum rem tam luculentam emero ipsius causa. *Corradus*.

tibi id esse intelligat: & ut ille intelligat, curo. Sed scis, qui? cum habeat ¹² duo faciles, nihil difficilium. Nunc ad ea, qua quaeris de ¹³ C. Catone. Lege Junia, & Licinia scis absolutum: Fufia ego tibi nuntio absolutum iri; neque patronis suis tam libentibus, quam accusatoribus. Is tamen & mecum, & cum Milone in gratiam rediit. Drusus reus est factus a ¹⁴ Lucretio, iudicibus rejiciendis a. d. v. Non. Quint. De ¹⁵ Proclio rumores non boni: sed ¹⁶ iudicia nostri. ¹⁷ Hirrus cum Domitio in gratia est. Senatus-consultum, quod hic Consules de provinciis fecerant, *Quicumque posthac*, ¹⁸ non mihi * ut qui jam intelligebamus ¹⁹ enuntiationem illam Memmii valde Caesari displicere. Messalla noster, & ejus Domitius competitor ²⁰ liberalis in populo valde fuit. Nihil gratius. Certi erant Consules. Ac Senatus decrevit, ut ²¹ tacitum iudicium ante comitia fieret. Ab iis ²² consiliis, qua erant ²³ omnibus sortita in singulos candidatos, magnus timor candidatorum.

12 *Duo faciles*] Alii *Deo faciles*, perpetuum, scis, inquit, quis sit iste Vestorius? cum te & me utatur facillimis, tamen nihil difficilium ipso. *Duo* pro duos antiquè, ut alibi. *Popma*.
 13 *C. Catone*] Qui Lentulo & Philippo Cof. Tribuni plebis fuerat. Ep. 2. lib. I. fam. & epist. 3. lib. II. ad Q. fr. *Corrad.*
 14 *Lucretio*] Vide ep. 25. lib. VII. *Idem*.
 15 *Proclio*] De quo, epist. superiori.
 16 *Iudicia nostri*] Quam sint incerta, & quam sortidii iudices. Paulo post. Et sane a Tribuni gratia absolutus postea fuit. Ep. 13. lib. II. ad Q. fr. *Idem*.
 17 *Hirrus*] Vide epist. 2. lib. VII. *Idem*.
 18 *Non mihi ut qui*] Hæc est vetus scriptura, ex qua fortasse legendum non nisi ut qui. Hoc sensu; Senatus-consultum *Quicumque posthac*, quod Consules de provinciis fecerant, non mihi: quia jam intelligebamus enuntiationem Memmii, cum in Senatu recitavit passionem quam ipse & competitor Domitius cum Consulibus fecissent, valde Caesari displicere. & ab id senatus-consultum non valiturum. *Popma*, Codices *Tornesianus*, & *Crusellianus*, non mihi, ut quid? Decuratus, non mihi ut qui. Mendum ita correximus non mihi ut qui. Sensus est: senatus-consultum de provinciis Consulibus non est mihi huius, hoc est, id senatus-con-

sultum huius non facio, ut qui jam intellexerim enuntiationem Memmii, cuius causa factam est illud senatus-consultum, valde Caesari displicere: cuius cum valde interesset id senatus-consultum irritum fieri, non dubito quin, quod eo cautum est, ad nihil recesurum sit. Tanta est enim ejus auctoritas, ut id facile imperatoris sit a Senatu. Et, mihi, feci, mihi huius. Nam saepenumero in his etiam apostolis, mi, non recedens scriptum reperias, pro, mihi. *Boetius*. Poponiam hic *Grævius* præferit.
 19 *Enuntiationem*] Cum C. Memmii passionem in senatu recitavit, quam ipse, & suis competitor Domitius cum Consulibus fecissent. Vide ep. 28. *Masurius*.
 20 *Liberalis*] Munere dato. Ep. 17. lib. II.
 21 *Tacitum iudicium*] Quod factum non ederet. Hoc autem decrevit senatus, ut, qui nullo pudore prohiberentur ab effuso arbitrio, largitionem omitterent; cum intelligerent futurum, ut irrita esset de quaestio, si damnati tacito iudicio fuissent. Erat igitur ad collibendum largitionis impudentiam quædam quoddam taciti iudicii timore. *Idem*.
 22 *Consiliis*] Iudicium. *Idem*.
 23 *Omnibus*] Jam facta erat in singulos candidatos iudicium sortitio, (nam non eadem erant omnium candidatorum consilia) sed iudicia novum facta. *Idem*.

torum. Sed quidam iudices, in his ²⁴ Opimius Vegen. Tro. Antius, Tribunus plebis appellarunt, ne injussu populi judicarent. ²⁵ Res cedit. Comitia dilata ex senatus-consulto, dum lex de tacito judicio ferretur. Venit legi dies: ²⁶ Terentius intercessit. Consules, qui illud ²⁷ levi brachio egissent, rem ad Senatum detulerunt. ²⁸ Hic Abdera, non tacente me. Dices, Tamen tu non quiescis? Ignosce, vix possum. Veruntamen quid tam ridiculum? Senatus decreverat, ne prius comitia haberentur, quam lex lata esset: si qui intercessisset, res integra referretur. Coepit feri leviter. Intercessum non invitis. Res ad Senatum. De ea re ita censuerunt, comitia primo quoque tempore haberi esse e re. Scaurus, qui erat paucis diebus illis absolutus, cum ego partem ejus ornatisime defendissem, obnuntiationibus per Scavolam interpositis, singulis diebus usque ad pridie Kal. Octob. quo ego hæc die scripsi, sublatis, populo tributum domi suæ ²⁹ satisfecerat, sed tamen, etsi tiberior liberalitas hujus, gratior esse videbatur eorum, qui ³⁰ occuparant. Cuperem vultum videre tuum, cum hæc legeres. Nam profecto rem non habes nullam, ³¹ hæc negotia multarum nundinarum fore. Sed Senatus hodie

²⁴ Opimius VEJEN. TRO. Antius] Hæc est, Opimius Pescennia, Transmontana Antius. Nomina sunt Tribuum, in quarum prima censetur Opimius, in altera Antius. Sæpe enim Tribubus designari solebant cives Romanæ. Carus in epist. ad Cic. Fam. VIII. 8. *Bohus*. Merito probatur erudit viri commendationem Boli, sed explicationem non possum probare, cum ex Opimio & Antio duo homines fieret. Si duo diversi homines fuissent, secundum Romanam consuetudinem scripsisset Cicero *Opimius Vegen. & Antius Tro*. Nullum dubium Opimium Antium eundem esse hominem, qui duas tribus habuerit, alteram natiuitate, alteram adoptione. *Geno*.

²⁵ Res cedit] Vid. Man. *Rescissit*. Fortasse legendum, *Res ad Senatum*. Usqm. Vel. et S. C. D. id est, re senatus-consulto decreta. *Corr.* Lectionem *res cedit*, potiorem ducit *Bohus*, & sequitur *Mongalms*.

²⁶ Terentius] Tribunus plebis. *Manur.*

²⁷ Levi brachio] Non vehementer: qui

ad populum de tacito judicio leviter tulisset. *Idem*.

²⁸ Hic Abdera] Hic summa fuit senatorum stultitia: ut Abderitis viserentur: de quorum sumptu, atque insania multi scriperunt. Ex ipse infra, ep. 7. lib. VIII. est, loquit, *abrogando*, id est, ratione carens, quæ factum Abderitarum. *Idem*.

²⁹ Satisfecerat] Nummos distribuerat, ut ea liberalitate consilii deserviret. *Idem*.

³⁰ Occuparant] Ante desiderant: ut Domitius, Messalla competitorum. *Idem*.

³¹ Hæc negotia] Ludit in vocabulo nundinarum. His negotiis interventus multas miseras, potest intelligi vel dies non committas (nam nudis comitia haberi non poterant) vel multas suffragiorum emptiones. J. F. Gronovius. Alterum hoc sequitur *Mongalms* noster: & recte quidem: iniquas enim Candidatorum esse largitiones, Atticus non moleste ferebat, ut modo dictum est pag. 201. *Olivetus*.

die fuerat futurus, id est Kal. Octobribus. Jam enim ³² lucifcit. Ibi loqueretur, præter ³³ Antium & ³⁴ Favonium, libere nemo. Nam Cato ægrotat. De me nihil timeris: sed tamen promitto nihil. Quid quaris aliud? judicia, credo. Drufius, Scaurus ³⁵ non fecisse videntur. Tres candidati fore rei putabantur, Domitius a Memmio, Messalla a Q. Pompejo Ruso, ³⁶ Scaurus a Triario, aut a L. Cæsare. Quid poteris, inquires, pro iis dicere? Ne vivam, si scio. In illis quidem ³⁷ tribus libris, quos tu dilaudas, nihil reperio. Nunc ³⁸ ut opinionem habeas rerum, ferendum est. Quaris ego me ut gesserim? constanter & libere. Quid ³⁹ ille, inquires, ut ferebat? humaniter, meaque dignitatis, quoad mihi satisfactum esset, habendam sibi rationem putabat. Quo modo ergo absolutus? omnino ⁴⁰ γοργεῖα γυμνῶ. Acculatorum incredibilis

Tom. VIII.

D d

infan-

³² Lucifcit] *Lucifcit* autem per *l*, non *lucifcit*, semper in antiquis libris scriptum observavimus, quod etiam in Terentio illo Politianus adnotat, de quo alibi diximus: nec non omni laude & honore dignus Petrus Bembo, in suo dialogo de fabulis Terentii, in illo loco: *Lucifcit, hoc jam cor est pulsare alium? tam pusillam & tam tenuem tuncque, tam magnus & tam gravis vir non est aspernatus. Vistorius*.

³³ Antium] Antium Restionem virum Prætorium, cum Plutarcho autore, Pompejo, & Crasso iterum Coss. prætor fuit. Hunc scribit Macrobi. legem impunitariam tulisse. Val. Max. lib. VI. c. 8. *Corrad.*

³⁴ Favonium] Ep. 1. lib. II. *Idem*.

³⁵ Non fecisse] Reus, a iudicialibus absolutus, his verbis innocens pronuntiabatur, *Non videtur fecisse*. Ergo hic Drufius, & Scaurus dicitur absolutus. Drufius de prævaricatione, Scaurus de repetundis, Cicerone utrumque defendente. *Manur.*

³⁶ Scaurus] Non jam de repetundis, sed de ambitu. Vide Quintil. IV. 1.

³⁷ Tribus libris] Oratoris. *Manutius*.

³⁸ Ut opinionem habeas rerum] Hæc parata, usque ad Sed accipe alia, *δοξασαυαν* non quoddam mihi videretur esse epistola Alsterius, aut certe epistola sine capite & calcæ. Quæ me causa moveriat, ut hæc sententiam, dicam haud multo post: certe nomen Gabini, cuius hic de iudicio tam multa dicitur, omissi non debuit. Et tamen mecum ipse cogitabam, an emendari sic posset,

Nunc ut Gabinium habeas rerum. Illa sententia scilicet: Nunc ut de Gabinio reo certiorum te faciam: ferendum est: quid enim est absolutus. *Malspina*. Ego paucis mutatis, veram, nisi fallor, lectionem reposui, hoc modo, *nunc ut opinionem habeas rerum*. *Bohus*. Hoc totum, ut *opinionem habeas rerum*, quod est in libris vulgatis, depravatatum est; imo vero alienum; & suppositum est, legendumque hoc modo: *nunc de Gabinio habe absolutus*. *Ferens*. Proclive tamen fuit ex Gabinio facere opinio: deinde ex opinio, opinionem, deinde ex *habe absolutus*, *Verum habeas rerum*. *Lambinus*.

³⁹ Ille] Quomodo, inquires, ferebat Pompejus me in ea causa libere & constanter adversus Gabinium agere? humaniter, inquam, & olacide; quoad mihi satisfactum esset ab ipso Gabinio; qui me, per summam injuriam, dum Consul esset, in exilium egerat. Ita, inquam, favebat Gabinio Pompejus, ut mihi tamen ab eo satisfieri velle. *Bohus*.

⁴⁰ γοργεῖα γυμνῶ] Accusatores Gabini Cicero vocat *γοργεῖα γυμνῶ*, quod il nihil præ se ferrent, nisi errorem quendam inanem quo genere formidabiles videntur larvæ. Nam *γοργεῖα* sunt *γοργεῖα* vel *γοργεῖα*, ut ait Helychius, sumpta notatione *δὲ τῶν Τρογῶν*, ἢ *γοργεῖα* & *δὲ τῶν Τρογῶν*. Adde autem *γυμνῶ*, quod larvæ illa nemini notæ non essent, ut quæ nocte apparent, detraha omni simulatione tanquam vestis. *Idem*.

infantia, id est L. Lentuli, L. filii, quem fremunt omnes prævaricatorum; deinde Pompeii mira contentio, iudicum sordes. Attamen xxxiii. condemnarunt, xxxviii. absolverunt.

41. Iudicia reliqua impendent: nondum est plane expeditus. Dices, Tu ergo hac quo modo fers? Belle me hercule, & in eo me valde amo. Amifimus, mi Pomponi, omnem non modo succum ac sanguinem, sed etiam colorem & speciem pristinam civitatis. Nulla est Respublica, quæ delectet, in qua acquiescam. Id ne igitur, inquit, facile fers? Id ipsum. Recordor enim, quam bella paulisper, nobis gubernantibus, civitas fuerit: quæ mihi gratia relata sit, nullus dolor me angit; unum omnia posse dirumpuntur ii, qui me aliquid posse doluerunt: multa mihi dant solatia: nec tamen ego de meo statu demigro: quæque vita maxime est ad naturam, ad eam me refero, & ad literas, & studia nostra: dicendi laborem delectatione oratoria consolor. Domus me, & rura nostra delectant. Non recordor unde ceciderim, sed unde surrexerim. Fratrem mecum & te si habebō, 42. per me ista pedibus trahantur.

43. Vobis ἐμὸν ὄσφρασμα possum. Locus ille animi nostri, 44. stomachus ubi habitabat olim, 45. concalluit. Privata modo, & domestica nos delectant. Miram securitatem videbis: cujus plurimæ mehercule partes sunt in tuo reditu. Nemo enim in terris est mihi tam consentientibus sensibus. Sed accipe alia. Res 46. fuit ad interregnum; & est nonnullus odor Dictaturæ: sermo

41. *Iudicia veliens*] Erat enim de maiestate absolutus, sed prætoris de ambitu, & de repetundis accusabatur. Vide ad Q. fr. ep. 2. & 3. lib. III. *Manutius*.

42. *Per me*] Est hic *ἰσχυρὸς* verbi licet, quod nonnunquam tamen adhibetur, ut *Accidit*. (H. 29.) *Per me servas licet*, ait *Corradus*, non *quæda* *quædam*. *Malaspina*.

43. *Vobis ὄσφρασμα*] Inter vos philosophia. *Corradus*.

44. *Stomachus*] Ubi sedes ira fuit. *Manutius*. *Concalluit*] Nonius ita legit, *Concalluit*: pro, callum obdavit: ut iam nulla res me ad iram adducat. Sic in epist. ad Varronem: *Conferendo callum obdavi stomacho meo*. *Idem*.

46. *Fuit ad interregnum*] Interrex creabatur, cum urbs sine consulis, & reli-

quis patriciis magistratibus esset, ut is haberet comitia consularia; iisque comitiis consules creati, habent comitia reliquorum magistratum. Dum autem unus esset patricius magistratus, auspicia ad patres redire non poterant: ita nec creati interrex quem & a patribus, & auspiciis creati oportebat. Quæ de re alius scribit. *Flute, tentat*. Quia, cum hæc scriberet, mensis Novembris nonium habuit consularibus comitiis, quæ nec in expectatione essent, futurum videbatur, ut res usque eo protraheretur, ut, anno confecto, cum nulli consules essent, interrex comitiarum causa crearetur. Quod ita factum est. Nam consules ex interregno creati Domitius, & Messalla, Ciceri Appianus quoque, & Ahenobarbus, itemque Pompejus, & Crassus. *Idem*.

mo quidem multus; qui etiam Gabinium apud 47. timidos iudices adjuvit. Candidati Consulares omnes rei ambitus. Accedit etiam Gabinius: quem P. Sylla, non dubitans 48. quin foris esset, postularat, 49. contra dicente & nihil obtridente Torquato. Sed omnes absolventur; nec posthac quisquam damnabitur, nisi qui hominem occiderit. 50. Hoc tamen agitur severius. Itaque 51. indicia valent. M. Fulvius Nobilior condemnatus est. Multi alii 52. urbani 53. ne respondent quidem. Quid aliud novi? 54. & tamen. Absoluto Gabinio stomachantes alii iudices, hora post, Antiochum Gabinium, nescio quem e 55. Sopolidis pictoribus, libertum, ac accensum Gabinii, lege Papiæ condemnarunt. Itaque dixit statim reus, lege Majeſtatis, 56. ἢ σ' οὐδ' ἄνευ ἄμα Πάπῃ? Pontinius vult a. d. iv

D d 2 Non.

47. *Timidos*] Quia a Pompejo, ad quem dictaturam delatum iri putabant, sibi timentes, si ego antichissimum Gabinium damnasset, absolveretur. Ad Q. fratrem, ep. 7. lib. III. *Idem*.

48. *Quin foris esset*] Nam cum ex a. d. xii ad iv Kal. Oct. ad urbem fuisset Gabinus, in eamque urbem ingressus esset: nec nisi decimo die, in Senatum venisset: Syllam fortasse potuit latere: foris illum esse, qui inus esset, credentem. Verum, quid tanti erat ad nominis delationem, ut foris esset? Nihil opinor: sed hisce verbis Cicerō consilium Syllæ voluit indicare: qui ut Gabinium a Tribuni cogitatione deduceret, properaverit in iudicium adducere: nesciens, iam tum illum, scem ejus abscidisse, atque in urbem ingressum. Arque hæc quidem loci hujus sententia videtur, non sane jacens. In libro tamen Faerni, *Foris esset* scriptum est. Ubi si *Foris* emendetur, ad iudices referri possit, quos timidos idem proxime appellavit. Eñ, inquit, nonnullus odor Dictaturæ, sermo quidem multus: qui etiam Gabi-

niacur autem fuisse 111. Kal.) *sitava hora cum edito C. Albi*, de *maxilla* cum *alioſte oportere: coccoſti* *suſcipi* & *odio* *utroſque* *poſt* & *paſſo* *afflicto* *uſq*. Sic *libi*. Quod ergo notum erat univerſo populo, Gabinium Romæ atque adeo in urbe esse, id Sylla ignoraverit? *Malaspina*.

49. *Contra dicente*] Contenderat Torquatus, & Sylla: ut accusandi manus alter alteri eriperet. Obtrinitur Sylla: cum id ante non sperasset. *Manutius*.

50. *Hoc tamen*] Tantum de paritidibus accipiunt Corradus & Mongaltus: sed aliter *Manutius*: nam *yoſtate* de omnibus res.

51. *Indicia*] Sic antiqui libri, non, *ſodalita*. Quædæ, inquit, nocentes hominis indicio produntur. *Idem*.

52. *Urbani*] Homines fuerit, qui alios nigro sale deſtrant. *Grævius*.

53. *Ne respondent quidem*] Hoc est, non se ſiſtant in iudicio, ſed in exitum eunt. *Grævius*. *Ooster*. II. 8.

54. *Et tamen*] *Leges*: est *tamen*. *Muretus*. Sed *hæc* *ita* *ſunt* *ſupplenda*: *Et tamen ali-*

quid *est* *uſq*. *Et post* *eaſdem* *diſtinctio* *locanda*. *Grævius*.

55. *Sopolidis*] Pictor fuit celeberrimus tempore Ciceronis, cuius meminit Plinius XXXV. 40. *Boſius*.

56. *ἢ σ' οὐδ' ἄνευ ἄμα Πάπῃ*] *Nomen* *ſcio* *te*, & *Mart*, *cauſteſſe* *cum* *Papſia*, *ſive* *Vonare*? *Videntur* *hæc* *verba* *enō* & *vetere* *poeta*: ſed *ex* *quo*, *aut* *quomodo* *explicanda* *ſunt*, *libenter* *ſator* *me* *ignoro*. *Nam* *doctorum* *hominum* *con-*

Non. Novemb. triumphare. Huic obviam Cato, & Servilius Prætores aperte, & Q. Mucius Tribunus. Negant enim⁵⁷ latum de imperio: & est latum hercule⁵⁸ insulse. Sed erit cum Pontinio⁵⁹ Appius Consul. Cato tamen affirmat, se vivo illum non⁶⁰ triumphare. Id ego puto, ut multa ejuldem, ad nihil recasurum. Appius⁶¹ sine lege, suo sumptu in Ciliciam cogitat. ⁶² Paccianæ epistolæ respondi: cognosce cætera. Ex fratris literis incredibilia quadam de Cæsaris in me amore cognovi: eaque sunt ipsius Cæsaris uberrimis literis confirmata. Britannici belli exitus expectatur. Constat enim aditus insulæ esse munitos mirificis molibus. Etiam illud jam cognitum est, neque argenti scripulum esse ullum in illa, neque ullam spem prædæ, nisi ex mancipiis: ex quibus nullos puto te literis, aut musicis eruditos expectare. ⁶³ Paulus in medio foro basilicam jam pene texuit iisdem antiquis columnis: illam autem, quam locavit, facit magnificentissimam. Quid quæris? nihil gratius illo monumento, nihil gloriosius. Itaque Cæsaris amici (me dico & Oppium: disrumparis licet) in monumentum illud, quod tu tollere laudibus solebas, ut forum laxaremus, & usque ad trium Libertatis explicaremus, ⁶⁴ contempnimus fexcenties H-S. ⁶⁵ Cum privatis non poterat transigi minore

pe-

jectura non satisfaciunt, nec melius aliquid ipse reperio. *Ernst.* Neque habes quo reserax hac verba, lege *Majestatis*. Ominino deesse aliquid videtur.

⁵⁷ *Latum de imperio*] Unius diei, quo ingressus urbem, triumphum daturus erat. Alioqui imperium habere intra urbem licebat nemini. Hujus generis exemplum apud Livium lib. XLV. his verbis: *Tribus his omnibus decretis ab senatu triumphus: mandatumque Q. Cassio prætori, cum tribuibus plebis ex auctoritate patris ageret, rogationem ad plebem ferret, ut illi, quo die urben triumphantes invaderent, imperium esset.* Manutius.

⁵⁸ *Insulse*] Quia legem de imperio Pontinii Serv. Galba prætor clam ante lucem tulerat: quod a Dione traditum est: & agi quidquam cum populo ante horam primam, leges verabant. *Idem.*

⁵⁹ *Appius Consul*] Ejus amicissimus, ut apparet ex ep. 9. lib. III. Fam. *Idem.*

⁶⁰ *Triumphare*] Bessarionis liber, *Triumphaturam*. Utrumque recte. *Idem.*

⁶¹ *Sine lege*] Curia: qua populus proficiscentibus in provincias imperium dabat. Ep. 9. lib. I. ad Lentulum, & ep. 2. lib. III. ad Q. fr. *Idem.*

⁶² *Paccianæ epistolæ*] Hic apparet, divulgata esse, & alieno loco agglutinata harum epistolarum membra. Nam Paccianæ epistolæ incipit respondere in epistola proxima superiorè, ut, in hac quo modo respondere possit, non videam. *Idem.*

⁶³ *Paulus*] L. Æmilius Paulus, qui duas basilicas, veterem restituit, novam extruxit. *Idem.*

⁶⁴ *Contempnimus*] Id est, liberaliter insumpimus, & quasi profundius census fœderium in monumenti illius adificationem. *Idem.*

⁶⁵ *Cum privatis*] Qui vendebant aram *Corvæ*. Faernus volebat non, auctoritatem securus veteris libri.

pecunia. Efficiemus rem gloriosissimam. Nam in campo Martio septa Tributis comitiis marmorea sumus & testæ læturi; eaque cingemus excelsa porticu; ut mille passuum conficiatur. Simul adjungetur huic operi villa etiam publica. Dices, quid mihi hoc monumentum proderit? Quid? celabo te res Romanas? Non enim te puto de⁶⁶ lustro, quod jam desperatum est, aut de judiciis, quæ lege⁶⁷ Cossia fiant, querere. Nunc te objurgari patere, si jure. Scribis enim in epistola, quam C. Decimius mihi reddidit Buthroto datam, in Asiam tibi eundum esse te arbitrari. Mihi mehercule nihil videbatur esse in quo tantulum interesset, utrum per procuratores ageres, an per ipsum; ut abis toties, & tam longe abes. Sed hæc mallem integra re tecum egisse. Profecto enim aliquid egissem. Nunc reprimam susceptam objurgationem. Utinam valeat ad celeritatem reditus tui. Ego ad te propterea minus sæpe scribo, quod certum non habeo ubi sis, aut ubi futurus sis. Huic tamen nescio cui, quod videbatur is te visurus esse, putavi dandas esse literas. Tu, quoniam iturum te in Asiam esse putas, ad quæ tempora te expectemus, facias me certiorum velim, & de Eutyche quid egeris.

⁶⁶ *Lustra*] Censores post censum urbem lustrabant: sed censum, lustrumque simul tribuni plebis obnuntiationibus impediabant. Epist. 10. *Manut.* Sic in marmore Ancyrano Augustus: *Lustrum post annum quadragesimum fecit*, cum tamen interea temporis Censures fuerint. *H. Noris.* in *Comment.* ad *Comptophila Pisana.*

⁶⁷ *Cossia*] *Alti Plauti*, quæ parum convenit; & *Cossia* nulla est nisi a L. Valerio Cotta, *Cottis* factum sit, ut eadem sit, quæ

Aurelia; quod vix puto. *Malaspina.* Non erat quare *Malaspina* habitaret, a Cotta possessæ *Cossiam* dici. Nam eodem modo a Regulo Cortio Alpium pars dicitur *Alpes Cottiana*, & *Cossiana* apud Tacitum Hist. IV. 68. *Ernstus.* Ex literarum chartæ, & rei veritate deprehendi legendum *Cossia*, & intelligi legem tabellarum in perditionis etiam criminis, de qua vicendus *Vigilius* ad annum Urbis 646. *J. F. Gronovius.*

CICERO ATTICO SAL.

XVII. ○ EXPECTATAS mihi tuas literas! o gratum adventum! o constantiam promissi, & fidem miram! o navigationem amandam! quam mehercule ego valde timebam, recordans superioris tuæ transmissionis¹ *deppæis*. Sed nisi

¹ *deppæis*] *Peller*, involvitur. Sensus est, recordans quibus cum impedimentis confi-

latus sis, cum transires mare, in Asiam contendens. *J. F. Gronovius.*

nisi fallor, citius te, quam scribis, videbo. Credo enim te putasse, tuas mulieres in Apulia esse: quod cum secus erit, quid te Apulia moretur: nam vectorio dandi sunt dies, & ille Latinus *arrivatus* ex intervallo regustandus. Quin tu huc advolas, & invisis illius nostræ Reipublicæ germanæ. Putavi de nummis, ante comitia tributum uno loco divisissimam. Vide absolutum Gabinium: detur esse valiturum. De Messalla quod quæris, quid scribam nescio. Nunquam ego vidi tam pares candidatos. Messalla copias nosti. Scaurum Triarius reum fecit. Si quæris, nulla est magnopere commota *supra* *de*; sed tamen habet *Edilitas* ejus memoriam non ingrati; & est pondus apud rusticos in patris memoria. Reliqui duo plebei sic exequantur, ut Domitius valeat amicis, adjuvetur tamen non gratissimo munere; Memmius Cæsaris commendetur militibus, Pompeji Gallia nitatur: quibus si non valuerit, putant fore aliquem, qui comitia in adventum Cæsaris derrudat, Catone præsertim absoluto. Ab Quinto fratre, & a Cæsare accepti a. d. ix. Kal. Novemb. literas, confecta Britannia, obsidibus acceptis, nulla præda, imperata tamen pecunia, datas a litoribus Britanniae proximo a. d.

1 Germanæ. Putavi de] Erit nihil immutavi: tamen non dubito, quin ita legendum sit. *Corinthiam. Peri vide.* Ut sit status. *Advola*] mihi Attice, & invise hinc rempublicam reipublicam illi nostræ, quam laudare solebamus. *Edile* enim, *Germanæ. Illius nostræ reipublicæ* cum *Italia* quasi processu distinet, & plane matrem. Deinde sequitur: Vide magistratus peri: nummis ante comitia tributum uno loco divisissimam. Quæ verba si quis diligentius expendat, singula emphaticè habere conspiciet. Vide item, inquit, Gabinium absolutum, cum necessissimum esset. Concedatur etiam, ut auctoritate foret, & gratia. *Manlius*, qui solus hic Montalio & Cæcio probatur. Omnes quidem feruntur locum esse corruptum: sed, cum illi alta verba supponat, ipsam quoque corrumpunt sententiam, non interpretantur, *Officiis*.

3 Detur esse valiturum] Absolutus est, inquit Gabinius, hinc necessissimus: detur etiam illud, fore ut in republica foret auctoritasque & gloria valeat. Verumtamen

de hoc non valde laboro. *Malspinus*.

4 Quod quæris] Nam futura sit consilium.

Corradus.

5 Reum] De ambitu. Nam de repetundis jam fuerat absolutus. Ep. 16. & ep. 2. lib. III. ad Q. Fr. *Manlius*.

6 Scaurum] Avimi commotio ex commiseratione.

7 Duo plebei] Nam Messalla, & Scaurus patricii; plebei Domitius, & Memmius. Ergo cum Messalla Scaurus, cum Domitio Memmius contendebat. *Manus*.

8 Altitibus] Omnes ad iustitiam sepe venire legimus. *Corradus*.

9 Pompeji Gallia] Gallia Transjanna, in qua Pompejus Strabo, pater Magni, colonis, ius civitatis & suffragii dederat. *Papma*. Mihi scribendum videtur, *Pompeji gratia*. *Muretus*.

10 Cæcio] Cum Cato, qui tribonus plebis biennio ante comitia in annum sequentem detulerat, sit absolutus. Ad Q. Fr. ep. 5. lib. II. *Manlius*.

a. d. vi. Kalend. Octob. Exercitum Britannia reportabant. Q. Pilius erat jam ad Cæsarem profectus. Tu, si aut amor in te est nostri, ac tuorum, aut ulla veritas, aut si etiam sapias, ac frui tuis commodis cogitas, adventare & prope adeste jam debes. Non mehercule aquo animo te careo. Te autem quid mirum, qui Dionysium tantopere desiderem? quem quidem abs te, cum dies venerit, & ego, & Cicero meus flagitabit. Abs te proximas literas habebam Epheso a. d. v. Id. Sext. datas.

1 Pilius] Piliæ propinquus, quam Atticus habebat in matrimonio. *Idem*.

12 Veritas] Ut prædes quod promissisti.

13 Cum dies venerit] Qui dies? An promissisti Dionysio? ita ut hominem secum habere Atticus ad certum tempus voluerit, post M. Tullio cedere? Id ego vix credo: cum præsertim proximo superiore epistola, que

non multo ante scripta est, Cicero Atticum roget, ut Dionysium mittat, de certa die nihil dicat. Placeret, *Quo die venerit*. Ut desiderii vis ac magnitudo indiceret eorum, qui ne unum quidem, aut alterum diem expectaturi essent, sed eodem quo venisset, hominem effragituri. *Malspinus*.

CICERO ATTICO SAL.

XVIII. PUTO te existimare me, nunc oblitum consuetudinis & instituti mei, rarius ad te scribere, quam solebam: sed, cum loca & itinera tua nihil habere certi video, neque in Epirum, neque Athenas, neque in Asiam, neque cuiquam, nisi ad te ipsum proficiscenti, dedi literas. Neque enim sunt eæ epistolæ nostræ, quæ si perlatæ non sint, nihil ea res nos offensus sit: quæ tantum habent mysteriorum, ut eas ne librariis quidem fere committamus. Lepidum quo excidit. Consules flagrant infamia, quod G. Memmius candidatus pat-

1 Lepidum quo res cadat] Sic puto hunc corruptum locum esse emendandum, sententia, & opinor, non incepta. Lepidum (inquit) spectaculum, videre quo res cadat. *Leontius*. Nihil mirum; manuscriptis huc. *Excidit*, impersonale est. *Junius*. Postea coniectore, ut *Lepidum quod excidit*, pro ne aliquid *Lepidum verum & verborum quo ad se ferit*, alii *invenit*, & *invenit* in vulgus. *Grævius*. Delenda hæc verba *Muretus* censet, *Victorinus* sequimur.

2 Piliolum] Pilius hæc erat. Memmius, & L. Domitius Ahenobarbus consules fieri

cupiunt: Appius autem Claudius, & L. Domitius Ahenobarbus consules id agunt: ut consulari functi in provincias mittantur. Promittunt igitur, se operam daturus, ne consules creentur Memmius, & Calpurnius: illi contra, se tres angustos daturus, qui dicentur se assidue, cum lex Curiana de imperio provincialium ad populum ferretur: & duos consules, qui se assidue dicentur, cum Senatibus-consultum de orandis, & infrendis consularibus provinciis scriberetur: nisi hoc facerent. Hæc, dicitur ambo quadringena Appio, & Ahenobarbo. *Manlius*.

tionem in Senatu recitavit, quam ipse & suus competitor Domitius cum Consulibus fecissent, uti ambo H-S quadragena Consulibus darent, si essent ipsi Consules facti, nisi tres Augures dedissent, qui se affuisse dicerent, cum lex Curia ferretur, quæ lata non esset; & duo Consulares, qui se dicerent in ornandis provinciis consularibus scribendo affuisse, cum omnino ne Senatus quidem fuisset. Hæc pactio non verbis, sed nominibus & percriptionibus, multorum tabulis cum esse facta diceretur, prolata a Memmio est nominibus inductis, auctore Pompejo. Hic Appius erat idem. Nihil sane iacturæ. Corruerat alter, & plane, inquam, jacebat. Memmius autem, direpta coitione invito Calvino, plane refrixerat; & eo magis nunc cogitare dictaturam, tum favere justitio, & omnium rerum licentiæ. Perfpice æquitatem animi mei,

3 Tres augures] Nam, cum lex ad populum ferretur, adfuit necesse est, qui dicant licere per Jovem legem ferri. Tres autem plane, cum lex curiata ferebatur, quia triplura Curia tres veteres. Tribus representabant. Veteres autem Tribus suam quæque Auguriam habuit. Idem.

4 Quæ lata non esset] Augures igitur pretio erant adducendi, ut latam mentirentur. Non licebat autem sine curiata lege militare imperium in provinciis habere. Idem.

5 Cuius omnino] Non revera neque lata curiata lex, neque senatus fuerat; sed, quasi utrumque fuisset, ita provincialium administrationem, & lege curiata, & S. C. se daturus consulis promittebant Memmius, & Calvius, si modo ipsi essent consules facti. Idem.

6 Nominibus] Nomina proprie dicta de hujusmodi debitis qui sine usuris contrahuntur. Ideo & parari prosenæque interpositi, qui pecuniam mutuum quantentibus, quam sine usura acciperent, creditores conciliarent, qui sic dare vellent. Quorum proxenatarum operæ non erat opus his qui pecuniam senore sumere cogitarent. Recta enim ad mensam argentariorum ibant, atque inde, si pignoribus & hypothecis idonee cavere poterant, sumebant quantum vellent. Salmasius, de usuris cap. 6.

7 Perfpcriptionibus] Perfpcriptiones sunt, ut nunc loquuntur, assignationes ad trapezitam seu mensam. Solutiones, inquit Salmasius,

apud antiquos Romanos fieri solitas legimus duobus modis, vel ex arca, vel ex mensa. Qui dono solebat, ex arca sua pecuniam sumere intelligebatur, quæ ibi sine fructu recondita servabatur, qui ex mensa numerationem faciebat, duplici modo eam facere solitus. Aut enim a mensam accipiebat senore, qui pro ipso summam quam dedecabat, & cui numeratam illam vellet, dependebat. Tunc debitor talis summe menario existerat. Aut pecuniam ipse habebat apud mensam depositam. Ex qua summa quantum summulam vellet, pro ipso numerabat menarius, qui tanto minoris exinde manebat debitor. Hoc scribere, & perscribere dicebatur, & inde scriptura mensa. Salmasius, de senore Trapezitico, lib. I. Cicero pro Flacco: Pecuniam in adrem sacrum respiciendam se perscripsisse aion. Grægius.

8 Tabulis] Vide Salmasium in cap. 6. libri modo laudati. Idem.

9 Inductis] E codice delatis. Corvædus. Nominibus scilicet eorum, qui hæc pacti erant, & sumam interposuerant fidem.

10 Erat idem] Ita non commovebatur, quasi nihil turpe commisisset. Manutius.

11 Alter] Domitius Ahenobarbus. Idem.

12 Coitione] Coitiones candidatorum quæ sint, nunc omnibus notum. Invito autem Calvino, quia suo consilio contra Domitium voluntatem eam pactioem in Senatu recitavit. Vitellius.

mei, & ludum & contempcionem Seleucianæ provincia, & mehercule cum Casare suavissimam conjunctionem; hæc enim me una ex hoc naufragio tabula delectat. Qui quidem Quintum meum tumque, dii boni! quemadmodum tractat honore, dignitate, gratia! non fecus ac si ego essem imperator. Hibernam legionem eligendi optio delata commodum, ut ad me scribit. Hunc tu non ames? quem igitur istorum? Sed heus tu, scriperamne tibi me esse legatum Pompejo? & extra urbem quidem fore ex Idibus Januariis? Visum est hoc mihi ad multa quadrare. Sed quid plura? coram, opinor, reliqua; ut tu tamen aliquid expectes. Dionysio plurimam salutem: cui quidem ego non modo servavi, sed etiam ædificavi locum. Quid quæris? ad summam lætitiæ meam, quam ex tuo reditu capio, magnus illius adventu cumulus accedit. Quo die ad me venies, tu, si me antas, apud me cum tuis maneas.

13 Seleuciana] Macedoniæ, quam olim provinciam contempsi, & quam vocat Seleucianam a Seleuco Nicanore viatore Lyfymachi, qui tum Thraciam & Macedoniam in ditione habebat. Justin. lib. XVII. cap. 2. J. F. Gronov.

14 Hibernam legionem] Quidam Rejanem sine causa, præsertim repugnantis libris. Nam cum suas legiones Casar, quo facilius provinciam in officio contineret, non unum

in locum ad hibernandum mitteret, optimam Quinto dabat, ad quam vellet proficiscendi: ita ut integrum illi esset, in propinquiora loca, & munitiona venire. Manutius.

15 Istorum] Optimatum? Ep. 5. h. l.

16 Pompejo] Ituro in Hispaniam.

17 Ad me] Hoc aut abundat; aut explana, in aliquam villarum mearum, ubi tum ero. Manutius.



EPISTOLARUM
AD ATTICUM

LIBER V.

CICERO ATTICO SAL.

I. **E**GO vero & tuum¹ in discessu vidi animum, & meo sum ipse testis: quo magis erit tibi videndum, ne quid novi decernatur; ut hoc nostrum desiderium ne plus sit annuum.² De Anno Saturnino curasti probe.³ De satisfaciendo vero te rogo, quoad eris Romae, tu ut satifides. Et sunt aliquot⁴ satisfaciones secundum mancipium, in his & Memmianorum praediorum, vel Atilianorum. De Oppio factum est ut volui, & maxime quod decem⁵ aperuisti; quae quidem ego utique vel⁶ versura facta solvi volo; ne extrema exactio⁷ nostrorum nominum expectetur. Nunc venio ad⁸ transversum illum extremae epistolae tuae versiculum, in quo me admones de forore: quae res se sic habet. Ut veni in Arpinas, cum ad me frater venisset, in primis nobis sermo, isque multus, de te fuit: ex quo ego veni ad ea, quae fueramus ego & tu inter nos de forore in Tusculano locuti.

¹ In discessu] Cum a tuo complexu in Tusculano divulsus sum, in provinciam Ciliciam proficiscens. Manut.

² De Anno Saturnino] Haec alii querebant historiam, nisi forte T. Annium Milonem significet per notam. Corrad.

³ De satisfaciendo] Satisfacere dicitur qui fidei iustores dabat, qui litis eventum in se recipiebant, ita ut quanti condemnatus esset reus, ipso non solvete. is qui fidem suam interposuerat pro reo solveret. Grav.

⁴ Satisfaciones secundum mancipium] Quid rei sit apud Iuristconsultos, vide Cajacium, Obscuri. l. 4. & Salmastium, de modo usu-

ror. cap. 16.

⁵ Aperuisti] Exposuisti, ostendisti te daturum, si urgeret. Ep. 4. Maant.

⁶ Versura facta] Versuram facit, qui, verus ut res alienam solvat, novum contrahit: ut enim conventio quedam, & mutatio creditoris. Idem.

⁷ Nostrorum nominum] Pecuniae mihi ab aliis debita. Idem.

⁸ Transversum] Cum pagina, versibus recto ordine subsequentibus completa, nihil ultra capit; sum, si quid eiusmodi superest, quod multorum verborum non sit, scribere solemus de transverso. Idem.

cuti. Nihil tam vidi mite, nihil tam placatum, quam tum meus frater erat in sororem tuam; ut etiam, si qua fuerat ex ratione sumpta offensio, non appareret. Illo sic die. Postridie ex Arpinati profecti sumus. Ut in Arcano Quintus maneret, dies fecit: ego Aquini, sed prandimus in Arcano. Nosti hunc fundum. Quo ut venimus, humanissime Quintus, Pomponia, inquit, tu invita⁹ mulieres, ego arcivero pueros. Nihil potuit, mihi quidem ut visum est, dulcius, idque cum verbis, tum etiam animo, ac vultu. At illa, audientibus nobis, Ego sum, inquit, hic hospita. Id autem ex eo, ut opinor, quod antecesserat¹⁰ Staius, ut prandium nobis videret. Tum Quintus, En, inquit mihi, haec ego patior quotidie. Dices, quid, quae, istuc erat? Magnum; itaque me ipsum commoverat: sic absurde & asperis verbis vultuque responderat. Dissimulavi dolens. Discubimus omnes praeter illam: cui tamen Quintus de mensa misit: illa rejecit. Quid multa? nihil meo fratre lenius: nihil asperius tua sorore mihi visum est: & multa praetereo, quae tum mihi majori stomacho, quam ipsi Quinto fuerunt. Ego inde Aquinum; Quintus in Arcano remansit, & Aquinum ad me postridie mane venit: mihi quae narravit, nec secum illam dormire voluisse; & cum discessura esset, fuisse eiusmodi, qualem ego vidissem. Quid quæris? vel ipsi hoc dicas licet, humanitatem ei, meo iudicio, illo die defuisse. Haec ad te scripsi fortasse pluribus, quam necesse fuit, ut videres tuas quoque esse partes inflituendi, & monendi. Reliquum est, ut, ante quam proficiscare, mandata nostra exhaustas; scribas ad me omnia; Pontinum extrudas; cum profectus eris, cures ut sciam. Sic ha-

E c 2

beas,

⁹ Dies] Non dies in vesperum jam vergens, (nam & Marcum fratrem eadem causa in Arcano retinisset) sed dies festus Arcani pagi, quem sibi Quintus in suo familia celebrandum putavit. Idem.

¹⁰ Mulieres, ego pueros] Quas mulieres obsecro? Terentianae ac Tulliam? Quid? haec invitatae fuerunt, quasi hospites? Neque enim dicit eas, sed invitatae. Suspicio ergo mea illa est, Pomponiam mulieres illas invitare iussam fuisse, quae Arcis officii causa, silutatum venerant: quas Quintus humani-

tate ac liberalitate adductus, invitari volebat, mulieres a muliere: itaque & Pterocitus quam Pterocia, esse legendum: ut Arcanos item accipiamus. Arcus porro fuerit, hanc procal Argino, ad Melpham fluvium positae: qui ex Apollonio deservit, perique planticem sans undas agens, sub Fregellis denique, Liri tangitur. Hoc opudum; hoc die quoque Arcus dicitur, unde Arcanus: ut a Theba, Thebanus, Malasp.

¹¹ Staius] Libericus Quintri. Videret? Paracet, curaret. Manut.

beas, nihil mehercule te mihi nec carius esse, nec suavius. A. Torquatum amatissime dimisi Minturnis, optimum virum: cui me ad te scripsisse aliquid, in sermone significes velim.

CICERO ATTICO SAL.

II. ANTE diem VI Id. Maj. cum has dabam literas, ex Pompejano proficiscebar, ut eo die manerem in Trebulano apud Pontium. Deinde cogitabam, sine ulla mora, iusta itinera facere. In Cumano eum effem, venit ad me, quod mihi pergratum fuit, noster Hortensius: cui deposcenti mea mandata cætera univérse mandavi; illud propriè, ne pateret, quantum esset in ipso, prorogari nobis provincias. In quo eum tu velim confirmes, gratumque mihi fecisse dicas, quo & venerit ad me, & hoc mihi, prætereaque si quid opus esset, promiserit. Confirmavi ad eam causam etiam Furnium nostrum; quem ad annum Tribunum plebis videbam fore. Habuimus in Cumano quasi pusillam Romam: tanta erat in his locis multitudo; cum interim¹ Rufio noster, quod se a Vestorio observari videbat, stratagemate hominem percussit: nam ad me non accessit. Itane? cum Hortensius veniret, & infirmus, & tam longe, & Hortensius, cum maxima præterea multitudo, ille non venit? Non, inquam. Non vidisti igitur hominem, inquires? Qui potui non videre, cum per emporium Puteolanorum iter facerem? in quo illum, agentem aliquid, credo, salutavi; postea jam iussi valere, cum me

¹ *Rufio noster*] Hic est C. Sempronius Rufus, de quo in epist. Fam. ep. 9. lib. VIII. quem hic per iocum appellat Rufionem. Quoniam autem cum Vestorio nescio quid ei erat controversæ, arbitrum statuerant Cicero nem, ut cognosceret. Deinde, cum Sempronius se a Vestorio videret observari; (observabat autem Vestorius, ut, si Cicero nem Sempronius adisset, statim & ipse accurreret, transigendæque controversæ arbitrum moneret; quod Rufio nolebat, ut qui se non hostium habere causam intelligeret) (hominem stratagemate fecellit: nam ad Cicero-

nem non accessit. Hunc Cicero gratissimum sibi fecisse, dicit, quod de controversia auctori noluerit, id est, quod ad se arbitrum non accesserit, ut de controversia, quam habebat cum Vestorio, transigeret. In quo quasi gratiam referens Cicero pro accepto beneficio visus est, quod eum audiendi molestia liberaverit. Hic Rufio per iocum a Cicero ne vocatur Vestorianus epist. 14. lib. XIV. ob insignem, & diuturnam cum Vestorio controversiam. *Mans.*

² *Postea jam iussi*] Cicero scripsit, Postea etiam iam iussi. *Muret.*

me³ exiens e sua villa, num quid vellem, rogasset. Hunc hominem parum gratum quisquam putet? aut non in eo ipso laudandum, quod audiri non laborarit? Sed redeo ad illud. Noli putare mihi aliam consolationem esse hujus ingentis⁴ molestiæ, nisi quod spero non longiorem annua fore. Hoc me ita velle multi non credunt ex consuetudine aliorum: tu, qui scis, omnem diligentiam adhibebis, tum scilicet, cum id agi debebit. Cum ex Epiro redieris, de Republica scribas ad me velim, si quid erit quod opperiare. Nondum enim satis huc erat allatum, quomodo Cæsar ferret de auctoritate perscripta: eratque rumor de Transpadanis, eos iustos Quatuor-viros creare. Quod si ita est, magnos motus timeo. Sed aliquid⁵ ex Pompejo sciam.

³ *Exiens e sua villa*] Ita Muretus & Lamb. Alii, *Postea sui villa*: alii, *expense e sua villa*: quod quid sit: ne ipsi quidem satis explicant. *Officium.*

⁴ *Molestia*] Provincialis. *Mans.*

⁵ *Nostri*] Ex epistola Cæli ad Cicero nem prima, sane facile cognoscitur, nuntium hunc Cicero ni, de Transpadanis allatum, rumoremque de auctoritate perscripta, falsum fuisse. Cælius enim e complexu Cicero nis Romam reversus (hoc enim iudicium facio ex ejus literis) scribit se de Transpadanis, ne tenuissimam quidem audi-

tionem accepisse. Marcellum præterea nihil adhuc de successione Calliarum retulisse: sed eam relationem, in Calend. Junias distulisse: ut intelligere possimus, nihil cum his, illa Calliana paguare. Car autem Quatuor viros creare Transpadani a Cæsare iusti sint, quidque illud referret, totusque hic locus, accurate, copioseque a Carolo Sigonio, in libro tertio de antiquo jure Italiæ, explicatur. *Mans.*

⁶ *Ex Pompejo*] Cum quo Tarenti sermonem habuit de rep. Ep. 5. *Mans.*

CICERO ATTICO SAL.

III. ANTE diem VI Id. Maj. veni in Trebulanum ad Pontium. Ibi mihi tuæ literæ binæ redditæ sunt tertio abs te die: eodem autem exiens e Pompejano, Philotimo dederam ad te literas. Nec vero nunc erat sane quod scriberem. Qui de Republica rumores, scribe queso. In oppidis enim summum video timorem; sed multa inania. Quid de his cogites, & quando, scire velim. Ad quas literas tibi rescribi velis, nescio: nullas enim adhuc acceperam, præter quæ mihi binæ¹ semel in Trebulano redditæ sunt: quarum alte-

¹ *Semel*] Quid si legatur *semel*? *Ustin.*

altera² editum P. Licinii habebant, (erant autem Non. Maj. data) altera rescripta ad meas Minturnenses. Quam ve-
reor, ne quid fuerit³ *καταδωτέρον* in iis, quas non accepi,
quibus rescribi vis. ⁴ Apud Lentulum ponam te in gratiam.
⁵ Dionysius nobis cordi est. ⁶ Nicanor tuus operam mihi dat
egregiam. Jam deest quid scribam; & lucret. ⁷ Beneventi cogitabam hodie. Nostra⁸ continentia, & diligentia faciemus
latis. ⁹ A Pontio, ex Trebulano, a. d. v. Id. Maj.

² Editum P. Licinii | Editum provincia-
le; ut editum Africanum Q. Mucii ep. 1.
lib. VI. Ex his editis Ciceroni, quidquid uti-
le provinciae putaret, in summa editum trans-
ferebat. *Maurer.*
³ *Καταδωτέρον* | Magna serivum.
⁴ Apud Lentulum | Commodum illud quod
in Lentulum conferre debet, faciam ut a te
profectum esse credat, seque ob id tibi val-
de obligatum putet. *Videtur.*

⁵ Dionysius | Ciceronum puerosum magis-
ter, qui & ipse cum pueris in provinciam
profectus fuerat. *Maurer.*
⁶ Nicanor | Attici servus. Epist. 2. lib.
VI. *Idem.*
⁷ Beneventi | Supple. pernoctaturum.
⁸ Continentia & diligentia | In admini-
stranda provincia. *Maurer.*
⁹ A Pontio | Cum esset apud Pontium,
Idem.

CICERO ATTICO SAL.

IV. BENEVENTUM veni a. d. v. Id. Maj. Ibi accepi eas
literas, quas tu superioribus literis significaveras te
dedisse: ad quas ego ipse eo die dederam ex Trebulano¹ L.
Pontio. Ac binas quidem tuas Beneventi accepi. Quarum al-
teras Fesulanus multo mane mihi dedit, alteras scriba Tul-
lius. Gratissima est mihi tua cura de illo meo primo & ma-
ximo² mandato. Sed tua profectio spem meam debilitat.
³ Ac me ille: illuc quidem labar, non quo; sed inopia cogi-
mur eo contenti esse. De illo altero, quem scribis tibi vi-
tum esse non alienum, vereor, adduci ut⁴ nostra possit; &

¹ L. Pontio | Ut sit: ex Trebulano ad
te literas dederam L. Pontio, qui post meum
e villa ejus discedum Reimam se conferebat.
Cicero. Legeram, ex Trebulano L. Pontio.
Murer.
² Mandato | De collocanda filia.
³ Ac me ille | Concisa est oratio, & a-
liquantulum obscura, quam sic explico: Ac
me ille, quem nos, valde rogat, ut sibi
nuptum dem Tulliam; & sane in illam con-
ditionem descendam, non quia illam pro-

bam: sed quia, aliorum inopia, eo genero
contentus esse cogor. *Bosius.* Ciceronius lo-
cus, quoniam Bosius, cum veteris libri cop-
tum inopato fretus, ita reflexit: Vacat alio-
rum sine lesione, sine conjectura, nihil ad
rem, nisi fallor. *Olivet.*
⁴ Nostra | Filia. Hic etiam sunt variata-
tes non tot, quin plures. Quas, si quis o-
scitare velit, & nihil discere, legat apud Gra-
vium. *Idem.*

tuis⁵ *δυσδωτέρον* esset. Equidem sum facilis: sed tu aberis,
& me abiente⁶ res. ⁷ Habebis mei rationem: nam posset
aliquid, si utervis nostrum adesset, agente Servilio, ⁸ Servio
fieri probabile. Nunc, si jam res placeat, agendi tamen viam
non video. Nunc venio ad illam epistolam, quam accepi a
Tullio. ⁹ De Marcello fecisti diligenter. Igitur senatus-con-
sultum si erit factum, scribes ad me: sin minus, ¹⁰ rem ta-
men concies. Mihi enim attribui oportebit, item Bibulo.
Sed non dubito, quin senatus-consultum expeditum sit, in quo
praesertim compendium fit populi. De Torquato, ¹¹ probe.
De Masone, & Ligue, cum venerint. De illo ¹² quod Char-
rippus, (quantum hic quoque ¹³ *καταδωτέρον* sustulisti) ¹⁴ o
provincia: etiamne hic mihi curandus est? curandus autem?
haecenus, ¹⁵ ne quid ad senatum: ¹⁶ Consule, aut numera.
¹⁷ Nam de caeteris... Sed tamen commode, ¹⁸ quod cum

⁵ *Δυσδωτέρον* | Dijudicatu difficile.
⁶ Res | Supple. concilianda est.
⁷ Habebis mei rationem | In comitiis ab-
sentium ratio non habebatur, quia abentes
per procuratorem petere magistratus non po-
terant: in aliis rebus, in quibus fas erat
procuratorem interesse, ratio habebatur.
Rogat ergo Atticum: ut hanc rem ita curet,
ut ipse desiderari non videatur. *Bosius.*
⁸ Servio | Erat Servius, Servii filius, ille
alter Servilii Iulianus, & Servii Sulpitii
pater. *Popma.* Mureus censet delendum esse
Servio.
⁹ De Marcello | M. Claudio Marcello con-
sule, collega Ser. Sulpicii. *Maurer.*
¹⁰ Rem tamen concies | Ages tamen de
supplemento. Nam certe, ut de caeteris sena-
tus non probet, mihi tamen, & Bibulo,
qui proconsul in Syriam ibit, attribui o-
portebit. *Attribui* autem explano, pecu-
niam: cum sequitur, *Compendium populi.*
Idem.
¹¹ Probe | Quod ei in sermone significa-
bit, me ad te de eo scripsisse. Epistola 2.
Idem.
¹² Quod Charrippus | Subaudi, de me lo-
cutus est. *Idem.*
¹³ *Καταδωτέρον* | Atticum antea *κατα-
δωτέρον*, id est, assensionem sustulisset, cum
scripsisset *καταδωτέρον* esse, velletne is Tul-

liam uxorem ducere, qui non alienus vide-
batur. Hic vero iterum assensionem fibono-
verat, cum dubitaret quid in Charrippi ne-
gotio fieri oporteret. *Bosius.*
¹⁴ O Provincia | Cum indignatione. Et-
iamne, inquit, quid Charrippus liberus de
me cogitet, aut dicat, mihi curandum est?
Maurer.
¹⁵ Ne quid ad senatum | Ne ea de re
quicquam Senatus intelligat. *Bosius.*
¹⁶ Consule | Legendum, ne quis ad sena-
tum: Consule, aut numera, scilicet dicat.
J. F. Gronovius. Festus Pompeius: *Numera*
Senatum, aut quisvis Senator Consuli, eius im-
pedimento vitis esse quo minus faciat Senatus-
consultum: postquamque ut aut rei, quo ad-
feruntur, dicitur: aut simul consulatur,
aut si aut non sunt Senatores, qui numerus si-
nus praesertim Senatus-consultum, expectentur.
Ex quo Festi loco consilio hunc esse sensum
illius *καταδωτέρον*. Etiamne mihi Charrippus cu-
randus est? haecenus certe mihi curandus
est, ne quid, cum de supplementis referretur,
propter illum mihi morarum obicitur
in Senatu, ita ut sint, qui clamant Consule,
aut numera, quod faciebant, ut Festus o-
sclendit, qui impediebant, ne Senatus-con-
sultum fieret de re; de qua relatum erat.
Cicero.
¹⁷ Nam de caeteris | *Ανεπισημωτων*. Nam
de caeteris rebus, quae ab aliis de me dicuntur,

Scrofa. De Pontinio recte scribis: est enim ita: ut si ante Kalend. Jun. Brundisii futurus sit, ¹⁹ minus urgendi fuerint M. Annejus, & Tullius. Quæ ²⁰ de Sicinio audisti, ea mihi probantur: modo ne illa exceptio in aliquem incurrat bene de nobis meritum. Sed considerabimus: rem enim probo. De nostro itinere quod statnero; de ²¹ quinque præfectis quid Pompejus facturus sit, cum ex ipso cognoro, faciam, ut scias. ²² De Oppio bene curasti, quod ei peccat expostuisti: idque, quoniam Philotimum habes, perface, & cognosce rationem; & ²³ ut agam amplius, si me amas, prius quam proficiscaris, effice: magna me cura levaris. Habes ad omnia. Et si pene præterii chartam tibi deesse: mea ²⁴ captio est; siquidem ejus inopia minus multa ad me scribis. Tu vero aufer ²⁵ ducentos. Et si meam in eo parsimoniam hujus paginæ contractio significat, dum acta & rumores ²⁶ veller. Jam si qua certa habes de Cæsare, expecto literas: & alias Pontinio de omnibus rebus diligentes dabis.

CI-

tur, parum curo. Aut de cæteris hominibus ad quorum aures hac de Charippo pervenire poterant, præterquam de Senatoribus, securo animo sum. *Basius.*

¹⁸ Quod cum Scrofa] Subaudi, locutus de illo, quod Charippus de me dixit. *Manut.* Quod Charippus ea de re cum Scrofa sit locutus. *Montanus.*

¹⁹ Minus urgendi] C. Pontinius. M. Annejus, L. Tullius legati Ciceronis in provincia fure: sed Pontinius honoris gradu præstantior: nam & prætor fuerat, & triumphaverat. Videtur igitur Atticus hoc scripsisse, debere Ciceronem, si Pontinius ante Kalendas Junias Brundisii futurus sit, eo comite contentum esse, & minus urgere Annejum ac Tullium: qui deinde suo commodo ad eum, vel in Greciam, vel in Ciliciam ire possent. Nam, si dignitas in comitatu queretur, Pontini major, quam cæterorum. *Manut.*

²⁰ De Sicinio] Videtur, aut hic Licinio, aut proximo superiori epistola, Sicinio, legendum esse. De Sicinio autem dixit, pro a Sicinio; ut de Edilio illo intelligat. *Malaspina.*

²¹ Quinque præfectis] Vide ep. 7. *Man.*

²² De Oppio] Vide epist. 1. *Idem.*

²³ Ut agam amplius] Et: ut sim locupletior, ut laxiorem habeam sumptum familiarum. *J. F. Gronovius.* Conjectabat Malaspina, ut ne angar amplius: quod Lambinus recepit.

²⁴ Captio] *Vid. & Man. tentis.* Quod si, cum Lamb. & Grut. alterum mavis, hic erit sensus: Mihi fraudi, damno est, quod tibi charta deest, quando ea res eo valet, ut breves literas accipiam. *Captus* dicit, qui damnatum accipitur, justuram facient, certum est; neque solum fraude aliorum hominum, sed quacunque ratione. Sic *mente, membris, oculis capti* dicuntur, qui eorum rerum justuram fecere. Et *captio* sic apud Plautum & alios. *Ernst.*

²⁵ Ducentos] Hunc locum sic distinguit *Manut. ducuntur*, (*est meam in eo parsimoniam hujus paginæ contractio significat*) dum illa & rumores veller, scilicet ad me perscribero large, quæ in urbe aguntur, & rumoribus feruntur. Ducentos scilicet scapos chartæ, quos mihi paraveram. *Vide Plin. XIII. 12. J. F. Gron.*

²⁶ Veller] A te querere. *Manutius.* Sed vide superiorem annotationem.

CICERO ATTICO SAL.

V. PLANE deest, quod scribam: nam nec quid mandem habeo, nihil enim prætermisum est: nec quid narrem. Novi enim nihil, nec jocandi locus est, ita me multa sollicitant. Tantum tamen scito, Idibus Maj. nos ¹ Venusia mane proficiscentes has dedisse: eo autem die credi aliquid actum in Senatu. Sequantur igitur nos tuæ literæ, quibus non modo res omnes, sed etiam rumores cognoscamus. Eas accipiemus Brundisii: ibi enim Pontinium ad eam diem, quam tu scripsisti, expectare consilium est. Nos Tarenti, quos cum Pompejo ² *διδόχης* de Republica habuerimus, ad te perscribemus; et si id ipsum scire cupio, quod ad tempus recte ad te scribere possim, id est, quam diu Romæ futurus sis, ut, aut quo dem posthac literas, sciam, aut ne dem frustra. Sed ante quam proficiscare, utique explicatum sit illud ³ H-S xx & dccc. Hoc velim in maximis rebus & maxime necessariis habeas; ut, quod auctore te velle cœpi adjutore assequar.

¹ Venusia] Oppidum in Appulorum, Lucanorum, Samnitiumque sive Hirpinorum confinio, Horatii patria.

² *διδόχης*] Sermones.
³ H-S xx & DCCC] Quæ Cæsari debemus. *Ep. 1. Manutius.*

CICERO ATTICO SAL.

VI. TARENTUM veni a. d. xv. Kalend. Jun. Quod Pontinium statueram expectare, commodissimum duxi dies eos, quoad ille veniret, cum Pompejo conlumere: eoque magis, quod ei gratum esse id videbam; qui etiam a me perierit, ut secum & apud se essem quotidie: quod concessi libenter. Multos enim ejus præclaros de Republica sermones accipiam: instruar etiam consiliis idoneis ad hoc nostrum negotium. Sed ad te etiam jam in scribendo incipio fieri, dubitans Romæne sis, an jam profectus. Quod tamen quoad ignorabo, scribam aliquid potius, quam committam ut, tibi *Tom. VIII.* F f cum

cum possint reddi a me literæ, non reddantur. Nec tamen jam habeo quid aut mandem tibi, aut narrem. Mandavi omnia, quæ quidem tu, ut polliceris, exhauries: narrabo, cum aliquid habeo novi. Illud tamen non desinam, dum adesse te putabo, de Cæsaris nomine rogare, ut confectum relinquis. Avide expecto tuas literas, & maxime ut norim tempus profectiois tuæ.

1 De Cæsaris nomine.] De H-S-XX & DCCC. quæ Cæsari debemus. Manutius.

CICERO ATTICO SAL.

VII. **Q**UOTIDIE, vel potius in dies singulos breviores literas ad te mitto. Quotidie enim magis suspicor te in Epirum jam profectum. Sed tamen ut mandatum scias me curasse; quot ante, ait se Pompejus quinos¹ profectos delaturum novos; vacationes, judiciariam causam. Ego cum triduum cum Pompejo, & apud Pompejum fuisset, profictebar Brundisium a. d. XIII. Kal. Junias. Civem illum egregium relinquebam, & ad hæc, quæ timentur, propulsanda paratissimum. Tuas literas expectabo, cum ut, quid agas, tum ut, ubi sis, sciam.

1 Profectus delaturum novos.] Cur, meor? quia vacationes, & judiciariam causam iis periebat. Vacationes vocat exaltationes a muneribus militaribus, & aliis, quæ profecti obire contulerant: causam judiciariam, munus iudicandi inter Græcos. Neutrum tamen Cicero concessit. Nam profectus omnibus vacationes denegavit, ut apparet ex epistola 13. huius libri, & Græcis non Romanos, sed peregrinos, hoc est, Græcos ju-

dices attribuit, ut scribit epist. 1. lib. VI. Besart. Scribendum crediderim: Quæ ante ait se Pompejus quinos profectus delaturum, non vult vacationes, & judiciariam causam: scilicet profectis deferri. Quot ante fuerant in provincia illa, nunc quoque ait se quinquæ profectos delaturum, iis autem prohibet vacationes concedere, & committere iudicia: quod Cicero secutus etiam est, ut Boissus ostendit. Gravina.

CICERO ATTICO SAL.

VIII. **M**E & incommoda valetudo, qua jam emerferam, ut pote cum sine febris laborassem, & Pontinii expectatio, de quo adhuc ne rumor quidem venerat, tenebat duo-

1 Quæ jam emerferam.] Scribo, quamquam emerxi jam. J. F. Gronovius.

duodecimum jam diem Brundisii: sed cursum expectabamus. Tu si modo es Romæ, (vix enim puto) fin es, hoc vehementer animadvertas velim. Roma acceperam literas, Milonem meum queri per literas injuriam meam, quod Philotimus² focus esset in bonis suis. Id ego ita fieri volui de C. Duronii sententia; quem & amicissimum Miloni perpexeram, & talem virum, qualem tu iudicas, cognoram. Ejus autem consilium, meumque hoc fuerat; primum ut in potestate nostra esset res, ne illum malus emptor & alienus mancipiis, quæ permulta secum habet, spoliaret: deinde ut³ Faustæ, cui cautum ille esse voluisset, ratum esset. Erat etiam illud, ut ipsi nos, si quid servari posset, quam facillime servaremus. Nunc rem totam perspicias velim. Nobis enim scribuntur sæpe majora. Sed si ille queritur, si scribit ad amicos, si idem Faustæ vult, Philotimus, ut ego ei coram dixeram, mihi que ille receperat, ne sit invito Milone in bonis. Nihil nobis fuerat tanti. Sin hæc leviora sunt, tu iudicabis. Loquere cum Duronio: Scripsi etiam ad Camillum, ad Lamiam: eoque magis, quod non confidebam Romæ te esse. Summa erit hæc; statues, ut ex fide, fama, reque mea videbitur.

2 Socius.] Solebant Romani in negotiationibus, & commerciis uti libertorum operâ, ut apparet ex Pluarcho in Catoe maiore, & aliis multis auctoribus. Ea de causa Cicero sibi locum in bonis Milonis adiunxerat. Philotinum libertum, cum ea ab hæstâ emerit. Emerat autem, ne ea emptori alieno addiceretur, hoc est, non amico, & non familiari ipsius Milonis. Quo facto futurum erat ut Milo multis mancipiis, quæ secum abduxerat, spoliaretur. Nam ea emptor alienus sibi vindicasset, tanquam sibi mancipata cum cæteris illius bonis: quod nequam scelerum erat Philotimus, qui in ea se nihil agebat, nisi Ciceronis consilio. Besart. Vide Fam. VIII. 3.

3 Faustæ.] Milo in exilium Massiliam abijtens Faustæ uxori caverat de dote, quæ cautio ut ratum esset, Cicero & Philotimus bonum ejus ab hæstâ emptæ occupaverant, animo restituendi. Faustæ hæc est filia L. Syllæ Dictatoris, soror Fausti. Pappus.
4 Nihil nobis fuerat tanti.] Legendum censeo, nihil nobis fuerat tanti. Nihil tanti estimabitur in bonis Milonis, ut propterea ejus velim offensam contrahere: malo nihil ex iis, quæ Milo mihi debet, accipere, quam illum, qui tam bene de me est meritus, offendere. Gravina. Videat fuerat restituri posse, & perinde hoc in loco valere ac fuerit. Olivetus.

CICERO ATTICO SAL.

IX. **A**CTIUM venimus a. d. xvii Kal. Quint. cum quidem & Corcyrae, & Sybotis¹ muneribus tuis, quae & Areus, & meus amicus Eutychedes opipare &² φιλοσοφίας nobis congefserant, epulati essemus³ Saliarem in modum. Actio maluimus iter facere pedibus, qui incommodissime navigassemus, & Leucaten flectere molestum videbatur. Actuariis autem minutis Patras accedere sine his⁴ impedimentis, non satis visum est decorum. Ego, ut saepe tu me currentem hortatus es, quotidie meditor, praecipio meis, faciam denique, ut summa modestia, & summa abstinentia munus hoc extraordinarium traducamus. Parthus velim quieteat, & fortuna nos juvet: nostra praestabimus. Tu, quaeso, quid agas, ubi quoque tempore futurus sis, quales res nostras Roma reliqueris, maxime⁵ de xx & de pccc, cura ut sciamus. Id unis diligenter literis datis, quae ad me utique perferantur, consequere. Illud tamen (quoniam nunc abes, cum id non agitur: aderis autem ad tempus, ut mihi rescriptisti) memento curare per te, & per omnes nostros, in primis per Hortensium, ut annus noster maneat suo statu, ne quid novi decernatur. Hoc tibi ita mando, ut dubitem an etiam te rogem, ut pugnes⁶ ne intercaletur. Sed non audeo tibi omnia onera imponere: annum quidem utique teneto. Cicero meus, modestissimus & suavissimus puer, tibi salutem dicit. ⁸ Dionysium semper equidem, ut scis, dilexi, sed quotidie pluris facio, & mehercule in primis quod te amat, nec tui mentionem intermittere finit.

C-

¹ Muneribus tuis] Attici res agebant Areus & Eutychedes liberici, Corcyrae, & Sybotis: Cuius igitur nomine ad Ciceronem munera detulerunt. *Manutius*.

² Φιλοσοφίας] Blandissime.

³ Saliarem in modum] Ut solent epulari Salii sacerdotes.

⁴ Impedimenta] Quae ad proconsularem dignitatem pertinent. *Junius*.

⁵ De xx.] De quibus epist. 5.

⁶ Ne intercaletur] Nam intercalatio dies interponebat: ita, diebus interpositis, longior fiebat administratio provinciarum. *Manutius*.

⁷ Annus] Si tenere non potes, ne intercaletur, quod in anno comprehenditur: annum saltem, hoc est, ut tempus tamen sit annuum, teneto. *Corradus*.

⁸ Dionysium] Hominem Graecum, pueri M. Ciceronis magistrum. *Manutius*.

CICERO ATTICO SAL.

X. **U**T Athenas a. d. vii Kal. Quint. veneram, expectabam ibi jam quartum diem Pontinium: neque de ejus adventu certi quicquam habebam; eram autem totus, crede mihi, tecum: & quanquam sine his per me ipse, tamen acrius vestigiis tuis monitus de te cogitabam. Quid quaeris? non mehercule alius ullus sermo nisi de te. Sed tu aliquid de me scire fortasse mavis; haec sunt. Adhuc sumptus nec in me aut publice, aut privatim, nec in quemquam comitum. Nihil accipitur lege Julia, nihil ab hospite: persuasum est omnibus meis, servendum esse famae meae. Belle adhuc. Hoc animadvertum, Graecorum laude, & multo fermone celebratur. Quod superest, elaboratur in hoc a me, sicut tibi sensu placere. Sed haec tum laudemus, cum erunt perorata. Reliqua sunt ejusmodi, ut meum consilium saepe reprehendam, quod non aliqua ratione ex hoc negotio emerferim. O rem minime aptam meis moribus! o illum verum, ¹ ἔρδοι τις. Dices, ² Quid adhuc? nondum in negotio versaris. Nescio, & puto molestiora restare: estis haec ipsa fero equidem fronte, ut puto, & volo, bellissime; sed angor intimis sensibus: ita multa vel iracunde, vel insolenter, vel in omni genere stultitiae insulte, arroganter, & dicuntur, & tacentur quotidie. Quae, non quo te celem, non perscribo, sed quia ³ δυσχερήματα sunt. Itaque admirabere meam ⁴ ἐαδύτητα, cum salvi redierimus: tanta mihi ⁵ μετέτη hujus virtutis datur. Ergo haec quoque haecenus. Estis mihi nihil erat propositum ad scribendum; quia quid ageres, ubi terrarum esses, ne suspicabar quidem; nec hercule unquam tam diu ignarus rerum mearum fui: quid de Caesaris, quid de Milonis nominibus actum sit:

ac

¹ ἔρδοι τις] Quam quisque novit avtem, ut palam fiant, vix inde educi, & proferri possunt. Nam *δυσχερήματα* idem est quod *επιπλοκαί*. Alterum enim *ἐρδοι τις*, alterum, *ἐρδοι τις*, originem ducit. *Beza*.

² Quid adhuc.] Quid accidit adhuc, ut te provincia offendet? *Manutius*.

³ Αερότητα] Quo nomine significatur res incitis sensibus demerita, & abotia, quae,

ut palam fiant, vix inde educi, & proferri possunt. Nam *δυσχερήματα* idem est quod *επιπλοκαί*. Alterum enim *ἐρδοι τις*, alterum, *ἐρδοι τις*, originem ducit. *Beza*.

⁴ Εαδύτητα] Vide lib. IV. epist. 6.

⁵ Μετέτη] Meditatio.

ac non modo nemo, sed ne rumor quidem quisquam, ut sciremus in Republica quid ageretur. Quare si quid erit, quod scias de iis rebus, quas putabis scire me velle, per mihi gratum erit, si id curaris ad me perferendum. Quid est præterea? nihil sane, nisi illud: valde me Athenæ delectantur: urbs duntaxat, & urbis ornamentum; & hominum amores in te, & in nos quædam benevolentia; sed multum & philosophia: ⁶ *ἡ αὐτὴ* si quid est, in Aristo, apud quem eram. Nam ⁷ Xenonem tuum, vel nostrum potius, Quinto concesseram; & tamen propter vicinitatem totos dies simul eramus invicem. Cum primum poteris, tua consilia ad me scribas, ut sciam quid agas, ubi quoque, & maxime quando Romæ futurus sis.

⁶ *ἡ αὐτὴ*] *Sursum, & deorsum*. Et Græci per hanc philosophiam, Academicam significari volunt. Sed Malaspina pro *ἡ αὐτὴ*, vult legi, *Antiochicus*, ab Antiocho, cuius frater erat, *Aristus*. *Leonticus*. *ἡ αὐτὴ*, id esse dicitur, quod ita perturbata quadam mutabilitate variat, ut nulla sede stabilis, & hæreat; sed modo sursum feratur, modo imo loco desolat. Itaque cum Academicum in nullius magistri verba jurarent, nihilque certi affirmarent, eleganter Cicero duobus his vocibus eorum sectam designavit. Sentis ergo est: *ἡ αὐτὴ* si quid est, hoc est, si quid est Academicæ philosophiæ, id totum est in Aristo, qui frater fuit Antio-

chii. *Ἠσίων*. Eius lectionem sequor, interpretationem minime. Nam *ἡ αὐτὴ* Græcis dicitur historicam: primum de erectione aut confusione rerum, q. d. *ἡ αὐτὴ*, quam plurimum Galli verbum de verbo expriment dicentes, *seni desunt desunt*: secundo autem de universitate, q. d. *ἡ αὐτὴ* id est, ubique, in singulis partibus, a summo ad imum. Quo sensu locum hunc placet accipere, & locus postulat, ratione contestante. *Ἰωνίου*. Ita; si cum Bospho facta, appone distinctionis notam post voces Græcas: ego scis, qui cum Junio. *Οἰστῶν*.

⁷ *Xenonem*] Qui res Attici curabar. Alii *Zenonem* legunt. Male.

CICERO ATTICO SAL.

XI. **H**UI, totiesne me literas dedisse Romam, cum ad te nullas darem? At vero posthac frustra potius dabo, quam, si recte dari poterint, committam ut non dem. Ne provincia nobis prorogetur, per fortunas, dum ades, quidquid provideri potest, provide. Non dici potest, quam flagrem desiderio urbis, quam vix harum rerum insultatam feram. Marcellus¹ fœde de Comensi: etsi ille magistratum non gesserit, erat tamen Tranpadanus. Ita mihi videtur non mi-

nus

¹ *Fœde de Comensi*] Indicat Marcellum fœde fecisse, quod in odium Caesaris penitus sumptis de Comenti quadam, tanquam de

periprino, cum tamen in civitate Romæ donatus esset. Historiam nota est, *Ἠσίων*.

nus stomachi² nostro, ac Casari fecisse. Sed hoc ipse videbit. Pompejus mihi quoque videbatur, quod scribis Varronem dicere, in Hispaniam certe iturus. Id ego minime probabam; qui quidem³ Theophani facile persuasi, nihil esse melius, quam illum nunquam discedere. Ergo Græcus incumbet. Valet autem auctoritas ejus apud illum plurimum. Ego has pridie Nonas Quint. proficiscens Athenis dedi; cum ibi decem ipsos fuisset dies. Venerat Pontinius: una Cn. Volusus: aderat Quæstor: tuus unus Tullius aberat.⁴ *Ἀφρατα* Rhodiorum, & dicrota Mitylenæorum habebam, & aliquid⁵ *ἑπιπροσώπων*. De Parthis erat silentium. Quod superest, dii juvent. Nos adhuc iter per Græciam summa cum admiratione fecimus: nec mehercule habeo, quod adhuc quem accusum meorum. Videtur mihi nosse nos, nostram causam, & conditionem professionis suæ: plane serviunt exultationi meæ. Quod superest, si verum illud est, ⁶ *ἄτα γ' ἢ δέσποισινα*, certe permanebunt: nihil enim a me fieri ita videbunt, ut sibi sit delinquendi locus. Sin id parum profuerit, fiet aliquid a nobis feverius. Nam adhuc lenitate dulces sumus; & ut spero, proficimus aliquantum. Sed ego hanc, ut singuli dicunt, ⁷ *ἀνεξίας* in unum annum meditatus sum: proinde pugna, ne, si quid prorogatum sit, turpis inveniar. Nunc redeo ad quæ mihi mandas.⁸ In præfectis excusatio: iis, quos voles, deferto: non ero tam ⁹ *μετέστος*, quam in Apulejo fui. Xenonem tam diligo, quam tu: quod ipsum sentire certo scio. Apud ¹⁰ Patronem, & reliquos ¹¹ barones te in maxima gratia

² *Nos*] Pompejo, cujus pater Strabo Tranpadanus colonias deduxerat. *Λαοὶ*.

³ *Theophani*] Orat. pro Balbo.

⁴ *Ἀφρατα*] Navis aperta. *Διχροτα*, birenis. De his Pollux, l. 9.

⁵ *ἑπιπροσώπων*] Gellius, X. 25. *Ἀφρατα*, quæ Græci *ἑπιπροσώπων* vocant. *Ἀφρατα* in genere sunt quævis naves, quæ remis aguntur: specialiter tamen id de eo genere navium dictum, quæ homines tantum vehebant, aut onera. *J. F. Gronov.*

⁶ *ἄτα γ' ἢ δέσποισινα*] Adagium est, *Caecilium dominum junctum esse*. Plato, *Rep.* VIII.

⁷ *Ἀνεξίας*] *Abstinentiam*. Hic ego non

dubito per jocum a Cicerone scribi. *Malaspina* sit, potius levetur, quæ tot in libris extat, quam ex paucis deterior substituitur. *Græcorum*.

⁹ *Μετέστος*] Suspendium, incertus.

¹⁰ *Patronem*] Philosophum Epicureum.

¹¹ *Barones*] Eleganter apud Patronem & reliquos Patronem emendare mihi visus sum. Urbanissime autem Cicero reliquos Patronia sodales, ac ejusdem sectæ velut contubernio junctos Patronem vocat. Ea enim figura veteres in talibus uti solent. Ita Juvenalis Sat. V. 249. *Virronis congregones*, quorum ille

foda-

tia posui, & hercule merito tuo feci. Nam mihi is ter, dixit, te scripsisse ad se, mihi ex illius literis¹² rem illam curam fuisse, quod ei pergratum erat. Sed cum Patroni mecum egisset, ut peterem a vestro Areopago, ¹³ ὑπομνηματίζω μὲν tollent, quem Polycharmo Prætoris fecerant, commodius visum est & Xenoni, & post ipsi Patroni, me ad Memmium scribere, qui pridie, quam ego Athenas veni, Mitylenas profectus erat, ut is ad suos scriberet, posse id sua voluntate fieri. Non enim dubitabat Xenon, quin ab Areopagitis invito Memmio impetrari non posset. Memmius autem adificandi consilium abjecerat: sed erat Patroni iratus. Itaque scripsi ad eum accurate: cujus epistolæ misi ad te exemplum. Tu, velim, Piliam meis verbis consolere: indicabo enim tibi, tu illi nihil dixeris. Accepi fasciculum, in quo erat epistola Piliæ: abstuli, aperui, legi: valde scripta est ¹⁴ συμπαθῶς. Brundisio quæ tibi epistolæ reddita sunt sine mea, tum viderelicet data, cum ego me non belle haberem. Nam illam ¹⁵ παραδέλω excusationem ne acceperis. Cura, ut omnia sciam, sed maxime, ut valeas.

sedulio in primis delectabatur, quoque præ cæteris adamabat. Viranos vocat. Virno sibi, & reliquis Viranibus illa iubebat Pansa dari. Horatius, lib. II. Sat. III. 61. Catiōni collegas eadem ratione Catiōnes vocat. J. Rutgersius Vossius. Lett. 23.

¹² Rem illam] Vide Fam. III. 1.
¹³ ὑπομνηματίζω] Decretum.
¹⁴ συμπαθῶς] Cum animi commoti significatione.

¹⁵ Παραδέλω] Viri alibi usquam id occurrit vocabulum, nisi quod in aliqua Græcarum vocum collectione est: Νουαδέλω, cæteris virorum παρρησιῶν; quasi sit hoc nomen substantivum; quod secus esse demonstrat ista Ciceronis oratio. Adjectivum est omnino, & jure forme conditionisque ac Παράδειγμα. Componitur ex vocabulo ἴσως, quod παρρη-

sis significat, & προσέλω. Unde Νουαδέλω est vel παρρησιῶν, vel προσέλω. Νουαδέλω ἔργον est παρρησιῶν τῶντο, παρρησιῶν curas. Νουαδέλω excusatio est, quam profecti & publicarum rerum administrati frequentius usurpant, ductam a negotiorum multitudine ac varietate. Anonymus. Eodem modo Mongati nostri interpretatio. Locum hunc, inquit, explicat: ille alter, supra, IV. 2. Si forte varius tibi a me, quam a cæteris, literæ reddantur; pero a te, ut id non modo negligentie mee, sed ne occupationibus peritiam excusationem, quam Cicero non vult accipi, ingeniosa eruditus hominis sagacitate exploratam. Aliorum commentus piger describere. Olivetus.

CICERO ATTICO SAL.

XII. **N**EGOTIUM magnum est navigare, atque mense Quintili. Sexto die Delum Athenis venimus. Prædie Nonas Quint. a Piræo¹ ad Zostra, vento molesto, qui nos ibidem Nonis tenuit. A. d. VIII Idus² ad Ceo jucunde. Inde³ Gyarum favo vento, non adverso: hinc⁴ Scyrum, inde⁵ Delum, utroque citius, quam vellemus, cursum confecimus. Jam nostri ἀφρακτι Rhodiorum: nihil quod minus fluctum ferre possit: itaque erat in animo nihil festinare, Delo nec me movere, nisi omnia⁶ ἀφασθῆναι βεβαυιδίσsem. De Messalla ad te statim,⁷ ut audivi, de Gyaro dedi literas: & id ipsum consilium nostrum etiam ad Hortensium: cui quidem valde⁸ συνηγωνίω. Sed tuas de ejus judicii sermonibus, & mehercule omni de Republicæ statu literas expecto,⁹ πολυπραγῶν quidem scriptas, (quoniam¹⁰ meos cum Thallumeto nostro pervolutas libros) ejusmodi inquam literas, ex quibus ego, non quid fiat, (nam id vel Helenius, vir gravissimus, potest efficere, cliens tuus) sed quid futurum sit. Etiam, cum hæc leges, habebimus Consules. Omnia perspicere poteris, de Cætare, de Pompejo, de ipsis judiciis. Nostra autem negotia, quoniam Romæ commoraris, amabo te, explicata. Cui rei fuge rat me rescribere,¹¹ de strue laterum plane rogo. De aqua, si quid poterit fieri, eo sis animo, quo soles esse. Quam ego

Tom. VIII.

G g

cum

¹ Ad Zostra] Promontorium Atticum. Strab. lib. IX.

² Ad Ceo] Græcorum more, Ceo dixit quarto casu. Bofius.

³ Gyarum] Gyarus, aspera maris Egei insula, in quam relegabantur Romani. Juven. Unde aliquid breviter Gyaris & carcere dignum. Grævius.

⁴ Scyrum] Insulam maris Egei, Sporadam & Cycladam extreme. Idem.

⁵ Delum] Nobilissima Cycladum.

⁶ Ἀφασθῆναι] Signa secundæ tempestatis ex vexillis in fastigiis navium & domitorum.

⁷ Ut audivi] Accusatum de ambitu post

consulatum. Accusatus autem erat & ante, cum esset candidatus. Epist. 2. lib. III. ad Q. Fr. Manutium.

⁸ Συνηγωνίω] Cum illo morebam.

⁹ Πολυπραγῶν] Accommodatus ad rationem tractandæ republicæ.

¹⁰ Μοσ] Scriptus de Republica: Thallumeto: literatus Attici servus. Manut.

¹¹ De strue laterum] Visi. & Man. sili-norum. Emendavi. De strue laterum, cum

sepissent in Tomasianno & Crustelliano, de strue laterum. Cogitabat Cicero de aque ductu lateritio faciundo, cujus generis quatuordecim fuisse Romæ tradit Procopius libro primo. Bofius.

cum mea sponte, tum tuis sermonibus æstimo plurimi. Ergo aliquid conficies. Præterea, si quid Philippus rogavit, quod in sua re faceres, id velim facias. Plura scribam ad te, cum confitero: nunc eram plane in medio mari.

CICERO ATTICO SAL.

XIII. EPHESUM venimus a. d. xi. Kal. Sext. sexagesimo & quingentesimo post pugnam Bovillam. Navigavimus sine timore, & sine naulea; sed tardius, propter aphrætorum Rhodiorum imbecillitatem. De concursu legationum, privatorum, & de incredibili multitudine, quæ mihi jam Sami, sed mirabilem in modum Ephesi præsto fuit, aut audisse te puto, aut quid ad me attinet? Veruntamen decumani, ac si venissem cum imperio; Græci, quasi Ephesi Prætori se alacres obtulerunt: ex quo te intelligere certo scio, multorum annorum ostentationes meas nunc in discrimen esse adductas. Sed, ut spero, utemur ea palæstra, quam a te didicimus; omnibusque satisfaciemus; & eo facilius, quod in nostra provincia confecta sunt ³ pactiones. Sed hæcenus: præsertim cum cœnantis mihi nuntiaret Cælius, se de nocte proficisci. Tua negotiola Ephesi curæ mihi fuerunt: ⁴ Thermoque, tametsi ante adventum meum liberalissime erat pollicitus tuis omni-

¹ Post pugnam Bovillam] Post Clodii cædem ultra Bovillas, interfectus est Clodius, ut refert Alconius xlii. Kal. Februar. Cn. Pompejo lxi. Consule sine collega. Hæc scribat Cicero anno proxime sequenti, Sor. Sulpitio, M. Marcello Coss. Ab eo vero die, quo cæsus est Clodius, usque ad eum quo Cicero venit Ephesum, qui fuit xi. Kal. Sexte dies sunt quingenti & sexaginta: quam summam reperies, si istud & viginti dies, qui eo hinc intercalari fuerunt, cæteris diebus annumeres, & ex Macrobio, & Censorino status tum mensis hoc dierum numero constitisse, Januariam, xxix. Februarium, xxviii. Martium, xxxi. Aprilem, xxix. Majum, xxvi. Junium, xxix. Quintilem, xxxi. Sextilem, xxxi. Octobrem, xxxi. Novembrem, xxix. & Decembrem, xxxi.

Annus enim, antequam Cæsar Fastos emendaret, erat tantum recentiorum & quingenta quoque dierum. *Bosius.*

² Ostentationes] Horum verborum sententia hæc est: Et ostentat se Cicero semper amicissimum ordini publicanorum, & semper item servire insisterat provincialium commodis. Nunc cum inter decumanos & provinciales male conveniret, periculum erat, quicquid inter eos decrevisset in provincia sua, ne in alterorum offensivam incurretet. At igitur, se usurum ea palæstra, quam ab Attico didicerat. *Mucet. Var. Leß. xiv. 11.*

³ Pactiones] Inter publicanos, & provinciales de exactionibus. *ep. seq. Corr.*
⁴ Thermoque] Q. Minucius Thermo prætori, Joniam regenti. *Menestius.*

bus, tamen Philogenem, & Sejum ⁵ tradidi; ⁶ Apollonientem Xenonem commendavi. Omnino omnia se facturum recepit. Ego præterea rationem Philogeni permutationis ejus, quam tecum feci, ⁷ edidi. Ergo hæc quoque hæcenus. Redeo ad urbana. Per fortunas (quoniam Roma manes) primum illud præfalci, atque præmuni, queso, ut simus anni; ne intercaletur quidem. Deinde exhauri mea mandata; maximeque si quid potest, ⁸ de illo domestico, scrupulum, quem non ignoras; deinde de Cæsare; cujus in cupiditatem te auctore incubui; nec me piget. Et, si intelligis, quam meum sit scire & curare, quid in Republica fiat: fiat autem? immo vero etiam quid futurum sit, perscribe ad me omnia; sed diligentissime: in primis ecquid judiciorum status aut factorum, aut futurorum etiam labore. ⁹ De aqua, si curæ est, si quid Philippus ager, animadvertas.

⁵ Tradidi] Tradere quoniam alium est, constitare ipsam aqul illum, & quasi præsentem in manus porrigere, & dare. Erat autem Philogenes liberus Attici. *Philonius.*
⁶ Apollonientem] Ad urbem Apollonia, quæcumque ea fuerit. Nam ejus nominis multas Stephanus enumerat. *Bosius.* Hoc autem hic addit, quia alius Xeno Atheniensis, de quo epistola 10. & libro XVI. *Poppa.*
⁷ Edidi] Cum ei tantumdem me dicerem redditurum, quantum a te accepissem. *Ep. 13. Menestius.*
⁸ De illo domestico] De filio, opinor, intelligit matrimonio. *Idem.*
⁹ De aqua] De qua, ut & Philippo, vitam hic addit, quia alius Xeno Atheniensis, de epist. præced. *Grotius.*

CICERO ATTICO SAL.

XIV. ANTEQUAM aliquo loco confedero, neque longas a me, neque semper mea manu literas expectabis. Cum autem erit spatium, utrumque præstabo. Nunc iter conficiebam æstuosa & pulverulenta via. Dederam Epheso pridie: has dedi Trallibus. In provincia mea fore me putabam Kal. Sextilibus. Ex ea die, si me amas, ¹ τῶν ἀποπέμψεων ἐπιπέμψου commoveo. Tamen interea hæc, quæ vellem, mihi afferbantur: primum ortum Parthicum, dein confecta pactiones Publicanorum, postremo seditio militum sedata ab ² Appio, stipendiumque eis usque ad Idus Quintiles perfolutum.

G g 2

Nos

¹ τῶν ἀποπέμψεων ἐπιπέμψου] Mandatum annuum, hoc est, mandatum de annuo munere provinciali non propagando.
² Appio] Cui succedo. *Corrad.*

Nos Asia accepit admirabiliter. Adventus noster nemini ne minimo quidem fuit sumptui. Spero meos omnes servire laudi meae. Tamen magno timore sum: sed bene speramus. Omnes jam nostri praeter Tullium tuum venerunt. Erat mihi in animo recta proficisci ad exercitum, æstivos menses reliquos rei militari dare, hibernos jurisdictioni. Tu, velim, si me nihilo minus nostri curiosum in Republica quam te, scribas ad me omnia, quæ sint, quæ futura sint. Nihil mihi gratius facere potes: nisi tamen id erit mihi gratissimum, si, quæ tibi mandavi, contuleris; in primisque illud ³ ἐνδομυχον; quo mihi scis nihil esse carius. Habes epistolam plenam festinationis, & pulveris. Reliquæ subtiliores erunt.

² Ἐνδομυχον] Arcanum. Conjugium (opinor) Tulliae, de quo supra. Junius.

CICERO ATTICO SAL.

XV. **L**AODICEAM veni pridie Kal. Sext. Ex hoc die ¹ clavum anni movebis. Nihil exoptatus adventu meo, nihil carius: sed est incredibile, quam me negotii tædeat. Non habet satis magnum campum ille tibi non ignotus cursus animi; & industriae meae præclara opera cessat. Quippe jus Laodiceæ me dicere, cum Romæ A. Plotius dicat? & cum exercitum noster ² amicus habeat tantum, me ³ nomen habere duarum legionum exilium? Denique hæc non desidero: lucem, forum, urbem, domum, vos desidero. Sed feram, ut potero: sit modo annuum. Si prorogatur, actum est. Verum perfacile resisti potest: tu modo Romæ sis. Quæris, quid hic agam? Ita vivam, ut maximos sumptus facio. Mirifice delector hoc instituto. Admirabilis abstinentia ex præceptis tuis: ut verear, ne illud, quod tecum permutavi, versura mihi solvendum sit. Appii vulnera non refrico: sed apparent, nec oculi

¹ Clavum anni movebis] Vocat Cicero clavum anni, indicem & notam anni incipientis ex eo die, quo provinciam ingressus fuerat: ut sibi eodem die anno veniente succederetur, atque ita clavus moveretur. Nam clavis parietibus impactis olim apud Roma-

nos anni notabantur, ut a multis animadvertum est. Bosius.

² Amicus] Caesar. Mangoltus.

³ Nomen] Significans legiones sine vitiis esse & robore. Grævius.

oculi possunt. Iter Laodicea faciebam a. d. III. Non. Sext. cum has literas dabam, in castra in Lycaoniam: inde ad Taurum cogitabam, ut cum ⁴ Mœragene signis collatis, si possem, de servo tuo deciderem. ⁵ Clitellæ bovi sunt impositæ: plane non est nostrum onus: sed feremus: modo, si me amas, sit annuum. Adsis tu ad tempus, ut senatum totum excites. Mirifice sollicitus sum, quod jam diu ignota sunt mihi ista omnia. Quare, ut ad te ante scripsi, cum cætera, tum Republica cura ut mihi nota sit. Plura scribam ⁶ tarde reddituro? sed dabam familiari homini, ac domestico, C. Andronico Puteolano. Tu autem sæpe dare tabellariis Publicanorum poteris, per magistros scripturæ, & portus nostrarum dioecesium.

⁴ Mœragene] Latronum dux. Manut. A quo Atticus aliquid, servi cujusdam fugitivi nomine, petebat, quem Mœragenes, ut conjicio, receperat. Josepe autem ait, signis collatis, quod cum esset cum imperio, omnia armis æturus videretur, & vi Mœragenem videretur ad satisfaciendum Attico. Bosius.

⁵ Clitellæ Bovi] Significat minus provinciale parum sibi accommodatum, & non factis dignum suis viribus esse, ut scribit in

epistola ad Cælium, Totum negotium non est dignum viribus nostris, qui noster in republica onera sustinere & possunt. Clitellæ Bovi enim clitellæ non inferantur, sed a fino. Pappus.

⁶ Tarde reddituro] Valet per eum qui tibi tarde reddet. Bosius. Fortasse, reddituro. An tibi nunc plura scribam, qui non nisi tarde in Urbem redditurus es?

CICERO ATTICO SAL.

XVI. **E**TSI in ipso itinere & via discdebant Publicanorum aliqui putavi spatii, ne me immemorem mandati tui putares. Itaque subsedi in ipsa via, dum hæc, quæ longiorem desiderant orationem, summam tibi prescriberem. Maxima expectatione in perditam, & plane everfam in perpetuum provinciam nos venisse scito pridie Kal. Sextiles. Morati triduum Laodiceæ, triduum Apameæ, totidem dies Synnade, audivimus nihil aliud, nisi imperata ¹ ἐπιπεφύκη solve non posse: ² *ἀνδρῶν* omnium venditas: civitatum gemitus, ploratus, monstra quædam non hominis, sed feræ nescio cujus immanis. Quid quæris?

¹ Ἐπιπεφύκη] Tributum in singula capita. Ἐπὶ: possessiones.

ris? omnino eos tædet vitæ. Levantur tamen misera civitates, quod nullus sit sumptus in nos, neque in legatos, neque in Quæstorem, neque in quemquam. Scito, non modo nos scenum, aut quod lege Julia dari solet, non accipere, sed ne ligna quidem; nec præter quatuor lectos & lectum, quemquam accipere quidquam: multis locis ne lectum quidem, & in tabernaculo manere plerumque. Itaque incredibilem in modum concursum sunt ex agris, ex vicis, ex domibus omnibus. Mehercule etiam adventu nostro reviviscunt. Justitia, abstinentia, clementia tui Ciceronis, ita opiniones omnium superavit. Appius, ut audivit nos venire, in ultimam provinciam se conjecit Tarsum usque: ibi forum agit. De Partho silentium est; sed tamen concisos equites nostros a barbaris nuntiabant ille, qui veniebant. Bibulus ne cogitabat quidem etiam nunc in provinciam suam accedere. Id autem facere ob eam causam dicebant, quod tardius vellet decedere. Nos in castra properabamus, quæ aberant bidui.

² Omnino eos tædet] Ita conjecit Malaspina, & Lambinus edidit. Nam legebatur autem, Omnino nos tædet, &c.

³ Forum agit] Quod ne ab iis qui-

dem fieri solet, qui brevi tempore sibi successum iri putant: eo minus ab Appio deponat, qui postea jam suspicari, sibi esse successum. Ep. 6. lib. III. Manu.

CICERO ATTICO SAL.

XVII. **A**CCEPI Roma sine epistola tua fasciculum literarum: in quo, si modo valuisti, & Romæ fuisti, Philotimi duco esse culpam, non tuam. Hanc epistolam distavi sedens in rheda, cum in castra proficiscerer, a quibus aberam bidui. Paucis diebus habebam certos homines, quibus darem literas: itaque eo me servavi. Nos tamen, etsi hoc te ex aliis audire malo, sic in provincia nos gerimus, quod ad abstinentiam attinet, ut nullus terantius infumatur in quemquam. Id fit etiam & legatorum, & tribunorum, & præfectorum diligentia. Nam omnes mirifice *συμφιλοδοξῶσιν* gloriae meæ. Lepta noster mirificus est. Sed nunc propero: per-

¹ Συμφιλοδοξῶσιν] Simul gloriae meæ serviant.

scribam ad te paucis diebus omnia. Cicerones nostros Dejotarus filius, qui rex ab Senatu appellatus est, secum in regnum. Dum in æstivis nos essemus, illum pueris locum esse bellissimum duximus. Sextius ad me scripsit, quæ tecum esset de mea domestica & maxima cura locutus, & quid tibi esset visum. Amabo te, incumbe in eam rem, & ad me scribe, quid & possit, & tu censeas. Idem scripsit Hortensium de propaganda nostra provincia dixisse nescio quid. Mihi in Cumano diligentissime le, ut annai essemus, defensionum receperat. Si quicquam me amas, hunc locum muni. Dici non potest, quam invitus a vobis absim. Et simul hanc gloriam justitiæ, & abstinentiæ fore illustriorem spero, si cito decesserimus. Id quod Scævola contigit, qui solos novem menses Asiæ præfuit. Appius noster, cum me adventare videret, profectus est Tarsum usque Laodicea. Ibi forum agit, cum ego sim in provincia; quam ejus injuriam non infector. Satis enim habeo negotii in sanandis vulneribus, quæ sunt imposita provinciæ. Quod, do operam, ut faciam quam minima illius contumelia. Sed hoc Bruto nostro velim dicas, illum fecisse non belle, qui adventu meo, quam longissime potuerit, discesserit.

² Domestica & maxima cura] De collocanda filia. Ep. 4. & 14. Manu.

CICERO ATTICO SAL.

XVIII. **Q**UAM vellem Romæ esses, si forte non es. Nichil enim certi habebamus, nisi accepisse nos tuas literas a. d. xiv. Kal. Sext. datas: in quibus scriptum esset, te in Epirum iturum circiter Kal. Sextiles. Sed sive Romæ es, sive in Epiro, Parthi Euphratem transierunt duce Pacoro, Orodis regis Parthorum filio, cunctis fere copiis. Bibulus nondum audiebatur esse in Syria. Cassius in oppido Antiochiæ cum omni exercitu. Nos in Cappadocia ad Taurum cum exercitu ad Cybistra. Hostis in Cyrrhestica; quæ Syriæ pars proxima est provinciæ meæ. His de rebus scripsi ad Senatum: quas literas, si Romæ es, videbis putefne reddendas: & multa,

¹ Et multa] Videbis. Manu.

ta, immo omnia: quorum ² κερδισμον, ne quid ³ inter ca-
sa, & porrecta, ut ajunt, oneris mihi addatur, aut tempo-
ris. Nobis enim, hac infirmitate exercitus, inopia sociorum,
praesertim fidelium, certissimum subsidium est hiems. Ea si
venerit, nec illi ante in meam provinciam transferint, unum
vereor, ne Senatus, propter urbanarum rerum metum, Pom-
pejum nolit dimittere. Quod si alium ad ver mittit, non la-
boro. Nobis modo temporis ne quid prorogetur. Haec igitur,
si Romae es: sin abes, aut etiam si ades; haec negotia sic se
habent. Stramus animis; &, quia consiliis, ut videmur, bo-
nis utimur, speramus etiam manu. Turo confedimus, copio-
so a frumento, Ciliciam prope conspiciente, expedito ad mu-
tandum loco; parvo exercitu; sed ut spero, ad benevolen-
tiam erga nos consentiente: quem nos, Dejotari adventu cum
suis omnibus copiis, duplicaturi eramus. Sociis multo fidelio-
ribus utimur, quam quisquam usus esset: quibus incredibilis
videtur & nostra mansuetudo, & abstinentia. Delectus habe-
tur civium Romanorum. Frumentum ex agris in loca tuta
comportatur. Si fuerit occasio, manu; sin minus, locis nos
defendemus. Quare bono animo es. Video enim te, &, quasi
coram adsis, ita cerno ⁴ συμπράττειν amoris tui. Sed te ro-
go, (si ullo pacto fieri poterit) si integra in senatu nostra
causa ad Kal. Jan. manserit, ut Romae sis mense Januario.
Profecto nihil accipiam injuriae, si tu aderis. Amicos consules
habemus; nostrum, Tribunum plebis Furnium. Verum tua est
opus assiduitate, prudentia, gratia. Tempus est necessarium.
Sed turpe est, me pluribus verbis agere tecum. Cicerones no-
stri sunt apud Dejotarum; sed, si opus erit, deducuntur Rho-
dum. Tu, si es Romae; ut soles, diligentissime: si in Epiro;
mitte tamen ad nos de tuis aliquem tabellarium; ut & tu,
quid nos agamus, & nos, quid tu agas, quidque acturus sis,
scire possimus. Ego tui Bruti ⁵ rem sic ago, ut suam iple

² Κερδισμον] Caput.

³ Inter casa, & porrecta] In ipso articulo discessus mei. Sumpta similitudine a sacrificiis, cum inter casa extra, & porrecta sinistra quid acciperet, ne litari posset, sed instaurari sacrificium, necesse esset. Vereba-

tur Cicero, ne, quo tempore discessurus es-
set, eo tempore ejusmodi quid accideret,
ne posset discedere. Manutius.

⁴ Συμπράττειν] Doloris consentum.

⁵ Rem] Vide epist. 11. lib. VI. Man.

non ageret. Sed jam ⁶ exhibeo pupillum, ⁷ neque defendo: sunt enim negotia & lenta, & inania. Faciam tamen satis: tibi quidem, cui difficilius est, quam ipsi: sed certe satisfaciam utrique.

⁶ Exhibeo pupillum] Ariobarzauem regem, ⁷ Neque defendo] Tutores enim dicti, quia qui mihi a senatu in tutelam est traditus, pupillos tueantur. Ego, inquit, jam non exhibeo creditoribus, ut exigant ipsi. Idem. Tutor; tutela me abduco. Idem.

CICERO ATTICO SAL.

XIX. **O**BSIGNARAM jam epistolam eam, quam puto te modo perlegisse, scriptam mea manu, in qua omnia continentur, cum subito Appii tabellarius a. d. xi Kal. Oct. septimo quadragesimo die Roma celeriter (hui tam longe!) mihi tuas literas reddidit: ex quibus non dubito, quin tu Pompejum expectaris, dum Arimino rediret, & jam in Epirum profectus sis: magisque vereor, ut scribis, ne in Epiro sollicitus sis non minus, quam nos hic sumus. De Attiliano nomine scripti ad Philotimum, ne appellaret ¹ Messalam. Itineris nostri famam ad te pervenisse laetor, magisque laetabor, si reliqua cognoris. Filiolam tuam tibi ² jam Romae jucundam esse gaudeo; eamque, quam nunquam vidi, tamen & amo, & amabilem esse certo scio. Etiam atque etiam ³ valete Patron, & tui condiscipuli. Quae ⁴ de Taren-

Tom. VIII.

H h

¹ Messalam] Qui pro Attilio promiserat. Et Appellare, verbum creditorum. Appellare autem quo tempore de ambitu reus erat Messala, hominis videbatur de humanitate parum laborantem. Manut.

² Jam Romae] Cum Romae es. Jam enim profectum Atticum in Epirum existimabat. Et dixit, Jam, quasi paucis ante mensibus natum. Possit etiam sic, nisi repugnarent antiqui libri, Jam mihi jucundam. Ea post uxor Agrippae fuit, ejus, qui Pantheon, quod nunc quoque integrum magna cum admiratione spectatur, Romae condidit. Idem.

³ Valete Patron] Hunc locum ante aliquot annos ingeniose ex conjectura correxit eruditissimus vir Claudius Puteanus, supprime curia Patris senator integerimus;

quam ejus emendationem eo usque probavi, donec mihi contigit codicem Decuratum mansueti, ubi haec ita exarata reperit, ut, quod ad sententiam attinet, Puteani confirmant confirmationem, aliquantum tamen exarient ab ejus lectione. Sic enim ibi legitur, etiam atque etiam valete Patron, & tui condiscipuli. Audierat Cicero Atticum valde delectari filia, qua nuper videtur exarata esse, eamque summo amore protequi; qui amor a natura ipsa proficiscitur, ideo cum in ea te illum animadverteret decreto Epicureorum adversari, qui negabant quomodo ista res esse possit, hoc est, insitum esse naturae amorem illum, quo quique filios complectitur, scilicet Attici nomine valere jubet Patronem Epicuri discipulum, & caeteros.

tinis in militia laboravi, ea tibi grata esse gaudeo. Quod scribis libente te repulsam tulisse⁵ eum, qui⁶ cum sororis tuæ filii patris⁷ certaret, magni amoris signum. Itaque me etiam admonuisti, ut gauderem: nam mihi in mentem non venerat. Non credo, inquis. Ut libet: sed plane gaudeo: quoniam⁸ τὸ νέμεσθαι interest τῆ φθόνου.

teros ejusdem condiscipulos, quasi Articus Episcopi secta renuntiarer. De hoc Episcopi decreto vide Artiani Epistolarum. *Boisii.*

4 De Tarentini] Tarentini sunt equites, leves duos equos habentes, qui jaculis levibus iritabant quasi prælium instar scilicet. Sic dicti non quod Tarenti consecrarentur, sed quod hoc genere equitum primi sunt ut Tarentini. De his Kilianus Tacitici cap. 45. Suidas, Hezychius, Livius XXXV. 28. Polydorus, lib. XI. & aliis locis. *Grævius.* Adjungi poterat Stephanus Byzantinus, verbo Τάροις. Ceterum unus locum hunc bene intellexit Grævius, & illustravit. Turpiter alii se dederunt, *Margalium.*

5 Eum] Hirum, qui repulsam tulerat

in Adilitatis petitione.

6 Cum sororis tuæ filii patris] Mecum, qui sororis tuæ filio patris sum. *Man.*

7 Certaret] Respexit ad certamen de auguratu: de quo Fam. VIII. ep. 3. & 9. *Idem.*

8 Τὸ νέμεσθαι interest τῆ φθόνου] Indignatio dilat ab invidia: indignari, & invidiare, non idem sunt. Responder. Cicero tacite objectioni. Gaudeo, inquit, nec tamen est, cur quisquam reprehendar. Non enim, quia lætitiæ capto ex Hirri repulsa, propterea, si Adilitatem is esset adeptus, invidere, sed inaspicere potius. Jure igitur gaudeo: quoniam ab indignatione, non ab invidia, proficitur lætitiæ mea. *Idem.*

CICERO ATTICO SAL.

XX. SATURNALIBUS mane se mihi Pindenissæ dederunt, septimo & quadragesimo die, postquam oppugnare eos coepimus. Qui (malum) isti Pindenissæ? qui sunt? inquis: nomen audivi nunquam. Quid ego faciam? num¹ potui Ciliciam, Etoliam aut Macedoniam reddere? Hoc jam sic habeto, nec hoc exercitu hic tanta negotia geri potuisse: quæ cognosce² ἐπιτομή: sic enim concedis mihi proximis literis. Ephesum ut venerim nosti; qui etiam mihi gratulatus es illius diei celebritatem: qua nihil me unquam delectavit magis. Inde oppidis iis, qua ieram mirabiliter accepti, Laodiceam pridie Kal. Sext. venimus. Ibi morati biduum, perillustres fuimus, honorificisque verbis omnes injurias³ revellimus

1 Potui Ciliciam] Potui facere, ut de Cilicia fiat Etolia, aut Macedonia, in quibus omnia erant celebra, & illustria, cum Ciliciæ loca sint obscura, & ignota. *Helmst. Non potui.* *Grævius.*

2 Epitome] Summatim.

3 Revellimus] Hoc puto dici: Quæcumque Appius vulnera imposuerat, sanavimus. *Manus.*

mus superiores. Quod idem dein Apameæ quinque dies morati, & Synnadis triduum, Philomeli quinque dies, Ieonii decem fecimus. Nihil ea jurisdictione aquabilis, nihil lenius, nihil gravius. Inde in castra veni a. d. VII. Kal. Sept. a. d. III. Exercitum lustravi apud Iconium. Ex his castris, cum graves de Parthis nuntii venirent, perrexi in Ciliciam per Cappadociæ partem eam, quæ Ciliciam attingit; eo consilio, ut Armenius Artavafdes, & ipsi Parthi Cappadocia se excludi putarent. Cum dies quinque ad Cybistra Cappadociæ castra habuissem, certior sum factus, Parthos ab illo aditu Cappadociæ longe abesse; Ciliciæ magis imminere. Itaque confestim iter in Ciliciam feci per Tauri pylos, Tarsum veni a. d. III. Non. Octobr. Inde ad Amanum contendi, qui Syriam a Cilicia aquarum divertio dividit; qui mons erat hostium plenus sempiternorum. Hic a. d. III Idus Octob. magnum numerum hostium occidimus. Castella munitissima, nocturno Pontini adventu, nostro matutino, cepimus, incendimus. Imperatores appellati sumus. Castra paucos dies habuimus, ea ipsa, quæ contra Darium habuerat apud Issum Alexander, imperator haud paulo melior, quam aut tu, aut ego. Ibi dies quinque morati, direpro & vastato Amano, inde discessimus. Scis enim dici quædam τῆ τῆ: dici item τὸ νέμεσθαι τῆ φθόνου. Rumore adventus nostri, & Cassio, qui Antiochia tenebatur, animus accessit, & Parthis timor injectus est. Itaque eos, cedentes ab oppido Cassius insecutus rem bene gessit. Qua in fuga magna auctoritate Olaces, dux Parthorum, vulnus accepit, eoque interit paucis post diebus. Erat in Syria nostrum nomen in gratia. Venit interim Bibulus. Credo voluit appellatione hac inani nobis esse par. In eodem Amanum cepit⁴ laureolam in mustaceo quarere. At ille cohortem primam totam perdidit, centurionemque primipili, nobilem sui generis, Afinium Dentonem, & reliquos cohortis ejusdem, H h 2 &

4 Interit] Terrores panicos.

5 Τὸ νέμεσθαι] Inanes belli terrores.

6 Laureolam in mustaceo] locatur. Quoniam mustacæ hauri folia subjeceantur, ut ait Plinius lib. XV. Mustaceorum confectio-

nem Cato docet in L. de re rustica. Bibulus, triumphum cupiditate adductus, voluit cum obscuris, panis, infirmis hostibus conligere. *Manus.*

literis publicis mittam; ut diligentius perferantur, & idem ad me certa de te, & a te referat. ²¹ Alexis quod mihi toties salutem adscribit, est gratum: sed cur non suis literis idem facit, quod meus ad te Alexis facit? Phemio quaeritur ²² *κέρως*. Sed hæc hæcenus. Cura, ut valeas, & ut sciam, quando cogites Romam. Etiam atque etiam vale. Tua, tuoque Thermo & præfens Ephesi diligentissime commendaram, & nunc per literas: ipsumque intellexi esse perstudiosum tui. Tu velim, quod antea ad te scripsi, de domo Pammeni, des operam, ut, quod tuo meoque beneficio puer habet, cures, ne qua ratione convellatur. Utrique nostrum honestum existimo; tum mihi erit pergratum.

²¹ Alexis] Attici servus amanuensis. Cur non literas ipse ad me mittit, sicuti amanuensis meus Tiro ad te mittit? Id.

²² Κέρως] Cornu, instrumentum musicum. De hoc iterum epist. i. lib. VII. Phemius, cantoris nomen apud Homerum.

CICERO ATTICO SAL.

XXI. **T**E in Epirum salvum venisse, &, ut scribis, ex sententia navigasse, vehementer gaudeo: non esse Romæ meo tempore pernecessario, submolestè fero; hoc me tamen consolor, quod non spero te istuc jucunde hiemare, & libenter requiescere. ¹ Cassius, frater Q. Cassii, familiaris tui, pudenciores illas literas miserat (de quibus tu ex me requiris, quid sibi voluerint) quam eas, quas postea misit, quibus per se scribit confectum esse Parthicum bellum. Reverserant illi quidem ab Antiochia ante Bibuli adventum, sed nullo nostro ² *εὐήμερηματι*. Hodie vero hiemant in Cyrrhestica, maximumque bellum impendet. Nam & Oro-dæ regis Parthorum filius in ³ provincia nostra est: nec dubitat

¹ Et libenter requiescere] Hæc defendenda censuerant Ustinus, Muretus, Junius. Sed retinetur Montagnus, & ad ea referre, que leguntur epist. 19. Vereor, ne in Epiro sollicitus sit uno minuto, quam nec hic sumus. Videtur Critici.

² Cassius] Hic M. Crassi quondam in Pætios est proventus. Crasso interfecto, colle-

git exercitus reliquit, in Syriam profugit, quo Parthi postea cum irruissent, eos Antiochia, magna caede edita, rejecit. Montagn.

³ Εὐήμερηματι] Prospero successu nullo nostro, id est, non pulsi a nobis.

⁴ Provincia] Cyrrhestica, Syriæ parte, Ciceronis provinciæ proxima: epist. 18. Noster, igitur, populi Rom. Manu.

eat Dejotarus, cujus filio pacta est Artavaldis filia, ex quo sciri potest, quin cum omnibus copiis ipse prima æstate Euphratem transiturus sit. Quo autem die Cassii literæ victrices in Senatu recitatae sunt, id est, Nonis Octobribus, eodem meo tumultum nuntiantes. Axius noster ait, nostras auctoritatis plenas fuisse; illis negat creditum. Bibuli nondum erant allatae: quas certo scio plenas timoris fore. Ex his rebus hoc vereor, ne, cum Pompejus propter metum rerum novarum nusquam dimittatur, Casari nullus honos a Senatu habeatur; dum hic nodus expediatur, non putet Senatus, nos, ante quam successum sit, oportere decedere: nec in tanto motu rerum tantis provinciis singulis ⁵ legatos præesse. Hic, ne quid mihi prorogetur, quod ⁶ ne intercessor quidem sustinere possit, herreo: atque eo magis, quod tu abes: qui consilio, gratia, studio multis rebus occurreres. Sed dices, me ipsum mihi sollicitudinem struere. Cogor: & velim ita sit: sed omnia metuo. Esti bellum? *ἀξιοτελευτών* habet illa tua epistola, quam dedisti naufans Buthroto: *Tibi, ut video, Q. spero, nulla ad decedendum erit mora. Mallet, ut video: nihil opus fuit, ut spero.* ⁸ Acceperam autem satis celeriter Iconii per Publicationum tabellarios a Lentuli triumpho datas. In his ⁹ *ῥαυρόντων* illud confirmas, moram mihi nullam fore: deinde addis, si quid lectus, te ad me fore venturum. Pungunt me dubitationes tuæ. Simul & vides, quas acceperim literas. Nam quas ¹⁰ Hermoni centurionis Camulæ ipse scribis te dedisse, non accepi. Lenii pueris te dedisse sæpe ad me scripseras: eas Laodiceæ denique, cum eo venissem, III Id. Febr. Lenius mihi reddidit, datas a. d. x Kal. Octobres. Lenio tuas commendationes & statim verbis, & reliquo tempore te probabo. Hæc literæ cætera habebant, unum hoc novum, de ¹¹ Cybyra-

⁵ Legatos] Redtores enim provinciarum, scito sine successione decedentes, legatos, qui præessent: relinquerebant. Idem.

⁶ Ne intercessor] Vereor, ne S. C. eius modi fiat, quo tribuni ab intercessione summoventur. Idem.

⁷ Αξιοτελευτών] Clausulam.

⁸ Acceperam] Alias, ab his, quas tu naufans Buthroto dederas. Ac si dicat: Esti

eius epistolæ mentionem facio unius, scito me tamen eas quæ accepisse, quas Romæ a Lentuli triumpho dederas. Montagn.

⁹ ῥαυρόντων] Dulce amarum.

¹⁰ Hermoni] Libertus, aut servus. Manu.

¹¹ Cybyrae] Que apud Cybiram urbem Ciliciæ ab incolis venandi peritis capiebatur. Poppo. Vide Fam. VI. 1. & lib. VIII. passim.

byratis pantheris. Multum te amo, quod respondisti M. Octavio, te non putare. Sed posthac omnia, quæ certa non erunt, pro certo negato: nos enim & nostra sponte bene firmi, & mehercule auctoritate tua inflammati, vicimus omnes (hoc tu ita reperies) cum abstinentia, tum iustitia, facilitate, clementia. Cave putes quicquam homines magis unquam esse miratos, quam nullum terantium, me obtinente provinciam, sumptus factum esse, nec in Republicam, nec in quemquam meorum, præterquam in L. Tullium legatum. Is, cæteroqui abstinet, (sed ¹² Julia lege transiens, semel tamen in diem, non, ut alii solebant, omnibus vicis) facit ut mihi excipendus sit, cum terantium nego sumptus factum. Præter eum accepit nemo. Has a nostro ¹³ Q. Titinio sordes accepimus. Ego, ætatis confectis, Quintum fratrem hibernis, & Ciliciæ præfeci. Q. Volusianum, tui Tiberii generum, certum hominem, sed mirifice etiam abstinentem, misi in Cyprum, ut ibi pauculos dies esset; ne cives Romani pauci, qui illic negotiantur, jus sibi dictum negarent: nam evocari ex insula Cyprios non licet. Ipse in Asiam profectus sum Tarso Nonis Januariis; non mehercule dici potest, qua admiratione Ciliciæ civitatum, maximeque Tarlentium. Postea vero quam Taurum transgressus sum, mirifica expectatio Asiæ nostrarum dicecensium, quæ sex mensibus imperii mei nullas meas acceperat literas, nunquam hospitem viderat. Illud autem tempus quotannis ante me fuerat in hoc quaestu. Civitates locupletes, ne in hiberna milites reciperent, magnas pecunias dabant: Cyprii talenta Attica ec; qua ex insula (non *ὀρθηδοῦνός*, sed verissime loquor) nummus nullus me obtinente erogabitur. Ob hac beneficia, quibus illi obtupefcunt, nullos honores mihi, nisi verborum, decerni sino; statuas, fana, ¹⁴ *ἀθήματα* prohibeo: nec sum in ulla re alia molestus civitatibus; sed for-

¹² Julia lege] Quæ, transiuntibus, magistratuumque comitibus ut forum, aliisque, ab oppidis, & vicis summittantur, jubebat. *Mant.*

¹³ Q. Titinio] Qui mihi legatum dedit L. Tullium. *Idem.*

¹⁴ *ἀθήματα*] *Quadrige*. Inter divinos

honores esse quadrigas satis constat. Itaque in nummis consecratorum reperitur, & in aliorum quoque interdum fornicibus impostæ. Cum ergo invaluisset, ut provinciales magistratibus divinos honores tribuerent, templaque ædificarent, etiam quadrigas æntas marmoreæ potuerunt. *Ereft.*

fortasse tibi, qui hæc prædicem de me. Perfer, si me amas: tu enim me hæc facere voluisti. Iter igitur ita per Asiam feci, ut etiam fames, qua nihil miserius est, quæ tum erat in hac mea Asia, (messis enim nulla fuerat) mihi optanda fuerit. Quacunquē iter feci, nulla vi, nullo judicio, nulla contumelia; auctoritate, & cohortatione perfecti, ut & Græci, & cives Romani, qui frumentum compresserant, magnum numerum populis pollicerentur. ¹⁵ Idibus Februariis, quo die has literas dedi, ¹⁶ forum institueram agere Laodiceæ Cybriaticum: Apamense ex Idibus Martii, ibidem Synnadenæ, Pamphylium, (tum Phemio dispiciam ¹⁷ *κέρπος*) ¹⁸ Lycaonium, Isauricum: ex Idibus Maji, in Ciliciam, ut ibi Junius consumatur. Velim tranquille a Parthis. Quintilis, si erit ut volumus, in itinere est per provinciam redeuntibus consumendus. Venimus enim in provinciam Laodiceam, Sulpicio & Marcello coff. pridie Kal. Sextiles: inde nos oportet decedere a. d. iv Kal. Sext. Primum contendam a Quinto fratre, ut se præfici patiatur: quod & illo, & me invitissimo fiet: sed aliter honeste fieri non potest, præsertim cum, virum optimum, Pontinium ne nunc quidem retinere possim.

Tom. VIII.

I i Ra-

¹⁵ *Idibus Febr.*] Eorum officium qui provinciis poterant, in duas partes fuit distributum, potestatem, & imperium. Potestas dicitur facultas cognoscendi, & conficiendæ juris districtis. Imperium, ducendi copias, & bellum gerendi. Hæc munera ita colebant, ut ætatem sere rei militari, hiemem dicarent cognitioni prætoris, quæ in juris dictione potissimum versabatur. *Sigonius, de antiqua jure Prætor. l. 3.*

¹⁶ *Forum institueram agere*] Ordinem exponit, quo ageret fora & conventus juridici in iis regionibus, quas habebat in potestatem. Habebat autem Ciliciæ adjunctas diceceses sex: Cybriaticam, Apamensem, Synnadensem, Pamphyliam, Lycaonium, Isauriam. Vide Sigonium de *ant. jure Prætor. lib. II.* Quocirca commemorat *forum Cybriaticum, Apamense, Synnadense, Pamphylium, Lycaonium, Isauricum.* Olivetus. ¹⁷ *κέρπος*] Carbo, ut Phemio invenitur, mandaturque coram aptum ac probatum. De hoc eodem supra: *Phemio quaeritur κέρπος.* Infra, VI. 1. *κέρπος Phemio mandatum est.*

De iustico hoc instrumento, quod Græci *εἰπάρι*, Latini *coram* vocant, dicitur Salmastius in *Solio. pag. 123. edit. 1629*: probatur, non differre illud a tibia, quæ Phrygiæ dicitur. Hinc apparet, cur dicat Cicero: *Cum illud ageret forum Synnadenæ* (ad quod scilicet ventitæ Phryges oportebat) *tum Phemio dispiciam κέρπος.* *Idem.*

¹⁸ *Lycaonium*] Vocabulum hoc ex aliis erat editionibus ejectum. Sic habent: *Dispiciam κέρπος, Isauricum, Isauricum, &c. Cornu Antonium* intelligendum esse sibi, ad nulos modum eximium, propterea quod sedes Misarum esset in *Asia*. Quemquam arbitramur fore hominem, qui subtilitatem hanc anteponebat sanitati ejus scripturæ, quam a Mongalto expositam in contextum admisi? Non videtur lucere meride, qui quam sit vera hæc emendatio non videbit. Annotationem eruditæ ejus interpretis in hunc locum etiam non descripti, ipsam tamen mihi in hac explicatione dicem fuisse gratis ac libens agnosco. *Idem.*

Rapit enim hominem Postumius Romam, fortasse etiam
 19 Postumia. Habes consilia nostra: nunc cognosce de Bruto.
 Familiares habet Brutus tuos quosdam creditores Salaminiorum
 ex Cypro, M. Scaptium, & P. Matinium, quos mihi ma-
 jorem in modum commendavit. Matinium non novi. Scaptius
 ad me in castra venit. Pollicitus sum curaturum me Bruti
 causa, ut ei Salaminii pecuniam solverent: egit gratias. Prae-
 fecturam petivit: negavi me cuiquam negotianti dare: quod
 idem tibi ostenderam. Cn. Pompejo petenti probaram institu-
 tum meum: quid dicam, 20 Torquaro, in M. Lenio tuo?
 multis aliis. Si praefectus veller esse 21 syngraphae causa, me
 curaturum ut exigeret. Gratias egit: discessit. Appius noster
 turmas aliquot equitum dederat huic Scaptio, per quas Sala-
 minios coerceret; & eundem habuerat praefectum. Vexabat
 Salaminios. Ego equites ex Cypro decedere iussi: moleste tulit
 Scaptius. Quid multa? ut ei fidem meam praestarem; cum
 ad me Salaminii Tarsum venissent, & in his Scaptius, impe-
 ravi ut pecuniam solverent. Multa de syngrapha, de Scaptii
 injuriis. Negavi me audire. Hortatus sum; petivi etiam pro
 meis in civitatem beneficiis, ut negotium conficerent: deni-
 que dixi me coacturam. Homines non modo non reculare,
 sed etiam hoc dicere, se 22 a me solvere. Quod enim Prae-
 tori dare consueverat, quoniam ego non acceperam, se a me
 quodam modo dare; atque etiam minus esse aliquanto in Scap-
 tii nomine, quam in vestigali Praetorio. Collaudavi homi-
 nes. Recte, inquit Scaptius: sed subducamus summam. Inter-
 rim cum ego in edicto tralatitio 23 centesimas me observatu-
 rum haberem, 24 cum anatocismi anniversario, ille ex syngra-

gra-

19 Postumia] Ser. Sulpitii uxor, de qua Sueton. in Julio. *Boisus*.

20 Torquaro, in Lenio] Cui petenti, ut Lenio tuo praefecturam dederem, negavi, quia Lenius negotiator. Epist. 1. lib. VI. *Mantuanus*.

21 Syngrapha causa] Si praefectus ideo esse veller, ut ea portitate munus a Salaminis exprimeret; non esse, cur praefecturam peteret: me enim curaturum, ut exigeret. *Idem*.

22 A me] De meo. *Solvere ab aliquo est, delegare debitorem, seu subere debitorem nostrum, quod nobis debet, solvere creditori nostro, quod nos illi debebamus.* *Oksero*. l. 21. J. F. *Grøn*.

23 Centesimas] Usuras, quae singulis mensibus numerum, duodenos annos in singulos centenarios pariunt. *Grævius*.

24 Cum anatocismi anniversario] Scilicet incremento, hoc est, quicquid usurarium non solvissent, id singulis annis subduceretur, & forti-

grapha postulabat 25 quaternas. Quid ais? inquam: possumne contra meum edictum? At ille profert senatus-consultum Lenulo Philippoque Coss. ut, qui Ciliciam obtineret, jus ex illa syngrapha diceret. Cohorruai primo: erat enim interitus civitatis. Reperio duo senatus-consulta iisdem Consulibus de eadem syngrapha. Salaminii cum Romae versuram facere vellent, non poterant; quod 26 lex Gabinia vetabat. Tum ii, Bruti familiares, freti gratia Bruti, dare volebant iv, si sibi senatus-consulto caveretur. Fit gratia Bruti senatus-consultum: Ut *no-ve Salaminis, no-ve qui eis dedisset, fraudi esset*. Pecuniam numerarunt: & postea venit in mentem foeneratoribus, nihil se juvare illud senatus consultum, 27 quod ex syngrapha jus dici lex Gabinia vetaret. Tum sit senatus-consultum, Ut *ea syngrapha esset, 28 qua vi ceteris*. Sed 29 ut eodem; cum hac disseruissem, seducit me Scaptius; ait se nihil contradicere; sed illos putare talenta cc se debere; ea se velle accipere: debere autem illos paulo minus: rogat, ut eos ad cc perducam. Optime, inquam. Voco illos ad me, remoto Scaptio. Quid vos? quantum, inquam, debetis? Respondent, cvi. Refero ad Scaptium. Homo clamare. Quid opus est? inquam: rationes conferatis. Assidunt; subducunt; ad numerum convenit: illi se numerare velle, urgere ut acciperet. Scaptius me rursus seducit; rogat, ut rem sic relinquam. Dedi veniam homini impudenter petenti. Graecis querentibus; ut 30 in fano deponeret, postulantibus non concessi. Clamare

I i 2

omnes

forti adjectetur. *Numeratus* enim est, cum usura non solute forti apponuntur, & in sequentem mensem, vel annum, vel fortis portio, & sic usuras pariunt. *Idem*.

25 Quaternas] Quaternae centesimae sunt, cum quatuor nummi metalli pro usuris inventum possunt, qui quadragesimo octo in annum faciunt. *Idem*.

26 Lex Gabinia] Legis Gabiniae haec vis fuit, ne provincialibus Romae versuram facere, id est, mutuum sub usuris sumere liceret: si fecissent, ne ex tali syngrapha jus rediretur. *J. F. Grøn*.

27 Quod ex syngrapha] Lex Gabinia caverat ne ulli provinciali legato Romae pecunia sub usuris manuum daretur: & ne ma-

gisstras provinciales ex tali syngrapha jus dicerent, si qui Romani simul eos querentur de provincialium debitis non solutis. Senatus-consulto autem illo cavebatur tantum ut mutua legis Gabinia subirent, qui Salaminis pecuniam desissent, sub usuris numeram; sed ut jus dicerent ex tali syngrapha Proconsules contra legem Gabiniam non cautum erat Senatus-consulto. *Idem*.

28 Quae vi] Est, quo iure. *Boisus*.

29 Ut eodem] Supple, revertatur: nempe ad Scaptium.

30 In fano] Ne cogentur amplius usuras solvere: & ita usura consisteret. Ep. 1. lib. VI. *Corradus*.

omnes qui aderant, nihil impudentius Scaptio, qui centesimis cum anatocismo contentus non esset: alii, nihil stultius. Mihi autem impudens magis, quam stultus, videbatur. Nam aut bono nomine, centesimis³¹ contentus erat; aut non bono quaternas centesimas sperabat. Habes meam causam: quæ si Bruto non probatur, nescio cur illum amemus: sed³² avunculo ejus certe probabitur, præsertim cum senatus-consultum modo factum sit, puto, postquam tu es profectus, in creditorum causa, ut centesima³³ perpetuo fœnore³⁴ ducerentur. Hoc quid interfit, si tuos digitos novi, certe habes subductum. In quo quidem³⁵ ὄδῳ ἀπέργου. Lucejus, M. filius, queritur apud me per literas, summum esse periculum, ne culpa Senatus his decretis res ad tabulas³⁶ novas perveniat: Commemorat, quid olim mali C. Julius fecerit, cum dieculam³⁷ duxerit: nunquam Respublica³⁸ plus. Sed ad rem redeo. Meditare adversus Brutum causam meam: si hæc causa est, contra quam nihil honeste dici potest; præsertim cum integram rem & causam reliquerim. Reliqua sunt domestica. De³⁹ ἑρδομύχῳ probo idem, quod tu; Postumia filius, ille quoniam Pontidia nugatur: sed vellem adesses. A Quinto fratre his mensibus nihil expectaris: nam Taurus propter nives ante mensem Junium transiri non potest. Thermum, ut rogas, creberimis literis fulcio. P. Valerium negat habere quicquam Dejotarus rex,

³¹ *Contentus esset*] Consensus erat futurus, cum quaternis placet desperasset. Nam tum quidem aperte ostendebat, contentum se non esse. Tacite igitur sic rationalitatur Scaptius, ut contentus tum esset centesimis, cum de quaternis non succederet. Secum ipse videlicet ita loquebatur: De quaternis non impetra: quid agam; rem sic relinquere, e re mea est: impetrabo fortasse ab alio proconsule. Bruti gratia, cujus commendatio apud hunc minus valet, quam sperari: differam, cum in dilatione spes sit, neque tamen damni quidquam; quoniam usura non consistit, pecunia non deposita. *Mansuetus.*

³² *Avunculo*] M. Catoni.

³³ *Perpetuo*] Ne usura usurarum forebatur, sed centesimarum perpetuum esset fœnus, alio præterea fœnore non adjecto.

³⁴ *Ducerentur*] In supputatione. Inde *Subduco*, & rationes *subducere*. Idem.

³⁵ *ὄδῳ ἀπέργου*] Quasi præter *propositum*, interponam hoc de Lucejo. Vide Ep. 8. lib. III. ad Q. Fr. *Idem.*

³⁶ *Novas*] Quibus pecunia creditæ creditoribus condonari solent. *Corrad.*

³⁷ *Auxerit*] Id est, quod dies solvendi, laxior paulo constituta fuerit. *Mala/p.*

³⁸ *Plus*] Tullii mali, perpicuum est subaudiri. *Mansuetus.*


³⁹ *ἑρδομύχῳ*] *Domestico negotio.* Senfus est: probo idem quod tu, Postumia scilicet filium uxorem ducere Tulliam: aut, Postumia filio Tulliam nuptul dari, quoniam ille Pontidia filius negatur. Postumia filium vocat filium Ser. Sulpitii, cujus uxor erat Postumia. Vide supra, ep. 4. *Dejus.*

rex, eumque ait a se sustentari. Cum scies Romæ intercalatum sit, necne, velim ad me scribas⁴⁰ certum, ⁴¹ quo die ⁴² mysteria futura sint. Literas tuas minus paulo expecto, quam si Romæ esses; sed tamen expecto.

⁴⁰ *Certum*] *Ceterum* pro *certum* est in antiquo libro, & ita videtur legendum; interpunctionis nota ad verbum scribas polita. *Ursinus.*

⁴¹ *Quo die*] In quem diem incidant mysteria: Nam intercalatio ordinem dierum mutabat. *Mansuetus.*

⁴² *Mysteria*] *Bona Deæ.*



EPISTOLARUM
AD ATTICUM
LIBER VI.

CICERO ATTICO SAL.

I. **A**CCEPI tuas literas a. d. quintum Terminalia Laodiceæ, quas legi libentissime, plenissimas amoris, humanitatis, officii, diligentia. His igitur respondebo; sic enim postulas: nec ² *οικονομίας* meam institutam, sed ordinem conferebam tuum. Recentissimas a Cybistris te meas literas habere ais, a. d. x Kal. Octob. datas: & scire vis, tuas ego quas acceperim: omnes fere quas commemoras, præter eas, quas scribis Lentuli pueris & ³ Equoturico, & Brundisio datas. Quare ⁴ non *οικεταί* tua indultria, quod vereris, sed præclare ponitur; si quidem id egisti, ut ego delectarer: nam nulla re sum delectatus magis. Quod meam ⁵ *εὐθυμία* in Appio tibi, ⁶ libertatem etiam in Bruto probò; vehementer gaudeo: ac putaram secus. Appius enim ad me ex itinere bis, terve ⁷ *εὐπορίας* literas miserat, quod quadam se constituta rescinderem. Ut si medicus, cum agrotus alii medico traditus sit, irasci velit ei medico, qui sibi successerit, si, quæ ipse in curando constituerit, mutet ille: sic Appius, cum ⁸ *εὐφρασίαν*

¹ Terminalia] Quæ x. vel, ut alii volunt, xx. Kal. Mart. fiebant. Ovid. lib. 2. Fast. Car. 407.

² Οικονομία] Ordinem in re domestica: *οικονομία* hic sumitur pro ordine, quem scribentes servamus. Manutius.

³ Equoturico] Apulia oppidulo, quod *tertia* dicere non est, ut inquit Horat. Sat. 5. l. 1. Aliquam Turicum Antoninus Augustus vocat. Corrad. Scribendum, & quæ Equoturico hoc. Huius Belucensis.

⁴ Non οικεταί] Non perit.

⁵ Εὐθυμία] Vide lib. 4. epist. 6.

⁶ Libertatem] Qua usus erat erga Scaptium, in negotio Cypselorum. Vide præcedentis libel epist. ult. Grævius.

⁷ Εὐπορίας] Non nihil querentes, leviter exorbiantes.

⁸ Εὐφρασίαν] Αἰσθησις significat in re rustica & medica iustitiam detractionem & ablationem. Tā alia *εὐφρασία*, ariditatem frondium refectio, est apud Theophrastum & alios.

σας provinciam curarit, sanguinem miserit, quidquid potuit detraxerit; mihi tradiderit encliam, ⁹ *εὐφρασίαν* eam a me non libenter videt; sed modo succenset, modo gratias agit. Nihil enim a me fit cum ulla illius contumelia: tantummodo dissimilitudo meæ rationis offendit hominem. Quid enim potest esse tam dissimile, quam illo imperante, exhaustam esse sumptibus, & jacturis provinciam; nobis eam obtinentibus, nummum nullum esse erogatum nec privatim, nec publice? Quid dicam de illius præfectis? comitibus? legatis? etiam de rapinis? de libidinibus? de contumeliis? Nunc autem domus hercule nulla tanto consilio, aut tanta disciplina gubernatur, aut tam modesta est, quam nostra tota provincia. ¹⁰ Hanc nonnulli amici Appii ridicule interpretantur: qui me idcirco putent bene audire velle, ut ille male audiat, & recte facere non meæ laudis, sed illius contumeliæ causa. Sin Appius, ut Bruti literæ, quas ad te misi, significabant, gratias nobis agit, non moleste fero; sed tamen eo ipso die, quo hæc ante lucem scribebam, cogitabam ejus multa, inique constituta & acta, tollere. Nunc venio ad Brutum, quem ego omni studio, te auctore, sum complexus: quem etiam amare cõperam: ¹¹ sed dico? revocavi me, ne te offenderem. Noli enim putare, me quicquam maluisse, quam, ut mandat is, facere: nec ulla de te plus laborasse. Mandatorum autem mihi libellum dedit: isdemque de rebus tu mecum egeras. Omnia sum diligentissime persecutus. Primum ab Ariobarzane sic contenti, ut talenta, quæ mihi ¹² pollicebatur, illi daret. Quoad mecum rex fuit, perbono loco res erat: post a Pompeji procuratoribus sexcentis premi ceptus est. Pompejus autem cum ob cæteras cau-

fas

alios. Sic medici *εὐφρασίαν* vocant, cum aliquid materie demitur corpori. In eo autem genere, quod in detractione est, ponitur primo loco *sanguinis detrahitio*, a qua & Celsus initium facit: *sanguis* autem eleganter apud Latinos dicitur *πρῶσις*. Cicero ergo, cum dicere vellet, ab Appio provinciam exhaustam esse, eleganter & lepide dixit: *Appius* *εὐφρασίαν* provinciam curavit, *sanguinem* miserit, &c. Itaque *εὐφρασία* est contrarium detractionis. Ernestus.

⁹ Εὐφρασίαν] Recreationem.

¹⁰ Hanc] Hoc pro hanc habet antiquus liber; & ita videtur legendum. Ursinus.

¹¹ Sed] Ego sic separo, ut sit primum *εὐφρασίαν*, sed nunc odi, vel non amplius amo: deinde *εὐφρασίαν*, in qua secum neficio quid cogitare videatur: & mox dicat, *revocavi me*, ne dicere, quod volebam, ne te offenderem. Corradus.

¹² Pollicebatur] Ob acceptum a me beneficium. Manutius.

fas plus potest unus, quam cæteri omnes, tum quod putatur ad bellum Parthicum esse venturus. Ei tamen sic nunc solvitur, tricesimo quoque die talenta Attica xxxiiii, & hoc ex tributis: nec id satis efficitur in usuram menstruam. Sed Cnæus noster clementer id fert: forte caret; usura, nec ea solida, contentus est. Alii neque solvit cuiquam, nec potest solvere: nullum enim ærarium, nullum vestigal habet. Appii instituto tributa imperat: ea vix, in scænus Pompeji quod satis fit, efficiunt. Amici regis duo tresve perdivites sunt: sed ii suum tam diligenter tenent, quam ego, aut tu. Equidem non desino tamen per literas rogare, suadere, accusare regem. Dejotarus etiam mihi narravit, se ad eum legatos misisse de re Bruti: eos sibi responsum retulisse, illum non habere: & mehercule ego ita iudico, nihil illo regno spoliatus, nihil rege egentius. Itaque aut ¹³ tutela cogito me abdicare, aut, pro Glabrone Scævola, ¹⁴ scænus & impendium recusare. Ego tamen, quas per te Bruto promiseram præfecturas M. Scaptio, & L. Gavio, qui in regno rem Bruti procurabant, detuli: nec enim in provincia mea negotiabantur. Tu autem meministi nos sic agere, ut, quot vellet, præfecturas sumeret, dum ne negotiatori. Itaque duas ei præterea dederam: sed ii, quibus petierat, de provincia decesserant. Nunc cognosce de Salaminis: quod video tibi etiam novum accidisse, tanquam mihi. Nunquam enim ex illo audivi, illam pecuniam esse suam. Quin etiam libellum ipsius habeo, in quo est: *Salaminii pecuniam debent M. Scaptio, & P. Matinio, familiaribus meis*. Eos mihi commendat: adscribit etiam, & quasi calcar admovet, ¹⁵ intercessisse se pro iis magnam pecuniam. Confeceram, ut solverent centesimis sexennii ductis ¹⁷ cum renovatione singulorum annorum. At Scaptius quaternas postulabat. Metui, si impetrasset, ne tu ipse

¹³ *Serre*] Pecunia credita. *Idem*.

¹⁴ *Tutela*] Mihi a Senatu commissa, ep. 2. & 4. lib. 15. Fam. *Corrodor*.

¹⁵ *Famul*] *Famul* & *impendium pupilli* transferri est, nomine pupilli bonam copiam ejurare, seu jurare illius patrimonium esse neque forti, neque usuris solvendis idoneum.

J. F. Gronovius.

¹⁶ *Intercessisse*] Apparet, quam pecuniam

Scaptius, & Matinius Salaminis Romæ dederant, eam pecuniam & ipsos mutuum sumpsisse, sponse Bruto. Nam, *intercedere*, verbum est de sponsionibus usurpatum. *Tutorum se pro te intercessisse* dicebat. Phil. II. 18. *Mantius*.

¹⁷ *Cum renovatione*] Cum anatocismo annuarius. Vide ep. 27. lib. V.

me amare desineres: nam ab edicto meo recessissem; & civitatem, in ¹⁸ Catonis, & in ipsius Bruti fide locatam, meisque beneficiis ornatam funditus perdidissem. Atque hoc tempore ipso impingit mihi epistolam Scaptius Bruti, rem illam suo periculo esse: quod nec mihi unquam Brutus dixerat, nec tibi: etiam, ut præfecturam Scaptio deferrem. Id vero per te exceperamus, ne negotiatori: quod si cuiquam, huic tamen non. Fuerat enim præfectus Appio; & quidem habuerat turmas equitum, quibus inclusum in curia Senatum Salamine obsederat, ut fame Senatores quinque morerentur. Itaque ego, quo die tetigi provinciam, cum mihi Cyprii legati Ephelum obviam venissent, literas misi, ut equites ex insula statim decederent. His de causis credo Scaptium iniquius de me aliquid ad Brutum scripsisse. Sed tamen hoc sum animo: si Brutus putabit me quaternas centesimas oportuisse decernere, qui in tota provincia singulas observarem, itaque edixissem, idque etiam acerbissimis sceneratoribus probaretur; si præfecturam negotiatori denegatam quereretur, quod ego Torquato nostro in tuo Lemio, Pompejo ipsi in Sex. Statio negavi, & iis probavi; si equites deductos moleste feret, accipiam equidem dolorem, mihi illum irasci, sed multo majorem, non esse eum talem, qualem putassem. Illud quidem farebitur Scaptius, me jus dicente, sibi omnem pecuniam ex edicto meo auferendi potestatem fuisse. Adde etiam illud, quod vereor tibi ipsi ut probem. Consistere usura debuit, quæ erat in edicto meo: deponere volebant: impetravi ab Salaminis ut silerent. Veniam illi quidem mihi dederunt; Sed quid iis fiet, ¹⁹ si huc Paulus venerit? Sed totum hoc Bruto dedi, qui de me ad te humanissimas literas scripsit: ad me autem, etiam cum rogat aliquid, contumaciter, arroganter, ²⁰ *ἀξωνῶντος* solet scribere. Tu autem

Tom. VIII.

K k

tem

¹⁸ *Catonis* & ... *Bruti*] Cyprus Catonis erat clientela: epist. 4. lib. 15. Fam. Item Bruti, quia cum avunculo suo Catone fuerat, cum is lege Claudio Cyprium insulam Prolemaeo regi ademit. *Idem*.

¹⁹ *Si huc Paulus venerit*] Si, inquit, acciderit, ut L. Paulus, qui nunc consul est, consulatu functus, huc proconsul mis-

tatur: male cum Salaminis ageretur. Bruto enim contra eos omnia Scaptii causa impetrabit: quatenus dare cogentur. Erat autem affinis Bruti Paulus: quod ejus frater Lepidus Terrullam, Bruti sororem, habebat in matrimonio. *Idem*.

²⁰ *Αξωνῶντος*] Minime familiariter.

tem velim ad eum scribas de his rebus; ut sciam quo modo hæc accipiat. Facies enim me certiozem. Atque hoc superioribus literis ad te diligenter perscripseram: sed plane te intelligere volui, mihi non excidisse illud, quod tu ad me inbusdam literis scripsisses; si nihil aliud de hac provincia, nisi illius benevolentiam, deportassem, mihi id satis esse. Sit sane; quoniam ita tu vis: sed tamen ²¹ cum eo credo, quod sine peccato meo fiat. Igitur meo decreto ²² solvatur æs Scaptio statim: quam id rectum sit, tu iudicabis: ne ad Catonem quidem provocabo. Sed noli me putare ²³ ἐγκλησµατα illa tua abjecisse, quæ mihi in visceribus hærent. Flens mihi meam famam commendasti. Quæ epistola tua est, in qua mentionem non facias? Itaque irascatur qui volet, patiar: ²⁴ τὸ δ' εἶ µετ' ἐµὲ: obfertim cum ²⁵ sex libris tanquam prædibus me ipse obstrinxerim, quos tibi tam valde probari gaudeo. E quibus unum ἱσοκλῶν requiris de Cn. Flavio, ²⁶ Anci filio. Ille vero ²⁷ ante Decemviros non fuit: quippe qui Edilis curulis fuerit: qui magistratus multis annis post Decemviros institutus est. Quid ergo profecit, quod protulit fastos? occultatam putant quodam tempore istam ²⁸ tabulam, ut dies agendi peterent a pau-

²¹ Cum eo] Est ea lege, ea condicione, cum hac exceptione hæntes, dum tamen Livius B. 19. *Lavinium creavit datus, sponsum sine reddita, cum eo, ut adlet sponsum communit. Lavinium cum populo Romano esset. Et mox: Antium quos colonia misit, cum eo, ut Antiumque permitteretur. Scioppius.*
²² Solvatur] Alii paulo aliter; sed eodem tamen redit sententia, quam sic interpretatur Malaspina: Tu me, Attice, vis Bruto morem gerere: sit ita ut vis, mos geratur: sed tamen cum eo, quod sine peccato meo fiat, quod & te arbitror velle. Ergo te ipsum rogo; ne ad Catonem quidem provocabo? Quid? si decrevero ut res Scaptio quateris statim, ut Brutus contendit, solvatur: hoc meum decretum quale tibi videbitur? expensæ culpæ atque peccati Malaspina.

²³ Ἐγκλησµατα] Horationes.
²⁴ Τὸ δ' εἶ µετ' ἐµὲ] Iuliana & honestas mecum.
²⁵ Sex libris] De Republica. Corrad.

²⁶ Anci] Omnes mei veteres præter Decuratum habent Anci F. ut & legitur apud Plinium lib. 23. & Gellium lib. 6. Quia vero Antius nomen familia fuit, non prænomen, & filii a prænomine patris ostendebantur, idcirco Manutius illud Anci mutavit in Cnei, quo modo vulgo legitur apud Livium. Verum germanam lectionem nobis Decuratus repræsentavit. Sic enim discrete scripsum habebat, Anci filius: quo pacto se legitur apud Gellium referet Sebastianus Conradus. Fuit porro Anci prænomen Romanorum, quod Varro, ut scribit auctor Epitomes lib. 2. Valerij Maximi, & Sabini transularum putabat, ipse vero Valerius e Græcia ejus originem repetebat, quod cum cubitus Græce εὐκων vocaretur, illi prænomen Anci imponi solet, qui cubitum vitiosum haberet. Hofius Baluz.
²⁷ Ante Decemviros] Qui resse Livio creati sunt anno U. C. 302.
²⁸ Iam tabulam] Flavius scribis, cum populus, qui dies aut veladi, aut fisti essent,

paucis. Nec vero pauci sunt auctores, Cn. Flavius scribam fastos protulisse, actionesque composuisse: ne me hoc, vel potius Africanum, (is enim loquitur) commentum putes. ²⁹ Οὐκ ἔπαυσε σὲ illud de gestu histrionis: tu scelestæ suspicaris, ego ³⁰ ἀφελῶς scripsi. De me imperatore scribis te ex Philotimi literis cognosse. Sed credo te, jam in Epiro cum esses, binas meas de omnibus rebus accepisse, unam a Pindenisso capto, alteram a Laodicea, utrasque tuis pueris datas: quibus de rebus, propter casum navigandi, per binos tabellarios misi Romam literas publice. De Tullia mea tibi assentior, scripsique ad eam, & ad Terentiam, mihi ³¹ placere. Tu enim ad me jam ante scripseras, ac vellem te ³² in tuum veterem gregem revertisses. Correcta vero epistola Memmiana, nihil negotii fuit: multo enim malo hunc a Pontidia, quam illum a Servilia. Quare adjunges Asium nostrum, hominem semper amantem me; nunc credo, eo magis, quod debet etiam fratris Appii amorem erga me cum reliqua hereditate crevisse; qui declaravit quanti me faceret, cum sæpe, tum in ³³ Bursa. Næ tu me sollicitudine magna liberaris. ³⁴ Furnii exceptio mihi non placet: nec enim ego ullum aliud tempus timeo, nisi quod ille solum excipit. Sed scriberem ad te de hoc plura, si Romæ esses. In

K k 2 Pom-

sent, ignoraret, coramque notionem a iuriconsultis pereret, ipse fastos circa forum in albo proposuit, ut, quando lege agi posset, sciretur. Quo beneficio populi gratiam, indeque curulem ædilitatem, libertino patre, obtinuit. Manat. Vide orat. pro Murena, cap. 11.

²⁹ Οὐκ ἔπαυσε σὲ] Nos libri Latini non te legit. Quid sit autem illud de gestu histrionis, frustra quaeras, cum sit nihil infra, quo nisi conjectura possit. Videtur tamen respicere aliquid, quod fuerit a Tullio positum in libro de Republica, ut vult Mongaleus noster. Fortasse, quæ ibi de gestu histrionis legerat, cadere in Horensum Atticus suspicabatur. Orosius.

³⁰ Ἀφελῶς] Simpliciter, ita, ut neminem morderem. Corradus.

³¹ Placere] Ut Tullia nubar eandem ordinis viro, sicut ante fecit. Itaque malo procum de quo Pontidia dixit, quam illum de quo Servilia, quorum alteram Atticus

suspiciatus erat fuisse C. Memmiam, ante exilium: post errorem suum correxit, & alium esse scripsit; qui Ciceroni sic placebat, ut nihil negotii fuerit ipsum in eam sententiam adducere, ut de illo uno cogitaret: alter Servij Sulpitij & Postumij filius. Vide lib. V. ep. 24. Paganus.

³² In tuum veterem gregem] Tu Cicerone filiam alcon ex equitibus oritur collocasset, relictiis patriciis. Corradus.

³³ Bursa] T. Munatio Planco Bursa, ep. 2. lib. 7. Fama. Qui mihi diem dicere cogitavit. Alcon. in Orat. pro Milone. II.

³⁴ Furnii exceptio] Furnian tribunum plebis (ep. 18. lib. V.) Ciceronis tribunum, legem opinor tulisse de rectoribus transmarinis, nisi Parthus moveret intra Quindisem mensium: eos posse decedere. At id ipsum tenuis Cicerone timebat, idcirco exceptionem illam mittens probabat. Volerat autem omnino ferri, ut anno imperio terminato decederent. Manat.

Pompejum te spem omnem otii ponere non miror: ita res est; removendumque censeo illud ³⁵ *diffimulantem*. Sed enim, ³⁶ *οιζονομία* si perturbator est, tibi assignato: te enim sequor ³⁷ *σχεδὸν ὄντα*. Cicerones pueri amant inter se, discunt, exerceantur: sed ³⁸ alter, ut dixit Iocrates in Ephoro & Theopompo, frenis eget, alter calcaribus. Quinto togam puram ³⁹ Liberalibus cogitabam dare: mandavit enim pater: ea sic observabo, quasi intercalatum non sit. Dionysius mihi quidem in amoribus est: pueri autem ajunt eum furenter irasci: sed homo nec doctior, nec sanctior fieri potest, nec tui, meique amantior. Thermum, & Silium vere audis laudari: valde se honeste gerunt. Adde M. Nonium, Bibulum, me, si voles. Jam Scrofa ⁴⁰ vellem haberet, ubi posset. Est enim lautum negotium. Ceteri infirmant *ποδίστημα*. Catonis Hortensio quod ⁴¹ causam meam commendas, valde gratum. ⁴² De Amiano spei nihil putat esse Dionysius. Terentii nullum vestigium agnovi. Meragenes certe periit: feci iter per ejus possessionem, in qua animal reliquum nullum est. Hec non notam tum, cum cum Democrito tuo locutus sum. ⁴³ Rhosfaca vasa mandavi. Sed heus tu, quid cogitas? In felicitatis ⁴⁴ lanciibus & splendidissimis canistris, olusculis nos soles pascere: quid

³⁵ *Diffimulantem*] Quod Atticus Pompejo attribuerat, cum ita scriberet, in Pompejum vel diffimulantem &c. *Bospor.*

³⁶ *Οιζονομία*] Ordo, & dispositio rerum, quae scribuntur. *Manutius.*

³⁷ *σχεδὸν ὄντα*] Fortuito, repente, & nullo ordine scribentem. *Corradus.*

³⁸ *Alter*] Frenis egebat Quintus, ut ingenio vales plus etiam quam satis esset; calcaribus Marcus, ut tardior. *Man. Vitis Orat. III. 9. Best. 56.*

³⁹ *Liberalibus*] 12. Kal. April. Ego, inquit, Liberalis sic observabo, quasi intercalatum non sit: suo, inquam, die, observabo, quando mihi est ignota intercalatio. *Idem.*

⁴⁰ *Vellem*] Vellem haberet Scrofa provinciam, quam Cato repudiavit, ut posset edere specimen integritatis suae. Est enim provincia lautum ad hoc negotium. Nam ceteri, qui ambiunt illam provinciam, non sic ut Cato illam administrarent, & ideo non tam digni sunt, ut illi sufficiantur,

quam Tremellius Scrofa. De Catonis repudiatione provinciae ex Pretura oblatæ mentionit Plutarchus in vita ejus. *Papina.*

⁴¹ *Causam*] Ne parlarur mihi provinciam prorogari. *Ep. 13. lib. 5. Manutius.*

⁴² *De Amiano*] Hi tres, Amianus, Terentius, Meragenes, videntur Attico pecuniam debuisse. Et quod sequitur, *Spei nihil*, explano, de exigenda pecunia. *Id.*

⁴³ *Rhosfaca*] Rhosia urbs erat sita in sinu Iffico: de qua Strabo, & Plinius. Id oppidum celeberrimum erat vasis scissilibus, quae ibi febantur. Ideo Atticus volebat aliquid inde tibi curari, quae Cicero scribit se mandasse. *Bospor.*

⁴⁴ *Lanciis*] Locustae, quae se rasperat Atticus, vasis scissilibus se esse utrum. Quid, inquit, cogitas? *in lanciis*, & *splendidissimis canistris* oluscula apponebas, si sine non pascere solitus es, cum praeterea nullum esset obsonium: in vasis scissilibus, quae humilliora sunt, quid appones? certe villosa & sculentia. *Manutius.*

te in vasis scissilibus appositurum putem? ⁴⁵ *Κέρας* Phemio mandatum est: reperietur; modo aliquid illo dignum canat. Parthicum bellum impendet. Cassius ineptas literas misit: nec dum Bibuli erant allatae: quibus recitatis, puto fore, ut ⁴⁶ aliquando commoveatur Senatus. Equidem sum magna animi perturbatione. Si, ut opto, non prorogatur nostrum negotium, habeo Junium & Quintilem in metu. Esto; duos quidem menses sustinebit Bibulus: quid illo fiet, quem reliquero, praesertim si fratrem? quid me autem, si non tam cito decedo? Magna turba est. Mihi tamen cum Dejotaro convenit, ut ille in meis castris esset cum suis copiis omnibus. Habet autem cohortes ⁴⁷ quadringentarias nostra armatura xxx; equitum cetero cetero. Erit ad sustentandum, quoad Pompejus veniat; qui literis, quas ad me mittit, significat suum negotium illud fore. Hiemant in nostra provincia Parthi: expectatur ipse Orodes. Quid queris? aliquantum est negotii. De Bibuli edicto nihil movi, praeter illam exceptionem, de qua tu ad me scripseras, ⁴⁸ *nimis gravi praesudicio in ordinem nostrum*. Ego tamen habeo ⁴⁹ *ισοδυναμότερον*, sed tectiorem, ex Q. Mucii P. filii edicto Asiatico, *Extra quam si ita negotium gestum est, ut eo flari non oporteat; ex fide bona*: multaque sum secutus Scavolæ; in iis illud, in quo sibi libertatem censent Graeci datam, ut Graeci inter se dicebant suis legibus. Breve autem edictum est propter hanc meam ⁵⁰ *διαίρεσην*, quod duobus generibus edicendum putavi: quorum unum est provinciale, in quo est de rationibus civi-

⁴⁵ *Κέρας*] Vide lib. V. epist. 21.

⁴⁶ *Aliquando commoveatur*] Aliquando Parthici belli curam suscipiat. Quod non esse confectum, ex Bibuli literis intelligit; contra quam Cassius scripsit. *Epist. 21. lib. V. Manutius.*

⁴⁷ *Quadringentarias*] Quae quadringenos milites continent: quae ex ratione 300. cohortes, erunt 12. pedum millia, quibus si duo equitum, ut sequitur, millia consurgunt, duae legiones fiunt, quae Dejotarus, ut scribit Caelius, disciplina, atque armatura Romana complures annos castitatis habuit. *Corradus.*

⁴⁸ *Nimis gravi*] Sic edixerat Bibulus de pactis conventis inter publicanos & provinciales; *Pactis conventis inter publicanos & provin-*

ciales, quae nec vi, nec dolo malo facta erunt, servabo. Hanc exceptionem: *quae nec vi, nec dolo malo facta erunt*, scripserat Atticus nimis gravi esse praesudicium in ordinem equitum, cuius erant publicani, quod eos quodammodo argueret: & vis, & doli mali. Nec enim Praetores eam adiecerunt, nisi suspicito fuisset publicanos quosdam genere commovisse vi, & dolo malo. Proinde Cicero honori & estimacioni ejus, ordinis consultum canit de Bibuli edicto eam exceptionem subulit, ejusque loco aliam ejusdem vis, sed tectiorem ex edicto Asiatico P. Mutii repositit; & sic rem verbis temperavit. *Bospor.*

⁴⁹ *Ισοδυναμότερον*] Vis ejusdem

⁵⁰ *διαίρεσην*] Distributionem.

tatum, de ære alieno, de usura, de syngraphis; in eodem omnia de Publicanis: alterum, quod sine edicto satis commode transigi non potest, de hereditatum possessionibus, de bonis possidendis, ⁵¹ magistris faciendis, vendendis: quæ ex edicto & postulari, & fieri solent. Tertium de reliquo jure dicundo ⁵² ἀγοραῖον reliqui. Dixi me de eo genere mea decreta ad edicta urbana accommodaturum: itaque curo, & satisfactio adhuc omnibus. Græci vero exultant, quod ⁵³ peregrinis iudiciis utuntur. Nugatoribus quidem, inquires. Quid refert? tamen se ⁵⁴ ἀπορομαῖα adeptos putant. ⁵⁵ Vestri enim, credo, graves habent, Turpionem tutorium, & Vettium mancipem. De Publicanis quid agam, videris querere. Habeo in deliciis, obsequor, verbis laudo, orno; efficio ne cui molesti sint. ⁵⁶ Τὸ δὲ δόλοισιν, usuras eorum, quas pactionibus adscriperant, servavit etiam Servilius. Ego sic: diem statuo satis laxam; quam ante si solverint, dico me centesimas ducturum: si non solverint, ex pactione. Itaque & Græci solvunt tolerabili fenore; & Publicanis res est gratissima. Sic illa jam habent, pleno modio verborum honorem, invitationem crebram: quid plura? sunt omnes ita mihi familiares, ut se quique maxime putet: sed tamen ⁵⁷ μηδὲν ἀπέσ, ⁵⁸ Scis reliqua. De statua Africani, (⁵⁹ ὁ τραγικῶν ἀσυγκλήτων! sed me ipsum delectavit in tuis literis) ain' tu? ⁶⁰ Scipio hic Metellus proavum

51 Magistris] Auctionum.

52 Ἀγοραῖον] Non scriptum.

53 Περὶ τῶν ἀγορῶν] Qui non essent Romani.

54 Ἀπορομαῖα] Facultatem, libertatem utentium suis legibus.

55 Τῶν ἀγορῶν] Irenia. Vos etiam Romanos graves habetis iudices, Turpionem tutorium & Vettium mancipem; utrumque fortissimum quibus. Popua.

56 Τὸ δὲ δόλοισιν] Præter opinionem, & maxime mirandam. Quod usuras, quas perceptorant, grandes nimis & centesimas excedentes, servaverit Servilius vir severus. Gracius.

57 Μηδὲν ἀπέσ] Nihil ipse curæ est. Supplendum idem.

58 Scis reliqua] Quæ periculum Græcam sententiam] Mutantur.

59 ὁ τραγικῶν ἀσυγκλήτων] O perturbationem

tum verum ordinem; quo tu uteris in literis tuis. Idem.

60 Scipio Metellus] Constat ex Dione, Scipionem hunc Metellum, qui a Q. Cecilio Metello suo adoptivus est, Scipionis Nasice filie naturalium filium; ita ut avum haberet, Scipionem Nasicam eum, qui Consul fuit cum D. Calpurnio Bestia, anno U. C. 642. proavum, P. Scipionem Serapionem; qui Consul quidem fuit, Censor non fuit: quod Scipionem Metellum ignorasse, & vehementer miratur Cicero: & irridet. Ignorasse autem se declaravit Scipio, in quo forsitan Ciceronem apud eum reprehendebat, quod in suis libris negasset Censuram fuisse: tunc ex huiusmodi Scipionis sermo, altera ad Opem, altera ad Pollucem postea, hoc intelligere poterit: in quarum neutra Cen-

vum suum nescit Censorem non fuisse? atque nihil habuit aliud inscriptum nisi COS. ea statua, quæ ad Opem ⁶¹ per te posita in excelso est. In illa item, quæ est ad ⁶² Πλάτωνα, hercule inscriptum est, COS. quam esse ejusdem, status, amictus, anulus, imago ipsa declarat. Atte mehercule ego, cum in ⁶³ turma inauratarum equestrium, quas hic Metellus in Capitolio posuit, animadvertissem in ⁶⁴ Serapionis subscriptione Africanam imaginem, erratum fabrilis putavi; nunc video Metelli. ⁶⁵ O ἀνομομαῖα turpem! Nam illud de Flavio & fastis, si secus est, commune erratum est; & tu belle ⁶⁶ ἠπαύρησας; & nos publicam prope opinionem secuti sumus, ut multa apud Græcos. Quis enim non dixit, Ἐμπολὶς ⁶⁷ τῶν τῆς ἀρχαίας ab Alcibiade navigante in Siciliam dejectum esse in mare? Redarguit Eratosthenes: assert enim quas ille post id tempus fabulas docuerit. num idcirco Duris Samius, homo in historia diligens, quod cum multis erravit, irridetur? Quis Zaleucum leges Locris scripsisse non dixit? num igitur jacet Theophrastus, si id a Timæo tuo familiari reprehensum est? Sed nescire proavum suum Censorem non fuisse, turpe est: præsertim cum post eum Consulem, nemo Cornelius, illo vivo, Censor fuerit. Quod de Philotimo, & de solutione H-S xxxc scribis, Philotimum circiter Kalend. Januar. in Chersonesum audio venisse: ac mihi ab eo nihil adhuc. Reliqua mea Camil-

lor, in utraque Consul tantum scriptum legitur; cum omitti decus illud nec debuerit nec soleret: tum denique quod Africani statuarum Censuram, in Serapionis inscriptione posuerit, ac si ipse quoque Serapio Censor fuisset: nihilque referret, utrum Africani imago, Serapionis inscriptioni imponeretur, an huius in Africani. Quæ inscripta Cicero mi ex turpio vis est, quod animadvertere poterit, post Nasice consulatum, non modo Nasicam ipsam, Censuram factum non fuisse, sed ne Cornelium quidem aliquem illo vivente. Mal.

61 Per te posita] Attici opera, antiquitatis totius persistissimi, hisce in rebus multi ubi sunt. Idem.

62 Πλάτων] Pollucis. Supple. templum.

63 Turma] Aptæ multitudinem statuarum

equestrium turmam vocat: nam equitum est turma proprie, ut cæteris pedum. Anonymus.

64 Serapionis] Nempe Africani statua imposita fuerat basi, quæ destinata statuae Serapionis, ei convenientem habebat inscriptionem. Idem.

65 O ἀνομομαῖα] O historia insitiam. Græci veteres illud O, literis Romanis editis, non Græcis. Et recte videndum. Non enim Græca uti oratione, vel phrasi Tullius voluit, sed Latina, etiam Græcam adhibere vocem, quoniam sic brevis dicebat venustissime, quam si scripsisset, O! ignorationem historia turpem. Idem.

66 ἠπαύρησας] Dubitasti.

67 Τῶν τῆς ἀρχαίας] Illud (Eapolim) ex veteri conatida celeberrim.

millus scribit se accepisse: ea quæ sint nescio, & aveo scire. Verum hæc posterius, & coram fortasse commodius. Illud me, mi Attice, in extrema fere parte epistolæ commovit: scribis enim sic, ⁶⁸ τί λαιπρόν? deinde me obsecras amantissime, ne obliviscar vigilare, & ut animadvertam qua fiant. Num quid de quo inaudisti? Etsi nihil ejusmodi est: ⁶⁹ πῶς γὰρ ἔδει: nec enim me fefellerit, nec faller. Sed ista admonitio tua tam accurata, nescio quid mihi significare visa est. ⁷⁰ De M. Octavio iterum jam tibi rescribo, te illi probe respondisse. Paulo vellem fidentius. Nam Cælius libertum ad me misit, & literas accurate scriptas: sed de pantheris fœde, ac de ⁷¹ civitatibus. Rescripsi alterum me moleste ferre, si ego in tenebris laterem, nec audiretur Romæ, nullum in mea provincia nummum, nisi in æs alienum, erogari; docuique nec mihi conciliare pecuniam licere, nec illi capere: monuique eum, quem plane diligo, ut, cum alios accusasset, cautius viveret. Illud autem alterum, alienum esse existimatione mea, Cybiratas imperio meo publice venari. ⁷² Lepta tua epistola gaudio exultat: etenim scripta belle est, meque apud eum magna in gratia posuit. Filiola tuæ gratum mihi fecit, quod tibi diligenter mandavit, ut mihi salutem adscriberes; gratum etiam Pilia: sed illa officiosius, quod mihi, ⁷³ quem quidem nunquam vidit: igitur tu quoque salutem utrique adscribito. ⁷⁴ Literas daturus pridie Kal. Januar. suavem habuisti

reco-

68 τί λαιπρόν? Quid supererit?
69 πῶς γὰρ ἔδει? Multum quidem aheñ.
70 De M. Octavio] Ep. 21. lib. V.
71 Civitatibus] Scripserat ad Ciceronem Cælius, ut & pantheras sibi mitteret, & M. Feriit agros, Fam. VIII. 9, qui civitatibus fructus penderent, immunes esse vellent.
De agris respondit Cicero, Tu mea provincia tibi nihil sequam advenire, nisi si quis quid dicitur. Nam, creditoribus ut satis fiat, volo. Itaque non est, quod petas.
72 ut civitatibus adimam fructus, qui ex agris capiuntur. Ac miror, cur petas: cum vincia nummum, nisi in æs alienum erogari. Quod si non auditur, meque sunt obliqua facta, ut tanquam in tenebris la-

team, moleste ferre. Manu.
72 Lepta] Præfatus fabrum. Corradus. Liber unus Ms. habet, lepta tua epistola Dionysius gaudio exultat. Lambinus.
73 Quem quidem nunquam] Vulgo, quem nunquam nunquam: sed ut remanentia tolleretur, que est in sanpudum, & nunquam emendavit Malaspina. uti nos edimus, Lambini audaciam hoc loco imitati. Oliverson.
74 Literas] Videtur leGionem exhibemus, nisi quod ille habuit, nos habuisti. Sic enim locum hunc rescribat Muretus, ab aliis aliter corruptum: Bofius vero legendum deinceps censuit, Literarum datarum dies prid. Kal. Jan. suavem habuit, &c. ut ostendit codex Baluzianus, de quo in Præfatione diximus. Idem.

recordationem clarissimi ⁷⁵ jurisjurandi, quod ego non eram oblitus: magnus enim Prætextatus illo die fui. Habes ad omnia, non, ut postulasti, ⁷⁶ χρέστα χαλκείων; sed paria paribus respondimus. Ecce autem alia pusilla epistola; quam non relinquam ⁷⁷ ἀνεπιφάνητος. Bene mehercule ⁷⁸ potuit Lucceus Tusculanum; nisi forte, solet enim cum suo tibicine: & velim scire quis sit status ejus. Lentulum quidem nostrum præ ⁷⁹ ære Tusculanum proscriptisse audio. Cupio hos expeditos videre: cupio etiam Sextium: adde, si vis, Cælium: quibus omnibus est, ⁸⁰ ἀδεδειγμένον ἀνδραγαθίας, δείσαν δ' ὑποδείχθαι. De Memmio restituendo ut Curio cogitet, te audisse puto. De Egnatii Sidicini ⁸¹ nomine nec nulla, nec magna spe sumus. Pinarium, quem mihi commendas, diligentissime Dejotarus curat, graviter ægrum. Respondi etiam ⁸² minor. Tu, velim, dum ero Laodicæ, id est, ad Idus Majas, quam sapissime mecum per literas colloquere: & cum Athenas veneris, (jam enim sciemus de rebus urbanis, de provinciis, quæ omnia in mensem Martium sunt collata) utique ad me tabellarios mittas. Sed heus tu, jamne vos a Cæsare per Herodem talenta Attica quinquaginta extorsistis? in quo, ut audio, magnum odium Pompeji suscepistis. Putat enim suos nummos vos comedisse; Cæsarem ⁸⁴ in Nemorensi

Tom. VIII.

I. I

adifi-

⁷⁵ Jurisjurandi] Republicam atque urbem mea unius opera esse salvam. Vide Fam. V. 2. Orat. pro Domo Ec.
⁷⁶ Χρέστα χαλκείων] Aera pro aere. Proverbium ductum ex Homero, ubi Ciscus & Diomedes arma permutant, ut aera alter pro aere acciperet. Iliad. 2. 236. Erositas.
⁷⁷ Ανεπιφάνητος] Sine responsione.
⁷⁸ Potuit] Vendere: nisi forte sibi retinere animi causa: solet enim sibi se cum suo servulo tibicine oblitare. Manuensis. Potuit proscribere, ut æs alienum dissolvat, quod ante contraxit: nisi forte aliquid pariteronia ex aliquo tempore comparserit. Soter enim jam non cum amplissimis viris, ut ante, convivat, sed cum suo tibicine versari. Junius.
⁷⁹ Aere] Ira Guterus, ex Bofii conjectura: nam, præ ære, habent Ms.
⁸⁰ Αδεδειγμένον ἀνδραγαθίας] Veritas sunt quidem recitare, timuerunt autem accipere. Iliad.

H' 93. Similiter obaratos dicit Sextium & Cælium, & in illos omnes convenire verum hunc, quod veriti essent a Pompejo & republica dissentire: simultantem autem a Cæsare, etiam si propter æs alienum eperent, pecunias accipere: sicut fecit Curio. Popma.
⁸¹ Restituendo] De exilio Patrensi. Ep. 19. lib. XIII. Fam. Corradus.
⁸² Nominis] Pecunia ab Egnatio exigenda. Manuensis.
⁸³ Minor] Scilicet epistola.
⁸⁴ In Nemorensi] Cæsar adificabat villam sumptuosissimam in nemore Aricino, siveo Dianæ, Popma. Jocatur Cicero in solutionem a Cæsare factam Attico, & aliis ipsius Cæsaris creditoribus, qui illam ita importune appellabant, ut coactus fuerit nummos eis dinumerare, quos adificatum Nemorensi reserverat. Bofius. Diligentem, est parciorum in faciendis sumptibus. Gravina.

πυτος, & vixerat in Peloponneso) admirabar tamen, & vix accedens, communicavi cum Dionysio. Atque is primo est commotus: deinde, quod tum de isto Dicaercho non minus bene existimabat, quam tu de C. Vestorio, ego de M. Cluvio, non dubitabat, quin ei crederemus. Arcadiæ cenfebatur esse Lepreon quoddam maritimum: Tene autem, & Aliphæra, & Tritia ⁷ *ῥοῦρτις* ei videbantur; idque ⁸ *τῷ Ἰβ. νεῶν κταρδὸς γῶ* confirmabat, ubi mentio non fit istorum. Atque istum ego locum rotidem verbis a Dicaercho ⁹ transtuli. Philiatios autem dici sciebam, & ita fac ¹⁰ ut habeas; nos quidem sic habemus. Sed primo me *ἀναλογίᾳ* deceperat, *Φιλίης, Οἰπῆς, Σιωῆς*: quod *Οἰπῆτιον, Σιωῆτιον*. Sed hoc continuo correximus. Lætari te nostra moderatione & continentia video. Tum id magis faceres, si adesses; atque hoc foro, quod egi ex Idibus Febr. Laodiceæ ad Kal. Majas omnium dicecesium, præter Ciliciæ, mirabilia quædam effecimus: ita multe civitates omni ære alieno liberatæ, multa valde levata sunt: omnes suis legibus & judiciis usæ, ¹¹ *ἀντιπολιτείας* adeptæ revixerunt. His ego duobus generibus facultatem ad se ære alieno liberandas, aut levandas dedi; uno, quod omnino nullus in imperio meo sumptus factus est: nullum cum dico, non loquor ¹² *ὕπερβολικῶς*: nullus, inquam, ne teruntius quidem. Hac autem re incredibile est quantum civitates emerferint. Accessit altera. Mira erant in civitatibus ipsorum furta Græcorum, quæ magistratus sui fecerant: quæsiivi ipse de iis, qui annis decem proximis magistratum gesserant: aperte fatebantur: itaque sine ulla ignominia suis humeris pecunias populis retulerunt. Populi autem nullo gemitu Publicanis, quibus hoc ipso lustro nihil solverant, etiam superioris lustri reddiderunt. Itaque Publicanis in oculis sumus. Gratis, inquis, viris. Sensimus.

5 *Νεῶν*] Nuper condita.

6 *Τῷ Ἰβ. νεῶν*] Navium enumeratione.

7 *ῥοῦρτις*]

8 *τῷ Ἰβ. νεῶν κταρδὸς γῶ*]

9 *ἀναλογίᾳ*] In libros de republica, ad quos perhibetur disputatio de commerciis & mercatibus civitatum, quibus maritimæ maxime abundans & pollet, quam mediterraneæ: quod ipsum etiam disputat Aristot. in suis Polit. lib. VI. & VII. *Πολιτείας*.

10 *ἀντιπολιτείας*] Facultatem suis legibus utendi.

11 *ὕπερβολικῶς*] Super modum.

12 *τῷ Ἰβ. νεῶν κταρδὸς γῶ*]

8 *Ut habeas*] Ut corrigas. Nam *Philatios* non recte scripseram, analogia deceptus; quod ut ab *Οἰπῆς, Σιωῆς, Οἰπῆτιον, Σιωῆτιον*, item *Philuntios* a *Φιλίης* deducti putaveram, *Mantini*.

9 *ἀναλογίᾳ*]

10 *τῷ Ἰβ. νεῶν κταρδὸς γῶ*]

11 *ἀντιπολιτείας*]

12 *ὕπερβολικῶς*]

13 *τῷ Ἰβ. νεῶν κταρδὸς γῶ*]

14 *ἐπιπέτα*]

15 *ῥοῦρτις*]

16 *ῥοῦρτις*]

17 *ῥοῦρτις*]

18 *ῥοῦρτις*]

19 *ῥοῦρτις*]

20 *ῥοῦρτις*]

21 *ῥοῦρτις*]

22 *ῥοῦρτις*]

23 *ῥοῦρτις*]

simus. Jam cætera jurisdictio nec imperita, & clemens cum admirabili facilitate. Aditus autem ad me minime provinciales. Nihil per cubicularium. Ante lucem inambulabam domi, ut olim candidatus. Grata hæc, & magna, mihi que nondum laboriosa ex illa vetere militia. Nonis Maji in Ciliciam cogitabam: ibi cum Junium mensem consumpisssem, atque utinam in pace, (magnum enim bellum impendit a Parthis) Quintilem in reditu ponere. Annua enim mihi opera a. d. III. Kal. Sext. emerentur. Magna autem in spe sum, mihi nihil temporis prorogatum iri. Habebam acta urbana usque ad Nonas Martias; e quibus intelligebam, Curionis nostri constantia omnia potius actum iri, quam de provinciis. Ergo, ut spero, propediem te video. Venio ad Brutum tuum, immo nostram, sic enim mavis. Equidem omnia feci, quæ potui aut in mea provincia perficere, aut in regno experiri. Omni igitur modo egi cum rege, & ago quotidie per literas scilicet. Ipsum enim triduum, quatuoriduumve mecum habui turbulentis in rebus, quibus eum liberavi. Sed & cum præsens, & postea creberrime non destiti rogare, & petere mea causa; suadere, & hortari sua. Multum profeci: sed quantum, non plane, quia longe abssum, scio. Salaminius autem (hos enim poteram coercere) adduxi, ut totum nomen Scaptio vellent solvere; sed centesimis ductis a proxima quidem syngrapha, nec perpetuis, sed renovatis quotannis. Numerabantur nummi: noluit Scaptio. Tun' qui ais Brutum cupere aliquid perdere? quaternas habebat in syngrapha: fieri non poterat: nec, si posset, ego pati possem. Audio omnino Scaptium poenitere. Nam quod lenatus-consultum esse dicebat, ut jus ex syngrapha diceretur, eo consilio factum est, quod pecuniam Salamini contra legem Gabinii sumptulerant. Vetabat autem Auli lex, jus dici de ita sumpta pecu-

11 *Imperita*] Ita Vis. & Man. sed Bo-

12 *Imperita*] Popina, *impenita*: Lamb.

13 *Imperita*] ut conjecerat Corradus. Sed a Vi-

14 *Imperita*] cur disceleratur, non video.

15 *Provinciales*] Difficiles, quilibet uti

16 *Scaptio*] Vide lib. V. ep. 21.

17 *Auli lex*] Auli Gabini. *Manut.*

18 *Militia*] Cum sui candidatus.

14 *Emerentur*] Hoc est, expletur. Infi-

15 *Emerentur*] hoc. *annuus temporis prope*

16 *Emerentur*] hoc. *annuus temporis prope*

17 *Emerentur*] hoc. *annuus temporis prope*

18 *Emerentur*] hoc. *annuus temporis prope*

19 *Emerentur*] hoc. *annuus temporis prope*

20 *Emerentur*] hoc. *annuus temporis prope*

21 *Emerentur*] hoc. *annuus temporis prope*

22 *Emerentur*] hoc. *annuus temporis prope*

23 *Emerentur*] hoc. *annuus temporis prope*

24 *Emerentur*] hoc. *annuus temporis prope*

25 *Emerentur*] hoc. *annuus temporis prope*

26 *Emerentur*] hoc. *annuus temporis prope*

27 *Emerentur*] hoc. *annuus temporis prope*

28 *Emerentur*] hoc. *annuus temporis prope*

29 *Emerentur*] hoc. *annuus temporis prope*

30 *Emerentur*] hoc. *annuus temporis prope*

31 *Emerentur*] hoc. *annuus temporis prope*

32 *Emerentur*] hoc. *annuus temporis prope*

33 *Emerentur*] hoc. *annuus temporis prope*

34 *Emerentur*] hoc. *annuus temporis prope*

35 *Emerentur*] hoc. *annuus temporis prope*

pecunia. Decrevit igitur Senatus, ut jus diceretur ex ista syngrapha. Nunc ista habet juris idem, quod cetera, nihil principii. Hæc, a me ordine facta, puto me Bruto probaturum; tibi nescio; Catoni certe probabo. Sed jam ad te ipsum revertor. Ain tandem, Attice laudator integritatis & elegantiae nostræ? *ausus es hoc ex ore tuo*, inquit Ennius, ut equites Scaptio ad pecuniam cogendam darem, me rogare? an tu, si mecum esses, qui scribis morderi te interdum quod non simul sis, paterere me id facere, si vellem? *Non amplius*, inquit, *quinquaginta*. Cum Spartaco minus multi primo fuerunt. Quid tandem isti mali in tam tenera insula non fecissent? non fecissent autem? immo quid ante adventum meum non fecerunt? Inclusum in curia Senatum habuerunt Salaminium ita multos dies, ut interierint nonnulli fame. Erat enim prefectus Appii Scaptius, & habebat turmas ab Appio. Id me igitur tu, cujus mehercule os mihi ante oculos solet versari cum de aliquo officio, ac laude cogito, tu me, inquam, rogas, prefectus ut Scaptius sit? alias hoc statueramus, ut negotiatorem neminem: idque Bruto probaveramus. Habeat is turmas? cur potius, quam cohortes? sumptu jam nepos evadit Scaptius. Volunt, inquit, principes. Scio, nam ad me Ephesum usque venerunt; flentesque equitum scelerata, & miseras suas detulerunt. Itaque statim dedi literas, ut ex Cypro equites ante certam diem decederent: ob eamque causam, tum ob ceteras, Salaminii nos in caelum decretis suis sustulerunt. Sed jam quid opus equitatu? solvunt enim Salaminii. Nisi forte id volumus armis efficere, ut senus quaternis centesimis ducant. Et ego audebo legere unquam, aut attingere eos libros, quos tu dilaudas, si tale quid fecero? Nimis, nimis, inquam, in isto Brutum amasti, dulcissime Attice: nos, vereor, ne parum. Atque hæc, scripsi ego ad Brutum scripsisse te ad me. Cognosce nunc cetera. Pro

Ap-

18 Tenera] Hoc est, parum munita; & injuriis opportuna. *Casabonius.*

19 Nepos] Miratur Cicero, cur turmas equitum potius velit Scaptius, quam peditem cohortes, cum in illis aliendis majores sumptus facere oporteat: quasque jocans dicit

(ut putamus) sumptu iam nepos evadit Scaptius, cum primum avatus ut funderetur a nobis haberetur, nunc repente prodigus & sumptuosus factus est. *Fabius.*

20 Principes] Cypro. Scio, *apud nos*: ex hoc, inquit, iudicia, &c. *Manut.*

Appio nos hic omnia faciemus: honeste tamen, sed plane libenter: nec enim ipsum odimus: & Brutum amamus: & Pompejus mirifice a me contendit; quem mehercule plus plusque in dies diligo. C. Calium Quaestorem huc venire audisti. Nescio, quid sit: ²¹ sed... ²² Pammenia illa mihi non placeat. Ego me spero Athenis fore mense Septembris. Tuorum itinerum tempora scire sane velim. ²³ Evagoras Sempronii Ruffi cognovi ex epistola tua Corcyrae. Quid quaeris? invideo potentia ²⁴ Vestorii. Cupiebam etiam nunc plura garrere: sed lucet; urget turba; festinat Philogenes. Valebis igitur, & valere Piliam, & Caeciliam ²⁵ nostram jubebis literis; & salvebis a meo Cicero.

21 Sed] *Kramerius.* Quasi innuat Cicero Calium non venturum, aut tale quid. *Beffus.*

22 Pammenia] Sunt negotia illa Pammenii, de quibus supra lib. V. sub finem epistolae. *Junius.*

23 Evagoras] Familiam simplicitatem.

24 Vestorii] Cui controversia fuerit cum homine tam ficto. Vide supra; V. 2. & Fam. VIII. 7. *Manut.*

25 Nostram] Matrem, Caecilium nostris jubebis literis. *Muret.*

CICERO ATTICO SAL.

III. **E**TSI nil sane habebam novi, quod post accidisset, quam dedissem ad te Philogeni liberto tuo literas, tamen cum Philotimum Romam remitterem, scribendum aliquid ad te fuit: ac primum illud, quod me maxime angebat, (non quo me aliquid juvare posses, quippe res est in manibus: tu autem abes longe gentium: *Ἦσθη δ' ἐν μεταχρῆσι Νότος, καὶ ἴσθη χίρρητ' ἄρῃς ἀδός*) obrepsit dies, ut vides, (michi enim a. d. III. Kal. Sext. de provincia decedendum est) nec succeditur. Quem relinquam, qui provincia praesit? Ratio quidem, & opinio hominum postulat fratrem: primum, quod videtur esse honos: nemo igitur posterior. Deinde, quod solum habeo Praetorium. Pontinius enim ex pacto & convento (nam ea lege exierat) jam a me discesserat. ² Quaestorem nemo dignum putat: etenim est levis, libidi-

1 *Ἦσθη δ' ἐν μεταχρῆσι Νότος, καὶ ἴσθη χίρρητ' ἄρῃς ἀδός*] Multos vero in vestigio intervallum; & multa in medio. *Cassiodorus.*

2 Quaestorem] Calium mendam venerat. *Manut.*

bidinosus, ³ tagax. De fratre autem primum illud est: persuaderi ei non posse arbitror: odit enim provinciam: & hercule nihil odiosus, nihil molestus. Deinde, ut mihi nolite negare; quidnam mei sit officii? cum bellum esse in Syria magnum putetur, & id videatur in hanc provinciam erupturum; hic praesidii nihil sit; sumptus annuus decretus sit; videaturne, aut pietatis esse mea, fratrem relinquere; aut diligentiae, ⁴ nugarum aliquid relinquere? Magna igitur, ut videtur, sollicitudine afficior, magna inopia consilii. Quid queris? ⁵ toto negotio nobis opus non fuit. Quanto tua provincia ⁶ melior? decedes cum voles; nisi forte jam decessisti: quem videbitur, praeficies Thesprotia & Chaonia. Nec dum tamen ego Quintum conveneram; ut jam, si id placeret, scirem, possetne ab eo impetrari: nec tamen, si posset, quid vellem habebam. Hoc est igitur ejusmodi. Reliqua plena adhuc & laudis & gratiae, digna iis libris quos dilaudas. Conservata civitates; cumulate Publicanis satisfactum: offensus contumelia nemo; decreto justo & severo perpauci; nec tamen quisquam ut queri audeat. Res gesta digna triumpho, de quo ipso nihil cupide agemus; sine tuo quidem consilio certe nihil. Clausula est difficilis in tradenda provincia: sed haec Deus aliquis gubernabit. De urbanis rebus scilicet plura tu scis; sapius, & certiora audis. Equidem doleo, non me tuis literis certior fieri. Huc enim odiosa afferebantur de Curione, de Paulo: non quo ullum periculum videam stante Pompejo, vel etiam sedente; valeat modo: sed mehercule Curionis & Pauli meorum familiarium vicem doleo. Formant

igi-

³ Tagax] Sic emendat Cojaciis nosser. Unde autem dubia sit vox tagax, in promptu est. Significatione quadam obscura: quod si cui est, dicitur ex Festo, cujus haec verba sunt: Tagax, servitulus a tagendo dicitur: cuius vocabuli Lucilius meminit: Et mutone manus prescribere posse tagaxem. Dicebant autem tago, veteres, pro, rago, Laminius. Ita quoque ex Toruziano Bolus. Alii, Jalar: alii, rapax.

⁴ Nugarum aliquid] Lovem hominem Melinum. Non pius, si fratrem relinquo: non diligens, si quaerorem, rei militaris ex-

perrem. Manutius.

⁵ Toto negotio nobis opus non fuit] Id est, toto hoc negotio carere nos oportuit, nullamque provinciam hujus partem attingere. Sic infra: Tuis igitur literis nihil opus fuit: quod est: Prolixius scribendum non fuit. Manutius.

⁶ Provincia] Epirotica negotiatio. Man.

⁷ De Curione, de Paulo] C. Scribonio Curione tribuno plebis, L. Fulvio Paulo consule, utroque Caesaris causam defendente, accepta grandi pecunia. Idem.

igitur mihi totius Reipublicae, si jam es Romae, aut cum eris, velim mittas; qua mihi obviam veniat, ex qua me fingere possim, & praemeditari, quo animo accedam ad urbem. Est enim quiddam, advenientem non esse peregrinum atque hospitem. Et, quod pene praeterii: Bruti tui causa, ad saepe ad te scripsi, feci omnia. Cyprii numerabant: sed ⁸ Scaptius centesimis, renovato in singulos annos fenore, contentus non fuit. Ariobarzanes non in Pompejum prolixior per ipsum, quam per me in Brutum, quem tamen ego ⁹ praestare non poteram: erat enim rex perpauper; aberamque ab eo ita longe, ut nihil possem nisi literis; quibus pugnare non destiti. Summa haec est. Pro ratione pecuniae liberatius est Brutus tractatus, quam Pompejus. Bruto curata hoc anno talenta circiter centum: Pompejo in sex mensibus promissa cc. Jam in Appii negotio quantum tribuerim Bruto, dici vix potest. Quid est igitur, quod laborem? Amicos habet meras nugas, Matinium, Scaptium; qui, quia non habuit a me turmas equitum, quibus Cyprum vexaret, ut ante me fecerat, fortasse succenseret; aut quia praefectus non est, quod ego nemini tribui negotiatori; non C. Vennonio, meo familiari; non tuo M. Lanio; & quod tibi Romae ostenderam me servaturum; in quo perseveravi. Sed quid poterit queri is, qui, auferre pecuniam cum posset, noluit? ¹⁰ Scaptio, qui in Cappadocia fuit, puto esse satisfactum. Is a me tribunatum cum accepisset, quem ego ex Bruti literis ei detulisset, postea scripsit ad me, se uti nolle eo tribunatu. Gavius est quidam; cui cum praefecturam detulisset Bruti rogatu, multa & dixit, & fecit cum quadam mea contumelia, P. Clodii ¹¹ canis. Is me nec proficiscentem Apameam prosecutus est; nec, cum postea in castra venisset, atque inde discederet, num quid vellem, rogavit; & fuit aperte mihi nescio quare non amicus. Hunc

Tom. VIII.

M m

ego

⁸ Scaptius] Lib. V. 21. VI. 2. 2.
⁹ Praestare] Praestare aliquem dicimus, cum efficiamus, ne quid is committat fecus, quam volumus; ut ad Q. Fr. Ego Missillam Caesaris praefectus. Manutius.
¹⁰ Scaptio] Fuerunt enim duo Scaptii amici Bruti: unus negotiator in Cilicia, &

praefectus Appii in Cypro, alter negotiator in Cappadocia. Popma.

¹¹ Canis] Scio canis posse defendi ex historia: mihi tamen magis placeret caelo, ut est emendatum in libro vici dedistissimi. Ulysian.

ego si in praefectis habuissem, quem tu me hominem putares? qui, ut icis, potentissimorum hominum contumaciam nunquam tulerim, ferrem hujus assecla? etsi hoc plus est quam ferre, tribuere etiam beneficii aliquid & honoris. Is igitur Gavius, cum Apameae me nuper vidisset Romam proficiscens, me ita appellavit: (¹² Culleolum vix auderem) Unde, inquit, me iubes petere cibaria praefecti? Respondi lenius, quam putabant oportuisse, qui aderant; me non instituisse iis dare cibaria, quorum opera non essem usus. Abiit iratus. Hujus nebulonis ¹³ oratione si Brutus moveri potest, licebit eum solus ames; me aemulum non habebis. Sed illum eum futurum esse puto, qui esse debet. Tibi tamen causam notam esse volui: & ad ipsum haec praescripti diligentissima. Omnino (soli enim sumus) nullas unquam ad me literas misit Brutus, ne proximae quidem de Appio, in quibus non inesset arrogans, ¹⁴ *ἀρροῦντος* aliquid. Tibi autem valde solet in ore esse,

¹⁵ *Granius autem*

Non contemnere se, & reges odisse superbos:

in quo tamen ille mihi risum magis, quam stomachum movere solet: sed plane parum cogitat, quid scribat, aut ad quem. Q. Cicero puer legit, ut opinor, & certe, epistolam inscriptam patri suo. Solet enim aperire, idque de meo consilio, si quid forte sit, quod opus sit sciri. In ea autem epistola erat illud idem de sorore, quod ad me. Mirifice conturbatum vidi puerum, Lacrymans mecum est questus. Quid quaeris? miram in eo pietatem, suavitatem, humanitatemque perpexi: quo majorem spem habeo, nihil fore aliter ac deceat. Id te igitur scire volui. Ne illud quidem praetermittam: Hortensius filius fuit Laodiceae ¹⁶ gladiatoribus flagitiose & turpiter.

¹² *Culleolum*] Fam. lib. XIII. ep. 47. scribit ad L. Culleolum provinciae praefectum: sed hic alium, nullius pretii hominem, videtur intelligere. *Maur.*

¹³ *Oratione*] Alii legunt *oratione*: *Boisius*, *oratione*: Junius, *ratione*.

¹⁴ *ἀρροῦντος*] Alienam a familiari consuetudine.

¹⁵ *Granius*] Granius, inquit, quem potentiores despiciebant, ipse se non contemne-

bat, sed plurimi faciebat: idemque reges oderat superbos, hoc est, magnates illos, qui ipsum despectui habebant. Hic Cicero sibi parces sumit Grani Luciani, ut Brutus filium, & arrogantiam retundat, usurpansque versus Lucilli, quos in ore frequenter Atticus habebat. *Boisius*.

¹⁶ *Gladiatorum*] Hoc est, cum ludu gladiatorii ederetis Laodiceae. *Grav.*

ter. Hunc ego patris causa vocavi ad cenam, quo die venit; & ejusdem patris causa, ¹⁷ nihil amplius. Is mihi dixit, se Athenis me expectaturum, ut mecum decederet. Recte, inquam: quid enim dicerem? Omnino puto nihil esse quod dixit. Nolo quidem; ne offendam patrem, quem mehercule multum diligo. Sin fuerit meus comes, moderabor ita, ne quid eum offendam, quem minime volo. Haec sunt; etiam illud. Orationem Q. Celeris mihi velim mittas contra ¹⁸ M. Servilium. Literas mitte quamprimum. ¹⁹ Si nihil; nihil fieri, vel per tuum tabellarium. Piliae, & filiae salutem. Cura, ut valeas.

¹⁷ *Nihil amplius*] Ad cenam vocavi, quod esset Hortensii filius, et alii eum officiosum. Ep. 8. lib. VIII. Fam. *Cicero*. *non sum profectus, ne pater, cui scio orationem, invisamque esse, moleste ferret.*

¹⁸ *M. Servilium*] De repetundis accusatum. Ep. 8. lib. VIII. Fam. *Cicero*. ¹⁹ *Si nihil*] Si nihil sit, inquit, quod scribas, volo tamen mihi nunties vel per tuum tabellarium, nihil fieri. *Boisius*.

CICERO ATTICO SAL.

IV. **T**ARSUM venimus Nonis Junii. Ibi me multa moverunt: magnum in Syria bellum; magna in Cilicia latrocinia; mihi difficilis ratio administrandi, quod paucos dies habebam reliquos annui muneris: illud autem difficillimum; relinquendus erat ex senatus-consulto, qui praefectus. Nihil minus probari poterat, quam Quaestor Mescinius. Nam de Galio nihil audiebamus. Reclissimum videbatur fratrem cum imperio relinquere: in quo multa molesta, discessus noster, belli periculum, militum improbitas, sexcenta praeterea. O rem totam odiosam! sed haec fortuna viderit: quoniam consilio non multum uti licet. Tu, quando Romam salvas, ut spero, venisti, videbis, ut soles, omnia, quae intelliges nostra interesse, in primis de Tullia mea: cujus de conditione quid mihi placeret scripti ad Terentiam, cum tu in Graecia esses: deinde de honore nostro. Quod enim tu abfuisse, vereor ut satis diligenter actum in Senatu sit de literis meis. Illud praeterea ²⁰ *μυστικὰ τέρα* ad te scribam; tu sagacius odorare.

M m 2

²⁰ *De conditione*] De nuptiis.

²¹ *Μυστικὰ τέρα*] Secretius.

CICERO ATTICO SAL.

VI. EGO dum in provincia omnibus rebus Appium orno, subito sum factus ¹ accusatoris ejus focer. Id quidem, inquis, dii approbent. Ita velim: teque ita cupere certo scio. Sed crede mihi, nihil minus putaram ego, qui de Tib. Nerone, qui mecum ² egerat, certos homines ad mulieres miseram; qui Romam venerunt factis sponalibus. Sed hoc spero melius. Mulieres quidem valde intelligo delectari obsequio & comitate adolescentis. Cetera noli ³ *καταδίκευ*. Sed heus tu, ⁴ *αυτος εστις ομιλος* Athenis? ⁵ placet hoc tibi? et si non impediabant mei certe ⁶ libri: non enim ista largitio fuit in cives, sed in hospites liberalitas. Me tamen de Academia ⁷ *αποστρω* jubes cogitare; cum jam Appius de Eleusine non cogitet? De Hortensio te certo scio dolere: equidem ex crucior: decreram enim cum eo valde familiariter vivere. Nos provinciam praefecimus Caelium: puerum, inquis, & fortasse fatuum, & non gravem, & non continentem. Assentior: fieri non potuit aliter. Nam quas multo ante tuas acceperam literas, in quibus ⁸ *επειχες* te scripseras quid esset mihi faciendum de relinquendo; ea me pungebant. Videbam enim, quae tibi essent *ερωχης* causae, (& erant eadem mihi) puero tradere me: fratri autem, illud non utile nobis. Nam praeter fratrem nemo erat, quem sine contumelia Quasitori, nobili praesertim, anteferrem. Tamen, dum impendere Parthi videbantur, statueram fratrem relinquere, aut etiam publi-

¹ *Accusatoris*] Dolabellae. *Mansu.*
² *Egerat*] De Tullia coniugio. Et Nero hic est opinor, de quo Fam. lib. XIII. ep. 63. & 64. qui Tiberii Imperatoris pater fuit. *Idem.*

³ *Επειχες*] Proprie sperare vellet & corrigere. Hic sperare sunt Dolabellae vitia, quae non vult ex superiori ejus vita colligi. *Idem.*

⁴ *Idem*] Frumenta in populum.

⁵ *Placet hoc tibi?*] Elegans usus verbi placet. Cum in manifesto peccato aliquid deprehenderant, ira ut ne ipse quidem fa-

sum stum defendere posse videretur; ita eum interrogabant: *Placet hoc tibi?* Sic Phais Terentianus deprehensus Cherecum leviter oburgans: *Satis hoc tibi placet?* Tibullus in carmine obsceno placet... qui sub arborum comae, & quae sequuntur. Piger enim adscribere. *Muret. Var. Leth. XV. 8.*

⁶ *Libri*] De Republica, in quibus improbi largitionem in cives: videtur enim ad tyrannidem spectare. *Mansu.*

⁷ *Αποστρω*] Vide hujus libri ep. 7.

⁸ *Επειχες*] Dubitare, assentionem retinere. *Ερωχης*, dubitationis.

publica causa contra senatus-consultum ipse remanere: qui postea quam incredibili felicitate discesserunt, sublata dubitatio est. Videbam sermones: hui fratrem reliquit? num est hoc non plus annum obtinere provinciam? quid, quod Senatus eos voluit praefesse provinciis, qui non praefuissent? at hic ⁹ triennium. Ergo haec ¹⁰ ad populum. Quid, quae tecum? nunquam essem sine cura, si quid iracundius, aut contumeliosius, aut negligentius; quae fert vita hominum. Quid, si quid filius puer, & puer bene sibi fidens? qui esset dolor? quem pater ¹¹ non dimittebat; teque ¹² id censere moleste ferebat. At nunc Caelius, ¹³ non dico equidem quid egerit; sed tamen multo minus laboro. Adde illud, Pompejus eo robore vir, iis radicibus, Q. Cassium sine sorte delegit, Caesar Antonium: ego sorte datum offenderem? ¹⁴ ut etiam inquireret in eum, quem reliquisset? ¹⁵ Hoc melius: & hujus rei plura exempla: senectuti quidem nostrae profecto aptius. At te apud eum, dii boni! quanta in gratia posui? eique legi literas non tuas, sed ¹⁶ librarii tui. Amicorum litera me ad triumphum vocant, rem a nobis, ut ego arbitror, propter hanc ¹⁷ *κατασκευαστην* nostram, non negligendam. Quare tu quoque, mi Attice, incipe id cupere; quo nos minus inepti videamur.

⁹ *Triennium*] In Asia.

¹⁰ *Ad populum*] Dicerem, assentem, cum excusarem me, quod fratrem provinciam non praefecissem. Tibi autem alias causas exponerem. Dicerem enim, timuisse me, ne quid in provincia Quintus committeret iracundius, &c. *Mansu.*

¹¹ *Non dimittebat*] Mansuet legum in provincia cum patre, facileque quia puer & puer bene sibi fidens, commississet, quod esset nobis magnopere dolendum. *Idem.*

¹² *Id censere*] Dimittendum. *Idem.*

¹³ *Non dico equidem quid egerit*] Legendum est; *Non dico equidem quicquid egerit.* Muretus, Var. Leth. xv. 8. Melius in Mil-

Sed tamen quod egerit, multo minus laboro. F. Ursinus.

¹⁴ *Ut etiam*] Manutius, aut etiam inquireret in eum, &c. Ut sit sensus: Ne inquireret quidem in eum debui, nedum non relinqueret.

¹⁵ *Hoc melius*] Quod quaestorem potius, quam fratrem, relinquerem. *Mansu.*

¹⁶ *Librarii tui*] Hoc est, quae non tu, sed tuus, distante me, scripsit literas. Nicanor, ut videtur, quem secum adduxerat Cicero, Atticus vicissim literas non raro scribebat Cicerois nomine. *Mansu.*

¹⁷ *κατασκευαστην*] Alterius quasi visa in-

CICERO ATTICO SAL.

VII. **Q**UINTUS filius, pie sane, me quidem certe multum hortante, sed currentem, animum patris sui forori tuæ reconciliavit. Eum valde etiam tuæ literæ excitaverunt. Quid quæris? confido rem, ut volumus, esse. Bis ad te antea scripsi de re mea familiari, si modo tibi reddita literæ sunt, Grace ¹ *ἐπι ἀδελφῶν*. Scilicet nihil est movendum: sed tamen ² *ἀπεδέχης* percunctando de nominibus Milonis, & ut expediat, ut mihi recepit, hortando, aliquid ita tu proficias. Ego Laodiceæ Quæstorem Melcinium expectare iussi, ut confectas rationes lege Julia ³ apud duas civitates possim relinquere. Rhodum volo ⁴ puerorum causa; inde quamprimum Athenas, etsi etesiæ valde restant: sed plane volo his magistratibus, quorum voluntatem ⁵ in supplicatione sum expertus. Tu tamen mitte mihi, quæso, obviam literas, num quid putes Republicæ nomine tardandum esse nobis. Tiro ad te dedisset literas, nisi eum graviter ægrum Ipsi reliquisssem. Sed nuntiant, melius esse: ego tamen angor: nihil enim illo adolescente castius, nihil diligentius.

¹ *Ἐπι ἀδελφῶν*] Enigmatice.
² *Ἀπεδέχης*] Simpliciter.
³ *Ἀπὸ δύο πόλεων*] Deposuit Laodiceæ, & Apameæ, utriusque verbis ad gratiam retulit. Fam. V. 20. Mannr.

⁴ *Παιδῶν*] Ut inde Cicerones pueros secum deduceret. Lib. V. epist. 18. & epist. 17. lib. II. Fam. Idem.
⁵ *Ἐν τῇ supplicatione*] Quæ triumphum pene semper prerogativa est. Corrad.

CICERO ATTICO SAL.

VIII. **C**UM instituissem ad te scribere, calamumque sumptissem, Batonius e navi recta ad me venit domum Ephesi, & epistolam tuam reddidit prid. Kal. Octobres. Latatus sum felicitate navigationis tuæ, ¹ opportunitate Piliæ, etiam mehercule sermone ejusdem de conjugio Tullia meæ. Batonius autem miros terrores ad me attulit Casaria-

¹ *Ἐπι ἀδελφῶν*] Quæ tibi obviam progressa, opportune adveniendi occurreret. Mannr.

nos: cum Leptra etiam plura locutus est: spero falsa, sed certe horribilia: ² exercitum nullo modo dimissuram: cum illo Prætores designatos, Cassium Tribunum plebis, Lentulum Consulæ facere: Pompejo in animo esse urbem relinquere. Sed heus tu, num quid moleste fers ³ de illo, qui se solet anteferre patruo sororis tuæ filii? at a quibus victus? sed ad rem. Nos etesiæ vehementissime tardarunt. Detrahit xx ipsos dies etiam ⁴ aphraetus Rhodiorum. Kal. Octob. Epheso ⁵ conscendentes hanc epistolam dedimus L. Tarquitio, simul e portu egredienti, sed expeditius naviganti. Nos Rhodiorum aphraetis, cæterisque longis navibus tranquillitates aucupaturi eramus. Ita tamen properabamus, ut non posset magis. De ⁶ raudusculo Puteolano gratum. Nunc velim dispicias res Romanas: videas, quid nobis de triumpho cogitandum putes; ad quem amici me vocant. Ego, nisi Bibulus, qui, dum unus ⁷ hospes in Syria fuit, pedem porta non plus extulit, quam ⁸ domo sua, adniteretur de triumpho, æquo animo essem. Nunc vero ⁹ *ἀλλοτρίων* *συναρῶν*. Sed explora rem totam: ut, quo die congressi erimus, consilium capere possimus. At ¹⁰ multa; qui & properatam, & ei literas darem qui aut mecum, aut paulo ante venturus esset. Cicero tibi plurimam salutem dicit: tu dices utriusque nostram verbis & Piliæ tuæ, & filia.

² *Ἐξέρχεται*] Anno insequenti petendi consularis causa. Cum enim lex esset, ut ab senes consultatum petere non possent, obtinuerat Casar de eum tribunorum rogatione, consule Pompejo, ut & absens, & cum imperio posset petere. Idem. Scribentium, Casarem exercitum, &c. *Βασίλειος Βαλζανίου*.

³ *De illo*] C. Hirro qui repulsum tulerat in Edilitate curuli, victus a M. Cælio, ut in petitione Auguratus a Cicerone, cui se solitus erat anteferre. Fam. lib. VIII. ep. 9. Pappus.

⁴ *Ἀφραετός*] Quo tum periculose, tum tarde navigavimus. Mannr. Quid *ἀφραετός*, vide supra V. 11.

⁵ *Ἐπι ἀδελφῶν*] In navem scilicet. Nam sine adjectione navis, sic *conscendere* Cicero usurpat. *Grævius*.

⁶ *Ῥαυδίσκος*] Forte, quod pecuniam dissolveris. Vide Ep. IV. 7. Mannr.

⁷ *Ἄλλος*] *ἄλλος*, *ἄλλος*. Plus est, quam, *Dona unus hostis*: cum non modo hostes, sed & hospites, Bibulus timuerit. Idem.

⁸ *Ἐπι ἀδελφῶν*] Cum domo consul se tenuit metu Casaris collegæ. Idem.

⁹ *Ἀλλοτρίων*] *ἄλλοτρίων* *συναρῶν*. Versus Euripidis in Philoeta. Vide lib. III. de Orat. cap. 35.

¹⁰ *Μοῖρα*] Supple, vel scripsi, vel scribenda superessent mihi.

CICERO ATTICO SAL.

IX. **I**N Piræa¹ cum exissem prid. Idus Octob. accepi ab Acasto,² servo meo, statim tuas literas: quas quidem cum expectassem jam diu, admiratus sum, ut vidi obsequatam epistolam, breviter ejus; ut aperui, rursus³ σύγ-
χουσι⁴ litterularum, quæ solent tuæ compositissimæ & clarissimæ esse: ac, ne multa, cognovi ex eo, quod ita scripseras, te Romam venisse a. d. xii Kalend. Octob. cum febris. Percussus vehementer, nec magis quam debui, statim quæro ex Acasto. Ille & tibi, & sibi visum, & ita se domi ex tuis audisse, ut nihil esset incommode. Id videbatur approbare, quod erat in extremo, febriculam tum te habentem scripsisse. Sed amavi tamen; admiratusque sum, quod nihilo minus ad me tua manu scripsisses. Quare de hoc satis. Spero enim, quæ tua prudentia & temperantia est, & hercule, ut me jubet Acastus, confido te jam, ut volumus, valere. A Turannio te accepisse meas literas gaudeo.⁵ Παράρρητον, si me amas,⁶ τὴν φιλότητι φιλοτιμίᾳ ἀπόσταται. Hanc quæ mehercule mihi magno dolori est, (dilexi enim hominem) procura, quantalacunque est, Præcianam hereditatem. Prorsus ille ne attingat. Dices, nummos mihi opus esse ad apparatus triumphi: in quo, ut præcipis, nec me⁷ κερῶν in expetendo cognosces, nec ἀτυφῶν in abjiciendo. Intellexi ex tuis literis, te ex Turannio audisse, a me provinciam fratri traditam. Adeon' ego non perspexeram prudentiam litterarum tuarum?⁸ Ἐπέχου te scribebas. Quid erat dubitatione dignum, si esset quidquam ceri placeret, fratrem, & talem fratrem relinqui?⁹ ἀδελφῆς ista mihi tua, non ἐποχῆ videbatur. Monebas de Q. Cicero-
ne puero, ut eum quidem nequiquam relinquerem.¹⁰ Τὴν μὲν
674-

¹ Cum exissem] E navi. Corrad.

² Servo meo] Leges: Statore meo. Muretus, Var. Leti. XV. &

³ Σύγχουσι] Confusionem.

⁴ Παράρρητον] Obsequat, si me amas, concurrens Philotimi cupiditatem quam maxime, & curi, ne Præcianam hereditatem at-

tingat. Vide Fam. XIV. 3.

⁵ Κερῶν] Inanem. A'vovv, sine fastu.

⁶ Ἐπέχου] Assensum sustinere.

⁷ ἀδελφῆς] Improbatio.

⁸ Τὴν μὲν ἐποχῆν δασί] Meo mihi somnium subsistit, narrabat.

ἔσπον ἐποι. Eadem omnia, quasi collocuti essemus, vidimus. Non fuit faciendum aliter, meque⁹ ἐπιτολῆ ἐποχῆ tua dubitatione liberavit. Sed puto te accepisse de hac re epistolam scriptam accuratius. Ego tabellarios postero die ad vos eram missurus, quos puto ante venturos, quam nostrum Saufejum: sed eum sine meis literis ad te venire vix rectum erat. Tu mihi, ut polliceris, de Tulliola mea, id est, de Dolabella, perscribas; de Republica, quam prævideo in summis periculis; de Censoribus, maximeque de signis, tabulis quid fiat;¹⁰ referaturne. Idibus Octob. has dedi literas: quo die ut scribis, Cæsar Placentiam¹¹ legiones quatuor. Quæro, quid nobis futurum est? In arce Athenis statio mea nunc placet.

⁹ Ἐπιτολῆ.] Distincta tua dubitatio fecit, ut non amplius dubitarem.

¹⁰ Referaturne] A censoribus ad senatum, ut S. C. fiat de sumptu signorum, & tabularum cotercendo. Fam. lib. VIII. epist. 14. Manu. Nostri, Referatur. Ut puto, melius. Solebant enim scilicet, tabulas signaque de illa ornamenta a civitatibus atque hospitibus, inuito accipere, ad magnificentiam or-

natumque ludœum, quæ postea dominis referenda curarent. Quidam tamen, ut sit, per simulationem Edilitatis accepta, donum deinde atque in horos suos averterent, restituere negligebant. Huic quasi larcinatio, Censores providere volentes, suis rebus iusserunt. Itaque Cicero, num referatur, quaerit. Malaspina.

¹¹ Legiones] Adducturus erat. Corrad.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

CENTRAL DE BIBLIOTECAS

EPISTOLARUM
AD ATTICUM

LIBER VII.

CICERO ATTICO SAL.

DEDERAM equidem L. Saufejo literas, & dederam ad te unum, quod, cum non esset temporis mihi ad scribendum satis, tamen hominem tibi tam familiarem sine meis literis ad te venire nolebam. Sed, ut philosophi ambulat, has tibi redditum iri putabam prius. Sin jam illas accepisti, scis me Athenas venisse prid. Idus Octobres; e navi egressum in Piræum, tuas ab Acasto nostro literas accepisse conturbatum, quod cum febre Romam venisses; bono tamen animo esse coepisse, quod Acastus ea, quae vellem, de allevato corpore tuo nuntiaret; cohortuisse autem me, quod tuae literae de legionibus Caesaris afferrent: & egisse tecum, ut videres, ne quid ¹ φιλοτιμία ejus, quem nosti, nobis noceret; de quo jam pridem ad te scripseram. ² Turannius autem secus tibi Brundisii dixerat; quod ex iis literis cognovi, quas a Xenone optimo viro accepi. Cur fratrem provinciae non praefecissem exposui breviter. Haec fere sunt in illa epistola. Nunc audi reliqua. Per fortunas, omnem tuam amorem, quo me es amplexus, omnemque tuam prudentiam, quam mehercule in omni genere judico singularem, confer te ad eam curam, ut de omni statu meo cogites. Videre enim mihi

¹ *Philosophi*] Philosophus enim Saufejus ex heresi Epicurea: & omnes philosophi, quia praeter sapientiam nihil curant, tarde solent ambulare; tardissime autem Epicurei, quia molles. *Manut.*

² *Φιλοτιμία*] Vulgo ambitio, sed hoc locum *Philosophi* attio.

³ *Turannius autem*] Haec particula causa fuit olim, ut ego putarem hunc locum totum ita legendum esse. *Cui fratrem provinciam non praefecissem, breviter exposui: Turannius autem secus tibi Brundisii dixerat, quod ex his literis cognovi, quas... accepi.* *Hae. Et. Corrad.*

mihī videor tantam dimicationem (nisi idem Deus, qui nos melius, quam optare auderemus, Parthico bello liberavit, respexerit Rempublicam) quanta nunquam fuit. Age, hoc malum mihi commune est cum omnibus. Nihil tibi mando, ut de eo cogites. Illud meum proprium ⁴ πρόβλημα, quaeſo, fuisse. Videtne, ut te auctore sim utrumque complexus? Ac vellem a principio te audisse amicissime monentem.

⁵ Ἄλλ' ἐμὸν ἔπαυσε θυμὸν οὐ τήθεον ἐπειθεῖς Πάτριον.

Sed aliquando tamen persuasisti, ut alterum complecterer, quia de me erat optime meritus; alterum, quia tantum valebat. Feci igitur; itaque feci omni obsequio, ut neutri illorum quicquam esset me carior. Haec enim cogitabamus; nec mihi, conjuncto cum Pompejo, fore necesse peccare in Republica aliquando; nec cum Caesare sentienti pugnandum esse cum Pompejo: tanta erat illorum conjunctio. Nunc impendet, ut & tu ostendis, & ego video, summa inter eos contentio. Me autem uterque numerat suum, nisi forte simulat alter: nam Pompejus non dubitat (vere enim judicat) ea, quae de Republica nunc sentiat, mihi valde probari. Utriusque autem accepi ejusmodi literas eodem tempore, quo tuas; ut neuter quencquam omnium plaris facere, quam me, videretur. Verum quid agam? non quaro illa ultima, (si enim castris res geratur, video cum altero vinci satius esse, quam ⁶ cum altero vincere) sed illa quae tum agentur, cum venero; ne ratio absentis habeatur, ut exercitum dimittat. ⁷ Dic, Marce Tulli.

Quid

⁴ *Πρόβλημα*] Quaestio ad me unum pertinentem, utram partem eligam, Caesaris, an Pompeji. *Manut.*

⁵ Ἄλλ' ἐμὸν ἔπαυσε] Sed mihi nunquam persuasisti parvis quidquam illi sua dulcius esse. *Ordyff. l. 34.*

⁶ *Cum altero vincere*] Caesare, qui patriam velit oppugnare. *Corrad.*

⁷ *Dic*] Status est: Cum rogabor sententiam, dicamne ut me expediant, dum te consulam? Nuge. Non enim erit locus ad recipiendum. Statim enim cogit diceret, quid sentiam. Dicam igitur contra Caesarem, ne absentis ratio habeatur, cui dex-

teram dederim, si demque meam obstruere? Non possum. Nam ut ei liceret, adjuvi rogatus ab ipso Ravennae: ab ipso autem? etiam a Cnæo nostro in illo divino Consulatu. Aliter sentire; & cum non possem tacitus praeterire, nec diceret contra Caesarem, pro Caesare locutus fuero? *Milhouze* non solum Pompejum, sed reliquos etiam cives, teque ipsum in primis laudatorem factorum & scriptorum motum. *Malasp. Dic. M. Tulli* est solennis formula qua consules utebantur in rogandis sententiis. Vide *Brisson. de Form. lib. 2.*

Quid dicam? Expecta, amabo te, dum Atticum conveniam? Non est locus ad tergiverfandum. Contra Cæſarem? ubi illæ ſunt? denſa dextera? nam, ut illi hoc liceret, adjuvi, rogatus ab ipſo Ravenna? de Cælio Tribuno plebis. Ab ipſo autem? etiam a Cæſare noſtro, in illo divino tertio Conſulatu. Aliter ſenſero? ¹⁰ ἀδελφῶν non Pompejum modo, ſed Τράϊου, & Τράϊου Περικλῆος μὴ πρώτος ἐπαγγελίῳ καταδίσει, quis? tu ipſe ſcilicet, laudator & factorum & ſcriptorum meorum. Hanc ergo plagam eſſugi per duos ſuperiores ¹¹ Marcellorum Conſulatus, cum eſt actum de provincia Cæſaris: nunc incido in diſcrimen ipſum. Itaque ut ſtultus primus ſuam ſententiam dicat, mihi valde placet de triumpho nos moliri aliquid: ¹² extra urbem eſſe cum juſtiſſima cauſa. Tamen dabunt operam, ut eliciant ſententiam meam. Ridebis hoc loco fortaffe. Quam vellem etiam nunc in provincia morari! plane opus fuit, ſi hoc impendebat. Eſti nil miſerius: nam ¹³ ὅδ᾽ ἄνθρωπος volo te hoc ſcire: omnia illa prima, quæ etiam tuis literis in cælum ferebas, ¹⁴ ἐπίμαχον fuerunt. Quam non eſt facilis virtus! quam vero difficilis ejus diuturna ſimulatio! Cum enim hoc rectum & glorioſum putarem ex annuo ſumptu, qui mihi decretus eſſet, me C. Cælio Quæſtori relinquere annum, referre in ærarium ad H.S. CIO; ingemuit noſtra cohors, omne illud putans diſtribui ſibi oportere; ut ego amicior inveniret Phrygum & Cilicem ærariis, quam noſtro. Sed me non moverunt: nam & mea laus apud me plurimum valuit: nec tamen quicquam honorificæ in quenquam fieri potuit, quod prætermiſſerim. Sed hæc fuerit, ut ait Thucydides, ¹⁵ ἐξ ὁδῶν λόγου non inutilis. Tu autem de noſtro ſtatu cogitabis: primum, quo artificio tueamur benevolentiam Cæſaris: deinde, de ipſo triumpho.

⁸ Deſta.] Junctæ & implexæ. Poppo.
⁹ De Cælio] Ut M. Cælius, amiſſiſſimum meum, tribunum plebis inducerem ad legem ſecundam de habenda Cæſaris abſentis ratione. Manuſ.

¹⁰ Adελφῶν] Vetero Τροϊανῶν & Τροϊανῶν. Polydamæ mihi primus probum inſerret. Iliad. Z. 442.

¹¹ Marcellorum] Quia profectus eſt ante in provinciam, quam M. Marcellus referret

de ſucceſſione Galliarum. Et anno proximo, conſulo C. Marcello, de provincia decedens, tamen ad urbem non pervenit, tribus menſibus in itinere conſumptis. Manuſ.

¹² Extra] Nam triumphare volenti urbem ingredi non licebat. Corrad.

¹³ Ὅδ᾽ ἄνθρωπος] Obiter.

¹⁴ Ἐπίμαχον] Cæſaris, quæ cito fluxerint, & evanuerint.

¹⁵ Ἐξ ὁδῶν λόγου] Orationis egreſſio.

triumpho, quem video, niſi Reipublicæ tempora impediunt, ¹⁶ ἀδελφῶν. Judico autem cum ex literis amicorum, tum ex ſupplicatione; quam qui non decrevit, ¹⁷ plus decrevit, quam ſi omnes decreſſet triumphos. Ei porro aſſenſus eſt unus, familiaris meus, Favonius: alter, iratus Hirrus. Cato autem & ſcribendo aſſuit: & ad me de ſententia ſua jucundiſſimas literas miſit. Sed tamen gratulans mihi Caſar de ſupplicatione, triumphat de ſententia Catonis; nec ſcribit, ¹⁸ quid ille ſententia dixerit, ſed tantum, ſupplicationem eum mihi non decreviſſe. Redeo ad Hirrum. Cæperas eum mihi placare: perſice. Habes Scroſam, habes Silium. Ad eos ego etiam antea ſcripſi, & ad ipſum Hirrum. Locutus enim erat cum iis commode, ſe potuiſſe impedire, ſed noluiſſe: aſſenſum tamen eſſe Catoni, amiſſiſſimo meo; cum is honorificentiſſimam in me ſententiam dixiſſet; nec me ad ſe ullas literas miſiſſe, cum ad omnes mitterem. Verum dicebat. Ad eum enim ſolum, & ad Craſſipudem non ſcripſeram. Atque hæc de rebus forenſibus: redæmus domum. Dijungere me ab illo volo. Mirus eſt ¹⁹ Φυρδῆς, germanus ²⁰ Lartidius,

²¹ Ἀλλὰ τὰ μὴ προοπτόχθον ἐδούλω, ἀγγυρόφοι περ.

Reliqua expediamus. Hoc primum, quo acceſſit cura dolori meo, ſed hoc tamen, quidquid eſt, Præcianum cum iis rationibus, quas ille meas tractat, amiſſeri nolo. Scripſi ad Terentiam, ſcripſi etiam ad ipſum, me, quidquid poſſem nummorum, ad apparatus ſperati triumphi ad te redacturum. Iſta puto ²² ἀμεμπτα fore. Verum ut lubebit. Hanc quoque ſine

¹⁶ Ἐξ ὁδῶν] Parabilem.

¹⁷ Plus decrevit] Quis, cum mihi ſupplicationem non decreveret, tamen in ſententia ſua famiſſime laudibus ornavit; cum diceret, innocentiæ potius, & manuſervitiæ meæ, quam vi militum, aut benignitate deorum, provinciam eſſe ſervatam. Is autem fuit M. Cato: ut Fam. ep. 5. libi 15. Manuſ.

¹⁸ Quid] Injuriam Catonis in ſupplicatione non decernenda Caſar commemorat; laudes, quas mihi ſdem Cato ſua ſententia tribuit, diſſimulat. Idem.

¹⁹ Φυρδῆς.] Conſulatus, Philotimus.

²⁰ Lartidius] Id hoc ſenſu accipio, Ulyſſes, qui Lartides vel Lartides erat, uty-

tiſſimus & calliſſimus veterator eſt habiturus talent Philotium dicens poſſum, & Lartidium, hoc eſt, Ulyſſem vocare. Turneb. Advcrſ. 20. 16. Mongault non placet hæc interpretari, qui Lartidium putat famoſum olim fuiſſe, nobiſque incognitum furem. Nec vero Manuſius aliter.

²¹ Ἀλλὰ] Sed hæc quidem, quæ ante alia ſunt, mittentis, licet cum manere. Iliad. T. 65.

²² Ἀμεμπτα] Si ad te pecunia in triumpho apparatus redigeret, non erit quod factum meum Philotimus acceret, tantquam ei non confidentis, cum te, non quæſitis, illi præſeram, in pecunia triumphali, non domitica: ἀμεμπτα: cauſam accuſandi nullam. Manuſius.

scipe curam, quemadmodum²³ experiamur. Id & ostendisti quibusdam literis, ex Epiro, an Athenis datis? & in eo ego te adjuvabo.

²³ Quemadmodum experiamur] Jus nostrum persequamur, & quasi in jus Philotimum vocemus. *Corradus.*

CICERO ATTICO SAL.

II. BRUNDUSIUM venimus VII Kal. Decemb. usi tua felicitate navigandi: ita belle nobis flavit ab Epiro lenifimus¹ Onchesmites. Hunc² *σπονδαίου*, si cui voles³ *ῥητορῶν*, pro tuo vendito. Invaletudo tua me valde conturbat: significant enim tuæ literæ te profus laborare. Ego autem, cum sciam quam sis fortis, vehementius esse quiddam suspicor, quod te cogat cedere, & propmodum infringat: etsi alteram quartanam⁴ Pamphilus tuus mihi dixit decessisse, & alteram levio-rem accedere. Terentia vero, quæ quidem eodem tempore ad portam Brundusinam venit, quo ego in portum, mihiq; obvia in foro fuit, L. Pontium sibi in Trebulano dixisse narra-
bat, etiam eam decessisse. Quod si ita est, est quod maxime mehercule opto; idque spero tua prudentia & temperantia te consecutum. Venio ad epistolas tuas, quas ego sexcentas uno tempore accepi, aliam alia jucundiorē, quæ quidem erant tua manu. Nam Alexidis manum amabam, quod tam prope accedebat ad similitudinem tuæ literæ: non amabam, quod indicabat te non valere. Cujus quoniam mentio facta est, Tironem Patris agrum reliqui, adolescentem, ut nosti, (& adde si quid vis) probum: nihil vidi melius: itaque careo ægre. Quanquam videbatur se non graviter habere; tamen sum sollicitus,

¹ Onchesmites] Nomen veti, ab Onchesmo, Epiri porta, quem nominat Ptolemæus. *Mauro.*

² *σπονδαίου*] Genus carminis sic vocatum, quod in quinta regione spondeum haberet pro Dactylo. Hunc igitur imprudens, ut fit, cum edidisset Cicero, idque postea animadvertisset, joci occasionem accipiens. Tuum, inquit, esse dicitur, &c. *Malaspina.*

Legæ venditæ. En versum spondaicum rotundissimum, qui mihi dum scribo nec optanti nactus. Eum tu, si voles, cui lobe-
bit adolescentium studiosorum, qui eruditio-
nis causa te affectantur & colunt, jacta te
fecisse. *Gronovius.*

³ *ῥητορῶν*] Juniorum.
⁴ Pamphilus] Attici servus.

tus, maximamque spem habeo in M. Curii diligentia, de qua ad me scripsit Tiro, & multi nuntiarunt. Curius autem ipse sensit, quam tu velles se a me diligi; & eo sum admodum delectatus; & mehercule est, quam facile diligas, ⁵ *ἀπὸ χθονὸς* in homine urbanitas. Ejus testamentam⁶ deporto Romam, Ciceronum signis obsignatum, cohortisque Pratoris; ⁷ fecit palam te ex libella, me ex teruntio. In Actio⁸ Corcyræ Alexion me opipare muneratus est. Q. Ciceroni obfisti non potuit, quo minus⁹ Thyamim videret. Filiola tua te delectari lator, & probari tibi¹⁰ *φυσικῶν* esse, *τῶν πρὸς τὰ πικρὰ*. Etenim¹¹ si hæc non est, nulla potest homini esse ad hominem naturæ adjunctio; qua sublata, vitæ societas tollitur. Bene veniat, inquit Carneades, spurce: sed tamen pudentius, quam¹² Lucius noster, & Patron: qui cum omnia ad se referant, quidquam alterius causa fieri putent; & cum ea re bonum virum oportere esse dicant, ne malum habeat, non quo id natura rectum sit; non intelligant se de callido homine loqui, non de bono viro. Sed hæc, opinor, sunt in iis¹³ libris, quos tu laudando animos mihi addidisti. Redeo ad rem. Com-

Tom. VIII.

O o modo

⁵ *ἀπὸ χθονὸς*] Nativæ, vernaculæ.

⁶ *Deporto Romam*] Hæc est Manutii conjectura, quam recepit Lambinus. Nam alii, de *Tortorio*: in quo explicando, & scriptos & lectores misilice torquent. Agitur de Testamento, non sermo illo quidem, sed festivo ac ludico. Per cohortem prætoriam, Grævus intelligit comites & consubternales Ciceronis, qui cum in provinciam fuerant secuti. *Oliva.*

⁷ *Fecit palam*] Heredem. *Man.* Vide Turneb. *Advers.* 20. 16. & maxime Gronov. de Pec. Vet. II. 1.

⁸ *Corcyræ*] Actium non hic est promontorium Acarnaniæ, nec locus aut ager Corcyræ, ut docti vixi existimant, sed portus Corcyraeum, ad differentiam alacrius dictus *Actium Corcyræ*, ubi ædificum templi statibus relictus ab Alexione medico suo ci-
baribus laute & abundanter muneratus est. De portu Corcyræ & in eo mora sua scribit ad Tironem ep. 9. De Alexione medico suo infra lib. 15. ep. 1. & 2. *Popma.*

⁹ *Thyamim*] Flumen Theropria, ubi res tuas habes. Ep. 3. lib. 6. *Corrad.*
¹⁰ *φυσικῶν*] Naturalem amorem. *Itos* &

Amor, in filio. *Man.* & Lamb. habent *ἐπιφύσει φυσικῶν*, &c.

¹¹ *Si hæc non est*] Quæ huc faciunt, legi possunt lib. I. de *Offic.* cap. 4.

¹² *Bene veniat*] Finem hominis ultimum Carneades (*Fin.* II. 11.) esse ajebat *frisi principis naturalibus*, neque alio affectu optabat nisi sibi liberos; quam quo emulabat, bene ac feliciter venire plantas atque arbores, quas seribat. Id non immerito videtur Ciceroni homine indignum, *expere honestatis*, pudendum: minus tamen, quam quod sentiebant Lucius & Patron, ambo Epicuræi: qui cum omnia ad se referant, atque unam spectarent voluptatem, nullam prolis habere rationem poterant, nihilque liberum causa agere. Jam quod ait, *pudentius, quam Lucius & Patron*, non autem, pudentius, quam ii, qui Epicurum sequuntur; cavet ne Atticum offenderet, si gentem infamaret univervam. *Olivæna.*

¹³ *Lucius*] L. Torquatus, qui sententiam Epicuri tuetur lib. I. de *Fin.* *Man.*

¹⁴ *Libris*] De Republica, ubi de rebis hisce disputabat Lælius. *Corrad.*

modo expectabam epistolam, quam Philoxeno dedisses: scripseras enim in ea esse de sermone Pompei Neapolitano: eam mihi Patron Brundisii reddidit; Concyra, ut opinor, accepserat. Nihil potuit esse jucundius. Erat enim de Republica; de opinione, quam is vir haberet integritatis meae; de benevolentia, quam ostendit eo sermone, quem habuit de triumpho. Sed tamen hoc jucundissimum, quod intellexi te ad eum venisse, ut ejus animum erga me perspiceres: hoc mihi, inquam, accidit jucundissimum. De triumpho autem, nulla me cupiditas unquam tenuit ante Bibuli impudentissimas literas, quas amplissime supplicatio consecuta est: a quo si ea gesta sunt, quae scripsit, gauderem, & honori faverem. Nunc illum, qui pedem porta, quoad hostis cis Euphratem fuit, non extulerit, honore augeri; me, in cuius exercitu spes illius exercitus habuit, idem non assequi, dedecus est nostrum; nostrum, inquam, te conjungens. Itaque omnia experiri; & ut spero, assequar. Quod si tu valeres, jam mihi quaedam explorata essent: sed, ut spero, valebis.¹⁵ De raudusculo Numeriano multum te amo.¹⁶ Hortensius quid egerit, aveo scire; Cato quid agat: qui quidem in me turpiter fuit malevolus. Dedit integritatis, iustitiae, clementiae, fidei mihi testimonium, quod non querebam; quod postulabam, negavit. Itaque¹⁷ Caesar iis literis, quibus mihi gratulatur, & omnia pollicetur, quo modo exultat Catonis in me ingratisimi injuria? At hic idem Bibulo dierum xx. Ignosce mihi, non possum hac ferre, nec feram. Cupio ad omnes tuas epistolas; sed nihil necesse est. Jam enim te videbo. Illud tamen de Chryssippo; nam¹⁸ de altero illo minus sum admiratus, operario homine: sed tamen ne illo quidem quidquam improbius. Chryssippum vero, quem ego propter literularum nescio quid libenter vidi, in honore habui, discedere a¹⁹ puero, inscientem me? Mitto alia quae audio multa: mitto furta: fugam non fero,

¹⁵ De raudusculo Numeriano] Quod parvam pecuniam, mihi a Numerio debitam, exegit. Sic locus est ep. 8. lib. 4. & 8. lib. 6. libent.

¹⁶ Hortensius] Filius, quid egerit nimis

rum de auctione. ep. seq. Covard.

¹⁷ Caesar] Vide supra, ep. 1.

¹⁸ De altero illo] Forasse Philargyro.

Ep. 11. lib. 5. Covard.

¹⁹ Puero] Ciceroe filio.

fero, qua mihi nihil visum est sceleratius. Itaque usurpavi vetus illud Drusi, ut ferunt, Praetoris in eo, qui eadem liber²⁰ non juraret; me istos²¹ liberos non addixisse; praesertim cum adesset nemo, a quo recte²² vindicaretur. Id tu, ut videbitur, ita accipies: ego tibi assentiar. Uni tua discretissime epistola non rescripti, in qua est de periculis Reipublicae. Quid referberem? valde eram perturbatus. Sed, ut nihil magnopere metuam, Parthi faciunt, qui repente Bibulum²⁴ semivivum reliquerunt.

²⁰ Non juraret] Solebant domini, quibus servos manumittebant, quosdam eorum operas sibi recipere; ad quos peccandos eos jurando adhibebant. Ulpianus libro 28. ad Sabinum, et jurisconsulti obligatio contabatur, liberum esse operas qui jurat, & libertatis causa jurare: & paulo post, Jurare autem debet post manumissionem, ut obligetur; & sine servum, sine post tempus juraverit, obligatur. Jurare autem debet operas, domum, manus se praestantibus, operas qualiscunque, quae modo probe iure libere impenduntur. Et Paulus lib. 7. ad Plautium, Servum retinere ita manumissum, si juraverit se Coraeto filio meo de rem operarum daturum, liber est: quaevis quid iure sit, & sciendum est jurando servum conditionem implere, sed non reari operarum nomine: quia, nisi post manumissionem jurat, non obligatur. Drusus ergo praetor dicebat se eos non manumississe, qui libertate

donati non jurarent se easdem operas praestituros patronis, quae tunc adhuc servi praestare consueverunt. Dufur.

²¹ Liberos non addixisse] Liberos non pronuntiavit. Et verbo praetoris est usus, quia Praetor erat Drusius. Covard.

²² Vindicaretur] In libertatem: quod praetor ipsum alios quoque adesse oporteret, qui vindicaret. Adierant enim coram praetore dominus, servus, vindex, tellus, scriba: neque haec his iura erat adhibita libertorum in hoc genere manumissionis. Maffius.

²³ Parthi faciunt] Sic explano. Parthi, a quibus maxime timebamus, cum repente discederent, faciunt, ut nihil mihi jam uti magnopere timebam putem; cum videam fore ea, quae magnopere timebantur, quandoque ad nihilum recidere. Idem.

²⁴ Semivivum] Metu examinatum. Idem.

CICERO ATTICO SAL.

III. ANTE diem VIII. Id. Decembr. Herculanium veni, & ibi tuas literas legi, quas Philotimus mihi reddidit: e quibus hanc primo aspectu voluptatem cepi, quod erant a te ipso scriptae: deinde earum accuratissima diligentia sum mirum in modum delectatus. Ac primum illud, in quo te¹ Dicaercho assentiri negas, et si cupidissime expetitur a me sit, & approbante te, ne diutius anno in provincia essem,

O o 2 sem,

¹ Dicaercho assentiri] Non quod Dicaerchus nominatim provinciarum administratio, sed quod iure transiret ad, laudaret: ergo & provinciarum administratio-

nem. Atticus contra, ut qui Ciceroni auditor esset discretior, cum primum ei perfunctus consulit liceret. Maffius.

sem, tamen non est nostra contentione perfectum. Sic enim scito, verbum in Senatu factum esse nunquam de ullo nostrum, qui provincias obtinimus, quo in his diutius, quam ex se-patus-consulto, maneremus: ut jam ne istius quidem rei cul-pam sustineam, quod minus diu fuerim in provincia, quam fortasse fuerit utile. Sed, ² quid si ³ hoc melius? saepe oppor-tune dici videtur, ut in hoc ipso. Sive enim ad concordiam res adduci potest, sive ad bonorum victoriam; utriusvis rei me aut adiutorem velim esse, aut certe non expertem. Sin vincuntur boni; ubicunque essem, una cum iis victus essem. Quare celeritas nostri reditus ⁴ *ἀνεπιμένειν* debet esse. Quod si ista nobis cogitatio de triumpho injecta non esset, quam tu quoque approbas, nã tu ⁵ haud multum requireres illum vi-rum, qui in sexto libro informatus est. Quid enim tibi fa-riam, qui illos libros devorasti? quin nunc ipsum non dubi-tabo rem tantam abjicere, si id erit rectius. Utrumque vero simul agi non potest, & de triumpho ambitiose, & de Re-publica libere. Sed ne dubitaris, quin, quod honestius, id mihi futurum sit antiquius. Nam quod putas utilius esse, vel mihi quod tutius sit, vel etiam ut Reipublicæ prodesse pos-sim, me esse cum imperio; id coram considerabimus quale sit. Habet enim res deliberationem; etsi ex parte magna tibi as-sentio. De animo autem meo erga Rempublicam bene facis quod non dubitas; & illud probe judicas, nequaquam fatis pro meis officiis, pro ipsius in alios effusione ⁶ illum in me libe-ralem fuisse: ejusque rei causam vere explicas; & eis, qua de ⁷ Fabio, Caninioque acta scribis, valde consentiunt: qua si secus essent, totumque se ille in me profudisset; tamen il-la, quam scribis, ⁸ custos urbis me præclaræ inscriptionis me-morem esse cogeret; nec mihi concederet, ut imitaret Volca-tium,

² Quid si? Ordo est: Sape opportune di-ci videtur, sive usurpatur hoc proverbium, Quid si hoc melius? & videtur in hoc meo negotio valere.

³ Hoc melius? Quod decesserim. Man.

⁴ *ἀνεπιμένειν*? Non ponenda.

⁵ Haud multum requireres? Dixeris me illum ipsum, quem in VI. lib. de Republi-ca informavi. Agerem enim, & libere di-

cerem, que de Republ. sententem. *Maenius*.

⁶ *Illam*? Cæsarum. *Idem*.

⁷ Fabio, *Caninioque*? Fabio Gallo, Ca-ninio Rebio, utroque Cæsaris legato. *Id.*

⁸ *Custos urbis*? Mineræ statua, quam in exilium proficiscens, in templo Jovis Ca-pitolini posuit, cum hac inscriptione, CU-STOS URBS. Ep. 33. *Idem*.

tium, aut Servium, ⁹ quibus tu es contentus; sed aliquid nos velleret nobis dignum & sentire, & defendere: quod quidem a-gerem, si liceret alio modo ac nunc agendum est. De sua po-tentia dimicant homines hoc tempore periculo civitatis. Nam si Reipublica defenditur; cur ea Consule isto ipso defensa non est? cur ego, in cujus causa Reipublicæ salus consistebat, de-fensus postero anno non sum? cur imperium illi, aut cur il-lo modo prorogatum est? cur tantopere pugnatum est, ut de ejus absentis ratione habenda decem Tribuni plebis ferrent? His ille rebus ita convaluit, ut nunc in uno civi ¹⁰ res ad re-sistendum sit: qui mallem tantas ei vires non dedisset, quam nunc tam valenti resisteret. Sed quoniam res eo deducta est, non queram, ut scribis, ¹¹ *ἢ ἔτι σκαθὸν τὸ πρὶ Ἀτρεΐδων*; mihi *σκαθὸν* unum erit, quod a Pompejo gubernabitur: illud ipsum. Quod ais, Quid fiet, cum erit dictum, *Dic M. Tul-li*? ¹² *συντομα*: Cn. Pompejo assentior. Ipsum tamen Pompe-jum separatim ad concordiam hortabor. Sic enim sentio; ma-ximo in periculo rem esse. Vos scilicet plura, qui in urbe es-tis. Veruntamen hoc video, cum homine audacissimo, para-tissimoque negotium esse; omnes damnatos, omnes ignominia affectos, omnes damnatione, ignominiaque dignos illac face-re, omnem fere juventutem, omnem illam urbanam ac per-ditam plebem, Tribunos valentes, addito C. Cassio, omnes, qui ære alieno premantur; quos plures esse intelligo, quam putaram. Causam solum illa causa non habet; cæteris rebus abundat. Hic omnia facere ¹³ omnes, ne armis decernatur; quorum exitus semper incerti, nunc vero in alteram partem magis timendi. Bibulus de provincia ¹⁴ decessit, Vejentonem præ-

⁹ *Quibus*? Volcatius Tullus, & Ser. Sul-picius, homines consulares, qui se neutram in partem valde iudabant. *Idem*.

¹⁰ *Res*? Res hic significat facultatem, o-pes ad resistendum in uno civi Pompejo, qui solus resistere poterat Cæsari. *Populus*.

¹¹ *ἢ ἔτι σκαθὸν*? Ubi *νεογιγνὸν Ἀτρεΐδων*?

Hoc est, non queram, ubi tutius esse pos-sim, ut in Achivorum clado turissimæ navis Agamemnonis & Menelai Atreidarum.

¹² *συντομα*? *Paulis* verbis. Respondebo

consuli roganti, Assentior Pompejo.

¹³ *Omnes*? Supplicii oportere, debent.

¹⁴ *Decessit*... *In decedendo*? Videtur loqui repugnanti; sive, *Decedere*, utrobique idem significet. Quod secus est: valet enim mo-do, de provincia discedere, admittendi

potestate terminata: modo ex provincia ad urbem proficisci. Prior significatio patet in

his verbis: *Bibulus de provincia decessit*; pos-terior in iis: *In decedendo erit tardior*. Ma-nutius.

præfeci. In decedendo erit, ut audio, tardior: quem cum
 15 ornavit Cato, declaravit iis se solis 16 non invidere, qui-
 bus nihil, aut non multum ad dignitatem posset accedere.
 Nunc venio ad privata: fere enim respondi tuis literis de Re-
 publica, & iis, quas in suburbano, & iis, quas postea scri-
 psisti: ad privata venio. Unum etiam de Cælio. Tantum ab-
 est ut meam ille sententiam moveat, ut valde ego ipsi, quod
 17 de sua sententia decesserit, poenitendum putem. Sed quid
 est, 18 quod ei vici Luceji sint additi? hoc te prætermis-
 se miror. De Philotino faciam equidem, ut mones. Sed e-
 go mihi ab illo hoc tempore non rationes expectabam, quas
 tibi edidit; verum id reliquum, quod ipse in Tusculano me
 referre in commentarium mea manu voluit, quodque idem
 in Asia mihi sua manu scriptum dedit. Id si præstaret,
 quantum mihi æris alieni esse ibi edidit, tantum, & plus
 etiam ipse mihi deberet. Sed in hoc genere, si modo per
 Rempublicam licebit, non accusabimur posthac: neque hercu-
 le antea negligentes fuimus, sed amicorum multitudine occu-
 pati. Ergo utemur, ut polliceris, & opera & consilio tuo:
 nec tibi erimus, ut spero, in eo molesti. De 19 serperastris
 cohortis meæ, nihil est quod doleas: ipsi enim se collegerunt
 20 admiratione integritatis meæ. Sed me moverat nemo magis,
 quam is, quem tu 21 neminem putas. Idem & initio fuerat,
 & nunc est egregius. Sed in ipsa decessione significavit, spera-
 se se aliquid; & id, quod 22 animum induxerat paulisper, non
 tenuit:

15 Ornavit] Supplicationes ei decernens, quas idem mihi ante negaverat. Idem.

16 Non invidere] Negationem delecti Malasp. Lamb. Boliuz: retinet cæteri.

17 De sua sententia] Quod, ob amicitiam Curionis, & edictum Appii, a rep. descenderit. Fam. ep. 121 lib. 8. Mæg.

18 Quod ei vici] Veteres libri, partem E-vici Luceji, partim: Et vici Luceji: qui verior, ne certior sit scriptura, ut Et, Cælio intelligendum sit, cui vici Luceji, Prætoris imperio additi, æris alieni, aut alterius rei causa, hoc est, adjudicati fuerint. Tam negativæ rei historiam querere, stultum est. Malaspina. Nisi magis placeat legere, sicut etiam Luceji sint additi. Cæteræ hoc il-

lud est, unde expeditum Cælium cupiebat videre, lib. 6. ep. 1. Corrad. 11.

19 Serperastris] Serperastræ, proprie sunt adminicula, quæ cruribus puerorum primum ambulantium alligantur, ne si vari, aut comperies fiant. Hoc autem nomine Cicero licet notat præfectos cohortis sue, hoc est, Legatos, Quæstores, Tribunos, & alios quos locum duxerat, quorumque opera in coercendo exercitu, & regenda provincia utebatur. Boliuz.

20 Admiratione] Quia velim, quod ad vaticinium mihi ex æratio datum est, id æratio restituere magis ex parte. Ep. 1.

21 Neminem] Minime omnium. Man. 22 Animum] Fortasse, in animum.

tenuit: sed cito ad se rediit; meisque honorificentissimis erga
 se officiis victus, pluris ea duxit, quam omnem pecuniam. E-
 go a Curio tabulas accepi, quas mecum porto. Hortensii 23
 legata cognovi. Nunc aveo scire quid hominis sit, & quarum
 rerum auctorem instituat. Nescio enim cur, cum portam Flum-
 entanam Cælius occupavit, ego Puteolos non 24 meos fac-
 iam. Venio ad Pirææ, in quo magis reprehendendum sum,
 quod homo Romanus 25 Pirææ scripserim, non Piræum, (sic
 enim omnes nostri locuti sunt) quam quod in addiderim. Non
 enim hoc ut oppido præposui, sed ut loco: & tamen Diony-
 sius noster, &, qui est nobiscum, Nicias Cous non rebatur oppi-
 dum esse Pirææ. Sed de re videro. Nostrium quidem si est
 peccatum, in eo est, quod, non ut de oppido, locutus sum,
 sed ut de loco; secutusque sum, non dico Cæcilium, *Mane ut
 ex Portu in Piræum*; (malus enim auctor latinitatis est) sed
 Terentium, *cujus fabellæ propter elegantiam sermonis puta-
 bantur a C. Lælio scribi, Heri aliquor adolescentuli comus in
 Piræum*; & idem, *Mercator hoc addebat, capiam e Sinio*. Quod
 si *diuus* oppida volumus esse; tam est oppidum Sinium, quam
 Piræum. Sed, quoniam grammaticus es, si hoc mihi 26 *Cym-
 us* persolveris, magna me molestia liberaris. 27 Ille mihi li-
 teras blandas mittit: facit idem pro eo Balbus: mihi certum
 est, ab honestissima sententia digium nusquam: sed scis illi re-
 liquum quantum sit. Putasne igitur verendum esse, ne aut ob-
 jiciat id nobis aliquis, si 28 languidius; aut repetat, si fortius?
 Quid ad hæc reperis? Solvamus, inquis. Age, a 29 Cælio mu-
 tuabimur. Hoc tu ramen consideres velim. Puto enim, in Se-
 natu si quando præclare pro Republica dixerò, 30 Terestium i-
 stum

23 Legata] Quæ heres debebat restamen-
 to patriæ, item.

24 Meos faciam] Ego quasi Romanus.

Cum M. Cælius Puteolanus portam Flumen-
 tantam Romæ suam fecerit. De hac re
 scio quid negotii postea cum Hortensio ha-
 buit, ep. 5. lib. 12. Corrad.

25 Pirææ] Scribens ita: In Pirææ com-
 enisim. Ep. 9. lib. VI. ut Plato in princi-
 pio lib. 1. de Republica: *Korinthos 25 Sic ut
 Piræa. Corrad.* Vide Sanctii. Minervam

lib. 4. de Ellio.

26 Cymus] Quæstio, quæ sequitur.

27 Ille] Cælius, cui kis quantum ad huc
 pecunie debeam.

28 Languidius] Si languidius de Repu-
 blica fensero: Facis hoc, dicit aliquis, quia
 numerus Cæsari debes; sin fortiter, statim
 solvendum erit. Manutius.

29 Cælio] Trapezenta, de quo l. 12. l. 1.

30 Terestium] Balbum, cui patria Tar-
 restus in conventu Gaditano. Plin. V. 22.

stum tuum mihi exeunti, iube fodes nummos³¹ curare. Quid superest? etiam. Gener est suavis mihi, Tulliae, Terentiae: quantumvis vel ingenii, vel humanitatis; ³² satis. Reliqua, quae nosti, ferenda. Scis enim, quos aperuerimus: qui omnes, praeter eum, de quo per te egimus, ³³ rem me facere reentur. Iphis enim expensum nemo ferret. Sed haec coram; nam multi sermonis sunt. Tironis reficiendi spes est in M. Curio: cui ego scripsi, tibi eum gratissimum facturum. Dat. v. Id. Decemb. ³⁴ a Pontio ex Trebulano.

³¹ Curare] Curari. Muretus.

³² Satis] In eo est quantumvis vel ingenii, vel humanitatis: nam vox, satis, frequentiam sumenda est: significat enim, abunde est. *Bohler*.

³³ Rem me facere reentur] Sensus est: Tu scis quos aperuerimus, id est, quales esse quosdam deprehenderimus, detecta eorum inopia; qui omnes tamen, uno tantum excepto, exultarent me rei meae optime tunc consultum voluisse, quod cogitarem de Tullia ipsis nuptui danda. Ita enim se divites esse praedicabant, ut nemo sibi expensum ferret, id est, tabulas proferre posset expensae, & creditae sibi pecuniae. Negabant enim se ulli quicquam debere. Verum haec

verba, *ipsis enim meo expensum ferret*, in contrarium sensum Cicero joculariter detorsit, cum indicare vellet omnes ita de his male exultasse, ut nemo eis quicquam credere, & expensum ferre voluerit. Quis enim noscat eos non esse solvendo, *Bohler*. Malebat *Girardus*, rem me facere reentur. Hoc sensu: Irati, quod eos a Tulliae conjugio rejecerim, diem mihi dicere cogitant: scilicet, ut multis dicebatur reverentibus e provincia. Stare ea sententia non potest, quoniam, ut monuit jam pridem *Manurius*, veri cogitare non est, sed opinari. *Bohler* sequitur *Mongault* nosser. *Olivetus*.

³⁴ A Pontio] Apud Pontium scripta, in Trebulano. ep. 3. lib. 5. *Manur.*

CICERO ATTICO SAL.

IV. **D**IONYSIUM, flagrantem desiderio tui, misi ad te, nec mehercule aequo animo; sed fuit concedendum: quem quidem cognovi cum doctum, quod mihi jam ante erat notum, tum sanctum, plenum officii, studiosum etiam meae laudis, frugi hominem, ac, ne libertinum laudare videar, plane virum bonum. Pompejum vidi IV. Id. Decembres: fuimus una horas duas fortasse. Magna laetitia mihi visus est affici meo adventu: de triumpho hortari, suscipere partes suas; monere, ne ante in Senatum accederem, quam rem confecissem; ne dicendis sententiis aliquem Tribunum alienarem. Quid quæris? in hoc officio sermonis nihil potuit esse

¹ Suscipere partes suas] Polliceri se pro sua parte adiuturum. *Manurius*.

esse prolixius. De Republica autem ita mecum locutus est, quasi non dubium bellum haberemus. Nihil ad spem concordiae: plane ² illum ab se alienatum, cum ante intelligeret, tum vero proxime judicasse: ³ venisse Hirtium a Caesare, qui esset illi familiarissimus; ad se non accessisse: &, cum ille a. d. VIII Idus Decemb. vesperi venisset, Balbus de tota re constituisset a. d. VII. ad Scipionem ante lucem venire; multa de nocte eum profectum esse ad Caesarem. Hoc illi ⁴ *τῆς ἡμέρας* videbatur esse alienationis. Quid multa? nihil me aliud consolatur, nisi quod illum, cui etiam inimici ⁵ alterum Consulatum, fortuna summam potentiam dederit, non arbitror fore tam amentem, ut haec in discrimen adducat. Quod si rueret coeperit, nae ego multa timeo, quae non audeo scribere. Sed, ut nunc est, a. d. III. Nonas Jan. ad urbem cogito.

² Illus] Caesarem. *Idem*.

³ Venisse] Romam.

⁴ *τῆς ἡμέρας*] Signum ejusmodi, ut da-

bitari non possit. *Manurius*.

⁵ *Alterum*] Ut alterum consulatum absens

petere possit. Ep. 3. *Idem*.

CICERO ATTICO SAL.

V. **M**ULTAS uno tempore accepi epistolas tuas, quae mihi, quanquam recentiora audiebam ex iis, qui ad me veniebant, tamen erant jucundae. Studium enim & benevolentiam declarabant. Invaletudine tua moveor: & Piliam in idem genus morbi delapsam, curam tibi afferre majorem sentio. Date igitur operam ut valeatis. De Tirone video tibi curae esse: quem quidem ego, etsi mirabiles utilitates mihi praebet, cum valet, in omni genere vel negotiorum, vel studiorum meorum, tamen propter humanitatem, & modestiam malo saluum, quam propter ulum meum. Philogenes mecum nihil unquam de Lucieno locutus est: de ceteris rebus habes Dionysium. Sororem tuam non venisse in Arcanum miror. De Chrysippo meum consilium probari tibi non moleste fero. Ego in Tusculanum nihil sane hoc tempore: devium est ¹ *τοῖς ἀπαιτητοῖς*, & habet alia *δύχρησα*. Sed de Form. VIII. P p mia.

¹ *τοῖς ἀπαιτητοῖς*] Obviam prodeuntibus. *Δύχρησα*, incommoda.

tranquilla. Tranquillissimus autem animus meus, qui totum istuc aequi boni facit; & eo magis, quod jam a multis audio constitutum esse Pompejo & ejus consilio, in Siciliam me mittere, quod imperium habeam. Id est ⁶ *Ἀποστρέφω*: nec enim Senatus decrevit, nec populus iussit, me imperium in Sicilia habere. Sin hoc Respublica ad Pompejum defert; qui me magis, quam privatum aliquem mittat? Itaque, si hoc imperium mihi molestum erit; utar⁷ ea porta, quam primum videro. Nam quod scribis, mirificam expectationem esse mei, neque tamen quemquam honorum, aut satis bonorum dubitare, quid senturus sim: ego, quos tu bonos esse dicas, non intelligo: ipse nullos novi; sed ita, si ordines bonorum quarimus. Nam singulares sunt boni viri. Verum in disensionibus ordines bonorum & genera querenda sunt. Senatum bonum putas, ⁸ per quem sine imperio provinciae sunt? nunquam enim Curio sustinisset, si cum eo ⁹ agi ceptum esset: quam sententiam Senatus sequi noluit: ex quo factum est, ut Caesari non succederetur. An Publicanos? qui nunquam firmi, sed nunc Caesari sunt amicissimi. An seneratores? an agricolae? quibus optatissimum est otium; nisi eos timere putas, ne sub regno sint, qui id nunquam, dum modo otiosi essent, recusarunt. Quid ergo? exercitum retinentis, cum legis dies transierit, rationem haberi placet? mihi vero ne absentis quidem. Sed, cum id datum est, ¹⁰ illud una datum est. Annorum enim decem imperium: & ita ¹¹ latum placet? placet igitur etiam me expulsum, & agrum Campanum perissem, & adoptatum patricium a plebejo, ¹² Gadi-

⁶ *Ἀποστρέφω*] Sultum.

⁷ *Ex porta*] Ego, ne mittar, statim, quae prima porta erit, ea in urbem ingrediar, abjecto imperio simul, & triumphandi consilio. *Manutius.*

⁸ *Per quem sine imperio*] Cum enim factum esset senatus-consultum ut succedentes in provincias mitterentur; C. Curio tribunus plebis Caesaris causam defendens intercessit: & cum de intercessione referretur, primaque M. Marcelli sententia pronuntiata esset, qui agendum cum tribunis plebis credebatur: frequens senatus discessit. Ergo senatus cul-

pa successores non missi: itaque sine imperio provincia, id est, sine magistratibus. Ep. 5. & 13. lib. VIII. Fam. *Idem.*

⁹ *Agri*] Quo modo agebatur cum tribunis plebis? fiebant in eos senatus-consulta acerba, nisi intercessionem remitterent. *Idem.*

¹⁰ *Illud*] Ut etiam retinentis exercitum ratio haberetur. *Corrad.*

¹¹ *Latum*] Lege Vatinia primum, deinde Pompeji, & Crassi iterum. *Coll. Idem.*

¹² *Gaditanum*] L. Cornelium Balbum a Theophrane Mitylenaeo. *Idem.*

tanum a Mitylenaeo: & Labieni divitiae, & Mamurræ placent, & Balbi horti, & Tusculanum. Sed horum omnium fons unus est: imbecillo resistendum fuit, & id erat facile. Nunc legiones XI, equitatus tantus, quantum volat; Transpadani, plebes urbana, tot Tribuni plebis, tam perditia juventus, tanta auctoritate dux, tanta audacia. Cum hoc aut depugnandum est, aut habenda ¹³ e lege ratio. Depugna, inquit, potius, quam servias: ut quid? si victus eris, proscribare? si viceris, tamen servias? Quid ergo, inquis, aclusus es? idem quod pecudes, quae dispuisae sui generis sequuntur greges. Ut bos armenta, sic ego bonos viros: aut eos, quicumque dicentur boni, sequar, etiam si ruent. Quid sit optimum, male contractis rebus, plane video. Nemini est enim exploratum, cum ad arma ventum est, quid futurum sit: at illud omnibus, si boni victi sunt, nec in caede principum clementiorem hunc fore, quam Cinna fuerit; nec moderatiorem, quam Sylla, in pecuniis locupletium. ¹⁴ *Ἐμωδότησιν* σοι jamdudum: & facerem diutius, nisi me lucerna desereret. Ad summam, *Dic, M. Tulli.* Assentior Cn. Pompejo, id est, T. Pomponio. ¹⁵ *Alexim*, humanissimum puerum, nisi forte, dum ego absum, adolefcens factus est, (id enim agere videbatur) salvere jubeas velim.

¹³ *E lege*] A decem tribunis lata. *Ratio*, publica. *Man.*
absentis, in petitione consulatus. *Man.* ¹⁵ *Alexim*] Servum Attico jucundum. *Vid.*
¹⁴ *Ἐμωδότησιν σοι*] Tecum ago de Re- de lib. V. epist. 20.

CICERO ATTICO SAL.

VIII. **Q**UID opus est de Dionysio tam valde affirmare? An mihi nutus tuus non faceret fidem? suspicionem autem eo mihi majorem tua taciturnitas attulerat, quod & tu soles conglutinare amicitias testimoniis tuis; & illum aliter cum aliis de nobis locutum audiebam. Sed proflus ita esse, ut scribis, mihi persuades: itaque ego is in illum sum, quem tu me esse vis. Diem tuum ego quoque ex epistola quadam tua, quam incipiente febricula scripseras, mihi notaveram;

veram; & animadverteram, posse, pro re nata, te non incommodè ad me in Albanum venire ¹¹¹ Nonas Jan. sed, amabq̄ te, nihil incommodo valerudinis feceris. Quid enim est tantum in uno, aut altero die? Dolabellam video Livie testamento cum duobus coheredibus esse in triente; sed juberi mutare nomen. Est ¹ πολιτικὸν στέμμα, rectumne sit nobili adulescenti mutare nomen mulieris testamento. Sed id ² φιλοσοφώτερον διεκκελήτομεν, cum sciemus, quantum quasi sit in trientis triente. Quod putasti fore, ut ante quam istuc venirem, Pompejum viderem; factum est ita: nam vi Kal. ad Lavernium me consecutus est. Una Formias venimus, & ab hora octava ad vesperum secreto collocuti sumus. Quod quæris, æqua spes pacificationis sit: quantum ex Pompeji multis & accurato sermone perspexi, ne voluntas quidem est. Sic enim existimat, si ille, vel dimisso exercitu, Consul factus sit, ³ τὴν γὰρ τῆς πολιτικῆς fore. Atque etiam putat eum, cum audierit contra se diligenter ⁴ parari, Consulatum hoc anno neglecturum, ac potius exercitum provinciamque retenturum. Sin autem ille fureret, vehementer hominem contemnebat; & suis, & Reipublicæ copiis confidebat. Quid quæris? et si mihi crebro ⁵ ζυγὸς ἐνυδῖος occurrebat; tamen levabar cura, virum fortem & peritum, & plurimum auctoritate valentem audiens πολιτικῶς de pacis simulatæ periculis disferentem. Habebamus autem in manibus Antonii concionem, habitam x Kal. Januâr. in qua erat accusatio Pompeji usque a toga pura, querela ⁶ de damnatis, terror armorum: in quibus ille, Quid censes, agebat, facturum esse ipsam, si in possessionem Reipublicæ venerit, cum hæc Quæstor ejus infirmus & inops audeat dicere? Quid multa? non modo non expetere pacem istam, sed etiam timere visus est. ⁷ Ex illa autem sententia,

¹ Πολιτικὸν στέμμα] Consideratio ad statum Reipublicæ pertinet.

² Φιλοσοφώτερον διεκκελήτομεν] Melius philosophorum more disjudicabimus.

³ Τὴν γὰρ τῆς πολιτικῆς] Conturbationem Reipublicæ.

⁴ Παρεῖ] Ut ejus ratio absentes ne habeatur. Manutius.

⁵ Ζυγὸς ἐνυδῖος] Mars communis.

⁶ De damnatis] & Pompeji ¹¹¹. Conf. præferim de ambitu. Corrad.

⁷ Ex illa] Locum esse mendosum agnoscunt omnes: quem sic emendabat Orellius.

Pantagathus, Mea autem sententia non testimonia nobis movet. Sæpè enim censuit Cicero in urbe atque in Italia me-

ira relinquendæ urbis movet hominem, ut puto. Mihi autem molestissimum est, quod solvendi sunt nummi Cæsari, & instrumentum triumphi eo conferendum. Est enim ⁸ ἀμοιβή, ἀντιπολιτευομένου χροσφιδέτω esse. Sed hæc, & multa alia coram.

endum: quod Pompejus non libenter audiebat. Hanc vero conjecturam non infemis tueri argumentis Malaspina, eamque in contextum Lambinus introduxit. Nos, qui- bus non est circa frontem æs triplex, Pantagathi factum pro Tulliano supponere nola-

mus: sed missis aliorum interpretum nugis quam plurimis, locum, ut est, corruptum exhibemus. Olinvius.

⁸ Ἀμοιβή] Non decet, ejus qui contrarie sit factionis, debitorem esse.

CICERO ATTICO SAL.

IX. QUOTIDIE-NE, inquis, a te accipiendæ literæ sunt? Si habeo cui dem, quotidie. At jam ipse ades. Tum igitur, cum venero, desinam. Unas video mihi a te non esse redditas; quas L. Quintius familiaris meus cum ferret, ¹ ad bustum Basili vulneratus & despoliatus est. Videbis igitur num quid fuerit in his, quod me scire opus sit: & simul tu hoc ² διεκκελήσεις πρόβλημα sane πολιτικόν: cum sit necesse, aut haberi Cæsaris rationem, illo exercitum vel per Senatum, vel per Tribunos plebis obtinente; aut persuaderi Cæsari, ut tradat provinciam atque exercitum, & ita Consul fiat; aut, si id non persuadeatur, haberi comitia sine illius ratione, illo patiente, atque obtinente provinciam; aut, si per Tribunos plebis non patiat, & tamen quiescat, rem adduci ad interregnum; aut, si ob eam causam, quod ratio ejus non habeatur, exercitum adducat, armis cum eo contendere; illum autem initium facere armorum, aut statim nobis minus paratis, aut tum, cum comitiis, amicis ejus postulantis, ut e lege ratio habeatur, impetratum non sit: ire autem ad arma, aut hanc unam ob causam, quod ratio non habeatur; aut addita causa, si forte Tribunus plebis Senatum impediens, aut populum incitans, notatus, aut Senatus-consulto circumscriptus, aut

¹ Ad bustum Basili] Alconius in vint. pro Milone: Vis Appia est prope urbem monumentum Basili (alias Basilli) qui locus latro-

cinis fuit perquam infamis.

² Διεκκελήσεις] Solvere questionem, quæ magnam requirit prudentiam.

aut sublatus, aut expulsus sit, dicenſve ſe expulſum? ad illum confugerit: ſuſcepto autem bello, aut tenenda ſit urbs, aut ea relicta, ille commeatu, & reliquis copiis intercludendus: quod horum malorum, quorum aliquod certe ſubeundum eſt, minimum putes. Dices proſecto, perſuaderi illi, ut tradat exercitum, & ita Conſul fiat. Eſt omnino id ejuſmodi, ut, ſi ille eo deſcendat, contra dici nihil poſſit: idque eum, ſi non obtinet ut ratio habeatur retinentis exercitum, non facere miror. Nobis autem, ut quidam putant, nihil eſt timendum magis, quam ille Conſul. At ſic malo, inques, quam cum exercitu. Certe. Sed iſtuc ipſum ſic, magnum malum puto aliquis: neque ei remedium eſt ullum. Cedendum eſt, ſi id volet. Vide conſulem illum iterum, quem vidisti conſulatu priore. At tum imbecillus plus, inquis, valuit, quam tota Reſpublica. Quid nunc putas? & eo conſule, Pompejo certum eſt eſſe in Hiſpania. O rem miſeram! ſi quidem id ipſum deterrimum eſt, quod recuſari non poſeſt; & quod ille ſi faciat, jam jam a bonis omnibus ſummam inear gratiam. Tollamus igitur hoc, quo illum poſſe adduci negant. De reliquis, quid eſt deterrimum? concedere illi, quod, ut idem dicit, impudentiſſime poſtulat. Nam quid impudentius? tenuiſti provinciam per decem annos, non tibi a Senatu, ſed a te ipſo per vim, & per factionem datos. Præterit tempus, non legis, ſed libidinis tuæ: fac tamen, legis. Ut ſuccedatur decernitur: impedis; & ais, Habe mei rationem. Habe tu noſtram. Exercitum habeas diutius, quam populus juſſit, invito Senatu? Depugnes oportet, niſi concedis. Cum bona quidem ſpe, ut ait idem, vel vincendi, vel in libertate moriendi. Jam ſi pugnandum eſt; quo tempore, in caſu; quo conſilio, in temporibus ſitum eſt. Itaque te in ea quaſtione non exerceo. Ad ea, quæ dixi, aſſer ſi quid habes. Equidem dies nocteſque torqueor.

CI-

3 Ad illum confugerit] Ad Caſarem, ut
lib. XVI. Fam. Corradus.

4 Certum eſt] Deliberatum eſt. Man.

5 Idem] Qui aſſerit Caſare conſule ſe
futurum in Hiſpania. Idem.

6 Idem] Pompejus qui tanquam optima-
tum princeps inducitur in hac ep. Idem.

CICERO ATTICO SAL.

X. **S**UBITO conſilium cepi, ut, ante quam luceret, exirem; ne qui conſpectus fieret, aut ſermo, liſtoribus præſertim¹ laureatis. De reliquo, neque hercule quid agam, nec quid acturus ſim, ſcio: ita ſum perturbatus temeritate noſtri amentiffimi² conſilii. Tibi vero quid ſuadeam, cujus ipſe conſilium expecto? Gnaus noſter quid conſilii ceperit, capiatque; neſcio, adhuc³ in oppidis coarctatus, & ſtupens. Omnes, ſi in Italia conſiſtat, erimus una: ſin cedet, conſilii res eſt. Adhuc certe, niſi ego inſanio, ſtulte omnia & incaute. Tu, quaſo, crebro ad me ſcribe, vel quod in buccam venerit.

¹ Laureatis] Ut triumphum exſpectantibus. Epit. 16. lib. II. Fam. Corrad.

² Conſilii] Urbis relinquende. Idem.
³ In oppidis] Campaniæ. Idem.

CICERO ATTICO SAL.

XI. **Q**UESO, quid hoc eſt? aut quid agitur? mihi enim tenebræ ſunt. ¹ Cingulum, inquis, nos tenemus. Anconem amiſimus. Labienus diſceſſit ab Caſare. Utrum de imperatore populi Romani, an de Annibale loquimur? o hominem amentem & miſerum, qui ne umbram quidem unquam² τὸν καλὸν viderit! atque hæc ait omnia facere ſe dignitatis cauſa: ubi eſt autem dignitas, niſi ubi honeſtas? Num honeſtum igitur, habere exercitum nullo publico conſilio? occupare urbes civium, quo facilius ſit aditus ad patriam? ³ χερσὶν ἀποκοπῆς, ⁴ πυγῶν καὶ ὀδῶν, ſexcenta alia ſcelera moliri, ⁵ τὸ θεῶν μεγίστην ἔχει τιμωρίαν? Sibi habeat ſuam fortunam. Unam mehercule tecum applicationem in illo⁶ Lucretino

Tom. VIII.

Q q

¹ Cingulum] Oppidum. Corrad.

² Τὸν καλὸν] Honeſti.

³ Χερσὶν ἀποκοπῆς] Tabulas novas. Dicuntur novæ, quod nomina aliter, & reſecta parte aliqua, in iſis ſcribantur, tanquam argenteum pro ære; hoc eſt 25. pro 100, ut

eſt apud Salluſt. Bell. Catil.

⁴ Πυγῶν] Exulum reſtitutiones.

⁵ Τὸν θεῶν] Ut tyrannide poſitur, que inter Deos eſt maxima. Euripides.

⁶ Tua ſole Lucretium] Horatius, Velas æmanum ſape Lucretium, &c.

tino tuo sole malim, quam omnia istiusmodi regna; vel potius mori millies, quam semel istiusmodi quidquam cogitare.
 7 Quid, si tu velis? inquis. Age quis est, cui velle non liceat? sed ego, hoc ipsum velle, miserius esse duco, quam in crucem tolli. Una res est ea miserior, adipisci quod ita volueris. Sed hæc hæcenus: libenter enim in his molestis
 8 *ἔσθ' ἄρα καὶ σὺ*. Redeamus ad nostrum. Per fortunas, quale tibi consilium Pompeji videtur? hoc quero, quod urbem reliquerit: ego enim *ἄρα οὐ*: tum nihil absurdus. Urbem tu relinquis? ergo idem, si Galli venirent. Non est, inquit, in parietibus Respublica. 11 At in aris & fociis. Fecit idem Themistocles. Fluctum enim totius barbariæ ferre urbs una non poterat. At idem Pericles non fecit, annum fere post quinquagesimum, cum præter moenia nihil teneret. Nostri olim, urbe reliqua 12 capta, arceam tamen retinuerunt.

13 *Ὅτιον πρὸ τῶν τριῶν ἐπιδοῦμεθα καὶ ἐὰν ἀδρῶν*.
 Rursus autem ex dolore municipali, sermonibusque eorum, quos convenio, videtur hoc consilium 14 exitum habiturum. Mira hominum querela est, (nescio istic: sed facies ut sciam) sine magistratibus urbem esse, sine Senatu. Fugiens denique Pompejus mirabiliter homines movet. Quid queris? alia causa facta est: nihil jam concedendum putant Cæsari. Hæc tu mihi explica qualia sint. Ego negotio præsum non turbulento. Vult enim me Pompejus esse, quem tota hæc Campana & maritima ora habeat 15 *ἑπισηροτον*, ad quem delectus, & summa negotii referatur. Itaque vagus esse cogitabam. Te puto jam videre, quæ sit 16 *ὄπη* Cæsaris, qui populus, qui totius

7 Quid, si tu velis?] Quasi dicat: si tyrannidem velis, quod volueris tamen non assequere, visneque fortasse, o Cicero, non vis. *Miserius.*
 8 *ἔσθ' ἄρα καὶ σὺ*] *Scholam tibi explicat* hoc est, Philosophorum more quasi per orium disputans tibi scribo.
 9 *Ad nostrum*] Pompejum. *Corrad.*
 10 *ἄρα οὐ*] Dubito.
 11 *At in aris*] Responso Ciceronis. *F. cit.* inquit Pompejus. *Fluctum* &c. Responso Ciceronis. *Lambin.*
 12 *Capta*] A Gallis, Liv. lib. V.

13 *Ὅτιον πρὸ τῶν τριῶν ἐπιδοῦμεθα καὶ ἐὰν ἀδρῶν*.] *Sic. verum, qui ante nec viderunt, ambulantur inder.* *Hiad.* II. 510.
 14 *Exitum habiturum*] Nunc pro Pompeji parte disputat, iudicatque ex dolore, sermonibusque municipalium hominum, qui Pompeji fugam æquo animo ferre non poterant, vehementerque Cæsari irati erant, Pompeji consilium, rationemque belli gerendi posse explicari, & non incommode concludi. *Vilherius.*
 15 *ἑπισηροτον*] Speculatorem, custodem. *Vide Fam.* VIII. 13. XVI. 11. & 13.
 16 *ὄπη*] Impetus.

totius negotii status: ea velim scribas ad me, & quidem, quoniam mutabilia sunt, quam sæpissime. Acquiesco enim & scribens ad te, & legens tua.

CICERO ATTICO SAL.

XII. UNAM adhuc a te epistolam acceperam, datam XI Kal. in qua significabatur, aliam te ante dedisse, quam non acceperam. Sed quæso, ut scribas quam sæpissime, non modo si quid scies, aut audieris; sed etiam si quid suspicabere; maximeque quid nobis faciendum, aut non faciendum putes. Nam quod rogas, curem ut scias, quid Pompejus agat; ne ipsum quidem scire puto; nostrum quidem nemo. Vidi Lentulum Cos. Formiis x Kal. vidi Libonem; plena timoris & erroris omnia. 2 Ille iter Larinum: ibi enim cohortes, & Luceria, & Theani, reliquaque in Apulia. Inde utrum consistere uspiam velit, an mare transire, nescitur. Si manet; vereor, ne exercitum firmum habere non possit. Sin discedit, quo, aut qua, aut quid nobis agendum sit, nescio. Nam 3 istum quidem, cujus *φαλαξισ μὲν* times, omnia tereterrime facturum puto. Nec eum 4 rerum prolatio, nec Senatus magistratuumque discessus, nec ararium clausum tardabit. Sed hæc, ut scribis, cito sciemus. Interim velim mihi ignoscas, quod ad te scribo tam multa toties. Acquiesco enim, & tuas volo elicere literas: maximeque consilium, quid agam, aut quo me pacto geram. Demittamne me penitus in causam? Non detereor periculo, sed dirumpor dolore. Tamne nullo consilio, aut tam contra meum consilium gesta esse omnia! An cuncter, & tergiverfer, & vis me dem, qui tenent, qui potius

Qq 2

1 Kal.] Peripetum est ex superioribus & sequentibus literis, & ex ipsa etiam historia. *F. cit.* scribendum. Nam ad urbem venerat Cicero, p. 11. Non. Jam ibique pauculos dies commoratus est, triumphum expectans. Verum, cum unctiatum esset Roma, Cæsarem cum exercitu advenare; & pro se quæsit, fugi si vellet, nesciret: Cicero, maxime Pompeji fugiente, eodem passus periculo, consilium statim cepit relinquenda
 2 *Ille*] Pompejus iter habebat.
 3 *Istum*] Cæsarem, cujus *φαλαξισ*, Phalaridis imitationem, &c.
 4 *Rerum prolatio*] Prolatio, rerum est cum sine proter hinc telum, sine propter ferias autumales aliaque, sine propter bella relique advertas iustitiam est.

tiuntur? ⁵ Ἀλλήλων ἰπείους; nec solum civis, sed etiam amici officio revocor. Etsi frangor sæpe misericordia ⁶ puerorum. Ut igitur ita perturbato, etsi te eadem sollicitant, scribe aliquid, & maxime, si Pompejus Italia cedit, quid nobis agendum putes. M. quidem Lepidus (nam fuimus una) eum finem statuit, L. Torquatus eundem. Me cum multa, tum etiam lictores impediunt. Nihil vidi unquam quod minus explicari posset. Itaque a te nihil dum certi exquiro, sed quid videatur. Denique ipsam ⁷ ἀπορίαν tuam cupio cognoscere. Labienum ab illo discessisse propemodum constat. Si ita factum esset, ut ille Romam veniens magistratum & Senatum Romæ offenderet, magno usui cause nostræ fuisset. Damnaſſe enim sceleris hominem amicam Reipublicæ causa videretur: quod nunc quoque videtur, sed minus prodest. Non enim habet, cui proſit: eumque arbitror poenitere: nisi forte id ipsum est falsum, discessisse illum. Nos quidem pro certo habebamus. Et velim, (quamquam, ut scribis, ⁸ domesticis te finibus tenes) formam mihi urbis exponas, eequod Pompeji desiderium, eequa Cæsaris invidia appareat; etiam quid censeas de Terentia & Tullia, Romæ eas esse, an mecum, an aliquo tuto loco. Et hæc, & si quid aliud, ad me scribas velim, vel potius scriptites.

⁵ Ἀλλήλων] Vide supra, II. 5.

⁶ Παιδῶν] Ciceronum.

⁷ Ἀπορία] Dubitationem.

⁸ Domesticis finibus] Rebus publicis te non admittes. *Manutius.*

CICERO ATTICO SAL.

XIII. **D**E Vennonianis rebus tibi assentior. Labienum ⁹ ἴσως iudico. Facinus jam diu nullum civile præclarior: qui, ut aliud nihil, hoc tamen profecit; dedit ¹⁰ illi dolorem. Sed etiam ad summam profectum aliquid puto. Amo etiam ¹¹ Pisonem: cujus iudicium de genero suspicor visum

¹ Vennonianis] C. Vennonii, de quo lib. VI. ep. 1. & 3. Res quædam privata.

² Illi] Cæsari, a quo discessit.

³ Pisonem] Qui cum ab urbe discesserit,

generum suum Cæsarem non expectans, quid de se iudicet, manifestum est. Hic est L. Calpurnius Piso, in quem exat Ciceronis oratio. *Manutius.*

visum iri grave. Quanquam genus belli quod sit, vides. Ita civile est, ut non ex civium dissensione, sed ex unius peritici civis audacia natum sit. Is autem valet exercitu; tenet multos spe & promissis; omnia omnium concupivit. Huic tradita urbs est, nuda præsidio, referta copiis. Quid est, quod ab eo non metnas, qui illa templa, & testa non patriam, sed prædam putet? quid autem sit acturus, aut quo modo, nescio, sine Senatu, sine magistratu. Ne simulare quidem poterit quicquam ⁴ τολμηρός. Nos autem ubi exurgere poterimus? aut quando? quorum dux quam ⁵ ἀσπαίγγυτο, tu quoque animadvertis; cui ne Picena quidem nota fuerint. Quam autem sine consilio, res testis. Ut enim alia omittam ⁶ decem annorum peccata, quæ conditio non huic fugæ præstitit? nec vero nunc quid cogitet, scio: ac non desino per literas sciscitari. Nihil esse timidius constat, nihil perturbatius. Itaque nec præsidium, cujus parandi causa ad urbem retentus est, nec locum ac sedem præsidii ullam video. Spes omnis in duabus ⁷ invidiose retentis pene ⁸ alienis legionibus. Nam delectus adhuc quidem invitorem est, & a pugnando abhorrentium. Conditionum autem amissum tempus est. Quid futurum sit, non video. Commissum quidem a nobis certe est, sive a nostro duce, ut, e portu sine gubernaculis egressi, tempeſtati nos traderemus. Itaque de Ciceronibus nostris dubito quid agam: nam mihi interdum a mandandi videntur in Græciam. De Tullia autem & Terentia, cum mihi barbarorum adventus ad urbem proponitur, omnia timeo: cum autem ⁹ Dolabellæ venit in mentem; paulum respiro. Sed velim confideres quid faciendum putes: primum ¹⁰ πρὸς τὸ ἀσφαλές: (aliter enim mihi de illis ac de

⁴ Τολμηρός] Quod sit e Republica.

⁵ Ἀσπαίγγυτο] Minimus dux: imperatoria artis ignarus: qui nescierit Picenam esse quasi aggerem urbi veniente.

⁶ Decem annorum] Tot enim anni a consulatu Cæsaris ad hoc tempus numerantur. Et, Cæsare consule, Pompejus se cum eo assinitate conjunxit, Julia uxore ducta.

Inde eum per decem annos alius: auxit, armavit. *Manutius.*

⁷ Invidiose] Quia Pompejus simulatione Partici belli a Cæsare abductas reinventat. Quod factum magna in infamia fuit. Vide Cæs. lib. I. de bello Civ. Idem.

⁸ Alienis] Quod adversus imperatorem suum inviz ducerentur. Idem.

⁹ Dolabella] Generi mei, qui apud Cæsarem est: per quem videtur mulieres tuto in urbe esse posse. Idem.

¹⁰ πρὸς τὸ ἀσφαλές] Ad securitatem.

¹ Invidiose] Quia Pompejus simulatione Partici belli a Cæsare abductas reinventat. Quod factum magna in infamia fuit. Vide Cæs. lib. I. de bello Civ. Idem.

² Alienis] Quod adversus imperatorem suum inviz ducerentur. Idem.

³ Dolabella] Generi mei, qui apud Cæsarem est: per quem videtur mulieres tuto in urbe esse posse. Idem.

⁴ πρὸς τὸ ἀσφαλές] Ad securitatem.

de me ipso consulendum est) deinde ad opiniones, ne reprehendatur, quod eas Romæ velimus esse in communi bonorum fuga. Quin etiam tibi & Peduceo, (scripsit enim ad me) quid faciatis videndum est. Is enim splendor est vestrum, ut eadem postulentur a vobis, quæ ab amplissimis civibus. Sed de hoc tu videbis, quippe cum de me ipso, ac de meis te considerare velim. Reliquum est ut & quid agatur, quoad poteris, explores, scribasque ad me, & quid i ple conjectura assequare: quod etiam a te magis expecto. Nam acta omnibus nuntiantibus, a te expecto futura. ¹¹ *Martyris* d' ¹² *Loquacitati* ignoscet, quæ & me levat ad te quidem scribentem, & elicit tuas literas. ¹³ *Ænigma* Oppiorum ex Velia plane non intellexi: est enim ¹⁴ numero Platonis obscurius. ¹⁵ Jam intellexi tuum Oppio enim de Velia ¹⁶ succones dicis: in eo astuavi diu: quo aperto reliqua patebant, & cum Terentia summa congruebant. ¹⁷ L. Cæsarem vidi Minturnis a. d. viii Kal. Febr. mane, cum absurdissimis mandatis, non hominem, sed scopas solutas: ut id ipsum mihi ille videatur irridendi causa fecisse, qui tantis de rebus huic mandata dederit; nisi forte non dedit, & hic sermone aliquo arrepto pro ¹⁸ mandatis abusus est. Labienus, vir mea sententia magnus, Theanum venit a. d. ix. Kal. ibi Pompejum, Consulisque convenit. Qui sermo fuerit, & quid actum sit, scribam ad te, cum certum sciam. Pompejus a Theano Latinum versus profectus est a. d. viii Kal. eod. die mansit.

¹¹ *Martyris* d' ¹² *Loquacitati* ignoscet, quæ & me levat ad te quidem scribentem, & elicit tuas literas. ¹³ *Ænigma* Oppiorum ex Velia plane non intellexi: est enim ¹⁴ numero Platonis obscurius. ¹⁵ Jam intellexi tuum Oppio enim de Velia ¹⁶ succones dicis: in eo astuavi diu: quo aperto reliqua patebant, & cum Terentia summa congruebant. ¹⁷ L. Cæsarem vidi Minturnis a. d. viii Kal. Febr. mane, cum absurdissimis mandatis, non hominem, sed scopas solutas: ut id ipsum mihi ille videatur irridendi causa fecisse, qui tantis de rebus huic mandata dederit; nisi forte non dedit, & hic sermone aliquo arrepto pro ¹⁸ mandatis abusus est. Labienus, vir mea sententia magnus, Theanum venit a. d. ix. Kal. ibi Pompejum, Consulisque convenit. Qui sermo fuerit, & quid actum sit, scribam ad te, cum certum sciam. Pompejus a Theano Latinum versus profectus est a. d. viii Kal. eod. die mansit.

¹¹ *Martyris* d' ¹² *Loquacitati* ignoscet, quæ & me levat ad te quidem scribentem, & elicit tuas literas. ¹³ *Ænigma* Oppiorum ex Velia plane non intellexi: est enim ¹⁴ numero Platonis obscurius. ¹⁵ Jam intellexi tuum Oppio enim de Velia ¹⁶ succones dicis: in eo astuavi diu: quo aperto reliqua patebant, & cum Terentia summa congruebant. ¹⁷ L. Cæsarem vidi Minturnis a. d. viii Kal. Febr. mane, cum absurdissimis mandatis, non hominem, sed scopas solutas: ut id ipsum mihi ille videatur irridendi causa fecisse, qui tantis de rebus huic mandata dederit; nisi forte non dedit, & hic sermone aliquo arrepto pro ¹⁸ mandatis abusus est. Labienus, vir mea sententia magnus, Theanum venit a. d. ix. Kal. ibi Pompejum, Consulisque convenit. Qui sermo fuerit, & quid actum sit, scribam ad te, cum certum sciam. Pompejus a Theano Latinum versus profectus est a. d. viii Kal. eod. die mansit.

¹¹ *Martyris* d' ¹² *Loquacitati* ignoscet, quæ & me levat ad te quidem scribentem, & elicit tuas literas. ¹³ *Ænigma* Oppiorum ex Velia plane non intellexi: est enim ¹⁴ numero Platonis obscurius. ¹⁵ Jam intellexi tuum Oppio enim de Velia ¹⁶ succones dicis: in eo astuavi diu: quo aperto reliqua patebant, & cum Terentia summa congruebant. ¹⁷ L. Cæsarem vidi Minturnis a. d. viii Kal. Febr. mane, cum absurdissimis mandatis, non hominem, sed scopas solutas: ut id ipsum mihi ille videatur irridendi causa fecisse, qui tantis de rebus huic mandata dederit; nisi forte non dedit, & hic sermone aliquo arrepto pro ¹⁸ mandatis abusus est. Labienus, vir mea sententia magnus, Theanum venit a. d. ix. Kal. ibi Pompejum, Consulisque convenit. Qui sermo fuerit, & quid actum sit, scribam ad te, cum certum sciam. Pompejus a Theano Latinum versus profectus est a. d. viii Kal. eod. die mansit.

¹¹ *Martyris* d' ¹² *Loquacitati* ignoscet, quæ & me levat ad te quidem scribentem, & elicit tuas literas. ¹³ *Ænigma* Oppiorum ex Velia plane non intellexi: est enim ¹⁴ numero Platonis obscurius. ¹⁵ Jam intellexi tuum Oppio enim de Velia ¹⁶ succones dicis: in eo astuavi diu: quo aperto reliqua patebant, & cum Terentia summa congruebant. ¹⁷ L. Cæsarem vidi Minturnis a. d. viii Kal. Febr. mane, cum absurdissimis mandatis, non hominem, sed scopas solutas: ut id ipsum mihi ille videatur irridendi causa fecisse, qui tantis de rebus huic mandata dederit; nisi forte non dedit, & hic sermone aliquo arrepto pro ¹⁸ mandatis abusus est. Labienus, vir mea sententia magnus, Theanum venit a. d. ix. Kal. ibi Pompejum, Consulisque convenit. Qui sermo fuerit, & quid actum sit, scribam ad te, cum certum sciam. Pompejus a Theano Latinum versus profectus est a. d. viii Kal. eod. die mansit.

videnda. Hic ænigma intelligit, supra interpretari nescit, hic dicit, supra scribit. *Corradus*.

¹⁵ *Succones*] Filium vocabulum, inquit Bostius, ut Latine exprimeret illud alterum *Oppio*, quod Atticus ¹⁶ *et*, id est, a succo formatur. *Corradus* vero *succones* legitur, & quia feneratoris erant *Oppio*, nuntios exornavit, a sacis qui sunt nuntiorum receptacula. Alii *Succones* malunt, alii *Succones*. O te sapientem, *Peter* *Victori*, qui nolueris in eo stare. *Dirvanus*.

¹⁶ *L. Cæsarem*] Cujus pater *Cæsaris* erat legatus. *Corradus*.

¹⁷ *Minturnis*] His, que sunt apud *Cæsarem* lib. L. de Bello Civili, & *Ann.* XVI. 10.

mansit Venasti. Aliquantum animi videtur nobis attulisse Labienus: sed ego nondum habeo, quid ad te ex his locis scribam. Ista magis expecto; quid ¹⁸ illinc afferatur; quo pacto de Labieno ferat; quid agat Domitius in Marfis, Iguvii Thermus, P. Attius Cinguli; quæ sit populi urbani voluntas; quæ tua conjectura de rebus futuris: hæc velim crebro, & quid tibi de mulieribus nostris placeat, & quid acturus ipse sis, scribas. Si scriberem ipse, longior epistola fuisset: sed dictavi propter lippitudinem.

¹⁸ *Illinc*] Ubi *Cæsar* est. *Corradus*.

CICERO ATTICO SAL.

XIV. ANTE diem vi Kal. Feb. Capuam Calibus proficiscens, cum leviter lippirem, has literas dedi. L. Cæsar mandata Cæsaris detulit ad Pompejum a. d. viii Kal. cum is esset cum Consulibus Theani. Probata conditio est, sed ita, ut ille de iis oppidis, quæ extra suam provinciam occupavisset, præsidia deduceret. Id si fecisset, responsum est ad urbem nos redituros esse, & rem per Senatum confecturos. Spero etiam in præsentia pacem nos habere. Nam & illum furoris, & hunc nostrum copiarum suppocneret. Me Pompejus Capuam venire voluit, & adjuvare delectum: in quo parum prolixè respondent Campani coloni. Gladiatores Cæsaris, qui Capua sunt, de quibus ante ad te saluum ex Torquati literis scripseram, sane commode Pompejus distribuit, binos singulis patribus familiarum. ¹ *Secutorum* in ludo ² fuerunt: eruptionem facturi fuisse dicebantur. Sane

¹ *Calibus*] Cales oppidum mediterraneum Campaniæ. *Geographus*.

² *Secutorum*] Gladiatorum, qui secutores vocantur. Alii, *stragum*, quod magis probum, tum quia Cicero nolum, quod sciam, hoc vocabulum usurpavit, & cum gladiatores dixeret, non erat hoc loco, cur *secutores* adderet: tum quia verissime non est, Cæsarem quinque secutorum milia præter renarios in ludo habuisse. *Secutorum* vetero milia multa esse poterant, quibus gladiatores ipsi, & qui cum illis sententiæ parati, oratione scumpere cogitabant. *Corradus*.

³ *In ludo*] In disciplina Lanitarum, a quibus ad gladiatorium indistabantur. *Ma-*

¹ *Calibus*] Cales oppidum mediterraneum Campaniæ. *Geographus*.

² *Secutorum*] Gladiatorum, qui secutores vocantur. Alii, *stragum*, quod magis probum, tum quia Cicero nolum, quod sciam, hoc vocabulum usurpavit, & cum gladiatores dixeret, non erat hoc loco, cur *secutores* adderet: tum quia verissime non est, Cæsarem quinque secutorum milia præter renarios in ludo habuisse. *Secutorum* vetero milia multa esse poterant, quibus gladiatores ipsi, & qui cum illis sententiæ parati, oratione scumpere cogitabant. *Corradus*.

³ *In ludo*] In disciplina Lanitarum, a quibus ad gladiatorium indistabantur. *Ma-*

Sane multum in eo Reipublicæ provium est. De mulieribus nostris, in quibus est tua soror, quæso videas, ut satis honestum nobis sit, eas Romæ esse; cum cæteræ ulla dignitate discesserint; hoc scripsi ad eas, & ad te ipsum antea. Velim eas cohortere, ut exeant; præsertim cum ea prædia in ora maritima habeamus, cui ego præsum, ut in his pro re nata non incommode possint esse. Nam si quid offendimus, in genero nostro; quod quidem ego præstare non debeo. Sed id fit majus, quod mulieres nostræ præter cæteras Romæ remanserunt. Tu ipse cum Sexto scire velim quid cogites de exeundo, de totaque re quid existimes. Equidem ad pacem hortari non desino: quæ vel injusta utilior est, quam justissimum bellum. Sed hæc ut fors tulerit.

⁴ Cuius Sexto] Sexto. Peduceo. Corr.

⁵ Bellum] Legendum proponit, Bellum cum civibus, Bosius Baluzianus.

CICERO ATTICO SAL.

XV. UT ab urbe discessi, nullum adhuc intermisi diem, quin aliquid ad te literarum darem; non quo haberem magnopere quid scriberem; sed ut loquerer tecum absens: quo mihi, cum coram id non licet, nihil est jucundius. Capuam cum venissem a. d. vi. Kal. pridie, quam has literas dedi, Consulibus conveni, multosque nostri ordinis. Omnes cupiebant Cæsarem, abductis prædiis, stare conditionibus iis, quas tulisset. Uni Favonio leges ab illo nobis imponi non placebat: sed is haud auditus in consilio. Caro enim ipse jam fervire, quam pugnare mavult. Sed tamen ait, in Senatu se adesse velle, cum de conditionibus agatur, si Cæsar adductus sit ut prædia deducat. Ita, quod maxime opus est, in Siciliam ire non curat: quod metuo ne oblite, in Senatu esse vult. Postumus autem, de quo nominatim Senatus decrevit, ut statim in Siciliam iret, Furfanoque succede-

¹ Furfano] Bosius ex mss. Fuffano. Sed melius fortasse Furfano, ut Fam. VI. 9. Furfantorum, inquit Grævius, in antiquis mo-

numentis non raro fit mentio: Fuffanorum, quod sciam, nunquam.

cederet, negat se sine Catone iturum: & suam in Senatu operam, auctoritatemque quam magni æstimat. Ita res ad Fannium pervenit. Is cum imperio in Siciliam præmittitur. In disputationibus nostris summa varietas est. Plerique negant, Cæsarem in conditione mansurum; postulatæque hæc ab eo interposita esse, quo minus, quod opus esset ad bellum, a nobis pararetur. Ego autem eum puto facturum, ut prædia deducat. Vicerit enim, si Consul factus erit; & minore scelere vicerit, quam quo ingressus est. Sed accipienda plaga est. Sumus enim flagitiose imparati cum a militibus, tum a pecunia: quam quidem omnem, non modo privatam, quæ in urbe est, sed etiam publicam, quæ in arario est, illi reliquimus. Pompejus ad legiones Attianas est profectus: Labienum secum habet. Ego tuas opiniones de his rebus expecto. Formias me continuo recipere cogitabam.

² Postulatæque hæc] Ita pendet hoc a verbo, Negant, ut affirmetur potius quam negetur. Verbum enim, Nego, sæpe negat in primo membro, affirmat in secundo: ut in oratione pro Roscio Comodo, Adversaria in iudicium postuli nemo, codicem postulis. Pro, codicem aliquis protulit. Idem agnoscitur apud Horatium, in iis versibus, Qui se, Mæcenat, ut nemo. Nam cum subiungitur, Laudat diversa sequentes, satis constat non referri ad, Nemo, sed necesse esse, ut, aliquis, subaudiatur, Manutius.

³ Attianas] Quas P. Attius Varus habebat. ep. 13. Quid agat Domitius in Marfi, Ignovii Tibonius, P. Attius Cinguli, Popma. Legendum est Appianus, ut intelligantur duæ illæ legiones, quæ a Cæsare pro speciem belli Patricii abductæ, & Pompejo traditæ circa Luceriam hærebant, sic dictæ ab Appiano legato, qui eas ex Gallia adduxerat, teste Plutarcho. J. Lipsius, Cont. II. ad Belg. epist. 16. Respondit Iulius Attianus, ab Atina Marforum oppido.

CICERO ATTICO SAL.

XVI. OMNES arbitror mihi tuas literas redditas esse, sed primas præpostere, reliquas ordine, quo sunt missæ per Terentiam. De mandatis Cæsaribus, advenitque Labieni, & responsis Consulibus ac Pompeji, scripsi ad te literas iis, quas a. d. v. Kal. Capuam dedi: pluraque præterea in eandem epistolam conieci. Nunc has expectationes habemus duas; unam, quid Cæsar acturus sit, cum acceperit ea, quæ referenda ad illum data sunt L. Cæsari; alteram, quid Pompejus agat: qui quidem ad me scribit, paucis diebus se firmum

mum exercitum habiturum, spemque affert, si in Picenum agrum ipse venerit, nos Romam redituros esse. Labienum secum habet, non dubitantem de imbecillitate Caesaris copiarum: cuius adventu Cnaeus noster multo animi plus habet. Nos a Consulibus Capuam venire iussi sumus ad Nonas Febr. Capua profectus sum Formias a. d. III. Kal. Eo die cum Calibus tuas literas hora fere nona accepissem, has statim dedi. De Terentia & Tullia tibi assentior; ad quas scripseram, ad te ut referrent: si nondum profecta sunt, nihil est quo se moveant; quoad perspiciamus, quo loci sit res.

CICERO ATTICO SAL.

XVII. **T**UAE literae mihi gratæ, jucundæque sunt. De pueris in Græciam transportandis tum cogitabam, cum fuga ex Italia quaeri videbatur. Nos enim Hispaniam peteremus: illis hoc æque commodum non erat. Tu ipse cum Sexto etiam nunc mihi videris Romæ recte esse posse: etenim minime amici Pompejo nostro esse debetis: nemo enim unquam tantum de urbanis prædiis detraxit. Videtne me etiam jocari? Scire jam te oportet, L. Cæsar quæ responsa referat a Pompejo, quas ab eodem ad Cæsarem ferat literas. Scriptæ enim & data ita sunt, ut proponerentur in publico: in quo accusavi mecum ipse Pompejum, qui cum scriptor luculentus esset, tantas res, atque eas, quæ in omnium manus venturæ essent, Sextio nostro scribendas dedit. Itaque nihil unquam legi scriptum ² *συστάδιέςερον*. Perspici tamen ex literis Pompeji potest, nihil Cæsari negari, omniaque & cumulate, quæ postulet, dari; quæ ille amentissimus fuerit, nisi acceperit, præsertim cum impudentissime postulaverit. Quis enim tu es, qui dicas, ³ Si in Hispaniam profectus erit, si prædiâ dimiserit? Tamen conceditur; minus

¹ *Sexto*] Pedeuco. Qui Pompeji causa discedere ex urbe non debetis, ac ne illum quidem amare; qui vobis locupletibus, ac bene numeratis tam male consuluerit, urbe sine prædiis relicta. *Man.*

² *συστάδιέςερον*] *Magis Sextiane*, magis in-

sulse, quod ita scribat Sextius, sive *Sextius*, nam idem est nomen.

³ *Si in Hispaniam*] *Hæ fuerunt conditiones a Cæsare litæ.* Fam. ep. 11. lib. XVI. *Manquise.*

mus honeste nunc quidem, violata jam ab illo Republica, illatoque bello, quam si olim de ratione habenda impetrasset: & tamen vereor, ut his ipsis contentus sit. Nam cum ista mandata dedisset L. Cæsari, debuit esse paulo quietior, dum responsa referrentur. Dicitur autem nunc esse acerrimus. Trebatius quidem scribit, se ab illo ix Kal. Febr. rogatum esse, ut scriberet ad me, ut essem ad urbem: nihil ei me gratius facere posse. Hæc verbis plurimis. Intellexi ex die-rum ratione, ut primum de discessu nostro Cæsar audisset, laborare eum cœpisse, ne omnes abessemus. Itaque non dubito quin ad Pisonem, quin ad Servium scripserit. Illud admiror non ipsum ad me scripisse, non per Dolabellam, non per Cælium egisse: quanquam non aspernor Trebatii literas, a quo me unice diligi scio. Rescripsi ad Trebatium, (nam ad ipsum Cæsarem, qui mihi nihil scripserit, nolui) quam illud hoc tempore esset difficile: me tamen in prædiis meis esse, neque delectum ullum, neque negotium suscepisse. In quo quidem manebo, dum spes pacis erit. Sin bellum geretur; non deero officio, nec dignitati meæ, pueros ⁴ *ἵππεδὲ μέγας* in Græciam. Totam enim Italiam flagranturam bello intel-ligo. Tantum mali excitatum partim ex improbis, partim ex invidis civibus. Sed hæc paucis diebus ex illius ad nostra responsa responsis intelligentur, quorum evalura sint. Tum ad te scribam plura, si erit bellum: sin autem etiam induciæ, te ipsum, ut spero, videbo. Ego xv Non. Febr. quo die has literas dedi, in Formiano, quo Capua redieram, mulieres expectabam: quibus quidem scripseram tuis literis admonitus, ut Romæ manerent: sed audio majorem quandam in urbe timorem esse. Capuæ Non. Febr. esse volebam, quia Consules jusserant. Quidquid huc erit a Pompejo allatum, statim ad te scribam: tuatque de istis rebus li-teras expectabo.

⁴ *Ratione*] Absentis, cum peteret.

⁵ *ἵππεδὲ μέγας*] Cam subduxero, & clam transportandos curavero.

CICERO ATTICO SAL.

XVIII. **Q**UARTO Non. Febr. mulieres nostræ Formias venerunt, tuæque erga se officia plena tui suavissimi studii attulerunt. Eas ego, quoad sciremus utram turpi pace nobis, an misero bello esset utendum, in Formiano esse volui, & una Cicerones. Ipse cum fratre Capuam ad Consules (Nonis enim adesse iussi sumus) III Non. profectus sum; cum has literas dedi. Responsa Pompeji grata populo, & probata concioni esse dicuntur. Ita putaram. Quæ quidem ille si repudiaret, jacebit: ¹ si acceperit Utrum igitur, inquit, mavis? Responderem, si, quemadmodum parati essemus, scirem. Cassium erat hic auditum expulsum Ancone, eamque urbem a nobis teneri. Si bellum futurum est, negotium ² utile. Cæsarem quidem, L. Cæsare cum mandatis de pace misso, tamen ajunt acerrime delectum habere, loca occupare, vinciri præfidiis. O perditum latronem! O vix ullo otio compensandam hanc Reipublicæ turpitudinem! Sed stomachari desinamus, temporis pareamus, cum Pompejo in Hispaniam eamus. Hæc opto in malis; quoniam illius alterum consulatum a Republica, ne data quidem occasione, repulimus. Sed hæc hæcenus. De Dionysio fugit me ad te antea scribere: sed ita constitui; expectare responsa Cæsaris; ut, si ad urbem rediremus, ibi nos expectaret; sin tardius id fieret, tum eum accesseremus. Omnino quid ille facere debuerit in nostra illa fuga, quid docto homine & amico dignum fuerit, cum præsertim ³ rogatus esset. Sed hæc non nimis exquiro a Græcis. Tu tamen videbis, si erit, quod nolim, accessendum, ne molesti simus invito. Quintus frater laborat, ut tibi quod debet ab Egnatio solvat: nec Egnatio voluntas deest: nec parum locuples est; sed cum tale tempus sit, ut Q. Titinius (multum enim est nobiscum) via-

¹ Si acceperit ...] A'noniensis. Hoc erat: Sin acceperit, pax turpis consequetur.

² Utile] Eam urbem, que portum habebat, a nobis teneri. Corrad.

³ Rogatus esset] Addunt nonnulli scio, perperam, ER, ut bene monet Corradus ad hunc locum. Subintelligitur autem, cogitata, iudica, aut simile quiddam. Græc.

viaticum se neget habere; idemque debitoribus suis denuntiavit, ut eodem foenore uterentur; atque hoc idem etiam L. Ligus fecisse dicatur, nec hoc tempore aut domi nummos Quintus habeat, aut exigere ab Egnatio, aut versuram usquam facere possit; miratur, te non habuisse rationem hujus publicæ difficultatis. Ego autem, etsi illud ⁴ ἰσχυροδιδωρ (ita enim putatur) observo, ⁵ κενὸν δέλω, præsertim in te, a quo nihil unquam vidi remere fieri; tamen illius querela movebar. Hoc quidquid est, te scire volui.

⁴ ἰσχυροδιδωρ] Hesiodo falso ascriptum.

⁵ Κενὸν δέλω] Neque causam iudicatur prout, quam utriusque partis votivum audiverit.

CICERO ATTICO SAL.

XIX. **N**IHL habeo, quod ad te scribam. Quin etiam epistolam, quam eram elucubratus, ad te non dedi. Erat enim plena spei bonæ; quod & concionis voluntatem audieram, & illum conditionibus usurum putabam, præsertim suis. Ecce tibi II Non. Febr. mane accepi literas tuas, Philotimi, Furnii, Curionis ad Furnium, quibus irridet L. Cæsaris legationem. Plane oppressi videmur: nec, quid consilii capiam, scio: nec mehercule de me laboro; de pueris quid agam, non habeo. Capuam tamen proficiscebatur hæc scribens, quo facilius de Pompeji rebus cognoscerem.

CICERO ATTICO SAL.

XX. **B**REVILOQUENTEM jam me tempus ipsum facit. Pacem enim desperavi: bellum nostri nullum administrant. Cave enim putes quidquam esse minoris his Consulibus: quorum ego spe audiendi, & cognoscendi nostri apparatus, maximo imbri Capuam veni pridie Nonas, ut eram iustus. Illi autem nondum venerant, sed erant venturi inanes, imparati. Cnæus autem Luceriæ dicebatur esse, & adire cohortes

¹ Quorum audiendi] De hac dicendi forma, vide Sanctii Minervam lib. III. cap. 8.

hortes legionum Attianarum, non firmissimarum. At² illum ruere nuntiant, & jam jamque adesse, non ut manum conferat; (qui-cum enim?) sed ut fugam intercludat. Ego autem in Italia³ & *συνεπρόσθεν*: nec te id consulo. Sin extra, quid ago? Ad manendum hiems, lictores, improvidi & negligentes duces; ad fugam hortatur amicitia Cnæi, causa bonorum, turpitudine conjungendi cum tyranno; qui quidem incertum est⁴ Phalarimne, an⁵ Pisistratum sit imitaturus. Hæc velim explices, & me juves consilio: etsi te ipsam istic jam⁶ calere puto: sed tamen, quantum poteris. Ego si quid hic hodie novi cognoro, scies. Jam enim aderunt Consules ad suas Nonas. Tuas quotidie literas expectabo. Ad has autem, cum poteris, rescribes. Mulieres & Cicerones in Formiano reliqui.

² *Illius*] Cæsarem.

³ *Συνεπρόσθεν*] Simul mori.

⁴ *Phalarim*] Tyrannum caele gaudentem. Manutius.

⁵ *Pisistratum*] Mitiorem, & studiosum maxime literarum. *Idem*.

⁶ *Calere*] Muretus, *calere*. Sed alii omnes, *calere*, hoc est, interpreti Manutio, jam habere quod de te ipso cogites, sollicitum de vita rerum tuarum, quia videas urbem a Cnæo nostro sine presidio relinqui, Cæsari patere.

CICERO ATTICO SAL.

XXI. **D**E malis nostris tu prius audis, quam ego. Istinc enim emanant. Boni autem hinc quod expectes, nihil est. Veni Capuam ad Nonas Febr. ita ut iusserant Consules. Eo die Lentulus venit sero: alter Consul omnino non venerat VII Idus. Eo enim die ego Capua discessi, & mansi Calibus. Inde has literas postridie ante lucem dedi. Hæc Capuæ dum fui, cognovi, nihil in Consulibus, nullum usquam delectum. Nec enim¹ conquistores² *φασσαγοράται* audent; cum ille adsit contra; cum noster dux nunquam sit, nihil agat: nec nomina dant. Deficit enim non voluntas, sed spes. Cnæus autem noster (o rem miseram & incredibilem) ut totus jacet! non animus est, non consilium, non copia,

¹ *Conquistores*] Delectui habendo praefecti. Manutius.

² *φασσαγοράται*] *Proditæ*, & *vulturni*; ut ajunt, *assidere*.

copiæ, non diligentia. Mittam illa, fugam ab urbe turpissimam, timidissimas in oppidis conciones, ignorationem non solum adversarii, sed etiam suarum copiarum; hoc cuiusmodi est? VII Id. Febr. Capuam C. Cassius Tribunus plebis venit, attulit mandata ad Consules, ut Romam venirent, pecuniam de sanctiore ærario auferrent, statim exirent urbe relicta. Redeant; quo presidio? deinde exeant; quis finat? Consul ei rescripsit, ut prius ipse in Picenum. At illud totum erat amissum: sciebat nemo, præter me ex literis Dolabellæ. Mihi dubium non erat, quin ille jam jamque foret in Apulia: Cnæus noster³ in navi. Ego quid agam, ⁴ *στέμματα* magnum; neque mehercule mihi quidem ullum, nisi omnia essent acta turpissime; neque ego ullius consilii particeps. Sed tamen, quod me deceat. Ipse me Cæsar ad pacem hortatur: sed antiquiores literæ, quam ruere cœpit. Dolabella, Cælius, me illi valde⁵ satisfacere. Mira me⁶ *δουλεία* torquet. Juva me consilio, si potes: & tamen ista, quantum potes, provide. Nihil habeo, tanta rerum perturbatione, quod scribam. Tuas literas expecto.

³ *In navi*] Cæsarem fugiens. Man.

⁴ *Στέμματα*] *Consideratio*. Supra, ep. 8.

⁵ *Satisfacere*] Vide Fam. XVI. 11.

⁶ *Δουλεία*] *Dubitatio*.

CICERO ATTICO SAL.

XXII. **P**EDEM in Italia video nullum esse, qui non in istius potestate sit. De Pompejo scio nihil; eumque, nisi in navim se contulerit, exceptum iri puto. O celeritatem incredibilem! hujus autem¹ nostri... Sed non possum sine dolore accusare eum, de quo angor & crucior. Tu eadem non sine causa times: non quo minus quidquam Cæsari expediat ad diuturnitatem victoriae & dominationis; sed video, quorum arbitrio sit acturus. Recte sit. Censleo cedendum de oppidis his. Ego consilii. Quod optimum factu videbitur, facies. Cum Philotimo loquere: atque adeo Terentiam habebis Idibus. Ego quid agam? qua aut terra, aut mari

¹ *Nostri*] Pompeji autem tarditatem, ut sit, *ἀσθενής*, & *ἀνεπίστατος*. *Corrad.*

mari persequar eum, qui ubi sit nescio? etsi terra quidem qui possum? mari quo? Tradam igitur isti me? fac posse tu-to. Multi enim hortantur. Num etiam honeste? nullo modo. Quid? a te petam consilium, ut soleo? explicari res non potest. Sed tamen, si quid in mentem venit, velim scribas, & ipse quid sis acturus.

CICERO ATTICO SAL.

XXIII. QUINTO Id. Febr. vesperi, a Philotimo literas accepi; Domitium exercitum firmum habere; cohortes ex Piceno, Lentulo & Thermo ducentibus, cum Domitii exercitu conjunctas esse; Caesarem intercludi posse, eumque id timere; bonorum animos recreatos Romae, improbos quasi percussos. Hac metuo equidem ne sint somnia: sed tamen M. Lepidum, L. Torquatium, C. Cassium Tribunum plebis (hi enim sunt nobiscum, id est in Formiano) Philotimi litera ad vitam revocaverunt. Ego autem illa metuo ne veriora sint, nos omnes pene jam captos esse, Pompejum Italia cedere: quem quidem (o rem acerbam) persequi Caesar dicitur. Persequi Caesar Pompejum? quid? ut interficiat? o me miserum! & non omnes nostra corpora opponimus? in quo tu quoque ingemiscis. Sed quid faciamus? victi, oppressi, capti plane sumus. Ego tamen, Philotimi literis lectis, mutavi consilium de mulieribus: quas, ut scripseram ad te, Romam remittebam: sed mihi venit in mentem, multum fore sermonem, me iudicium jam de causa publica fecisse; qua desperata, quasi hunc gradum mei reditus esse, quod mulieres revertissent. De me autem ipso tibi assentior, ne me dem incerta & periculosa fuga; cum Reipublica nihil profum, nihil Pompejo; pro quo emori cum pie possum, tum libenter. Manebo igitur: etsi vivere.... Quod quaeris, hic quid agatur: tota Capua, & omnis hic delectus jacet. Desperata res est; in fuga omnes sunt; nisi quid ejusmodi fuerit, ut

Pom-

¹ *Etsi vivere*] *A' assentior*. Vel subaudi *vivere est*, cum turpem vitam vivat, qualis cum Corrado, *sedat*: vel cum Manutio, *non* erat manentis in Italia.

Pompejus istas Domitii copias cum suis conjungat. Sed videbatur omnia biduo triduove scituri. Caesaris literarum exemplum tibi misi: rogaras enim: cui nos valde satisfacere multum ad me scripserunt: quod patior facile, dum, ut adhuc, nihil faciam turpiter.

CICERO ATTICO SAL.

XXIV. PHILOTIMI litera me quidem non nimis, sed eos, qui in his locis erant, admodum delectarunt. Ecece postredie ¹ Cassii litera Capua, a Lucretio, familiari ejus, ² Nigidium a Domitio Capuam venisse; eum dicere, ³ Vibullium cum paucis militibus e Piceno currere ad Cnaeum, confestum sequi Caesarem, Domitium non habere militum ¹¹¹ millia. Idem scripsit Consules Capua discessisse. Non dubito quin Cnaeus in fuga sit; modo effugiat. A consilio fugiendi, ut tu censet, absum.

¹ *Cassii litera*] Ad Cassium Capua misse. ² *Nigidium*] P. Nigidium Figulum, de a Lucretio. Cassius enim cum Ciceroe erat quo *Fam. lib. IV. ep. 13. Corrad.* in Formiano. Ep. 22. *Man.* ³ *Vibullium*] L. Vibullium Rufum. *Idem*,

CICERO ATTICO SAL.

XXV. CUM dedissem ad te literas tristes, & metuo ne veras, de Lucretia ad Cassium literis Capua missis; Cephalio venit a vobis, attulit etiam a te literas hilariores, nec tamen firmas, ut soles. Omnia facilius credere possum, quam quod scribitis Pompejum exercitum habere. Nemo huc ita avertit; omniaque, quae nolim. O rem miseram! malas causas semper obtinuit, in optima concidit. Quid dicam? nisi illud cum scis; neque enim erat difficile: hoc nescisse; erat enim ars difficilis recte Rempublicam gerere. Sed jam jamque omnia sciemus, & scribemus ad te statim.

¹ *Illud enim scis*] Sensus est, Pompejus rempublica & liberata servetur, non nos-jum novisse malas artes, quibus malas causas obtinere poterat: illas bonas artes, qui-

CICERO ATTICO SAL.

XXVI. **N**ON¹ venit idem usu mihi, quod tu tibi scribis, ² quoribus exorior? ego enim nunc paulum exorior, & maxime quidem iis literis, quæ Roma afferuntur, de Domitio, de Picentium cohortibus. Omnia erant facta hoc biduo latiora. Itaque fuga, quæ parabatur, repressa est. Cælaris interdicta. Si se³ secundo lumine hic offendero, respiciunt. Bona de Domitio, præclara de Afranio fama est. Quod me amicissime admones, ut me integrum, quoad possum, servem; gratum est. Quod addis, ne propensior ad turpem causam videar: ⁴ certe videri possum. Ego me duces in civili bello, quoad de pace ageretur, negavi esse: non quin rectum esset: sed, quia quod multo rectius fuit, id mihi⁵ fraudem tulit: plane enim, cui⁶ noster alterum Consulatum deferret, & triumphum, (at quibus verbis? pro suis rebus gestis amplissimis,) inimicum habere nolueram. Ego scio & quem metuum, & quam ob rem. Sin erit bellum, ut video fore; partes meæ non desiderabuntur. De H-S millibus xx Terentia tibi rescripsit. Dionysio, dum existimabam vagos nos fore, nolui molestus esse. Tibi autem crebro ad me scribenti de ejus officio nihil rescripsi; quod diem ex die expectabam, ut statuerem quid esset faciendum. Nunc, ut video, pueri certe in Formiano videntur hiematuri: num & ego, nescio. Si enim erit bellum, cum Pompejo

¹ Non venit] Non venit mihi saepe, ut exorior, & respirum. Alii, nunc venit, ut sequens ratio magis postulat. Corradus. Nunc probat quoque Muretus, atque ita legendum admonet. Gravus in Adversis & correptis.

² Quoribus exorior?] Legendum cum interrogatione, indicabat enim Atticus se multoties exoriri, id est, e mediis, qua pene concederat, recreari, quod saepe boni nuntii de rebus Pompeji, & de qua Republica ad se perferrentur. Bosius.

³ Secundo lumine] Cras. Subauditur autem, Movere. Vide orat. pro Rabirio Postumo, cap. 11. Mammius.

⁴ Certe videri possum] Elpavus dictum:


subjungit enim: quod me duces in civili bello esse negaverim, quoad de pace agebatur; non ideo feci, quia, quod rectum esset, id mihi non placeret: sed feci, meorum temporum memoria commotus. Itaque, quod ad hanc rem attinet, optima ratione defenditur. Reliqua vero proferuntur me ab hac suspitione vindicant. Man.

⁵ Fraudem tulit] Memineram, inquit, quod olim ejusdem Republicæ causa feci, cum Catilinæ conjurationem oppressi; id mihi summam perniciem attulisse, pro recte factis in exilium pulsis. Idem.

⁶ Noster] Pompejus. ep. 16. l. VIII. E. dem.

pejo esse constitui. Quod habeo certi, faciam ut scias. Ego bellum foedissimum futurum puto, nisi qui, ut tu scis, Parthicus casus extiterit.


⁷ Parthicus casus] In nostras provincias bellum non est, magis vides impendere dissubita Parthorum irruptio: ut Pompejum, scordias: quas ferunt, & sic indicabit. Idem arbitrari Atticum, ostendit Cicero, cum ait: Ut tu scis. Man.



EPISTOLARUM
AD ATTICUM

LIBER VIII.

CICERO ATTICO SAL.

I.  UM ad te literas dedissem, reddita mihi litera sunt a Pompejo. Cetera de rebus in Piceno gestis, quae ad se Vibullius scripserat; de delectu Domitii, quae sunt vobis nota; nec tam laeta erant in his literis, quam ad me Philotimus scripserat. Ipsam tibi epistolam

misissim; sed subito fratris puer proficiscabatur: cras igitur mittam: sed in ea Pompeji epistola erat in extremo, ipsius manu: *Tu censeo Luceriam venias: nusquam eris tutius.* Id ego in eam partem accepi; haec oppida, atque oram maritimam illum pro derelicto habere: nec sum miratus, eum, qui caput ipsum reliquisset, reliquis membris non parcere. Ei statim rescripti, hominemque certum mihi de comitibus meis, non me quaerere, ubi tutissimo essem: si me vellet sua, aut Reipublicae causa Luceriam venire, statim esse venturum: hortatusque sum, ut oram maritimam retineret, si rem frumentariam sibi ex provinciis suppeditari vellet. Haec me frustra scribere videbam: sed uti in urbe retinenda tunc, sic nunc in Italia non relinquenda testificabar sententiam meam. Sic enim parari video, ut Luceriam omnes copiae contrahantur: & ne is quidem locus stabilis: sed ex eo ipso, si urgeamur, paretur fuga. Quo minus mirere, si invitus in eam causam descendo, in qua neque pacis, neque victoriae ratio quaesita sit unquam, sed semper flagitiosa & calamitosa fuga. Eundem; ut, quemcumque fors tulerit, casum subeam potius cum iis, qui dicuntur esse boni, quam videar a bonis dissentire.

tire. Et si propediem video bonorum, id est lautorum, & locupletum, urbem refertam fore: municipiis vero his relictis, refertissimam. Quo ego in numero essem, si hos lectores molestissimos non haberem: nec me M. Lepidi, L. Volcatii, Ser. Sulpicii comitum peniteret: quorum nemo nec stultior est, quam L. Domitius; nec inconstantior, quam App. Claudius. Unus Pompejus me movet, beneficio, non auctoritate. Quam enim ille habeat auctoritatem in hac causa, qui, cum omnes Caesarem metuebamus, ipse eum diligebat? postquam vero ipse metuere cepit, putat omnes hoies illi oportere esse? Ibimus tamen Luceriam: nec eum fortasse delectabit noster adventus: dissimulare enim non potero, mihi, quae adhuc acta sunt, displicere. Ego, si somnum capere possem, tam longis te epistolis non obtunderem. Tu, si tibi eadem causa est, me remunerere sane velim.

¹ Peniteret] Mallem, inquit, habere comites reditus in urbem Lepidum, Volcatium, Salsipium, quam comites fugae ex Italia cum Pompejo L. Domitium Alenobarbum, & Appium Claudium, quorum alterius stultitia notatur, alterius inconstantia: de qua Caesius lib. VIII. Popma.
² Remunerere] Non minus longis epistolis. Maurinus.

CICERO ATTICO SAL.

II. **M**IHI vero omnia grata; & quod scripsisti ad me, quae audieras: & quod non credidisti, quae digna diligentia mea non erant; & quod monuisti, quod sentiebas. Ego ad Caesarem unas Capua literas dedi, quibus ad ea rescripti, quae mecum ille de gladiatoribus suis egerat, breves, sed benevolentiam significantes, non modo sine contumelia, sed etiam cum maxima laude Pompeji. Id enim illa sententia postulabat, qua illum ad concordiam hortabar. Eas si quo ille misit, in publico proponat velim. Alteras eodem die dedi, quo has ad te. Non potui non dare, cum & ipse ad me scripserat, & Balbus. Earum exemplum ad te

¹ Gladiatoribus] Quos Pompejus binos singulis patribus familiae distribuerat. Ep. 17. lib. VI. Maurinus.

² Illam] Caesarem. Idem.

te mihi. Nihil arbitrator fore, quod reprehendas. Si qua erunt, doce me quo modo ea effugere possim. Nihil, inquires, omnino scriperis. Qui magis effugas eos, qui volent fingere? Veruntamen ita faciam, quoad fieri poterit. Nam quod me hortaris ad memoriam factorum, dictorum, scriptorum etiam meorum; facis amice tu quidem, mihi que gratissimum: sed mihi videris aliud tu honestum, meque dignum in hac causa iudicare, atque ego existimem. Mihi enim nihil ulla in gente unquam ab ullo auctore Reipublicæ ac duce turpius factum esse videtur, quam a nostro amico factum est: cuius ego vicem doleo; qui urbem reliquit, id est patriam; pro qua, & in qua mori præclarum fuit. Ignorare mihi videris, hæc quanta sit clades. Es enim etiam nunc domi tuæ. Sed invitis perditissimis hominibus esse diutius non potes. Hoc miserius, hoc turpius quidquam? vagamur egentes cum conjugibus & liberis; in unius hominis, quotannis periculose ægrotantis, anima positas omnes nostras spes habemus; non expulsi, sed evocati e patria, quam non servandam ad reditum nostrum, sed diripiendam & inflammandam reliquimus. Ita multi nobiscum sunt, non in suburbanis, non in hortis, non in ipsa urbe: &, si nunc sunt, non erunt. Nos interea ne Capuæ quidem, sed Luceria: & oram quidem maritimam jam relinquemus; Afranium expectabimus, & Petrejum. Nam in Labieno parum est dignitatis. Hic tu in me illud: *Des, id feras*. Nihil de me dico: alii viderint. Hic.

3 Nobiscum] Urbem reliquerunt, vel hęc relinquere cogentur.

4 Afranium & Petrejum] Pompeji in Hispania legatos. Corradus.

5 Labieno] De quo Lucan. lib. V. *Feris in armis Caseres Labienus erat, nunc transiitque viros*. Idem.

6 Illud, *Des, id feras*] His verbis Cicero, tanquam ex Artici persona, sibi ipsi obicit elegans proverbium, quo monetur, ut honorificentius, quam modo fecerat, loqueretur de Labieno, in quo dixerat parum esse dignitatis; si quidem ipse vellet alios de se cum laude loqui. Sentus est: Hac loeo tu mihi obicies proverbium illud, & a-

liquid dederis, id quod dederit accipiet, itaque quia dixi parum esse dignitatis in Labieno, futurum est ut Labienus ipse, & alii mihi par pari referant, dicentque dignitatem in me quoque desiderari. Verum sit necne aliquid in me dignitatis, alius iudicandum relinquo. Nihil enim de me dico. Mentiri huius proverbii, aut deesse alterius huic similis, Donatus ad eum locum Phormionis, quod ab ipso allatum est, id sibi essetam putes. Proverbium, inquit, est, *Quod dedit recipit*. Hinc spectat illud Homericum Iliadis, XX. 250.

Ουδεις δ' αμεινον εστιν ετιν εδωκεν κεινος. Ηοσιος.

Hic.

Hic quidem quæ est? Domi vestra estis, & eritis omnes boni. Quis tum se mihi non ostendit? quis nunc adest hoc bello? sic enim jam appellandum est. Vibullii res gesta sunt adhuc maxima. Id ex Pompeji literis cognosces: in quibus animadvertito illum locum, ubi erit *στρατηγος*: videbis de Cæro nostro ipse Vibullius quid existimet. Quo igitur hæc spectat oratio? Ego pro Pompejo lubenter emori possum: facio plaris omnium hominum neminem: sed non ita, uno in eo iudico spem de salute Reipublicæ. Significas enim aliquanto secus, quam solebas: ut etiam Italia si ille cedat, putes cedendum. Quod ego nec Reipublicæ puto esse utile, nec liberis meis: præterea neque rectum, neque honestum. Sed tur... *Poterisne igitur videre tyrannum?* Quasi interfit, audiam, an videam; aut locupletior mihi sit querendus auctor, quam Socrates, qui, cum xxx tyranni essent, pedem porta non extulit. Est mihi præterea præcipua causa mandendi: de qua utinam aliquando tecum loquar. Ego XIII Kalend. cum eadem lucerna hæc epistola scripsissem, qua inflammaram tuam, Formis ad Pompejum, si de pace ageretur, si de bello, videro.

Huius annotationis utilitatem intelligat facilius, qui scierint, in aliis editionibus hoc fuisse: *Hic tu in me illud desideras*. Homericum, qui hæc a Bollo adducitur, versum sic reddidit Franc. Odinus, doctor meus:

Vocæ feris alius, ferietis & ipse vicissim.
Olivetus.

7 Pompeji literis] Ad Pompejum missis: ut ep. 22. lib. VII. *Cassi. littera*. Man.

8 στρατηγος] Genus notæ. Vide Menagium ad Diog. Laert. III. 66.

9 Spem] Supple postquam: aut lege, sed non factam uno in eo, &c.

10 Sed tur] & non videtur: sed cur ita e-

xistimen, nunc taceo, & tibi iudicandum relinquo. *Hosius*. Que sequuntur, scripserat ad Ciceronem Atticum.

11 *Præcipua causa*] Timebat scilicet, ne, si abiret ab Italia longius, rem familiarem male curaret sua conjux, cui parum confidebat, & deinceps expertus est non bonam matrem familias: quod declarabunt libri XI. epistolæ. *Mongal.*

12 *Præcipuum*] Ita Man. & Lamb. Alii *præcipuum*, & omittunt *cras*. Deinde pro *videtur*, habent *quid erit*. Ex in hac etiam lectione argui nonnihil comminiscuntur. Per me licet. *Olivetus*.

CICERO ATTICO SAL.

III. MAXIMIS & miserrimis rebus perturbatus, cum coram tecum mihi potestas deliberandi non esset, tamen tuo consilio volui. Deliberatio autem omnis hæc est;

si Pompejus Italia cedat, quod eum facturum esse suspicor, quid mihi agendum putes; & quo facilius consilium dare possis; quid in utramque partem mihi in mentem veniat, explicabo brevi. Cum merita Pompeji summa erga salutem meam, familiaritasque, quæ mihi cum eo est, tum ipsa Reipubl. causa me adducit, ut mihi vel consilium meum cum illius consilio, vel fortuna cum fortuna conjungenda esse videatur. Accedit illud: si maneo, & illum comitatum optimorum & clarissimorum civium defero, cadendum est in unius potestatem: qui, etsi multis rebus significat se nobis esse amicum: & ut esset, a me est (tute scis) propter suspicionem hujus independentis tempestatis multo ante provisum: tamen utrumque considerandum est, & quanta fides ei sit habenda; & si maxime exploratum cum nobis amicum viri fore, sine fortis & boni civis, esse in ea urbe, in qua cum summis honoribus imperiique usus sit, res maximas gesserit, sacerdotio sit amplissimo præditus, non futurus sit sui juris, subeundumque periculum sit, cum aliquo forte dedecore, quando Pompejus Rempublicam recuperavit. In hac parte hæc sunt. Vide nunc, quæ sint in altera. Nihil actum est a Pompejo nostro sapienter, nihil fortiter, addo etiam, nihil nisi contra consilium auctoritatemque meam. Omitto illa vetera, quod istum in Rempublicam ille aluit, auxit, armavit: ille legibus per vim, & contra auspicia ferendis auctor: ille Galliæ ulterioris adjunctor; ille gener; ille in adoptando P. Clodio augur; ille resistendi mei, quam retinendi studiosior; ille provincie¹ propagator; ille absentis in omnibus adjutor: idem etiam tertio Consulatu, postquam esse defensor Reipublicæ cepit, contendit, ut decem Tribuni plebis ferrent, ut absentis ratio haberetur: quod idem ipse sanxit lege quadam sua; Marcoque Marcello Consuli, finienti provincias Gallias, Kalendis Martiis restitit. Sed, ut hæc omittam, quid scidius, quid perturbatius hoc ab urbe discessu, sive potius turpissima fuga? quæ conditio non accipienda fuit potius, quam relinqu-

¹ Propagator] In quinquennium. Ep. 3. ² Finienti] Sua sententia. Ep. 8. & 13. & 6. lib. VII. Corrad.

lib. VIII. Fam. Idem.

quenda patria? Mala conditiones erant, fateor: sed num quid hoc pejus? At recuperabit Rempublicam. Quando? aut quid ad eam spem est parati? non ager Picenus amissus? non partefactum iter ad urbem? non pecunia omnis, & publica, & privata, adversario tradita? denique³ nulla causa, nullæ vires, nulla sedes, quo concurrant, qui Rempublicam defensam velint. Apulia delecta est, inanissima pars Italiæ, & ab impetu hujus belli remotissima: fuga, & maritima opportunitas visa quæri desperatione. Invite cepi Capuam, non quo minus illud defugerem, sed sine causa; in qua nullus esset ordinum, nullus apertus privatorum dolor: bonorum autem esset aliquis, sed hebes, ut solet; & ut ipse⁴ sensissem, multitudo, & infirmus quisque propensus in alteram partem, multi mutationis rerum cupidi. Dixi ipsi, me nihil susceperum sine præsidio, & sine pecunia. Itaque habui nihil omnino negotii, quod ab initio vidi, nihil quæri præter fugam. Eam si nunc sequor, quoniam? cum illo non: ad quem cum essem profectus, cognovi in iis locis esse Cæsarem, ut tuto Luceriam venire non possem. Infero mari nobis, incerto cursu, hieme maxima navigandum est. Age jam, cum fratre, an sine? cum filio, aut quomodo? in utraque enim re summa difficultas erit, summus animi dolor. Qui autem impetus illius erit in nos absentes, fortunæque nostras? acrior, quam in cæterorum; quod putabit fortasse in nobis violandis aliquid se habere⁶ populare. Age jam has compedes, fances inquam hos laureatos, efferre ex Italia, quam molestum est? Qui autem locus erit nobis tutus, (ut jam placatis utamur fluctibus) antequam ad illum venerimus? qua autem, aut quo, nihil scimus. At si⁷ resistere, & fuerit nobis in hac parte locus; idem fecero, quod in Cinna do-

Tom. VIII.

T t

mina-

³ Nulla causa.] Non quin esset honesta, sed quod male intrusa; & eo deducta, ut parum spei esset reliquam. Ad apparatus belli, non ad equitatem respexit. Hoc paulo post dixit, sine causa. Invite, inquit, cepi Capuam, quod propinquam causa esse deperditis; et plane nulla. Causa vero nomine partes intelligit, quo scusa Lucanus.

Victrix causa Diis placuit, sed victa Caroni. Malafy.

⁴ Sensissem] Vidissem jam ante.

⁵ Eam] Lamb. esse. Plinius quidem sed habent esse, teste Malafina, libri MII.

⁶ Populare] Quod populo placet.

⁷ Resistere] Remanere. Maury.

minatione Philippus, quod L. Flaccus, quod Q. Mucius; quoquo modo ea res huic quidem cecidit; qui tamen ita dicere solebat, se id fore videre, quod factum est, sed hoc malle, quam armatum ad patriæ moenia accedere. Aliter Thrasybulus, & fortasse melius. Sed est certa quædam illa Mucii ratio, atque sententia: est illa etiam Thrasybuli: &, cum sit necesse, servire tempori; & non amittere tempus, cum sit datum. Sed in hoc ipso habent tamen iidem faeces molestiam. Sit enim nobis amicus, quod incertum est; sed sit: deferet triumphum. Non accipere, ne periculosum sit: an accipere, invidiosum ad bonos. O rem, inquis, difficilem, & inexplicabilem. Atqui explicanda est. Qui enim fieri potest? Ac ne me existimaris ad manendum esse propensio-riorem, quod plura in eam partem verba fecerim, potest fieri, quod sit in multis quæstionibus, ut res verbosior hæc fuerit, illa verior. Quamobrem ut maxima de re æquo animo deliberanti, ita mihi des consilium velim. Navis & in Cajeta est parata nobis, & Brundisii. Sed ecce nuntii, scribente me hæc ipsa noctu in Caleno, ecce literæ, Cæsarem ad Corfinium, Domitium Corfinii cum firmo exercitu, & pugnare cupiente. Non puto etiam hoc Cnæum nostrum commissurum, ut Domitium relinquat: etsi Brundisium Scipionem cum cohortibus duabus præmiserat; legionem a Fausto conscriptam in Siciliam sibi placere a Consule duci, scripserat ad Consules. Sed turpe Domitium deserere erit, implorantem ejus auxilium. Est quædam spes mihi quidem non magna, sed in his locis firma, Afranium in Pireneo cum Trebonio pugnavisse, pulsum Trebonium, etiam Fabium tuum transisse cum cohortibus: summa autem, Afr-

8 Fove] Ut occideretur in urbe. Item.

9 Thrasybulus] Atheniensis, qui armatus accessit ad patriæ moenia, ut eam a triginta tyrannis liberaret. Item.

10 Ne periculosum] Videamus, ne hoc fieri potest? Fortasse, ferri. Possime ita suspensio esse animo?

12 In Cajeta] Cajeta hic nomen est vilæ Ciceronis in agro Cajetano litæ. Idcirco dixit, in Cajeta, non Cajetæ. Sic epist. 7.

lib. XIV. Bostus.

13 Cum cohortibus duabus] Infra tamen Pompejus suis literis, cohortes xiv. legionarias Brundisium misisse significat. Ut non absurdum aut alienum videatur, legionibus emendare. Malasp.

14 Fausto] Sylla Dictatoris filio.

15 Trebonio] Cæsaris Lepato. Corrad.

16 Transisse] In castra Afranii. Mem.

Afranium cum magnis copiis adventare. Id si est, in Italia fortasse manebit. Ego autem, cum esset incertum iter Cæsaris, quod vel ad Capuam, vel ad Luceriam iturus putabatur, Lepam ad Pompejum misi, & literas; ipse, ne quo inciderem, reverti Formias. Hæc te scire volui, scripsique sedatiore animo, quam proxime scripseram, nullum meum iudicium interponens, sed exquirens tuum.

CICERO ATTICO SAL.

IV. DIONYSIUS quidem tuus potius, quam noster, cuius ego cum satis cognossem mores, tuo tamen potius stabam iudicio, quam meo; ne tui quidem testimoni, quod ei sæpe apud me dederas, veritus, superbum te præbuit in fortuna, quam putavit nostram fore: cujus sorte nos, quantum humano consilio effici poterit, motum ratione quadam gubernabimus. Cui qui noster honos, quod obsequium, quæ etiam ad cæteros contempti cuiusdam hominis commendatio defuit? ut meum iudicium reprehendi a Quinto fratre, vulgoque ab omnibus mallem, quam illum non efferre laudibus: Ciceronesque nostros meo potius labore subdoceri, quam me alium iis magistrum quærere. Ad quem ego quas literas, dii immortales, miseram? quantum honoris significantes? quantum amoris? Dicaearchum mehercule, aut Aristoxenum diceres accessi, non unum omnium loquacissimum, & minime aptum ad docendum. Sed est memoria bona. Me dicit esse meliorem. Quibus literis ita respondit, ut ego nemini, cujus causam non reciperem. Semper enim: si potero, si ante susce-pta causa non impediar. Nunquam reo cuiquam tam humili, tam fordido, tam nocenti, tam alieno, tam præcise negavi, quam hic mihi. Plane sine ulla exceptione præcidit. Nihil cognovi ingratus: in quo vitio nihil mali non inest. Sed de

T t 2 hoc

1 Testimoni] Jungi potest, etiam cum patrio casu, vel Terentianum illud in Phormione declarat. Ad V. sc. 6. 78. Neque huius sit veritas iuncta primaria. Malaspina.

2 Bona] In literis. Meliore: Memorem enim huius injuriæ sentiet. Mauret.

3 Si potero] Respondi, recipiano; & est potens, quæ refert verba, quibus utebatur in respondendo. Corrad.

hoc nimis multa. Ego navem paravi: tuas literas tamen expecto, ut sciam, quid respondeant consultationi meae. Sulmonae C. Atrium Pelignum⁴ aperuisse Antonio portas, cum essent cohortes quinque; Q. Lucretium inde effugisse scis. Cnaeum ire Brundisium: ⁵ Domitium desertum. Consecta res est.

⁴ *Aperuisse*] Caesar tamen, lib. 7. de B. Civili, non Atrium sibi aperuisse Antonio portas, sed ipsos Sulmonenses: Atrium vero & Lucretium de muro se deiecit: & hanc autogisse: illum interceptum ad se ductum fuisse. *Malasp.*

⁵ *Domitium*] Ab omnibus libris abest vox illa, quam tamen, siccante Lippio, non dubitavi recipere. Cum enim alii subaudiendam

esse dicant, id video fieri vix posse. Sed veteres, ut monet Lippius, ejusmodi nomina priori aut altera littera adjuncta significare solent: erant. Itaque cum fortassis in Cicerone scriptum esset *Do. desertum*, non intelledam vocem *Do.* librarius scriptor omisit. Quod proposuit Gravius, eodem plaure dedit. *Oloretus.*

CICERO ATTICO SAL.

V. CUM ante lucem VIII Kal. literas ad te de Dionysio dedissem, vesperi ad nos eodem die venit ipse Dionysius, auctoritate tua permotus, ut suspicor: quid enim putem aliud? etsi solet eum, cum aliquid furiose fecit, poenitere: nunquam autem certior fuit, quam in hoc negotio. Nam, quod ad te scripseram, postea audivi, a tertio milliarium tunc eum ¹ *si hoc verum partem aspexeris is septa duplatur.* Multa, inquam, mala eum dixisse, suo capiti, ut ajunt. Sed o meam mansuetudinem! conjeceram in fasciculum una cum tua venientem ad illum epistolam: hanc ad me referri volo; nec ullam ob aliam causam Pollucem, servum a pedibus meis, Romam misi. Eo autem ad te scripsi, ut, si tibi forte reddita esset, mihi curares referendam; ne in illius manus perveniret. Novi si quid esset, scripseram. Pendeo animi expectatione Cornificiens; in qua de salute Reipublicae decernitur. Tu fasciculum, qui est *M. CURIO* inscriptus, velim curare ad eum perferendum; Tironemque Curio commendes; ut ei, ut petii, si quid opus erit in sumptum, eroget.

CICE-

¹ *Cerrus*] Cerrus hic est quem Horatius vocat propoliti tenacem. *Bosius.*

² *P. L.*] *Cum fuerit, multa coribus fructa in saram protulisse.* Incerium est cuius sit auctoritas. Videtur autem, quisquis ille fuit, furem bovem describere voluisse,

qui sanum, paleas, festucas, atque adeo avenam ipsam cornibus spargeret, fascesque jaceret. Et Cicero Dionysium assimilat, qui statim ut ab isto discesserat, multa in saram jecerat maledicta. *Bosius.*

CICERO ATTICO SAL.

VI. OBSIGNATA jam epistola, quam de nocte daturus eram, sicut dedi, (nam eam vesperi scripseram) C. Sotius Prator in Formianum venit ad M' Lepidum, vicinum nostrum, cujus Quaestor fuit; Pompeji literarum ad Consulem exemplum attulit.

Litera mihi a L. Domitio a. d. XIII Kalend. Marr. allatae sunt: earum exemplum infra scripsi. Nunc, ut ego non scribam, tua sponte te intelligere scio, quanti Reipublicae intersit, omnes copias in unum locum primo quoque tempore convenire. Tu, si tibi videbitur, dabis operam, quamprimum ad nos venias. Praesidii Capuae, quantum constitueris esse satis, relinquant.

Deinde supposuit exemplum epistolae Domitii, quod ego ad te pridie miseram. Dii immortales, qui me horror perfudit! quam sum sollicitus quidnam futurum sit. Hoc tamen spero, magnum nomen imperatoris fore, magnum in adventu terrorem... Spero etiam, quoniam adhuc nihil nobis obsuit, nihil mutasse. nec regentia hoc, quod cum fortiter & diligenter, tum etiam mehercule.... Modo enim audivi quartanam a te discessisse. Moriar, si magis gauderem si id mihi accidisset. Piliæ die non esse æquum, eam diutius habere, nec id esse vestrae concordiae. Tironem nostrum ab altera relictum audio. Sed eum video in sumptum ab aliis mutatum: ego autem Curium nostrum, si quid opus esset, rogaram. Malo Tironis verecundiam in culpa esse, quam illiberalitatem Curii.

¹ *Nec regentia*] Omittamus, amabo te, interpretum nugas. Locus hic miserabiliter, inquit Victorius, laeet & divulsus est. Vel ex conjecturis illam restituere, mera est Gravio iudice, stultitia. Quod ergo praeci-

pit Hippocrates, vide infra XVI. 15. *Oloretus.*

² *Nos esse æquum*] Jocus est: quasi fuerit hoc in Piliæ manu, ut quartanam ipsa posset abscdere. *Manutius.*

CICERO ATTICO SAL.

VII. UNUM etiam restat amico nostro ad omne dedecus, ut Domitio non subveniat. At nemo dubitat, quin sub-

subsidio venturus sit: ego non puto. Deseret igitur talem civem, & eos, quos una scis esse? cum habeat praesertim & ipse cohortes xxx? Nisi me omnia fallunt, deseret. Incredibiliter pertimuit: nihil spectat nisi fugam: cui tu (video enim quid sentias) me comitem putas debere esse. Ego vero quem fugiam, habeo; quem sequar, non habeo. Quod enim tu meum laudas, & memorandum ducis, malle quod dixerim me cum Pompejo vinci, quam cum istis vincere, ego vero malo, sed cum illo Pompejo, qui tum erat, aut qui mihi esse videbatur: cum hoc vero, qui ante fugit, quam scit aut quem fugiat, aut quo; qui nostra tradidit; qui patriam reliquit, Italiam relinquit, si malui, contigit; victus sum. Quod superest, nec ista videre possum, quae nunquam timui, ne viderem; nec me hercule istum, propter quem mihi non modo meis, sed memet ipso carendum est. Ad Philotimum scripsi de viatico, sive a Moneta, (nemo enim solvit) sive ab Oppiis, tuis contubernaliibus. Caetera apposita tibi mandabo.

¹ Moneta] Locus erat, ubi moneta cuncta sumi, tradito, quod etiam nunc solet, au-
debarur. Inde vult a Philotimo pecuniam co, argentove infecto. Man.

CICERO ATTICO SAL.

VIII. **O** REM turpem, & ea re miseram! sic enim sentio, id demum, aut potius id solum esse miserum, quod turpe sit. Aluerat Caesarem: eundem repente timere ceperat: conditionem pacis nullam probarat: nihil ad bellum pararat: urbem reliquerat: Picenum amiserat culpa: in Apuliam se compegerat: ibat in Graciam: omnes nos ¹ *ἀποροφω-
νήτας*, expertes sui tanti tam inustrati consilii relinquebat. Ecce subito litera Domitii ad illum, ipsius ad Consules. Ful-
sisse mihi videbatur ² *τὸ χαλῶν* ad oculos ejus, & exclamasse ille vir, qui esse debuit,

³ *Προς τῶν ὀ. τι χρεὶ ἐπαλαμίσθων,*

Kai

¹ *Ἀποροφωνήτας*] Insulcatus.

² *τὸ χαλῶν*] Honestum.

³ *Προς τῶν ὀ.*] Adversus hoc, quod opus

est scilicet, et machinatur et fabricatur, quodque

in me: quod tuum vestrum est, & me fiet.
Locus est Aristophanis Acharnensibus v. 659. sed paulo mutatis verbis.

Καὶ πᾶν ἐπ' ἐμοὶ τελευτέωσαν.

Τὸ δὲ μετ' ἐμῶν.

At ille tibi ⁴ *τολλὴν χάλειν τῶ χαλῶν* dicens, pergit Brundisium. Domitium autem ajunt, re audita, & eos, qui una essent, se tradidisse. O rem lugubrem! itaque intercludor dolore, quo minus ad te plura scribam. Tuas literas exspecto.

⁴ *Πολλὴ*] Valeat honestum.

CICERO ATTICO SAL.

IX. **E**PISTOLAM meam quod pervulgatam scribis esse, non fero moleste. Quin etiam ipse multis dedi describendam. Ea enim & acciderunt jam, & impendent, ut testatum esse velim de pace fenserim. Cum autem ad eam hortarer eum praesertim hominem, non videbar ullo modo facilius moturus, quam si id, ad quod eum hortarer, convenire ejus sapientiae dicerem. Eam si *admirabilem* dixi, cum eum ad salutem patriae hortabar; non sum veritus, ne viderer assentari; cui tali in re lubenter me ad pedes abjecissem. ¹ Quia autem est, *aliquid impertias temporis*; non est de pace, sed de me ipso, & de meo officio ut aliquid cogitet. Nam quod testificor, me expertem belli fuisse; etsi id re perspectum est, tamen eo scripti, quo in suadendo plus auctoritatis haberem; eodemque perinet, quod causam ejus probo. Sed quid haec nunc? utinam aliquid profectum esset. Nam ego istas literas in concione recitari velim; si quidem ille ipse ad eundem scribens in publico proposuit epistolam illam, in qua est, ² *pro tuis rebus gestis amplissimis*: amplioribusne, quam suis, quam Africani? Ita tempestas ferebat. Si quidem etiam ³ vos duos tales ad quintum milliarium. Quid ⁴ nunc ipsum unde se recipienti? quid agenti? quid acturo? Quanto autem ferocius ille causae suae confidet, cum vos, cum vestri similes non modo

fre

¹ *Quia autem est*] Quod autem epistole Caesari Romam venienti obviam prodire ad meo pace scriptum est id, quod sequitur.

² *Pro tuis*] Vide lib. 7. ep. 24.

³ *Vos duo*] Tu, & Sex. Peducaeus: qui

Caesari Romam venienti obviam prodire ad quintum milliarium cogitatis. Man.

⁴ *Nunc ipsum*] Hoc ipso tempore. Nunc

ipsum enim plus valet ad indicandum, quam

Nunc. Idem.

frequentes, sed læto vultu gratulantes viderit? Num igitur peccamus? Minime vos quidem. Sed tamen signa⁶ conturbantur, quibus voluntas a simulatione distingui possit. Quæ vero senatus-consulta video? Sed⁸ apertius, quam proposueram. Ego Arpini volo esse pridie Kal. deinde circum villulas nostras errare, quas visurum me postea desperavi. Ely⁹ tua confilia, & tamen pro temporibus non incauta, mihi valde probantur. Lepido quidem (nam fere¹⁰ σὺ μὲν μερῶν ὄρθη: quod gratissimum illi est) nunquam placuit ex Italia exire; Tullio multo minus. Crebro enim illius literæ ab aliis ad nos commeant. Sed me illorum sententiæ minus movebant: minus multa dederant illi Reipublicæ pignora. Tua mehercule auctoritas vehementer movet: assert enim & reliqui temporis recuperandi rationem, & præsentis tuendi. Sed, obsecro te, quid hoc miserius, quam¹² alterum plausus in scœdissima causa quærere, alterum offensiones in optima? alterum existimari conservatorem inimicorum, alterum desertorem amicorum? Et mehercule quamvis amemus Cnæum nostrum: ut & facimus, & debemus; tamen hoc, quod talibus viris non subvenit, laudare non possum. Nam sive timuit; quid ignavus? sive, ut quidam putant, meliorem suam causam illorum cæde fore putavit; quid injustus? Sed hæc omitramus: augemus enim dolorem retrahendo. Sexto Kal. vesperi Balbus minor ad me venit, occultâ via currens ad Lentulum Cos. missu Cæsaris, cum literis, cum mandatis, cum promissione provinciæ, Romam ut redeat: cui persuaderi posse non arbitror, nisi erit conventus. Idem aiebat, nihil malle Cæsarem, quam ut Pompejum *assequeretur*, id credo; & *rediret in gratiam*, id non credo: & metuo, ne omnis hæc clementia ad unam illam crudelitatem colligatur.

Bal-

⁵ Num igitur] Ego, Atticus, &c.
⁶ Conturbantur] Quæ signa voluntatem a simulatione distinguerent, ea ita conturbantur hoc officio gratulationis, ut interuolentendi facultas non detur. Man.
⁷ Quæ vero] Video fore, ut S. C. fiat; cuiusmodi Cæsar voluerit. Idem.
⁸ Apertius] Supple, scribo. Corrad.
⁹ Ely⁹] Generosa, nobilita.
¹⁰ σὺ μὲν μερῶν ὄρθη] Diem simul contin-

mus.
¹¹ Tullio] L. Volcatius Tullio, qui consul fuit cum M' Emilio Lepido. Man.
¹² Alterum plausus] Cæsarem.
¹³ Nisi] locus in Lentulum, qualis Plautinus in Congionem in Aul. se scio facile abstinere posse, si nihil obviam est. Perinde ac si dicat: si conventus erit, arbitror posse persuaderi. Corrad.

Balbus quidem major ad me scribit, nihil malle Cæsarem, quam principe Pompejo sine metu vivere. Tu, puto, hæc credidisti. Sed, cum hæc scribebam v Kal. Pompejus jam Brundisium venisse poterat. Expeditus enim antecesserat legiones Luceria. Sed hoc¹⁴ τῆρας horribili vigilantia, celeritate, diligentia est. Plane, quid futurum sit, nescio.

¹⁴ Τῆρας] monstrum. Cæsar.

CICERO ATTICO SAL.

X. DIONYSIUS cum ad me præter opinionem meam venisset, locutus sum cum eo liberalissime: tempora exposui; rogavi, ut diceret quid haberet in animo: me nihil ab ipso invito contendere. Respondit, se, quod in nominibus haberet, nescire quo loci esset: alios non solvere, aliorum diem nondum esse, dixit: etiam alia quadam de servulis suis: quare nobiscum esse non posset. Morem gessi: dimisi a me, ut magistrum Ciceronum, non lubenter; ut hominem ingratum, non invitum. Volui te scire, quid ego de ejus facto iudicarem.

CICERO ATTICO SAL.

XI. QUOD me magno animi motu perturbatur putas; sum equidem, sed non tam magno, quam tibi fortasse videor. Levatur enim omnis cura, cum aut¹ consistit consilium, aut cogitando nihil explicatur. Lamentari autem licet. Illud tamen² totos dies, vereor, ne, nihil cum proficiam, etiam dedecori sit studiis ac literis nostris. Consumo igitur omne tempus, considerans, quanta vis sit illius viri, quem nostris libris satis diligenter, ut tibi quidem videmur, expressimus. Teneſne igitur, moderatorem illum Reipublicæ

Tom. VIII.

V u quo

¹ Consistit] Res deliberata est.
² Totos dies] Lamentari. Post hæc duo verba, notam quietis vulgo appingunt; quam male, nemo enim videt. Deinde omnes præter Lambinum ediderunt. sed vereor, unde consuebat Gronovius pater, subtertere: quod minime displicet. Postremo legendum esse sit, non sem, vis ipsa sententia arguit. O-
 frons.

quo referre velimus omnia? Nam sic quinto, ut opinor, in libro loquitur Scipio: *Ut enim gubernatori cursus secundas, medico salus, imperatori victoria; sic huic moderatori Reipublice beata civium vita propozita est; ut opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honesta sit. Hujus enim operis, maximi inter homines atque optimi, illum esse perfectorem volo.* Hoc Cnaeus noster cum antea nunquam, tum in hac causa minime cogitavit. Dominatio quaesita ab utroque est: non id actum, beata & honesta civitas ut esset. Nec vero ille urbem reliquit, quod eam tueri non posset, nec Italiam, quod ea pelleretur: sed hoc a primo cogitavit, omnes terras, omnia maria movere, reges barbaros incitare, gentes ferarum armatas in Italiam adducere, exercitus conficere maximos. Genus illud Syllani regni jam pridem appetitur, multis, qui una sunt, cupientibus. An censes, nihil inter eos convenire? nullam pacitionem fieri potuisse? Hodie potest: sed neutri ³ *provis* est ille, ut nos beati simus; uterque repugnare vult. Hoc a te invitatus breviter exposui. Vohasti enim, me, quid de his malis sentirem, ostendere. ⁴ *Prodeat* igitur, noster Attice, non ariolans, ut illa, cui nemo credidit, sed conjectura prospiciens, ⁵ *Jamque mari magno.* Non multo, inquam, secus possum vaticinari: tanta malorum impendet ⁶ *l'as.* Atque hoc nostra gravior est causa, qui domi sumus, quam illorum, qui una transferunt, quod illi quidem ⁷ alterum metuunt, nos utrumque. Cur igitur, inquis, remanemus? Vel tibi parvius; vel non occurrimus; vel hoc fuit rectius. Conculcari, inquam, miseram Italiam videbis proximaestate, & quati utriusque vi, mancipiis ex omni genere collectis: nec tam ⁸ proscriptio pertimescenda, qua Luceria multis sermonibus denuntiata est, quam univfersus interitus: tantas in configendo utriusque vires video.

³ *Ere*] Pompeium, & Caesarem.

⁴ *Prodeat*] Etiam latine *prodeat*.

⁵ *Jamque mari*] Praefatio.

⁶ *Jamque mari*] Hemistichion ex veteri poetae cuius integri sunt versus; ex personae Cassiodori vaticinantis, lib. 1. de Divin. cap. 31. *Manus*.

⁷ *l'as*] Illas malorum, proverb.

⁸ *Alterum*] Caesarem. *Corrad.*

⁹ *Proscriptio*] Victorius ita coniecit, atque edidit, cum postrema tantum syllaba extaret in mss. Alii malunt *scriptio*, alii *scriptio*, alii *scriptio*. Quid voluerit Cicero, videtur, ni fallor, omnes: qua sic voce usus nemo. *Divotus*.

video futuras. Habes conjecturam meam. Tu autem consolationis fortasse aliquid expectasti; nihil invenio; nihil fieri potest miserius, nihil perditius, nihil scedius. Quod quaris, quid Caesar ad me scripserit: quod sepe: gratissimum sibi esse, quod quierim: oratque, in eo ut perseverem. Balbus minor hac eadem mandata. Iter autem ejus erat ad Lentulum consullem cum literis Caesaris, praemiorumque promissis, si Romam revertisset. Verum, cum habeo rationem dicam, ante puto transmissurum, quam potuerit conveniri. Epistolarum Pompeji duarum, quas ad me misit, negligentiam, meamque in scribendo diligentiam volui tibi notam esse: earum exempla ad te misi. Caesaris hic per Apuliam ad Brundisium cursus quid efficiat, expecto. Utinam aliquid simile ¹⁰ Parthicus rebas. Simul aliquid audiero, scribam ad te. Tu ad me velim bonorum sermones. Romae frequentes esse dicuntur. Scio equidem, te in publicum non prodire: sed tamen audire te multa, necesse est. Memini librum tibi offerri a Demetrio Magnere, ad te missum, ¹¹ *de Ovarois*. Eum mihi velim mittas. Vides, quam causam mediter.

¹⁰ *Parthicus rebas*] Quorum exitus inssequitur, hifdem continuo discedentibus. Nam, etsi Parthi, subito cursu in provincias irumpentes, magnum inferunt terrorem: tanto haud magna calamitas con-

¹¹ *de Ovarois*] *De Concordia*. Vide G. J. Voßium de Historicis Graecis, l. 13.

CN. MAGNUS PROCOS. S. D. M. CICERONI IMP.

QUINTUS Fabius ad me venit a. d. ix Kalend. Febr. Is nuntiat L. Domitium cum suis cohortibus xi, & cohortibus xiv, quas Vibullius adduxit, ad me iter habere: habuisse in animo proficisci Corsinio, a. d. Id. Febr. C. Hirrum cum v cohortibus subsequi. Genleo ad nos Luceriam venias: nam te hic tutissime puto fore.

M. CICERO IMP. S. D. CN. MAGNO PROCOS. (R)

ANTE diem xv. Kalend. Mart. Formis accepi tuas literas: ex quibus ea, qua in agro Piceno getta erant, cognovi

agnovi commodiora esse multo, quam ut erat nobis nuntiatum: Vibullique virtutem, industriamque libenter agnovi. Nos adhuc in ea ora, ubi praepositi sumus, ita sumus, ut navem paratam haberemus. Ea enim audiebamus, & ea verebamur, ut, quodcumque tu consilium praecipisses, id nobis persequendum putaremus. Nunc, quoniam auctoritate & consilio tuo in spe firmiore sumus; si teneri posse putas Tarracinam, & oram maritimam, in ea manebo: est praesidia in oppidis nulla sunt. Nemo enim nostri ordinis in his locis est, praeter M. Eppium, quem ego Minturnis esse volui, vigilantem hominem & industrium. Nam L. Torquatium, virum fortem & cum auctoritate, Formis non habemus: ad te profectum arbitramur. Ego omnino, ut proxime tibi placuerat, Capuam veni eo ipso die, quo tu Teano Sidicino es profectus. Volueras enim, me cum M. Confidio Propratore, illa negotia tueri. Cum eo venissem, vidi T. Ampium delectum habere diligentissime, ab eo accipere Libonem summa item diligentia, & in illa colonia auctoritate. Fui Capuae, quoad Consules. Iterum, ut erat dictum ab Consulibus, veni Capuam ad Nonas Febr. cum fuisset triduum, recepi me Formias. Nunc quod tuum consilium, aut quae ratio belli sit, ignoro. Si tenendam hanc oram putas, quae & opportunitatem & dignitatem habet, & egregios cives, & ut arbitror, teneri potest; opus est esse, qui praestet. Sin omnia in unum locum contrahenda sunt; non dubito, quin ad te statim veniam: quo mihi nihil optatius est: idque tecum, quo die ab urbe discessimus, locutus sum. Ego, si cui adhuc videor seignior fuisse, dum ne tibi videar, non laboro: & tamen, si, ut video, bellum gerendum est; confido me omnibus facile satisfacturum. M. Tullium, meum necessarium, ad te misi: cui tu, si tibi videretur, ad me literas dares.

¹ M. Eppium] Hirrus de bello Afric. al. & ipse consularis, addat, nisi quis M. O. M. Oppium, unde quis fortasse legat: M. Puppium, ut M. Puppium Pisonem virum bello civ. Malesp. consulari significet, praesertim cum, ² M. Tullium] M. Tullius Laurea, scribitur, dicat, & L. Torquatium, qui erat ha Ciceronis. Ernestus.

CN. MAGNUS PROCOS. S. D. M. CICERONI IMP.

SI vales, bene est. Tuas literas libenter legi. Recognovi enim tuam pristinam virtutem etiam in salute communi. Consules ad eum exercitum, quem in Apulia habui, venerunt. Magnopere te hortor pro tuo singulari perpetuoque studio in Republicam, ut te ad nos conferas; ut communi consilio Reipublicae assideas: opem atque auxilium feramus. Censeo via Appia iter facias, & celeriter Brundisium venias.

M. CICERO IMP. S. D. CN. MAGNO PROCOS.

CUM ad te literas misissem, quae tibi Canusi reddita sunt, suspicionem nullam habebam, te Reipublicae causa ire transiturum; eramque in spe magna fore ut in Italia possemus aut concordiam constituere, qua mihi nihil utilius videbatur, aut Republicam summa cum dignitate defendere. Interim, nondum meis literis ad te perlatis, ex his mandatis, quae D. Laelio ad Consules dederas, certior tui consilii factus, non expectavi, dum mihi a te literae redderentur: confestimque cum Quinto fratre, & cum liberis nostris iter ad te in Apuliam facere coepi. Cum Teanum Sidicinum venissem, C. Messius familiaris tuus mihi dixit, aliique complures, Caesarem iter habere Capuam: & eo ipso die mansurum esse Aeserniae. Sane sum commotus; quod, si ita esset, non modo iter meum interclusum, sed me ipsum plane exceptum putabam. Itaque tum Cales processi, ut ibi potissimum consisterem, dum certum nobis ab Aesernia de eo, quod audieram, referretur. At mihi cum Calibus essem, affertur literarum tuarum exemplum, quas tu ad Lentulum consulem misisses. Haec scripta sic erant: *Literas tibi a L. Domitio a. d. XIII Kal. Mart. allatas esse; earumque exemplum subscripseras; magnique interesse Reipublicae scripseras, omnes copias primo quoque tempore in unum locum convenire; & ut praesidium, quod satis esset, Capuae relinqueret.* His ego literis lectis in eadem opinione fui, qua

reli-

reliqui omnes, te cum omnibus copiis ad Corfinium esse venturum: quo mihi, cum Cæsar ad oppidum castra haberet, tutum iter esse non arbitrabar. Cum res in summa expectatione esset, utrumque simul audimus, & quæ Corfinii acta essent, & te iter Brundisium facere cœpisse: cumque nec mihi, nec fratri meo dubium esset, quin Brundisium contenderemus; a multis, qui e Samnio Apuliaque veniebant, admoniti sumus, ut caveremus, ne exciperemur a Cæsare; quod is in eadem loca, quæ nos petebamus, profectus, celerius etiam, quam nos possemus, eo, quo intenderat, venturus esset. Quod cum ita esset: nec mihi, nec fratri meo, nec cuiquam amicorum placuit committere, ut temeritas nostra non solum nobis, sed etiam Reipublicæ noceret; cum præsertim non dubitarem, quin, si etiam tutum nobis iter fuisset, te tamen jam consequi non possemus. Interim accepimus tuas literas, Canusio a. d. x Kal. Mart. datas, quibus nos hortaris, ut celerius Brundisium veniamus: quas cum accepissemus a. d. 111 Kalend. Mart. non dubitabamus, quin tu jam Brundisium pervenisses; nobisque iter illud omnino interclusum videbatur: neque minus nos esse captos, quam qui Corfinii fuissent. Neque enim eos solos arbitrabamur capi, qui in armorum manus incidissent, sed eos nihilo minus, qui regionibus exclusi intra præsidia, atque intra arma aliena venissent. Quod cum ita sit, maxime vellem primum semper tecum fuisse; quod quidem tibi ostenderam, cum a me Capuam rejiciebam; quod feci non vitandi oneris causa, sed quod videbam teneri illam urbem sine exercitu non posse. Accidere autem mihi nolebam, quod doleo viris fortissimis accidisse. Quando autem tecum ut essem non contigit: utinam tui consilii certior factus essem. Nam suspitione affeque non potui; quod omnia prius arbitratus sum fore, quam ut hæc Reipublicæ causa in Italia non posset duce te consistere. Neque vero nunc consilium tuum reprehendo, sed fortunam Reipublicæ lugeo: nec, si ego, quid tu sis lectus, non perspicio, idcirco minus existimo, te nihil nisi summa ratione fecisse. Mea quæ semper fuerit sententia, primum de pace vel iniqua conditione retinenda, deinde de ur-

be,

be, (nam de Italia quidem nihil mihi inquam ostenderas) meminisse te arbitror. Sed mihi non sumo, ut meum consilium valere debuerit: secutus sum tuum; neque id Reipublicæ causa, de qua desperavi, quæ & nunc afflicta est, nec excitari sine civili perniciosissimo bello potest: sed te quarebam; tecum esse cupiebam: neque ejus rei facultatem, si qua erit, prætermittam. Ego me in hac omni causa facile intelligebam pugnandi cupidis hominibus non satisfacere. Primum enim præ me tuli, me nihil malle quam pacem; non quin eadem timerem, quæ illi: sed ea bello civili leviora ducebam. Inde suscepto bello, cum pacis conditiones ad te afferri, a teque ad ea honorifice & large responderi viderem, duxi meam rationem; quam tibi facile me probaturum pro tuo in me beneficio arbitrabar. Memineram me esse unum, qui pro meis maximis in Reipublicam meritis supplicia miserissima & crudelissima pertulissem: me esse unum, qui, si offendissem ejus animum, cui tum, cum jam in armis essemus, Consulatus tamen alter, & triumphus amplissimus deferbatur, subicerer eisdem præliis: ut mea persona semper ad improborum civium impetus aliquid videretur habere, populare. Atque hæc non ego prius tum suspicatus, quam mihi palam denunciata sunt: neque ea tam pertimui, si subeunda essent, quam declinanda putavi, si honeste vitare possem. Quam brevem illius temporis, dum in spe pax fuit, rationem nostram vides; reliqui facultatem res ademit. Iis autem, quibus non satisfacio, facile respondeo. Neque enim ego amicitior C. Cæsari unquam fui, quam illi: neque illi amicitiores Reipublicæ quam ego. Hoc inter me, & illos interest; quod, cum & illi cives optimi sint, & ego ab ista laude non absum, ego conditionibus, quod idem te intellexeram

velle,

1 Duxi meam rationem] Hoc cogitari, quid non esse mihi faciendum, ut Cæsaris animum ostenderem: itaque pacis auctor fui, vel cum iis conditionibus, quas ille ferret, qui bello civili nihil esse miserius intelligerem: fecique id eo libentius, quia, cum ad pacis conditiones viderem a te honorifice, largeque responderi, meum consilium non arbitrabar a tua sententia discrepare.

Man.

2 Eisdem præliis] Contentionibus quibus olim subiectus fui Clodius quidem auctor, sed Cæsare impellente. Corrad.

3 Populare] Ut ep. 30. hujus libri. Hoc est, improborum homines, qui consilium inane persequi Reipublicam, semper se imperare, persuasos hæc ratione se populam sibi faventem reddere posse. Grav.

velle, illi armis disceptari maluerunt. Quæ quoniam ratio vicit; perficiam profecto, ut neque Respublica civis a me animum, neque tu amici desideres.

CICERO ATTICO SAL.

XII. **M** IHI molestior lippitudo erat etiam, quam ante fuerat. Dictare tamen hanc epistolam malui, quam Gallo Fabio, amantissimo utriusque nostrum, nihil ad te literarum dare. Nam pridè quidem, quoquo modo potueram, scripseram ipse eas literas, quarum vaticinationem fallam esse cupio. Hujus autem epistolæ non solum ea causa est, ut ne quis a me dies intermittatur, quin dem ad te literas; sed etiam hæc justior, ut a te impetrarem, ut sumeres aliquid temporis; quo quia tibi perexiguo opus est, explicari mihi tuum consilium plane volo, ut penitus intelligam. Omnia sunt integra nobis: nihil prætermisum est, quod non habeat sapientem excusationem, non modo probabilem. Nam certe neque tum peccavi, cum ¹ imperatam Capuam, non solum ignaviæ delectus, sed etiam perfidiæ suspicionem fugiens, ² accipere nolui; neque cum post conditiones pacis per L. Cæsarem & ³ Fabatum allatas cavi, ne animum ejus offenderem, cui Pompejus jam armatus armato Consulatum triumphumque deserret. Nec vero hæc extrema quisquam potest jure reprehendere, quod mare non transirem. Id enim, etsi erat deliberationis, tamen obire non potui. Neque enim suspicari debui; præsertim cum ex ipsius Pompeji literis, idem quod video te existimasse, non dubitarem, quin is Domitio subventurus esset. Et plane quid restum, & quid faciendum mihi esset, diutius cogitare malui.

Pri-

¹ Imperatam] Ab exercitu. Alii (Man. & Lamb.) imperatam. Corrad.
² Accipere nolui] Cum rejiciebam, ep. sup. nam postea, quamvis invito, cepi, ep. 3. hujus libri. Vide tamen, an totus hic locus ita legi debeat: Imperatam Capuam, non solum ignaviæ delectum, sed etiam perfidiæ suspicionem fugiens, accipere nolui. Nihil e-

nim accepisset Cicero, ignavus, & in Pompejum perfidus videri potuisset. Idem. Omnes editi libri retinent delectus.
³ Fabatum] Is est L. Roscius Fabatus, cujus & mentio in epistola Pollionis, & in argenteo nummo, in quo legitur: L. Roscius Fabati. Ursinur.

Primum igitur, hæc qualia tibi esse videantur, etsi significata sunt a te, tamen accuratius mihi perscribas, velim: deinde aliquid etiam in posterum prospicias, fingasque, quem me esse deceat, & ubi me plurimum professe Republicæ sentias; ⁴ ecquæ pacifica persona desideretur; an in bellatore sint omnia. Atque ego, qui omnia officio metior, recordor tamen tuæ ⁵ consilia; quibus si parvissem, tristitiam illorum temporum non subiissem. Memini, quid mihi tum suaseris per Theophanem, per Culeonem: idque sæpe ingemiscens sum recordatus. Quare nunc saltem ad illos calculos revertamur, quos tum abjecimus; ut non solum gloriosis consiliis utamur, sed etiam paulo salubrioribus. Sed nihil præscribo: accurate velim perscribas tuam ad me sententiam. Volo etiam exquiras, quam diligentissime poteris, (habebis autem, per quos possis) quid Lentulus noster, quid Domitius agat, quid acturus sit, quemadmodum nunc se gerant, num quem accusent, num cui succenseant. Quid dico, num cui? num Pompejo? omnino culpam omnem Pompejus in Domitium confert: quod ipsius literis cognosci potest: quarum exemplum ad te mitto. Hæc igitur videbis; & quod ad te ante scripsi, Demetrii Magnetis librum, quem ad te misit de concordia, velim mihi mittas.

⁴ Ecquæ pacifica] Utrum me deceat in Italia remanere: quod pacificam aliquam mihi suadebas, ne omnia officio metier, personam republicæ videatur desiderare, cuius auctoritate inter Cæsarem & Pompejum servanda Cæsaris auctoritas. Idem.
⁵ Consilia] Clodianis temporibus: cum sed saluris simul rationem haberem, discordiam sedentur. Man.

CN. MAGNUS PROCOS. M. MARCELLO, L. LENTULO COSS. S. D.

EGO, quod existimabam, dispersos nos, neque Reipublicæ utiles, neque nobis præsidio esse posse, idcirco ad L. Domitium literas misi, primum uti ipse cum omni copia ad nos veniret: si de se dubitaret, ut cohortes XIX, quæ ex Piceno ad me iter habebant, ad nos mitteret. Quod veritus sum, factum est, ut Domitius implicaretur; neque ipse satis firmus.

firmus esset ad castra facienda, quod meas XIX, & suas XII cohortes tribus in oppidis distributas haberet: nam partim Albæ, partim Salmone collocavit: neque, si vellet, expedire posset. Nunc scitote, me esse in summa sollicitudine. Nam & tot & tales viros periculo obsidionis liberare cupio: neque subsidio ire possum, quod his duabus legionibus non puto esse committendum, ut illuc ducantur: ex quibus tamen non amplius XIV cohortes contrahere potui: quod Brundisium præsidium misi, neque Canusium sine præsidio, dum abessem, putavi esse dimitendum. D. Lælio mandaram, quod majores copias sperabam nos habituros, ut, si vobis videretur, alteruter vestrum ad me veniret: alter in Siciliam cum ea copia, quam Capuæ, & circum Capuam comparastis, & cum iis militibus, quos Faustus legit, proficisceretur; Domitius cum XII suis cohortibus eodem adjungeretur; reliquæ copiae omnes Brundisium cogerentur: & inde navibus Dyrrhachium transportarentur. Nunc, cum hoc tempore nihilo magis ego, quam vos, subsidio Domitio ire possum, seu per montes explicare; non est nobis committendum, ut ad has XIV cohortes, quas ego dubio animo habeo, hostis accedere, aut in itinere me consequi possit. Quamobrem placitum est mihi, ac ita video censeri Marcello, & ceteris nostri ordinis, qui hic sunt, ut Brundisium ducerem hanc copiam, quam mecum habeo. Vos horror, ut quodcumque militum contrahere poteritis, contrahatis, & eodem veniatis quamprimum. Arma quæ ad me missuri eratis, iis, censeo, armetis milites, quos vobiscum habetis. Quæ arma superabunt, ea si Brundisium jumentis deportarit, vehementer Reipublicæ profueritis. De hac re vellem nostros certiores faciatis. Ego ad P. Lupum, & C. Coponium Prætores misi, ut se nobis conjungerent; & militum quod haberent, ad vos deducerent.

¹ *Seu per montes* | Hoc mirum dicit, bene tenet, neque per montes illum explicare possum Domitio subsidio venire ut ur-
² *care & educere. Popsna.*

CN. MAGNUS PROCOS. S. D. L. DOMITIO PROCOS.

MIROR, te ad me nihil scribere, & potius ab aliis, quam a te, de Republica me certiosem fieri. Nos, disjecta manu, pares adversariis esse non possumus. Contractis nostris copiis, spero nos & Reipublicæ & communi saluti prodesse. Quamobrem cum constituisses, ut Vibullius mihi scripserat a. d. v Id. Febr. Corfinio proficisci cum exercitu, & ad me venire; miror quid causæ fuerit, quare consilium mutaris. Nam illa causa, quam mihi Vibullius scribit, levis est, te propterea moratum esse, quod audieris Cæsarem Firmo progressum in Castrum Truentinum venisse. Quanto enim magis appropinquare adversarius capit, eo tibi celerius agendum erat, ut te mecum conjungeres prius, quam Cæsar aut tuum iter impedire, aut me abs te excludere posset. Quamobrem etiam & etiam te rogo & hortor, id quod non desisti superioribus literis a te petere, ut primo quoque die Luceriam advenires, antequam copiae, quas instituit Cæsar contrahere, in unum locum coactæ nos a nobis distrahant. Sed si erunt, qui te impediunt, ut illas suas servent, æquum est me a te impetrare ut cohortes, quæ ex Piceno & Camerino venerunt, quæ fortunas suas reliquerunt, ad me missum facias.

¹ *Qui te impediunt* | Albani, Marfi, & ha, Marfi, Pelignis, & finitimis regionibus. *Manutius.*
² *Illas* | XI cohortes. *Corradus.* Mihi vixim xv. cohortes Domitius coegerat ex Al-
³ *decur legendum, villar.* Grævius.

CN. MAGNUS PROCOS. S. D. L. DOMITIO PROCOS.

LITERAS abs te M. Galenus ad me attulit a. d. XIV Kalend. Mart. in quibus literis scribis, tibi in animo esse observare Cæsarem; & si secundum mare ad me ire cepisset, confestim in Sannium ad me venturum; sin autem ille circum istæ loca commoraretur, te ei, si propius accessisset.

cessisset, resistere velle. Te animo magno & forti istam rem agere existimo: sed diligentius nobis est videndum, ne distracti pares esse adversario non possimus; cum ille magnas copias habeat, & majores brevi habiturus sit. Non enim propria prudentia debes illud solum animadvertere, quot in praesentia cohortes contra te habeat Caesar, sed quantas brevi tempore equitum & pedum copias contracturus sit. Cui rei testimonio sunt literae, quas Bossenius ad me misit; in quibus scribit, id quod ab aliis quoque mihi scribitur, praesidia Curionem, quae in Umbria & Tuscis erant, contrahere, & ad Caesarem iter facere. Quae si copiae in unum locum fuerint coactae, ut pars exercitus ad Albam mittatur, pars ad te accedat; ut non pugnet, sed locis suis repugnet, haerebis: neque solus cum ista copia tantam multitudinem sustinere poteris, ut frumentatum eas. Quamobrem te magnopere hortor, ut quamprimum cum omni copia huc venias. Consules constituerunt idem facere. Ego Metusilio ad te mandata dedi, providendum esse, ne duae legiones sine Picentinis cohortibus in conspectum Caesaris committerentur. Quamobrem nolito commoveri, si audieris me regredi, si forte Caesar ad me veniet. Cavendum enim puto esse, ne implicatus haeream. Nam neque castra, propter anni tempus & militum animos, facere possum: neque ex omnibus oppidis contrahere copias expedit; ne receptum amittam. Itaque non amplius XIV cohortes Luceriam coegi. Consules praesidia omnia deducturi sunt, aut in Siciliam ituri. Nam aut exercitum firmum habere oportet, quo confidamus percurrere nos posse; aut regiones ejusmodi obtinere, e quibus repugnemus. Id quod neutrum nobis hoc tempore contingit: quod & magnam partem Italiae Caesar occupavit; & nos non habemus exercitum tam amplum, neque tam magnum, quam ille. Itaque nobis providendum est, ut summam Reipublicae rationem habeamus. Etiam atque etiam te hortor, ut cum omni copia quamprimum ad me venias. Possumus etiam nunc

Rem-

¹ Metusilia] Alii, M. Tuscis.

² Receptum] Ipsa oppida, quo receptum

habemus, quibus amissis, quo nos recipere-
mus, non esset. Idem.

Reipublicam erigere, si communi consilio negotium administrabimus: sin diltrahemur, infirmi erimus. Mihi hoc constitutum est.

His literis scriptis, Sica a te mihi literas attulit & mandata. Quod me hortare, ut istuc veniam, id me facere non arbitror posse; quod non magnopere his legionibus confido.

CN. MAGNUS PROCOS. S. D. L. DOMITIO PROCOS.

LITERAE mihi a te redditae sunt a. d. XIII Kal. Mart. in quibus scribis, Caesarem apud Corfinium castra posuisse. Quod putavi & praemonui, sit, ut nec in praesentia committere tecum praelium velit; & omnibus copiis conductis, te implicet, ne ad me iter expeditum tibi sit: atque istas copias conjungere optimorum civium possis cum his legionibus, de quarum voluntate dubitamus: quo etiam magis tuis literis sum commotus. Neque enim eorum militum, quos mecum habeo, voluntati satis confido, ut de omnibus fortunis Reipublicae dimicem: neque etiam, qui ex delectibus conscripti sunt a Consulibus, convenerunt. Quare da operam, si ulla ratione etiam nunc efficere potes, ut te explices, huc quamprimum venias, antequam omnes copiae adversariorum conveniant. Neque enim celeriter ex delectibus huc homines convenire possunt: & si convenirent, quantum iis committendum sit, quod inter se ne noti quidem sunt, contra veteranas legiones, non te praeterit.

CICERO ATTICO SAL.

XIII. LIPPITUDINIS meae signum tibi sit librarii manus, & eadem causa brevitatis: etsi nunc quidem, quod scriberem, nihil erat. Omnis expectatio nostra erat in nuntiis Brundisinis. Si nactus hic esset Cnæum nostrum, spes dubia pacis: sin ille ante¹ transmisisset, exitiosi belli metus. Sed vide scne, ² in quem hominem incidit Respublica³ quam

acu-

¹ Transmisisset] Mare transisset. Corr.

² In quem hominem] Caesarem. Idem.

acutum, quam vigilantem, quam paratum? Si mehercule neminem occiderit, nec cuiquam quidquam ademerit, ab his, qui eum maxime timerant, maxime diligeretur. Multum mecum municipales homines loquuntur, multum rusticani. Nihil prorsus aliud curant nisi agros, nisi villulas, nisi nummos suos. Et vide, quam conversa res est. Illum, quo antea confidebant, metuunt; hunc amant, quem timebant. Id quantis nostris peccatis vitisque evenerit, non possum sine molestia cogitare. Quæ autem impendere putarem, scripseram ad te; & jam tuas literas expectabam.

CICERO ATTICO SAL.

XIV. **N**ON dubito, quin tibi odiosa sint epistolæ quotidiana, cum præsertim neque nova de re aliqua certiore te faciam, neque novam denique jam reperiri scribendi ullam sententiam. Sed si, dedita opera, cum causa nulla esset, tabellarios ad te cum inanibus epistolis mitterem; facerem inepte. Euntibus vero, domesticis præsertim, ut nihil ad te dem literarum, facere non possum: & simul (crede mihi) requiesco paulum in his miseris, cum quasi tecum loquor: cum vero tuas epistolas lego, multo etiam magis. Omnino intelligo, nullum fuisse tempus post has fugas & formidines, quod magis debuerit mutum esse a literis: propterea quod neque Romæ quidquam auditur novi: nec in his locis, quæ a Brundisio absunt propius, quam tu, biduum, aut triduum. Brundisii autem omne certamen vertitur hujus primi temporis: qua quidem expectatione torqueor: sed omnia ante nos sciemus. Eodem enim die video Cæsarem a Corninio post meridiem profectum esse, id est¹ Feralibus, quo Canusio mane Pompejum: eo modo autem ambular Cæsar, & iis² diariis militum celeritatem incitat, ut timeam, ne citius ad Brun-

¹ Feralibus] Cicero ex Fastis veterum Pontificum Feralia retulit in octavam Kalendas Martias, quo die Canusio decessit Pompejus, ut idem confirmat epistola prima libri sequentis. At Ovidius & alii posteriores alios Fastos sequuntur, nempe eos qui a C. Cæsar & Augusto postea correcti fuerunt, eum

diem festum triduo ante collocant; ei enim assignant undecimum Kal. Mart. ² Diariis] Cum Manutio interpretandum, in singulos dies majore stipendio & præmiis. ³ Crevit. Malebat *id est* Bonus: sed non audiendus est.

Brundisium, quam opus sit, accesserit. Dices: Quid igitur proficis, qui antecipes ejus rei molestiam, quam triduo sciturus sis? Nihil equidem. Sed, ut supra dixi, tecum perlibenter loquor: & simul scito, labare meum consilium, illud quod satis jam fixum videbatur: non mihi satis idonei sunt auctores ii, qui a te probantur. Quod enim unquam eorum in Republica forte factum extitit? aut quis ab his ullam rem laude dignam desiderat? Nec mehercule laudandos existimo, qui trans mare belli parandi causa profecti sunt: (quanquam hæc ferenda non erant) video enim quantum id bellum, & quam pestiferum futurum sit. Sed me movet unus vir; cujus fugientis comes, Republicam recuperantis socius videor esse debere. Totiesne igitur sententiam mutas? Egos tecum, tanquam mecum loquor. Quis autem est, tanta quidem de re, quin varie secum ipse disputet? Simul & elicere cupio sententiam tuam; si manet, ut firmior sim; si mutata est, ut tibi assentiar. Omnino ad id, de quo dubito, pertinet, me scire, quid Domitius acturus sit, quid noster Lentulus. De Domitio varia audimus, modo esse³ in Tiburtino Lepidi; modo cum Lepido accessisse ad urbem: quod item falsum video esse. Ait enim Lepidus, eum nescio quo⁴ penetrasse itineribus; occultandi sui causa, an maris⁵ apiscendi, ne id quidem scit. Ignorat enim de filio. Addit illud, sane molestum; pecuniam Domitio satis grandem, quam is Corninii habuerit,⁶ non esse redditam. De Lentulo autem nihil audimus. Hæc velim exquiras, ad meque perscribas.

³ In Tiburtino] Lambini lectio, fortasse non veritas, sed plures ceteris. ⁴ Penetrasse itineribus] Videtur desiderari epithetum, quod cohereret cum voce, *invenit*, forte *occultis*, seu *deviis*. Lambini. ⁵ Apiscendi] Visi. pro *adipiscendi*. ⁶ Redditam non esse] Redditam esse tradit Cæsar lib. I. de Bello civili.

CICERO ATTICO SAL.

XV. ANTE diem v. Non. Mart. epistolas mihi tuas Ægypta reddidit, unam veterem iv. Kal. quam te scribis dedisse Pinario, quem non vidimus; in qua expectas, quidnam præmissus agat Vibullius; qui omnino non est vitus a Cæsare: (in altera epistola video te scire ita esse) & quemadmodum redeuntem excipiam Cæsarem; quem omnino vitare cogito: & aut Hæmonis fugam tendis, commutationemque vitæ tuæ; quod tibi puto esse faciendum; &, ignoras, Domitius cum fascibusne sit; quod cum scies, facies ut sciamus. Habes ad primam epistolam. Secuta sunt duæ, pridie Kal. ambæ datæ, quæ me convellerunt de pristino statu, jam tamen, ut ante ad te scripsi, labantem. Nec me movet, quod scribis, *Jovi ipsi iniquum*: nam periculum in utriusque iracundia positum est: victoria autem ita incerta, ut deterior causa paratior mihi esse videatur. Nec me Consules movent, qui ipsi pluma aut folio facilius moventur. Officii me deliberatio cruciat, cruciavitque adhuc. Cautior certe est mansio: honestior existimatur trajectio. Malo interdum, multi me non caute, quam pauci non honeste fecisse existiment. De Lepido & Tullo quod quæris; illi vero non dubitant, quin Cæsari præsto futuri, in Senatumque venturi sint. Recentissima tua est epistola Kal. datæ; in qua optas congressum, pacemque non desperas. Sed ego, cum hæc scribebam, nec illos congressuros, nec, si congressi essent, Pompejum ad ullam conditionem accessurum putabam. Quod videris non dubitare, si Consules transeant, quid nos facere oporteat; certe transeunt: vel

¹ Aut Hæmonis fugam tendis] Ita Vid. Man. Lamb. Hæc esse corruptæ satis constat. Malaspina emendabat; *Idem autem Hæmonis fugam tendis*: vel, *ad Hæmonis fugam intendit*. Faerni enim licet haberet *intendit*. Hoc est, Tu autem in Epirum navigare cogitas; & ab his rerum tumultibus te subducere; quemadmodum e bello Thebano Hæmon attigit. E ferocitis aliis conjecturis Grævia nam Mongallus noster feligit; ut non peffi-

mam. Ille autem scribendum censuit, *aut tu ad Chæoniæ fugam tendis*. Chæonia enim, pars Epiri, in qua possessiones Attici erant. Leviori tamen mutatione, non Chæoniæ, sed Hæmoniam legeris: nam Græciæ vetus fuit nomen, *Oliæus*.

² Cum fascibus] Quia Proconful. ³ Jovi ipsi iniquum] Id est, vehementer iratum; & exasperatum; ut nec Dis nec hominibus parcat. *Victorius*.

vel quo modo nunc est, transierunt. Sed memento, præter Appium, neminem esse fere, qui non jus habeat transeundi. Nam aut cum imperio sunt; ut Pompejus, ut Scipio, Serenas, Fannius, Voconius, Sextius, ipsi Consules; quibus more majorum concessum est vel omnes adire provincias: aut legati sunt eorum. Sed nihil desidero: quid placeat tibi, & quid propemodum rectum sit, intelligo. Plura scriberem, si ipse possem: sed, ut mihi videor, potero biduo. Balbi Cornelii literarum exemplum, quas eodem die accepi, quo tuas, mihi ad te, ut meam vicem doleres, cum me derideri videres.

⁴ Appium] Jus transeundi non habebat, dum censet *Sofuar*, & intelligit M. Nonium quoniam Censor erat, nec cum imperio, ut *Sufenent*, qui eo anno Cretam & Cyrenam proconful Pompejus Hispaniarum, Scipio Syrcie, &c. *Popsna*. ⁶ Desidero] Lamb. Grut. *Differo*.

⁵ Serenas] Pighius, ad ann. 703. legent-

BALBUS CICERONI IMP. S.

OBSECRO te, Cicero, suscipe curam & cogitationem dignissimam tuæ virtutis, ut Cæsarem & Pompejum, perfidia hominum distractos, rursus in pristinam concordiam reducas. Crede mihi, Cæsarem non solum fore in tua potestate, sed etiam maximum beneficium te sibi dedisse judicaturum, si huc te rejicis. Velim, idem Pompejus faciat: qui ut adduci tali tempore ad ullam conditionem possit, magis opto, quam spero. Sed cum confiterit, & timere desierit, tum incipiam non desperare tuam auctoritatem plurimum apud eum valituram. Quod Lentulum Cos. meum voluisti hic remanere, Cæsari gratum, mihi vero gratissimum mediisfidius fecisti: nam illum tanti facio, qui non Cæsarem magis diligam: qui si passus esset, nos secum, ut confugeramus, loqui; & non se totum etiam & etiam ab sermone nostro avertisset, minus miser, quam sum, essem. Nam cave putes hoc tempore plus me quemquam cruciari, quod eum, quem ante me diligo, video in Consulatu quidvis potius esse, quam

Tom. VIII.

Y y

Con-

¹ Qui non Cæsarem] Ut non, dixisset Cicero. *Corradus*.

Consulem. Quod si voluerit tibi obtemperare, & nobis de Cæsare credere, & Consulatum reliquum Roma peragere, incipiam sperare, etiam consilio Senatus, auctore te, illo re latore, Pompejum & Cæsarem conjungi posse. Quod si factum erit, me satis vixisse putabo. Factum Cæsaris de Corin- thio totum me probaturum scito: quo modo in hujusmodi re, commodius cadere non potuit, quam ut res sine sanguine conficeret. Balbi mei tuique adventu delectatum te valde gaudeo. Is quæcunque tibi de Cæsare dixit, quæque Cæsar scripsit, scio, re tibi probabit, quæcunque fortuna ejus fuerit, verissime scripsisse.

² Me probaturum scito] Ostendam recte factum a Cæsare. Manus. Vetus liber re probaturum scio. Ursinus.

³ Cæsar] Id ex præcedentibus verbis in- reptit. Locum enim nullum habet; Omnia

sunt liquida, si deses. Hoc vult: Se tibi non os sublevisse, sed vera esse quæcunque tibi coram aut literis de Cæsaris animo in republica, deque ejus ad pacem propensione promittit. Gravatus.

CICERO ATTICO SAL.

XVI. OMNIA mihi provisâ sunt, præter occultum, & tutum iter ad mare superum. Hoc enim mari uti non possumus hoc tempore anni. Illuc autem, quo spectat animus, & quo res vocat, qua veniam? cedendum enim est celeriter; ne forte qua re impediatur, atque alliger. Nec vero ille me ducit, qui videtur: quem ego hominem ἀπολιτιεύω omnium jam ante cognoram; nunc vero etiam ἀπατηλάτω. Non me igitur is ducit, sed sermo hominum, qui ad me a Philotimo scribitur. Is enim me ab optimatibus ait conscindi. Quibus optimatibus, dii boni? qui nunc quo modo occurrunt, quo modo autem se venditant Cæsari? Municipia vero? Deum: nec simulant, ut cum de illo ægroto vota faciebant: sed plane, quidquid mali hic Pisistratus non fecerit, tam gratum est, quam si alium facere prohibuerit. Hunc propitium sperant, illum iratum pu- tant.

¹ ἀπολιτιεύω] Gubernandæ Reipubli- cæ maxime imperitum. ἀπατηλάτω] imperatoris artis maxime ignarum.

² Deum] Ut Deum Cæsarem colunt, di-

vinis honoribus prosequuntur. Manus.

³ De illo] Pompejo, ægrotoante Neapoli. Vide Tuscul. I. 35.

tant. Quas fieri censes ἀπατηλάτω ex oppidis? quos honores? Metuunt, inquires: credo; sed mehercule illum magis. Hujus insidiosa clementia delectantur: illius iracundiam formidant. Judices DCCL, qui præcipue Cnæo nostro delectabantur, ex quibus quotidie aliquem video, nescio quas ejus Lucerias horrent. Iraque quero, qui sint isti optimates, qui me exturbent, cum ipsi domi maneant. Sed tamen, quicun- que sunt, ἀιδέωμαι Τρῶες. Et si, qua spe proficiscar, video; conjungoque me cum homine magis ad vastandam Italia- m, quam ad vincendum parato: demum, quem expecto Et quidem, cum hæc scribebam IV. Nonas, jam expectabam aliquid a Brundisio. Quid autem aliquid? quam inde turpiter fugisset, & victor hic qua se referret, & quo. Quod ubi audissem; si ille Appia veniret, ego Arpinum cogitabam.

⁴ ἀιδέωμαι] Occursum.

⁵ Judices DCCL] Hic est numerus omnium Judicum collectus ex tribus ordinibus, Senatoribus, Equitibus, & Tribunis ærariis. Ego tamen magis probarem CCCLX, quos in numerum Judicum allegisse Pompejum, cum solus Consul esset, narrant Vel- lejus & Plutarchus: ob quod beneficium an-

ten illo delectabantur, postea horrebant e- jus proscriptionem Luceria denuntiatam. Pappus.

⁶ ἀιδέωμαι] Vide lib. II. epist. 5.

⁷ Demum] ἀκούσθαι, ut reticuerit, vel hominis causa, vel dolozis, postquam, aut capsum. Manutius.



UNIVERSIDAD DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

EPISTOLARUM
AD ATTICUM
LIBER IX.
CICERO ATTICO SAL.

I. **E**TSI, cum tu has literas legeres, putabam fore ut scirem jam quid Brundisii actum esset; (nam Canusio VIII Kal. profectus erat Cnæus; hæc autem scribebam pridie Nonas XIV die postquam ille Canusio moverat) tamen angebar singularum horarum expectatione: mirabarque nihil allatum esse ne rumoris quidem. Nam erat mirum silentium. Sed hæc fortasse ² νεοττοδα sunt: quæ tamen jam sciantur necesse est. Illud molestum, me adhuc investigare non posse, ubi P. Lentulus noster sit, ubi Domitius. Quæro autem, quo facilius scire possim, quid acturi sint; iturine ad Pompejum; & si sunt, qua, quando ve ituri sunt. Urbem quidem jam refertam esse optimatum audio; Sotium & Lupum, quos Cnæus noster ante putabat Brundisium venturos esse quam se ³, jus dicere. Hinc vero vulgo ⁴ vadunt. Etiam M. Lepidus, quocum diem conterer solebam, cras cogitabat. Nos autem in Formiano morabamur, quo citius ⁵ audiremus: deinde Arpinum volebamus. Inde, iter qua maxime ⁶ δεικνυμενον esset, ad mare superum, remotis, sive omnino missis licitoribus. Audio enim bonis

¹ *Respondeo*] Inanis cura plena.

² *Jus dicere*] Erant enim Prætores C. Sotius & P. Rutilius Lupus: quorum meminuit ep. 6. & 12. lib. VIII. & Rutilius jam ante Tarracina cum tribus cohortibus profugerat: sequenti anno Achajam missus a Pompejo, obtinuit, ut scribit Cæsar lib. I. & III. *Pompejo*.

³ *Vadunt*] Ex his locis ubi nunc aggregati proficiscuntur in urbem. *Grævius*.

⁴ *Audiremus*] Quid Brundisii actum.

⁵ *Audiremus*] Remotum ab omni occurfu.

⁶ *Ad mare superum*] Ut in Græciam transiret. Ep. 3. *Mantius*.

bonis viris, ⁷ qui & nunc, & sæpe antea magno præsidio Reipublicæ fuerunt, hanc cunctationem nostram non probari, multaque in me, & severe in conviviis ⁸ tempestivis quidem disputari. Cedamus igitur; & ut boni cives sumus, bellum Italiæ terra marique inferamus; & odia improborum rursus in nos, quæ jam extincta erant, incendamus; & Lucejæ consilia, ac Theophani ⁹ persequamur. Nam Scipio vel in Syriam proficiscitur sorte; vel cum genero honeste; vel Cæsarem fugit iratum. Marcelli quidem, nisi gladium Cæsaris timuissent, manerent. Appius & eodem timore, & inimicitiarum recentium; & tamen præter hunc, & C. Cassium, reliqui legati; Faustus Proquæstor: ego unus, cui utrumvis liceret. Frater accedet; quem socium hujus fortunæ esse ¹⁰ non erat æquum: cui magis etiam Cæsar irasceretur: sed impetrare non possum ut maneat. Dabimus hoc Pompejo, quod debemus. Nam me quidem alius nemo movet; non sermo bonorum, qui nulli sunt; non causa, quæ acta timide est, agetur improbe. Uni, nisi hoc damus, ne id quidem roganti, nec suam causam ¹¹ ut ait) agenti, sed publicam. Tu quid cogites de transeundo in Epirum, scire sane velim.

⁷ *Qui & nunc*] Quomodo nunc præsidio reipublicæ cum domi maneat? aliud fortasse dicit, aliud intelligit, *Quæstus*, Ep. 15. lib. VIII. & 3. lib. IX. *Idem*.

⁸ *Tempestivis*] Hoc est, quæ de die ante statam cœnæ horam iriabantur, quæ vitio vertebantur. Vide Cl. Salmat. ad Pl. Vopiscum Tacitum, qui exactissime refellit errorem vulgarem de *intempestivis conviviis*, ostenditque ibique in quibus scriptoribus legendum esse *tempestivis conviviis*, sicque vocari ad quæ maturius conveniebatur solia hora, licet extraherentur in noctem intempestam, aut ad luciferum usque. *Grævius*.

⁹ *Persequamur*] Stomachose in Pompe-

jum, qui, foedentibus L. Lucejo, & Theophane Miryleno, perniciosum reipublicæ bellum susceperat. *Persequamur*, faciamus quod Lucejo & Theophani placer. *Mant. Theophrastus*, pro *Theophrasti*, antiquæ, ut a libi non raro.

¹⁰ *Non erat æquum*] Quia Cæsaris legatus fuit in Galliâ, necque Pompejo debet æquæ anque ego. *Mantius*.

¹¹ *Ut ait*] Ait se publicam causam agere, non suam. Quasi dicat: factus est. Et quodam modo significat, Pompejum, non tam reipublicæ quam sua causa motum, arma cepisse. *Idem*.

CICERO ATTICO SAL.

II. **E**TSI Nonis Mart. die tuo, ut opinor, expectabam epistolam a te longiorem; tamen ad eam ipsam brevem,

venem, quam III Nonas ^{ὑπὸ τῆς δειδωκυίας} dedisti, rescribendum putavi. Gaudere ais te, mansisse me; & scribis in sententia te manere: mihi autem superioribus literis videbare non dubitare, quin ³ cederem, ita, si & Cnæus bene comitatus ⁴ concessisset, & Consules transissent. Utrum hoc tu parum commeministi, an ego non satis intellexi, an mutasti sententiam? Sed aut ex epistola, quam exspecto, perspiciam, quid sentias; aut alias abs te literas eliciam. Brundisio nihil dum erat allatum. O rem difficilem, planeque perditam! quam nihil prætermittis in consilio dando! quam nihil tamen, quod tibi placeat, explicas! Non esse me una cum Pompejo gaudes: ac proponis quam sit turpe me ⁵ adesse, cum quid de illo detrahatur, nec fas esse approbare. Certe ⁶ contra igitur? Dii, inquis, averruncent. Quid ergo fiet, si in altero ⁷ scelus est, in altero supplicium? Impetrabis, inquis, a Cæsare, ut tibi abesse liceat, & esse otioso. Supplicandum igitur? Miserum. Quid si non impetrato? Et de triumpho erit, inquis, integrum. Quid si hoc ipso premar? Accipiam? quid scèdus? Negem? repudiari se totum, magis etiam quam ⁸ olim in xx. viratu putabit. Ac solet, cum se purgat, in me conferre omnem illorum temporum culpam: ita me sibi fuisse inimicum, ut ne honorem quidem a se accipere vellem. Quanto nunc hoc idem accipiet asperius? tanto scilicet, quanto & honor hic illo est amplior, & ipse robustior. Nam quod negas te dubitare, quin magna in offensa sim apud Pompejum hoc tempore, non video causam, cur ita sit, hoc quidem tempore. Qui enim amisso Gornio denique certior me sui consilii fecit, is queretur Brundisium

¹ Die tuo] Die quartane. Ep. 8. lib. VII. & 4. lib. IX. *Manutius.*

² ὑπὸ τῆς δειδωκυίας] Sub ipsam accessionem scribis.

³ Cederem] Satis constat, Italia, subaudiri. Nam id, quod sequitur, Ita si & Cnæus, valet, ea tamen conditione, si & Cnæus. *Manutius.*

⁴ Concessisset] Scilicet navem. Sic simpliciter hac utebantur voce. Cicero in lib. XI. *Quantomodo consensu nobiscum, & peritum ad purpura: nua navis est jam honorum*

omnium, Id. ad Q. Fr. Tu velim quam primam cogendas, ad meque ventas. Sic & alibi. *Gruvius.*

⁵ Adesse] In senatu. Epist. 5. lib. IX. *Manutius.*

⁶ Contra] Detrahentes disputem? *Idem.*

⁷ Scelus] Si approbo, que dicuntur in Pompejum. *Supplicium: si contra eos, qui in senatu detrahant, disputem. Idem.*

⁸ Olim] Clodiani temporibus, cum in locum Cosonii mortui est invitatus. Ep. 10. lib. II. *Idem.*

me non venisse, cum inter me & Brundisiam Cæsar esset? deinde, etiam scit suam esse in ea causa querelam ⁹ *ἔπιπυρῆσον*; me putat de municipiorum imbecillitate, de delectibus, de pace, de urbe, de pecunia, de Piceno occupando plus vidisse, quam se. Sin cum potuero, non venero, tum erit inimicus: quod ego non eo vereor, ne mihi noceat: (quid enim faciet?

¹⁰ *Τὸ δ' ἐστὶ δειδωκυίας, τὴν δ' ἀπὸ τῆς ἀπορίας εἶ;*)

sed quia ingrati animi crimen horreo. Confido igitur adventum nostrum illi, quoquo tempore fuerit, ut scribis, ¹¹ *ἀποπέμψον* fore. Nam quod ais, si hic temperantius egerit, consideratius consilium te daturum; qui hic potest se gerere non perditè? vita, mores, ante facta, ratio suscepti negotii, socii, vires bonorum, aut etiam ¹² constantia. Vix dum epistolam tuam legeram, cum ad me currens ad illum Postumus Curtius venit, nihil nisi classes loquens & exercitus: eripiebat Hispanias: tenebat Asiam, Siciliam, Africam, Sardiniam: confestim in Græciam perlequebatur. Eundem igitur est, nec tam ut belli, quam ut fugæ focii simus. Nec enim ferre potero sermones istorum quicumque sunt. Non sunt enim certe, ut appellantur, boni. Sed tamen id ipsum scire cupio, quid loquantur; idque ut exquiras, meque certior me facias, te vehementer rogo. Nos adhuc, quid Brundisii actum esset, plane nesciebamus. Cum sciemus, tum ex re, & ex tempore consilium capiemus; sed utemur tuo.

⁹ ἔπιπυρῆσον] Impediam, & reprehendam licentia contentem.

¹⁰ Τὸ δ' ἐστὶ δειδωκυίας] Quis est servus, de nomine servus qui sit? *Mutipubli Bonarius, auctore Plutarcho in Commentario de audientia*

¹¹ ἀποπέμψον] In sententia dicendis, & Cæsari, si quid republice noxiam esset *facit Possit.* Ad huius verba sententiam existens, se opponendi. *Gruvius.*

rimo alluisse Didonem. IV. *Eneid. Quem timui moritura? Victor.*

¹² Constantia] Iucundissimum.

¹³ Constantia] In sententia dicendis, & Cæsari, si quid republice noxiam esset *facit Possit.* Ad huius verba sententiam existens, se opponendi. *Gruvius.*

CICERO ATTICO SAL.

III. DOMITII filius transit Formias VIII Id. currens ad matrem Neapolim, mihi que nuntiarum iussit, patrem ad urbem esse; cum de eo curiose quæsisset servus noster

ster Dionysius. Nos autem audieramus eum profectum, sive ad Pompejum, sive in Hispaniam. Id cuiusmodi sit, scire sane velim. Nam ad id, quod delibero, pertinet, si ille certe nusquam discessit, intelligere Cnæum, non esse faciles nobis ex Italia exitus, cum ea tota armis, præsidisque teneatur, hieme præsertim. Nam, si commodius anni tempus esset, vel infero mari liceret uti. Nunc nihil potest, nisi spero, transmitti; quo iter interclusum est. Quæres igitur & de Domitio, & de Lentulo. A Brundisio nulla adhuc fama venerat: & erat hic dies VII Id. quo die suspicabamur, aut pridie Brundisium venisse Cæsarem: nam Kal. Arpis manserat. Sed si Postumum audire velles, persecutus erat Cnæum. Transisse enim jam putabat, conjectura tempestatum ac dierum. Ego nautas eum non putabam habiturum: ille confidebat, & eo magis, quod audita navicularii hominis liberalitas esset. Sed tota res Brundisina jam quo modo habeat se, diutius nescire non possum.

¹ Arpis manserat] Hoc est, pernoctare. Hinc manserit, locus ubi pernoctamus. Arpi oppidum Apulie mediterraneum ad fluvium Cerbalium. Hodie vixit tantum superfuit, retinentes
² Transisse] Pompejum. Corrad.
³ Eum] Cæsarem: ut persequi possit. Manuzius.

CICERO ATTICO SAL.

IV. EGO etsi tam diu requiesco, quam diu aut ad te scribo, aut tuas literas lego: tamen & ipse ego argumento epistolarum, & tibi idem accidere certo scio. Quæ enim soluto animo familiariter scribi solent, temporibus his excluduntur. Quæ autem sunt horum temporum, ea jam contrivimus. Sed tamen, ne me totum agritudini dedam, sumpsi mihi quasdam tanquam *divites*, quæ & politica sunt, & temporum horum; ut & abducam animum ab querelis, & in eo ipso, de quo agitur, exercear. Ex sunt huiusmodi.

¹ *Ei μετέπειτα ἐν τῇ πατρίδι τυραννίῃ. Τυραννίῃς δ' αὐτῆς,*

¹ An mandandum in patria tyrannide oppressa: ea vero tyrannide oppressa, an quovis modo tyrannidis everto molienda est, etiam civitas propter id de summa rerum periculum subitura sit.

εἰ πάντῃ τῷ πρώτῳ τυραννίδῳ κατάλυσιν πραγμάτων, καὶ μέγιστα τῶν περὶ τῶν ὄλων ἢ πόλεως κινουμένων. ² Εἰ διαλαβήτων τῶν καταλύσων, μὴ αὐτὸς ἀρῆται. ³ Εἰ χειρατῶν ἀρῆται τῇ πατρίδι τυραννίῃ κρηρῶς καὶ λόγῳ μέλλοι, ἢ πόλεμος. ⁴ Εἰ πολιτικὸν τὸ πῶς γένοιτο, ἀναγκασιωτάτη ποι, τῆς πατρίδος τυραννίῃς. Εἰ δὲ διὰ παντὸς ἴπῳ κινουῖται τῆς ἐλευθερίας πέρι. ⁵ Εἰ πόλεμος ἐπιπαύσῃ τῇ χάριτι, καὶ πολιορκητῶν πάλῳ τυραννίῃ. ⁶ Εἰ ἔμὴ δοκιμάζωτα πῶς διὰ πόλεμος κατάλυσιν τῆς τυραννίδῳ, συναπογραφῆτων ὅμας τοῖς ἀρίστοις. ⁷ Εἰ τοῖς ἀεργέταις, καὶ φίλοις συγκαίνουεντων ἐν τοῖς πολιτικοῖς, καὶ μὴ δοκῶντι δὲ βελουδῶσαι περὶ τῶν ὄλων. ⁸ Εἰ ὁ μέγιστος ἢ πατρίδα ἀεργέτας, δι' αὐτὸ πὲρ τῶν ἀνήκεσθαι παθῶν, καὶ φθονήδων, κινουμένων ἢ ἐλεγοντῶν ὑπὲρ τῆς πατρίδος. ⁹ Εἰ ἐσπεῖται αὐτῶ ἐαυτῶ ποτε, καὶ τῶν οἰκιστῶν ποιῶσαι πρόνοιαν ἀρεμῶν τὰς πρὸς τοῖς ἰσχυρόντας διαπολιτείας. In his ego me consultationibus exercens, & differens in utramque partem tum Græce, tum Latine, & abduco parumper animum a molestiis, & ¹⁰ τὸ πῶς ἀμυλῶται delibero. Sed vereor ne tibi ¹¹ ἀκαρῶς sim: si enim recte ambulaverit is, qui hanc epistolam tulit, in ipsum ¹² tuum diem incidit.

² An cavendum sit, ne qui tyrannidem evertit, ipse evectur.
³ An tentandum sit opem ferre patriæ tyrannide oppressa verbis & rei opportunitate potius quam bello.
⁴ Utrum civis boni sit, secedentem alioquo, quietere oppressa a tyranno patria, an quodcumque subeundum discrimen pro libertate.
⁵ An bellum inferendum regioni, eaque sit obedienda, si a tyranno opprimatur.
⁶ An etiam is, qui non probet, ut bellum tyrannis evertatur, tamen nomen suum posteris cum fortissimis viris debeat.
⁷ An cum bene meritis & amicis una fa-

honda sint pericula in rebus, quæ pertineant ad rempublicam, citam illi minus recte de summa rerum consultasse videatur.

⁸ Utrum de patriâ bene meritis, etiamque causam gravissimam quæque passus & injuria oppressus ultro pro patriâ discrimen subire debeat.

⁹ An permittendum ei, ut sui ipsius interdum & carissimarum personarum rationem habeat, dimissis adversus potentes concertationibus republicæ.

¹⁰ *Τὸ πῶς ἀμυλῶται*] Aliquid ex his quæ ad rem pertinent.

¹¹ *Ἄκαρῶς*] Intemperativus.

¹² *Tuum diem*] Quartanæ.

CICERO ATTICO SAL.

V. NATALI die tuo scripsisti epistolam ad me plenam consilii, summæque cum benevolentia, tum etiam
 Tom. VIII. Z z pru-

perentia: eam mihi Philotimus postredie quam a te acceperat, reddidit. Sunt ista quidem quæ disputas difficillima, inter ad superum, navigatio infero, discessus Arpinum, ne hunc fugisse; mansio Formis, ne obtulisse nos gratulationi videamur: sed miserius nihil, quam ea videre, quæ tamen jam, jam, inquam, videnda erunt. Fuit apud me Postumus: scripti ad te quam gravis. Venit ad me etiam Q. Fufius, quo vultu! quo spiritu! properans Brundisium, scelus acculans Pompeii, levitatem & stultitiam Senatus. Hæc qui in mea villa non feram, Curtium in curia potero ferre? Age, finge me quamvis ¹ *Leopetichos* hæc ferentem: quid illa, ² *Die*, *M. Tulli*, quem habebunt exitum? Et omitto causam Reipublicæ, quam ego amissam potero cum vulneribus suis, tum medicamentis iis, quæ parantur. De Pompeio quid agam? cui plane (quid enim hoc negem?) succentui. ³ Semper enim causæ eventorum magis movent, quam ipsa eventa. Hæc igitur mala, (quibus majora esse quæ possunt?) considerans, vel potius iudicans ejus opera accidisse & culpa, inimicior eram huic, quam ipsi Cæsari. Ut majores nostri funestiorum diem esse voluerunt Alienis pugna, quam urbis capta; quod hoc malum ex illo; itaque alter religiosus etiam nunc dies, alter in vulgus ignotus: sic ego, decem annorum peccata recordans, in quibus inerat ille etiam annus, qui nos, hoc non defendente, ne dicam gravius, affixerat; presentisque temporis cognoscens temeritatem, ignaviam, negligentiam, succentebam. Sed ea jam mihi exciderunt. Benefi-

¹ *Gratulationi*] Cæsaris ob victoriam Brundisiam. *Corrad.*

² *Quam gravis*] Aut, *Gravis*, molestus mihi, qui de Cæsare iactaret ea quæ minime vellem; aut, *Gravis*, qui nimium magna honoraretur, classes, exercitus, provincias. *Manius.*

³ *Curtium*] M. Curtium intelligit, de quo sic item scribit epistola sequenti, quæ tunc certe quam ut Curtium videtur, quæ eo parvum aspiciere non possit. De hoc Curio epist. 47. lib. XII. & epist. lib. XIV. *Hofst.*

⁴ *Leopetichos*] Bono Romocho.

⁵ *Die*, *M. Tulli*] Cum sententiam rogator in senatu non tam de Republica quam de ipso Pompeio, quid dicam? quomodo me explicabo? Epist. 7. lib. VII. *Man.*

⁶ *Semper enim causæ eventorum magis movent, quam ipsa eventa.* Nam in genere minus vera sententia est. *Cassan.* Significat, Pompeii culpa in tam calamitatem incidisse Rempublicam; qui per decem annos Cæsaris sententiam aberat: ut sit inimicus Cæsari ob eventum, sed inimicior Pompeio ob causas eventorum. *Manius.*

nescia ejusdem cogito; cogito etiam dignitatem. Intellego serius equidem quam vellem, propter epistolas sermonesque Balbi; sed video plane nihil aliud agi; nihil actum ab initio, quam ut hunc occideret. Ego igitur, si quis apud Homerum, cum ei & mater & dea dixisset,

⁷ *Αἰτίκα γὰρ τοι ἐπέειπε μὲν Ἐστὴρ πάντος ἔρωτος:*
matri ipse respondit,

⁸ *Αἰτίκα πῆδαιλυ, ἔπειτα δὲ ἐμῶν ἐταίρων*

Κλειόμενος ἐρωτῶντα: quid si non *ἐταίρο* solum, sed etiam *εὐεργέτην*? adde, tali viro, talem caulam agenti: & ego vero hæc officia mercanda vita puto. Optimatibus vero tuis nihil confido, nihil jam ne intersio quidem. Video ut se huic dent, ut daturi sint. Quidquam tu illa putas fuisse de valetudine decreta municipiorum præ his de victoria gratulationibus? Timent, inquires. At ipsi tum se timuisse dicunt. Sed videamus quid actum sit Brundisii. Ex eo fortasse mea consilia nascuntur, aliaque literæ.

⁷ *Balbi*] Cui fidem habui, affirmanti Cæsarem optimo esse animo erga Pompeium, & concordiam cupere. Epist. 9. & 15. lib. VIII. *Idem.*

⁸ *Hunc occideret*] Pompeium Cæsari. Epist. 21. lib. VII. *Corrad.*

⁹ *Αἰτίκα*] *Statio* enim tibi deinde post *Hestorem* mox parata. *Idem*. 2. 98.

¹⁰ *Αἰτίκα πῆδαιλυ*] *Ultimum* *latum* *con-*

rar, quando quidem *saluti*, cum interfectore, non erant opem laturo. *libid.*

¹¹ *Mercanda vita*] Id est, ut hæc officia consent, vel ut his officiis ne desim, animam impendendam puto. *Virgil. Hoc libitinae velit, & magno mercantur. Atridae.* J. F. Gronov.

¹² *Tum se timuisse*] Cum decreta de Pompeii valetudine faciebant. *Corrad.*

CICERO ATTICO SAL.

VI. **N**OS adhuc Brundisio nihil. Roma scripsit Balbus, putare jam Lentulum Cof. transmisisse, nec eum a minore Balbo conventum; quod is hoc jam Canusii audisset: inde ad se eum scripsisse, cohortesque lex, quæ Alba fuissent, ad Curium via Minucia transisse: id Cæsarem ad se scripsisse, & brevi tempore eum ad urbem futurum. Ego

Z. 2. 2

utar

¹ *Nihil*] Supple, accepimus.

² *Balbo*] Cæsaris nomine rogatur, ut ad Balbum maneret. Vide epist. 9. lib. VIII. *Manutius.*

³ *Quod is*] Quod Balbus minor Canusii audisset Lentulum contentum transmisisse: qui ad Balbum patrem Canusii id scripsit. *Idem.*

utar tuo consilio; neque me Arpinum hoc tempore abdam: est Ciceroni meo togam puram cum dare Arpini vellem, hanc eram ipsam exultationem relicurus ad Cæsarem: sed fortasse in eo ipso offendetur, cur non Romæ potius. Sed tamen si est conveniendus, hic potissimum. Tum reliqua videbimus, id est, & quo, & qua, & quando. Domitius, ut audio, in Cosano, & quidem, ut ajunt, paratus ad navigandum: si in Hispaniam, non probo: si ad Cnæum, laudo: quovis potius certe, quam ut Curtium videat; quem ego patronus aspiciere non possum. Quid alios? Sed, opinor, quicquam; ne nostram culpam coarguamus, qui, dum urbem, id est patriam, amamus, dumque rem conventuram putamus, ita nos gestimus, ut plane interclusi captique simus. Scripta jam epistola, Capua literæ sunt allatæ hoc exemplo. Pompejus mare transit cum omnibus militibus, quos secum habuit. Hic numerus est hominum millia xxx. Et ⁶ Consules duo, & Tribuni plebis, & Senatores, qui fuerunt cum eo, omnes cum uxoribus & liberis. Conscendisse dicitur a. d. iv. Nonas Mart. Ex ea die fuerunt ⁷ Septentriones venti. Navæ, quibus usus non est, omnes aut præciðisse, aut incendisse dicunt. De hac re literæ L. Merello Tribuno plebis Capuam allatæ sunt ab Claudia socra, quæ ipsa transit. Ante sollicitus eram & angebar, sicut res scilicet ipsa cogebat, cum consilio explicare nihil possem: nunc autem, postquam Pompejus & Consules ex Italia exierunt, non angor, sed ardeo dolore: ⁸ ἰδέω μοι ἦτορ Ἐμπεδοκ, ἀλλ' ἀδελυκτῆρα.

Non sum, inquam, mihi crede, mentis compos; tantum mihi dedecoris admisisse videor. Me non primum cum Pompejo,

⁴ In Cosano] Agro vel littore, in quo naves Domitius paraverat, ut refert Cæsar lib. I. Cosa urbs Etruriæ: cui erant objectæ Igilium & Dianium insulæ, quarum meminit Plinius lib. III. cap. 6. Virgil. Æneid. X.

⁵ Quique urbem ligure Cosas. Popma. ⁶ Ego patronus] Qui Tribunalium ei a Cæsare pecti. Ep. 13. lib. II. Corrad. ⁷ Consules duo.] & tribuni plebis] Duo, fortasse glossema sunt antecedentis verbi. Aut

legendum, ut homo eruditus existimat. Et duo Titinii plebis. Manuz. Sed movendum esse tantum distinctionem illi existimant, ut paulisper quiescat post Consules, ac deinde duo & Tribuni contrahatur.

⁷ Septentriones venti] Plin. lib. II. cap. 47. qui contrarii sunt navigantibus Brundisio in Græciam. Corrad.

⁸ Oideω μοι ἦτορ] Neque mihi pectus firmum, sed contentum sum animo. Iliad. K. 93.

pejo, qualicumque consilio uso, deinde cum bonis esse, quamvis causa temere instituta? præsertim cum ii ipsi, quorum ego causa timidus me fortunæ committebam, uxor, filia, Cicerones pueri, me illud sequi mallent? hoc turpe, & me indignum putarent? Nam Quintus quidem frater, quidquid mihi placeret, id rectum se putare ajebat, id animo æquissimo sequebatur. Tuas nunc epistolas a primo lego. Hæc me paulum recreant. Primæ monent & rogant, ne me projeciam; proxima te gaudere ostendunt, me remansisse. Eas cum lego, minus mihi turpis videor, sed tam diu dum lego: deinde emergit rursus dolor, & ¹⁰ ἀσχηρὸν φωνεῖται. Quamobrem obsecro te, mi Tite, eripe mihi hunc dolorem, aut minue saltem, aut consolatione, aut consilio, aut quacunque re potes. Quid tu autem possis? aut quid homo quisquam? vix jam Deus. Equidem illud molior, quod tu mones, speralque fieri posse, ut mihi Cæsar concedat ut absum, cum aliquo in Senatu contra Cnæum agatur. Sed timeo ne non impetrem. Venit ab eo Furnius: (¹¹ ut quidem scias, quos sequamur) Q. Titinii filium cum Cæsare esse nuntiat: ¹² sed illum majores mihi gratias agere, quam vellem. Quid autem me roget, (paucis ille quidem verbis, sed ¹⁴ ἐν δυνάμει) cognosce ex ipsius epistola. Me miserum, quod tu non valuisti. Una fuisset: consilium certe non defuisset, ¹⁵ Σιωπῆ δὲ ἐργουμένη. Sed acta ne agamus: reliqua paremus. Me adhuc hæc duo fefellerunt, initio spes compositionis, qua facta volebam uti ¹⁶ populari vita, & sollicitudine senectutem nostram liberari: deinde bellum crudele, & exitiosum suscipi

⁹ A primo] A primo tempore, ab initio. Sic epistola 17. libri VIII. Sed hæc a primo cogitavit, omnis maris movere. Bosius. Pro a primo vulgo dicitur per elliptin primo. Vide Gronov. ad Senec. de Vit. Beat. 7. & Galsp. Sciopp. in Paradoxis literariis ep. 1. Grav.

¹⁰ Ἀσχηρὸν φωνεῖται.] Turpitudinis imago. ¹¹ Ut quidem scias.] Ut intelligas, quo loco sint Pompeji res: cum etiam Q. Titinii filius, amici nostri, qui bonum se civem esse præ se fert, cum Cæsare sit. Ep. 27. lib. V. & 22. lib. IX. Man. ¹² Sed illum] Quia, præter propositum,

Interposuerat de Titinii filio, omnium relictio. Sic epistola 17. libri VIII. Sed hæc a primo cogitavit, omnis maris movere. Bosius. Dum apta, & usitata. illum, autem, Cæsarem. Item.

¹³ Gratias] Quod mare non transierim. Quam vellem: posset enim. Item.

¹⁴ Ἐν δυνάμει] Cum vi, & efficacia.

¹⁵ Σιωπῆ δὲ ἐργουμένη] Uræque nostrorum, nisi optatum factu, cogitante. Iliad. K. 224. Refertur idem Fam. IX. 7.

¹⁶ Populari vita] Popularis vita Ciceroni est, qua populus utitur sine honoribus & dignitatibus alienis in otio. Grav.

a Pompejo ¹⁷ intelligebam. Melioris mediisfidius civis, & viri putabam, quovis supplicio affici, quam illi crudelitati non solum præesse, verum etiam interesse. Videtur vel mori satius fuisse, quam esse cum iis. Ad hæc igitur cogita, mi Attice, vel potius excogita. Quemvis eventum fortius feram, quam hunc dolorem.

¹⁷ Intelligebam] Arbitror legendam, non intelligebam. Quod & aliis (nempe Corrado) videtur. Lambin.

CÆSAR IMP. S. D. CIGERONI IMP.

CUM Furnium nostrum tantum vidissem; neque loqui, neque audire meo commodo potuissem; properarem, atque essem in itinere, præmissis jam legionibus; præterire tamen non potui, quin & scriberem ad te, & illum mitterem, gratiasque agerem: & si hoc & feci sæpe, & sæpius mihi facturus videor; ita de me mereris. In primis a te peto, quoniam confido me celeriter ad urbem venturum, ut te ibi videam; ut tuo consilio, gratia, dignitate, ope omnium rerum uti possim. Ad propositum revertar: festinationi meæ, brevitatique literarum ignosces. Reliqua ex Furnio cognosces.

CICERO ATTICO SAL.

VII. SCRIPSERAM ad te epistolam, quam darem iv Id. sed eo die is, cui dare volueram, non est profectus. Venit autem eo ipso die ille ¹ celeripes, quem Salvius dixerat: attulit uberrimas tuas literas, quæ mihi quiddam quasi animule restillarunt. Recreatum enim me non quo dicere: sed plane ² τὸ σωσέον̄ effecisti. Ego enim non jam id ago, mihi crede, ut prosperos exitus conlequar: sic enim video, nec duobus his vivis, nec, hoc uno, nos unquam Rempublicam habituros. Ita neque de otio nostro spero jam, nec

¹ Celeripes] Quidam tabellarius. Celeripes est, ut scribitur, in dicer, &c. Grævo.
² τὸ σωσέον̄] Arcuamentum firmissimum ad meam mansuetionem defendendam. Sic alii explanant, ex Quotiliano, cap. ultimo lib. III. sed potius videtur sic explanandum: Effecisti quod proximum erat, cum non potes recreare. Manutius.

nec ullam acerbiteratem recuso. Unum illud extimescebam, ne quid turpiter facerem, vel, dicam, jam effecissem. Sic ergo habeto, salutare te mihi literas misisse: neque solum has longiores, quibus nihil potest esse explicatius, nihil perfectius; sed etiam illas breviores, in quibus hoc mihi jucundissimum fuit, consilium factumque nostrum ³ a Sexto probari: pergratumque mihi tu fecisti, a quo diligi me, &, quid rectum sit, intelligi scio. Longior vero tua epistola non me solum, sed meos omnes ægritudine levavit. Itaque utar tuo consilio, & ero in Formiano; ne aut ad urbem ⁴ ἀπάτησις mea animadvertatur; aut si nec hic, nec illic eum videro, devitatum le a me putet. Quod autem suades ut ab eo peram, ut mihi concedat, ⁵ ut idem tribuam Pompejo, quod ipsi tribuerim: id me jam pridem agere intelliges ex literis Balbi & Oppii: quarum exempla tibi misi: misi etiam Cæsaris ad eos sana mente scriptas, ⁶ quo modo in tanta insania. Sin mihi Cæsar hoc non concedat; video tibi placere illud, me ⁷ τολίπυρα de pace suscipere: in quo non extrinsecus periculum. Dum enim tot impendeant, cur non honestissimo depacifici velim? Sed vereor ne Pompejo quid oneris imponam;

⁸ Μὴ μοι γοργέλιω κεφαλῆν̄ δευπόιο πελάρᾱ inorqueat. Mirandum enim in modum Cnæus noster Syllani regni similitudinem concupivit. ⁹ Εἰδὼς σοι λέγω. Nihil ille unquam minus obscure tulit. Cum hocne igitur, inquires, esse vis? Beneficium sequor, mihi crede, non causam, ut in Milone, ut in Sed hæc hæctenus. Causa igitur non bona est? immo optima: sed agetur (memento) foedissime. Primum consilium est suffocare urbem & Italianam fame; deinde agros vastare, urere, pecuniis locupletum non abstinere. Sed

³ A Sexto] Sext. Peduceo.

⁴ ἀπάτησις] Obviam itio.

⁵ Ut idem] Ne Pompejum ulla re laedam, neque adsum, cum in senatu contra illum agatur. Manutius.

⁶ Quo modo in tanta insania] Sana mente scriptas, quo modo in tanta insania scribiti posuit. Ut non proferus sana mente scriptas affirmet: sed per insania illius, sana

mente. Malaspina.

⁷ Πελίπυρα Curam publicam.

⁸ Μὴ μοι γοργέλιω] Ne mihi Gorgoniam caput horandi & gravis monstri. Odyss. a. 633.

Inerat enim Pompejo honor esimiaz frons, auctore Plin. lib. VII. cap. 13. quamvis esset aspectu populari gratie accommodato. Plin. Contrad.

⁹ Εἰδὼς σοι λέγω] Sciens tibi dico.

Sed cum eadem metuum ab hac parte; si illinc beneficium non sit, rectius putem quidvis domi perpeti. Sed ita meruisse illum de me puto, ut ¹⁰ *ἀγχαριστίας* crimen subire non audeam. Quanquam a te ejus quoque rei iusta defensio est explicata. De triumpho tibi assentior: quem quidem totum facile & libenter abjecero. Egregie probro fore ut, dum agamus, ¹¹ *ὁ πρῶτος ἀπὸ τοῦ* obrepat: si modo, inquis, satis ille erit firmus. Est firmior etiam, quam putabamus. De isto licet bene speres. Promitto tibi, si valebit, regulam illum in Italia nullam relicturum. Tene igitur socio? Contra mehercule meum iudicium, & contra omnium antiquorum auctoritatem: nec tam ut illa adjavem, quam ut hæc ne videam, cupio discedere. Noli enim putare tolerabiles horum insanias, nec uniusmodi fore. Esti quid te horum fugit? legibus, iudiciis, Senatu sublato, libidines, audacias, sumptus, egestates tot egentissimorum hominum, nec privatas posse res, nec Rempublicam sustinere. Abeamus igitur inde qualibet navigatione: estis id quidem, ut tibi videbitur: sed certe abeamus. Sciemus enim, id quod expectas, quid Brundisii actum sit. Bonis viris quod ais probari, quæ adhuc fecerimus, sciri que ab iis nos non profectos, valde gaudeo; si est nunc ulus gaudendi locus. De Lentulo investigabo diligentius: id mandavi Philotimo, homini forti, ac ¹² nimium optimati. Extremum est, ut tibi argumentum ad scribendum forrasse jam desit. Nec enim alia de re nunc ulla scribi potest; & de hac quid jam amplius inveniri potest? Sed quoniam & ingenium suppeditat, (dico mehercule, ut sentio) & amor, quo & meum ingenium incitatur; perge, ut facis, & scribe quantum potes. In Epirum quod me non invitās, comitem non molestum, subiralcor: sed vale. Nam, ut tibi ¹³ ambulandum, ungendum, sic mihi dormiendum. Etenim literarum mihi somnum attulerunt.

¹⁰ *ἀγχαριστίας*] Ingrati animi. Nec sine ironia dictum de liberto. *Man.*
¹¹ *ὁ πρῶτος*] Navigatio tempestiva. ¹² *Ambulandum, ungendum*] Quæ laborantibus quartana præcipiuntur a medicis.
¹³ *Nimium optimati*] Pompeji partium studioso, & sæpe pro Pompejo mentienti. *Idem.*

BAL-

BALBUS, ET OPIIUS, S. D. M. CICERONI.

NEDUM hominum humilium, ut nos sumus, sed etiam amplissimorum virorum consilia ex eventu, non ex voluntate, a plerisque probari solent. Tamen freti tua humanitate, quod verissimum nobis videbitur, de eo, quod ad nos scripsisti, tibi consilium dabimus: quod si non fuerit prudens, at certe ab optima fide & optimo animo proficietur. Nos nisi id, quod nostro iudicio Cæsarem facere oportere existimamus, ut, simul Romam venerit, agat de reconciliatione gratiæ suæ & Pompeji, id eum facturum ex ipso cognovissemus, te hortari desineremus, ut velles iis rebus interesse, quo facilius, & majore cum dignitate per te, qui utriusque est conjunctus, res tota conferret: aut, si ex contrario putaremus Cæsarem id non facturum, & eum velle cum Pompejo bellum gerere, sciremus; nunquam tibi suaderemus, contra hominem optime de te meritum arma ferres; sicuti te semper oravimus, ne contra Cæsarem pugnares. Sed cum etiamnum, quid facturus Cæsar sit, magis opinari, quam scire possimus; non possumus nisi hoc; non videri eam tuam esse dignitatem, neque fidem omnibus cognitam, ut contra alterutrum, cum utriusque sis maxime necessarius, arma feras: & hoc non dubitamus quin Cæsar pro sua humanitate maxime sit probaturus. Nos tamen (si tibi videbitur) ad Cæsarem scribemus, ut nos hac re certiores faciat quid acturus sit: a quo si erit nobis rescriptum, statim, quæ sentiemus, ad te scribemus: & tibi fidem faciemus nos ea suadere, quæ nobis videntur tuæ dignitati, non Cæsaris rationi esse utilissima: & hoc Cæsarem pro sua indulgentia in suos probaturum putamus.

BALBUS CICERONI IMP. S.

SI vales, bene est. Postea quam literas communes cum Oppio ad te dedi, ab Cæsare epistolam accepi, cujus exemplum
Tom. VIII. A a a plum

plum tibi misi ;¹ ex quibus perspicere poteris , quam cupiat concordiam , & Pompejum reconciliare , & quam remotus sit ab omni crudelitate : quod eum sentire , ut debeo , valde gaudeo . De te & tua fide , & pietate idem mehercule , mi Cicero , sentio , quod tu ; non posse tuam famam & officium sustinere , ut contra eum arma feras , a quo tantum beneficium te accepisse prædicēs . Casarem hoc idem probaturum , exploratum pro singulari ejus humanitate habeo : eique cumulatissime satisfactorum te certo scio , cum nullam partem belli contra eum suscipias , neque socius ejus adversariis fueris . Atque hoc non solum in te , tali & tanto viro , satis habebit , sed etiam mihi ipse sua concessit voluntate , ne in iis castris essem , quæ contra Lentulum , aut Pompejum futura essent ; quorum beneficia maxima haberem : sibi que satis esse dixit , si rogatus urbana officia sibi præstitissem ; quæ etiam illi , id si vellem , præstare possem . Itaque nunc Romæ omnia negotia Lentuli procuro , sustineo ; meumque officium , fidem , pietatem his præsto . Sed mehercule rursum jam abjectam compositionis spem non desperatissimam esse puto ; quoniam Cæsar est ea mente , qua optare debemus . Hac re mihi placet , si tibi videtur , te ad eum scribere , & ab eo præsidium petere , ut petisti a Pompejo , me quidem approbante , temporibus² Milonianis . Præstabo (si Casarem bene novi) eum prius tuæ dignitatis , quam suæ utilitatis rationem habiturum . Hæc quam prudenter tibi scribam , nescio : sed illud certe scio , me ab singulari amore ac benevolentia , quæcumque scribo , tibi scribere : quod te , ita incolumi Cæsare moriar , tanti facio , ut paucos æque ac te caros habeam . De hac re cum aliquid constitueris , velim mihi scribas . Nam non mediocriter laboro , ut utrique , ut vis , tuam benevolentiam præstare possis : quam mehercule te præstatum confido . Fac ut valeas .

CÆ-

¹ Ex quibus] *Scherzhaft*. Nam, ex quibus, refertur ad epistolam. Credo, cum & literas, & epistolam Balbus nominasset; eandem diversorum hominum significatione conceptum, illud, Ex quibus, ut de literis, non ut de epistola, pronulisset. *Man.*

² Milonianis] Cum reum Milonem in judicio defendit. *Idem*. Id pene significat ipsius orationis, pro Milone verba illa: *amicis, consuetudinis, sobrietatis, præsidium demercentium*. *Corr.*

CÆSAR OPPIO, CORNELIO S.

GAUDEO mehercule vos significare literis , quam valde probetis ea , quæ apud Corfinium sunt gesta . Consilio vestro utar libenter , & hoc libentius , quod mea sponte facere constitueram , ut quam lenissimum me præberem ; & Pompejum darem operam ut reconciliarem . Tentemus hoc modo , si possumus omnium voluntates recuperare , & diuturna victoria uti : quoniam reliqui crudelitate odium effugere non potuerunt , neque victoriam diutius tenere , præter unum L. Syllam , quem imitaturus non sum . Hæc nova sit ratio vincendi ; ut misericordia & liberalitate nos muniamus . Id quemadmodum fieri possit , non nulla mi in mentem veniunt , & multa reperiri possunt . De his rebus rogo vos ut cogitationem suscipiatis . Cn. Magium , Pompeji præfectum , deprehendi . Scilicet meo instituto usus sum , & eum statim missum feci . Jam duo præfecti fabrum Pompeji in meam potestatem venerunt , & a me missi sunt . Si volent grati esse , debent Pompejum hortari , ut malit mihi esse amicus , quam his , qui & illi , & mihi semper fuerunt inimicissimi : quorum artificiosis effectum est , ut Respublica in hunc statum perveniret .

CICERO ATTICO SAL.

VIII. CÆNANTIBUS 11 Idus nobis , ac noctu quidem , Cæ Stadius a te epistolam brevem attulit . De Lucio Torquato quod modo quaris , non modo Lucius , sed etiam Aulus¹ profectus est ,² alter multos dies . De Reatinorum³ corona quod scribis , moleste fero . In agro Sabino semen- tem fieri proscriptionis , senatores multos esse Romæ , nos

A a a 2 quo-

¹ Profectus] Ad Pompejum . *Man.*

² Alter] Torquatorum alteri, nempe Lucius, multos jam dies profectus. *Boisot.*

³ Corona] Doler Sabinos in circulis ac

coronis jacere sermones de proscriptione, quam forsitan non cogites Cæsar, cum adhuc clementiam in viros ostenderit. *Manus.*

quoque audieramus . Ecquid potes dicere cur * exierint ? in his locis opinio est , conjectura magis , quam nuntio , aut literis , Cæsarem Formiis a. d. xi Kal. Apr. fore . Hic ego vellem habere Homeri illam Minervam simulatam Mentori ,
cui dicerem :

Μέντορ πῶς τ' ἄρ' ἴω, πῶς τ' ἄρ' προσώπῳ ἔμοιγε αἰετῶν ;
Nullam rem unquam difficiliorem cogitavi ; sed cogito tamen ; nec ero ut in malis imparatus . Sed cura ut valeas : puto enim diem tuum heri fuisse .

a Exierunt] Obviam Cæsari , Brundisio redierunt . Idem .
b Cui dicerem] Quam roparem , quo modo redirent Brundisio Cæsarem exciperem , & amplexarer : sicut rogat eam , facie Mentori simulatam , Telemachus Ulyssis filius . Idem .
c Mentes] Mentor , quoniam modo ad eam , quoniam modo amplexaber illam ? Odyss. l. 22.

CICERO ATTICO SAL.

IX. TRES epistolas tuas accepi postridie Idus : erant autem IV, III, pridie Idus datæ . igitur antiquissimæ cuique primum respondebo . Assensio tibi ut in Formiano potissimum commorer ; etiam de supero mari ; ¹ palpaboque , ut antea ad te scripsi , æquonam modo possim voluntate ejus nullam Reipublicæ partem attingere . Quod laudas , quia oblivisci me scripsi ante facta & delicta nostri amici : ego vero ita facio . Quin ea ipsa , quæ a te commemorantur secus ab eo in me ipsum facta esse , non meminî : tanto plus ad me valere beneficii gratiam , quam injuria dolorem volo . Faciamus igitur , ut censes , colligamusque nos . ² *Σοφιστῶν* enim , simul ut rus decurro , atque in decursu ³ *Ἱέρους* meas commentari non desino . Sed sunt quædam earum perdifficiles ad judicandum . De optimatibus fit sane ita ut vis , sed nostri illud , ⁴ *Διοτρίδος* ἢ *Κοκκῶν* . Titinii filius apud Cæsarem est .

Quod

1 Palpabo] Blandiendo , adulandoque leviter tentabo , & experiar . *Hofius* .
2 *Σοφιστῶν*] Declamo .
3 *Ἱέρους*] *Quæstiones* . Vide ep. 4 .
4 *Διοτρίδος*] Superbienti Philippo , Lacedæmonii rescipere suo more breviter : *Διοτρίδος* *Κοκκῶν* . Id in proverbium abiit . Quid eo velis Cicero , solus vidit Magonis , quem sequor . Alios si audimus , significat vereri se , ut tam , sic impiorius , ac Tullius , quam optimates ii , de quibus scripserat Atticus , Romæ tam vacuos vivere . ut

Quod autem quasi vereri videris , ne mihi tua consilia displiceant ; me vero nihil delectat aliud , nisi consilium & literarum . Quare fac , ut ostendis , ne destiteris ad me , quidquid tibi in mentem venerit , scribere . Mihi nihil potest esse gratius . Venio ad alteram nunc epistolam . Recte non credis de numero militum . Ipso dimidio plus scripsit ⁵ Clodia . Falsum etiam ⁶ de corruptis navibus . Quod Consules laudas ; ego quoque animum laudo , sed consilium reprehendo . ⁷ Discessit enim illorum , actio de pace sublata est ; quam quidem ego meditabar . Itaque postea Demetrii librum de concordia tibi remisi , & Philotimo dedi . Nec vero dubito , quin exitiosum bellum impendat , ejus initium ducetur a fame . Et me tamen doleo non interesse huic bello ; in quo tanta vis sceleris futura est , ut , cum parentes non alere nefarium sit , nostri principes antiquissimam & sanctissimam parentem patriam fame necandam putent . Atque hoc non opinione timeo , sed intersui sermonibus . Omnis hæc classis Alexandria , Colchis , Tyro , Sidone , Arado , Cypro , Pamphylia , Lycia , Rhodo , Chio , Byzantio , Lesbo , Smyrna , Mileto , Coo , ad intercludendos commeatus Italiae , & ad occupandas frumentarias provincias comparatur . At quam veniet iratus ! & iis quidem maxime , qui eam maxime salvam volebant , quasi relictus ab iis quos reliquit . Itaque mihi dubitanti , quid me facere par sit , permagnum pondus affert benevolentia erga illum ; qua dempta , perire melius esset in patria , quam patriam servando evertere . ⁸ De Septentrione plane ita est . Metuo , ne ve-

re-

ut scholas habere possent , ut habuerat Corinthii Dionysius , Syracusis pulvis , & regia exurus potestate . Atqui hoc Lacedæmonii cum scriberent , non insultabant ludi magistro , olim regi ; sed Philippum admonebant , ne secundis rebus insolerecerit esse enim fortunam mutabilem , quæ possit ipsum quoque , uti Dionysium , de gradu dejicere . Hujus ergo loci sententia hæc est : Ais probari optimatibus , qui Romæ sunt , consilium manendi in Italia meum ; semper quoniam præpollit nunc Cæsar : at non ignovis mutari fortunam posse : si se reddiderit Pompeio , & hic Republicam recuperarit , quid me feret ? Vide supra , VIII. 3. infra , X. 8. quibus in locis hæc eadem narrat . *Oliverius* .
5 *Clodia*] Socrus L. Metelli . Vide ep. 4. hujus libri . *Corradus* .
6 *De corruptis navibus*] Præcilia , aut incensis . *Ibid.* *Idem* .
7 *Discessit*] Plerique alii , *Dispersit* .
8 *De Septentrione*] *Δ' ὀξυγῶν* intelligo . Cic. ep. 6. hujus libri dixerat septentriones fuisse , qui solvere cupientes Italia in Elyceum impeditabant . Atticus erat aliquid potentioris valetudinis : se valde vereri ne septentriones vastatarii sint Elycium , intelligens exercitum Pompeii . *Cassianus* . Aliter tamen *Mon-*

xetur⁹ Epirus. Sed quem tu locum Græciæ non direptum iri putas? Prædicat enim palam, & militibus ostendit, se largitione ipsa superiorem, ¹⁰ quam hunc, fore. Illud me præclare admones, ¹¹ cum illum videro, ne nimis indulgenter, & ut cum gravitate potius loquar. Plane sic faciendum. Arpinum, cum eum convenero, cogito, ne forte aut absim cum veniet, aut cursum huc illac via deterrima. Bibulum, ut scribis, audio venisse, & rediisse pridie Idus. Philotimum, ut ais epistola tertia, expectabas: at ille Idibus a me profectus est: eo serius ad tuam illam epistolam, cui ego statim rescripseram, reddita sunt meæ literæ. De Domitio ut scribis, ita opinor esse, ut & in Cosano sit, & consilium ejus ignoretur. ¹² Iste omnium turpissimus & sordidissimus, qui Consularia comitia a Prætoribus ait haberi posse, est ille quidem, qui semper in Republica fuit. Itaque nimirum hoc illud est, quod Cæsar scribit in ea epistola, cujus exemplum ad te misi, se velle uti *consilio meo*: age, esto hoc ¹³ commune: *gratia*: ineptum id quidem; sed, puto hoc simulat ad quasdam Senatorum sententias: *dignitate*, fortasse ¹⁴ sententia Consulatis. Illud extremum est, *ope omnium verum*. Id, ego suspicari cœpi tum ex tuis literis, aut hoc ipsum esse, aut non multo secus: nam permagni ejus interest, rem ad interregnum non venire. Id assequitur, si per Prætores Consules creantur. ¹⁵ Nos autem in libris habemus non modo Consules a Prætoribus, sed ne Prætores quidem creati jus esse, idque factum esse nunquam. Consules, eo non esse jus, quod majus imperium a minore rogari non sit jus: Prætores autem, cum ita rogen-

Mongalvus noster. Hæc enim vult intelligi de Consulibus dilectis, qui, etsi septentrio-nes flarent, in navem nihil minus concedere tunc dicebantur.

⁹ Epirus] Ubi res habes tuas. *Corr.*

¹⁰ Quam hunc] Quam Cæsarem. *Idem.*

¹¹ Cum illum videro] Cæsarem Brundisio revertentem. *Ville ep. 7. Idem.*

¹² Iste] Consules aberant Lentulus, & Marcellus. Agebatur ergo, quis haberet comitia designandi in proximum annum consulis. Si extaret Artici epistola nunquam ignoraremus. *Manutius. Iste, M. ut*

puto, Lepidus, non ille consularis (*ep. 11. lib. VII.*) sed Prætor, qui paucis post mensibus Cæsarem absentem Dictatorem dixit. *Corr.*

¹³ Commune] Quod veli uti consilio meo. *Commune* cum aliis ita, ut meo, sicut aliorum consilio uti possit: vel *commune* de omnibus rebus, non solum de comitis. *Idem.*

¹⁴ Senteutia Consulatis] Scilicet, ad acta sua speciosiora reddenda, si mea Consulatis vires sententia fuissent probata. *Gregorius. Sed & Vell. & Bosius ediderunt sententia. Ursumvis elige.*

¹⁵ Nos autem] Augures. *Corrad.*

tur ut ¹⁶ collegæ Consulium sint, quorum est majus imperium. Aberit non longe, quin hoc a me decerni velit, neque sit contentus Galba, Scævola, Cassio, Antonio. ¹⁷ Τὸν ποὶ χάριος ἔπειτα ἤδ᾽. Sed quanta tempestas impendat, vides. Qui ¹⁸ transierint Senatores, scribam ad te, cum certum habebō. De re frumentaria recte intelligis; quæ nullo modo administrari sine vestigialibus potest: nec sine causa & eos, qui circum illum sunt, omnia postulantes, & bellum nefarium times. Trebatium nostrum, etsi, ut scribis, nihil bene sperat, tamen videre sane velim: quem fac hortoris, ut properet: opportune enim ad me ante adventum Cæsaris venerit. De ¹⁹ Lanuvino statim ut audivi Phameam mortuum, optavi, si modo esset futura Respublica, ut id aliquis emeret meorum: neque tamen de te, qui maxime meus, cogitavi. Sciebam enim ²⁰ te quoto anno, & quantum in solo, solere quærere: neque solum Romæ, sed etiam Deli tuum digamma videram. Verumtamen ego illud, quanquam est bellum, minoris æstimo, quam æstimabatur Marcellino Consule, cum ego istos hortulos propter domum, Antii quam tum habebam, jucundiores mihi fore putabam, & minore impensa, quam si Tusculanum recessissem. Volui H-S quingentis: ²¹ egi per præ-

dem,

¹⁶ Collegæ consulium] Si enim creantur prætores, ut collegæ consulium sint, creati a prætoribus non possunt. Non enim collegæ consulium dicerentur, creati ab eo, cujus imperium consulati imperio minus est, ideoque a consule creantur. *Gellius lib. XIII. cap. 14. Manut.*

¹⁷ Τὸν ποὶ χάριος ἔπειτα ἤδ᾽.] Tunc mihi debitas lata vellet. Subaudi, cum a me decerneretur quid tale. *Blad. a. 182.*

¹⁸ Transierint] Cum Pompejo.

¹⁹ Lanuvino] Fundo, cujus dominus Phameas. Alii, pro Lanuvino, scribunt Lanuvius. Neutrū male.

²⁰ Te quoto anno] Indicat Cicero his verbis summum studium Artici in quæstu faciundo, qui, quod majorem fructum perciperet ex lotu pecunie, quam ex agrorum proventus, malebat nummos senatori collocare, quam is prædia comparare. Eim porro tradit micæ cautum fuisse in nominibus faciendis. Primum enim quæstus quoto anno

sortem redditori essent qui senatori pecunias sumebant, id est, quamdiu essent senatoribus nummis usuri; tum quantum eidem in solo haberent, hoc est, quo pretio conferretur eorum prædia, & res soli: ne scilicet illi diutius nummos retinerent, quam ut horum prædiorum æstimatio factis esse posset omnibus usuris cum sorte perfolendis. Est ergo *Digamma*, ut recte Turnebus explicat, forum, ita dictum, a prima ejus vocis littera, quæ est digamma. *Hællicum*. Sic libro XV. *domus 79. & notavit.* Ceterum Atticus Romæ pecunias forensi occupare consueverat, utebaturque in ea re opera quorundam agentiariorum, quos Cicero obscurare in his epistolis Oppios Vellestas appellat. Deli etiam sanctærem pecuniam habebat, ubi celeberrimus fuit mercatus, quemadmodum refert Strabo lib. XIV. *Bosius.*

²¹ Egi per prædem, illi Lanet] Quid? factis venditori carum non fuit præde, ut rem emptori concederet; nisi ipsimet prædia quo-

dem, illi daret, Antii cum haberet²² venale: noluit: sed nunc omnia ista jacere puto propter nummorum caritatem. Mihi quidem erit aptissimum, vel nobis potius, si tu emeris. Sed ejus²³ demencias cave contemnas. Valde est venustum. Quamquam mihi ista omnia jam addicta vastitati videntur. Respondi epistolis tribus: sed exspecto alias: nam me adhuc tuæ literæ sultentarunt. Data²⁴ Liberalibus.

quoad soluta res esset, quasi depositum traderet? Id mihi præli cogitandum fuisse, non venditori videretur. Ego cum manuscriptis libris, Antouano, Faeni, Poggii, Massi omnibus; Ille malim legere, hoc sensu. Ego hortor a Phamea H-S Q. emere volui: & ut eo libentius descenderet, egi per ipsum prædem, mihi ille ut daret. Noluit. Ita enim dicimus, Egi daret, ut, Egi ut daret. Malasp.

²² Venale] Cum Phamea Lanvinum An-

tii proficisceret. Manutius.

²³ Demencias] Sumptus immensos factos in bellando & exorando Lanvino, unde impensius venditur. Bosius.

²⁴ Liberalibus] Hoc est, xv. Kal. Aprilis. Corradus. Ex hac epistola, Pompejum profectam esse, constat. Quomodo igitur dicit Plutarchus, eum profectum esse Liberalibus? Nimirum errare potuit. Homo enim fuit. Nec alibi non erravit. Manutius.

CICERO ATTICO SAL.

X. **N**IHIL habebam, quod scriberem: neque enim novi quidquam audieram, & ad tuas omnes rescripseram pridie. Sed cum me ægritudo non solum somno privaret, verum ne vigilare quidem sine summo dolore pateretur, tecum ut quasi loquerer, in quo uno acquiesco, hoc nescio quid, nullo argumento proposito, scribere institui. Amens mihi fuisse videor a principio, & me una hæc res torquet, quod non omnibus in rebus labentem, vel potius ruentem Pompejum tanquam unus manipularis secutus sim. Vidi hominem xiv. Kal. Febr. plenum formidinis: illo ipso die fensi quid ageret. Nunquam mihi postea placuit; nec unquam aliud in alio peccare destitit. Nihil interim ad me scribere, nihil nisi fugam cogitare. Quid queris? sicut¹ ἐν τοῖς ἐπαρτιοῖς alienant immundæ, insulsæ, indecoræ: sic me illius fugæ negligentiaque deformitas averit ab amore. Nihil enim dignum faciebat, quare ejus fugæ comitem me adungerem. Nunc emergit amor; nunc desiderium ferre non possum: nunc mihi nihil libri, nihil lite-

¹ Eγ τοῖς ἐπαρτιοῖς] In amatoris.

literæ, nihil doctrina prodest: ita dies & noctes tanquam² a-vis illa³ mare prospecto; evolare cupio. Do, do pœnas temeritatis meæ: etsi quæ fuit illa temeritas? quid feci non consideratissime? Si enim nihil præter fugam quæreretur, fugissem libentissime: sed genus belli crudelissimi & maximi, quod nondum vident homines quale futurum sit, perhorui. Quæ minæ municipiis? quæ nominatim viris bonis: quæ denique omnibus, qui remansissent? quam crebro illud: Sylla potuit, ego non potero? Mihi autem⁴ haerent illa: male Tarquinius, qui⁵ Portenam, qui Octavium Mamilium contra patriam; impie Coriolanus, qui auxilium petiit a Volscis: recte Themistocles, qui mori maluit; nefarius Hippas, Pisistrati filius, qui in Marathonis pugna cecidit, arma contra patriam ferens. At Sylla, at Marius, at Cinna⁷ recte? immo jure fortasse: sed quid eorum victoria crudelius? quid funestius. Hujus belli genus fugi; & eo magis, quod crudeliora etiam cogitari, & parari videbam. Me, quem nonnulli conservatorem istius urbis, quem parentem esse dixerunt, Getarum, & Armeniorum, & Colchorum copias ad eam adducere? me meis civibus famem, vastitatem inferre Italia? Hunc primum mortalem esse, deinde etiam multis modis extingui, cogitabam: urbem autem, & populum nostrum servandum ad immortalitatem, quantum in nobis esset, putabam; & tamen spes quædam me obtentabat fore, ut⁸ aliquid conveniret potius, quam aut⁹ hic tantum sceleris, aut ille

Tom. VIII.

B b b

tan-

² A-vis illa] De qua scis a Platone scribi in epistola ad Dionis propinquos, cum se a Dionysi tyranni custodibus observatum, ne hortu regis domui conjuncto egredi posset, extra spectare, tanquam avem e cavea dicit. Manut.

³ Mare] Ut ad Pompejum navigem. Id.

⁴ Quam crebro illud] Quam saepe auditis est, cum diceret, Cur ego non potero, quod potuit Sylla, regnare, dominari? Supra, ep. 7. Mirandum in modum Censeri nosse Syllam regni similitudinem concupivisse. Nihil ille unquam minus obscure tuiti. Olivereus.

⁵ Haerent] Alte infixæ in animo.

⁶ Portenam] De Portena, & Octavio Mamilio Livius, lib. II. Dionysius Halic. lib. V.

⁷ Recte? immo jure fortasse] Affirmavit-ne Cicero, aut concesserit, recte Syllam fecisse, Marium, Cinnam, movendis armis civilibus? Equidem non arbitror. Quare post recte notam interrogationis posui, quæ a cæteris edilitionibus abest. Id fit recte, quod nulla reprehendi ex parte potest. Quid non sine causa fit, quæ fit probabilis, id jure factum videtur. Causas vero idoneas habuisse illi videbantur duces bellorum civilium, quas rerum Romanarum scriptores fuisse narrarunt. Florus breviter exposuit lib. III. cap. 21. Olivet.

⁸ Aliquid conveniret] Aliqua ratione res componeretur. Manutius.

⁹ Hic] Cæsar. Ille, Pompejus.

tantum flagitii admitteret. Alia res nunc tota est, alia mea. Sol, ut est in tua quadam epistola, excidisse mihi e mundo videtur. Ut aegrotum dum anima est, spes esse dicitur; sic ego, quoad Pompejus in Italia fuit, sperare non desisti. Hæc, hæc me fefellerunt; & ut verum loquar, ætas jam a diuturnis laboribus devexa ad otium, domesticarum me rerum delectatione molliit. Nunc, si vel periculo experiundum erit, experiar certe, ut hinc avolem. Ante oportuit fortasse; sed ea, quæ scripsi, me tardarunt, & auctoritas maxime tua. Nam cum ad hunc locum venissem, evolvi volumen epistolarum tuarum, quod ego¹⁰ sub signo habeo, servoque diligentissime. Erat igitur in ea, quam x. Kalend. Febr. dederas, hoc modo, *Sed videamus & Cneus quid agat, & illius rationes quorsum fluant. Quod si iste Italiam relinquat; faciet omnino male, & ut ego existimo, ¹¹ ἀπογίσιος. Sed tum demum consilia nostra commutanda erunt.* Hoc scribis post diem quartum, quam ab urbe discessimus. Deinde VIII. Kalend. Febr. tantummodo, *Cneus noster, ne, ut urbem ἀπογίσιος reliquit, sic Italiam relinquat.* Eodem die das alteras, quibus mihi consulenti planissime respondes: est enim sic, *Sed venio ad consultationem tuam. Si Cneus Italia cedit, in urbem redeundum puto: quæ enim finis peregrinationis? Hoc mihi plane hæsit: & nunc ita video, infinitum bellum junctum miserissima fuga; quam tu peregrinationem ¹² ὑποπόσειν. Sequitur ¹³ χερσῶν VI. Kalend. Febr. Ego, si Pompejus manet in Italia, nec res ad partionem venit, longius bellum puto fore: sin Italiam reliquit, ad posterum bellum ¹⁴ ἀπορδοῖ στρῆν existimo. Hujus igitur belli ego particeps, & socius, & adjutor esse cogor; quod & ἀπορδοῖ, & cum civibus. Deinde VII. Idus Febr. cum jam plura audires de Pompeji consilio, concludis epistolam quandam hoc modo: *Ego quidem tibi non sum auctor, si Pompejus Italiam reliquit, te quoque profugere: summo enim periculo**

¹⁰ Sub signo habeo] Alibi: sub signo clausi scripsit. Sic Horatius de suo libro loquens extat. epist. lib. I. *Odisti clausæ & gratae sigilla quæstæ.* Unde apparet scripta & chartas caras sub signo clausurisque fuisse solita

Servari. *Casim.*

¹¹ ἀπογίσιος] Abique ratione.

¹² ὑποπόσειν] Honesto nomine appellas.

¹³ χερσῶν] Oraculum.

¹⁴ ἀπορδοῖ] Æternum, inextinguibile.

culo facies, nec Reipublica prodoris; cui quidem posterius poteris prodesse, si manseris. Quem ¹⁵ φιλόσοφος, ac ¹⁶ σοφιστής hominis prudentis & amici, tali admonitu, non moveret auctoritas? Deinceps tertio Idus Februarias iterum mihi respondes consulenti sic, *Quod quæris a me ¹⁷ fugamne fidam, an moram deserendam utiliorem putem, ego vero in presentia subitum discessum, & præcipiorem professionem cum tibi, tum ipsi Cneo inuisilem, & periculosam puto: & satius esse existimo, eos desperitos, & in speculis esse. Sed mediis fidiis turpe nobis puto esse de fuga cogitare. Hoc turpe Cneus noster biennio ante cogitavit, ita ¹⁸ syllaturit animus ejus, & proscripturitur diu. Inde, ut opinor, cum tu ad me quadam ¹⁹ γενεῶντος scripsisses, & ego mihi a te quadam significari putassem, ut Italia cederem; detestaris hoc diligenter xi. Kalendas Martias, Ego vero nulla epistola significavi, si Cneus Italia cederet, ut tu una cederes: aut si significavi, non dico fui inconstans, sed demens. In eadem epistola alio loco, *Nihil relinquitur nisi fuga: cui te sociam nevisquam puto esse oportere, nec unquam putari.* Totam autem hanc deliberationem evolvis accuratius in literis VIII. Kalendas Martias datis: *Si M. Lepidus, & L. Volcatius remanent, manendum puto, ita ut, si salvus sit Pompejus, & constiterit alicubi, hanc ²⁰ νεκρῶν relinquant, & te in certamine vinci cum illo facilius patiaris, quam cum hoc, in ea, quæ perspicitur futura, collucet regnare. Multa disputas huic sententia convenientia. Inde ad extremum; *Quid si, inquis, Lepidus, & Volcatius discedunt? plane ²¹ ἀποῶ. Quod evenerit***

B b b 2

igitur,

¹⁵ φιλόσοφος] Studiosum patriæ.

¹⁶ σοφιστής] Reipublica desitum.

¹⁷ Fugamne fidam] Quid si corrigatur: *fugamne fidam, an moram deserendam, &c.* Manet. Alii aliter mutant. Consulenti autem duxi & hoc loco veterum codicum corruptam lectionem dare cum Victorio, & Manutio, quam incertas conjecturas pro Attici verbis venditare. *Genovis.* Vide, si vacat, Turnebi adveniens, lib. I. cap. 21.

¹⁸ Syllaturit] Genus illud Syllani regni appetit. *Proscripturitur:* proferibere cupit. Vide lib. VIII. ep. 11. *Cæsar.*

¹⁹ γενεῶντος] Generaliter, ut *γενεῶν* ep. 11. lib. I. vel potius, magis generaliter. Nam

²⁰ νεκρῶν] Mortuorum turbam, hoc est, flagitiosum Cæsaris comitatum: quod ad Cæsarem eperitissimus, & perditissimus quisque ita confunderet, ut ad Ulyssidem, cum ad inferos descendisset, confusurifere scribit Hæmæus. *Odyss. A. Nole Tullæ. I. cap. 6. Manutius.*

²¹ ἀποῶ] Dubius sum.

²⁰ νεκρῶν] Mortuorum turbam, hoc est, flagitiosum Cæsaris comitatum: quod ad Cæsarem eperitissimus, & perditissimus quisque ita confunderet, ut ad Ulyssidem, cum ad inferos descendisset, confusurifere scribit Hæmæus. *Odyss. A. Nole Tullæ. I. cap. 6. Manutius.*

²¹ ἀποῶ] Dubius sum.

igiur, & quod egerit, id ²² *esperatio putabo*. Si tum dubitares, nunc certe non dubitas, istis manentibus. Deinde in ipsa fuga v. Kalendas Martias, *Inter ea non dubito, quin in Formiano mansurus sis. Commodissime enim* ²³ *id mētor ibi παραδοκίαις*. Ad Kalendas Martias cum ille quintum jam diem Brunditii esset, *Tum poterimus deliberare, non scilicet integra re, sed certe minus infracta, quam si una proceris te*. Deinde IV. Nonas Martias, ²⁴ *υπό τῆς ἡμέρας* cum breviter scriberes, tamen ponis hoc, *Cras scribam plura, & ad omnia. Hoc tamen dicam, non pantere me consilii de tua mansione, &, quanquam magna sollicitudine, tamen, quia minus mali puro esse, quam in illa profectio, maneo in sententia, & gaudeo te mansisse*. Cum vero jam angerer, & timerem, ne quid a me dedecoris esset admissum, III. Nonas Martias, *Tamen te non esse una cum Pompejo non fero moleste. Postea si* ²⁵ *opus fuerit, non erit difficile; & illi, quoquo tempore fiet, erit* ²⁶ *ἀσμένον*. Sed hoc ita dico, si hic, qua ratione initium fecit, eadem cetera ager, *sincere, temperate, prudenter; valde videro, & consideratius utilitati nostrae consulero*. VII. Idus Martias scribis Peduceo quoque nostro probari, quod quierim, cujus auctoritas multum apud me valet. His ego tuis scriptis me consolor, ut nihil a me adhuc delictum putem. Tu modo auctoritatem tuam defendito; adversus me nihil opus est: sed conficiis ego aliis. Ego, si nihil peccavi, reliqua tuebor. Ad ea tute hortare, & me omnino tua cogitatione adjuva. Hic nihil dum de reditu Caesaris audiebatur. Ego his literis hoc tamen profeci; perlegi omnes tuas, & in eo acquievi.

²² *Ἐσπεράω*] Probandum.

²³ *Τὸ μέγιστον*] Quod futurum est: *μακροτέρως*, expectabis.

²⁴ *ὑπὸ τῆς ἡμέρας*] Sub ipsam febris ac-

cessionem.

²⁵ *Ἄσμενον*] Te esse cum Pompejo.

²⁶ *Ἀσμένον*] Jucundissimum.

CICERO ATTICO SAL.

XI. **L**ENTULUM nostrum scis Puteolis esse: quod cum e viatore quodam esset auditum, qui se diceret eum in Ap-

Appia, cum is paulum lepticam aperuisset, cognosse; et si vix verisimile, mihi tamen Puteolos pueros, qui pervestigarent, & ad eum literas: Inventus est vix in hortis suis se occultans, literisque mihi remisit, mirifice gratias agens: Caesaris: de suo autem ² consilio C. Cæcio mandata ad me dedisse. Eum ego hodie expectabam, id est XIII. Kal. April. Venit etiam ad me Matus ³ Quinquatribus, homo mehercule, ut mihi vilus est, temperatas & prudens; existimatus quidem est semper auctor orii. Quam ille hæc non probare mihi quidem vilus est! quam illam ⁴ *κελεύω*, ut tu appellas, timere! Huic ego in ⁵ multo sermone epistolam ad me Caesaris ostendi, eam, cujus exemplum ad te antea mihi; rogavique, ut interpretaretur, quid esset quod ille scriberet, *consilio meo se uti velle, gratia, dignitate, ope rerum omnium*. Respondit, se non dabitare quin & opem & gratiam meam ille ad pacificationem quæret. Utinam aliquod in hac miseria Reipublicæ ⁶ *πολιτικόν* opus efficere & navare mihi liceat. Matus quidem & illum in ea sententia esse confidebat, & se auctorem fore pollicebatur. Prædie autem apud me Crassipes fuerat, qui se prædie Nonas Mart. Brundisio profectum, atque ibi Pompejum reliquisse dicebat: quod etiam qui VII. Idus illinc profecti erant, nuntiabant: illa vero omnes, in quibus etiam Crassipes, (⁷ qua prudentia, potes attendere) sermones minaces, inimicos optimatum, municipiorum hostes, meras proserpiones, meros Syllas: quæ Luccejum loqui? quæ totam Græciam? quæ vero Theophanem? & tamen omnis spes salutis in illis est; & ego excubo animo, nec partem ullam capio quietis; & ut ⁸ has pestes effugiam, cum dissimilimis nostris esse cupio.

Quid

¹ *Cæsari*] A quo Cornilius captus, incolu-
mis esset dimissus. Ep. 10. Manut.

² *Consilio*] Id est, quod ipse constituerit
in posterum facere, id mihi significare vo-
luisse per C. Cæcium, sive *Cæcium*: nam
ita legit Fulvius Ursinus in gene Cassii; in
cujus nummis invenit L. Cassius *Cæcianus*.

J. F. Gronov.

³ *Quinquatribus*] Feltis Minervæ diebus,
qui Græcis erant *ἑνεσθῆναι*; Latinis, *Quin-*
quatria, & *Quinquatrus*, ut mox ep. 12.

⁴ *Nemulus*] Vide superiorem ep.

⁵ *Multo*] Forte, *minus*. Calaub.

⁶ *Πολιτικόν*] Civile, Reipublice utile.

⁷ *Qua prudentia, potes*] Qua, prudentia
scilicet hæc iactent salam. Locum corruptum
sic emendavit Grægius. Quod si Tullii ver-
ba non habes, at sententiam habes aliquam,
cum nulla ex vulgatis elici possit. Preconce-
pitur Mongault nostro, Grævium sequor.

⁸ *Has pestes*] Caesarianos. Manutius.

Quid enim tu illic Scipionem, quid Faustum, quid Libonem prætermisurum sceleris putas? quorum creditores? convenire dicuntur. Quid eos autem, cum vicerint, in cives effecturos? quam vero ¹⁰ *μακροβουλία* Cnæi nostri esse? Nuntiant Egyptum, & Arabiam ¹¹ *ἑβραίων*, & *Μεσοποταμίαν* cogitare, Hispaniam abjecisse. Monstra narrant; quæ falsa esse possunt. Sed certe & ¹² hæc perdita sunt, & illa non salutaria. Tuas literas jam desidero. ¹³ Post fugam nostram nunquam jam nostrarum intervallum fuit. Misi ad te exemplum literarum mearum ad Cæsarem; quibus me aliquid profectorum puto.

⁹ *Convenire*] In urbe: ut eorum bona vendant. *Idem*.

¹⁰ *Μακροβουλία*] Longanimitas, si Latinum verbum Græco potest fingere velis, significatur, & infinita quedam & obstinata ratio oblitiscendi. *Viliorum*. Nihil certius emendatione Magnæ apud Manucium, qui legendum censet *μακροβουλία*. Hoc enim sensum postulat. Tam abjecto & demisso animo est Pompejus, inquit Cicero, ut non solum metu Cæsaris ex urbe & Italia excesserit, sed quod ne in Epiro audeat manere, sed fugam molietur in longissime remotas regio-

nes, Arabiam, Mesopotamiam, Egyptum, omnia Hispania sua provincia in qua habet exercitum. Hæc *μακροβουλία* est, quam in tot epistolis exagitat Cicero. Faciat igitur hinc *μακροβουλία*, unde malum pedem ierit in codices Græcos.

¹¹ *ἑβραίων*] Felicem.

¹² *Hæc*] Cæsariana: illa, Pompejana.

¹³ *Post fugam nostram*] A quo tempore discessit ab urbe. Deinde Muretus malebat, nunquam iam tantum *extram intervallum fuit*. Grævus.

CICERO IMP. S. D. CÆSARI IMP.

UT legi tuas literas, quas a Furnio nostro acceperam, quibus mecum agebas, ut ad urbem essem; te velle uti consilio & dignitate mea, minus sum admiratus: de gratia, & de ope quid significares mecum ipse quærebam: spe tamen deducebar ad eam cogitationem, ut te pro tua admirabili ac singulari sapientia de otio, de pace, de concordia civium agi velle arbitrarer: & ad eam rationem existimabam satis aptam esse & naturam & personam meam. Quod si ita est; & si qua de Pompejo nostro tuendo, & tibi ac Reipublicæ reconciliando cura te attingit; magis idoneum, quam ego sum, ad eam causam profecto reperies neminem: qui & illi semper, & Senatui, cum primum potui, pacis auctor fui;

fui; nec, sumptis armis, belli ullam partem attigi, iudicavi: que eo bello te violari, contra cuius honorem, populi Romani beneficio concessum, inimici atque invidi niterentur. Sed ut eo tempore non modo ipse fautor dignitatis tuæ fui, verum etiam cæteris auctor ad te adjuvandum; sic me nunc Pompeji dignitas vehementer movet: aliquot enim sunt anni, cum vos duo delegi, quos præcipue colerem, & quibus essem, sicut sum, amicissimus. Quamobrem a te peto, potius omnibus precibus oro & obtestor, ut in tuis maximis curis aliquid impertias temporis huic quoque cogitationi, ut tuo beneficio bonus vir, gratus, pius denique esse in maximi beneficii memoria possim; quæ si tantum ad me ipsum pertinerent, sperarem me a te tamen impetraturum. Sed, ut arbitrator, & ad tuam fidem, & ad Rempublicam pertinet, me e paucis, & ad utriusque vestrum, & ad civium concordiam, per te quam accommodatissimum conservari. Ego, cum antea tibi de Lentulo gratias egissem, cum ei saluti, qui mihi fuerat, fuisset: tamen lætis ejus literis, quas ad me gratissimo animo de tua liberalitate beneficio misit, eandem me salutem a te accepisse putavi, quam ille: in quem si me intelligis esse gratum; cura, obsecro, ut etiam in Pompejum esse possim.

CICERO ATTICO SAL.

XII. LEGEBAM tuas literas XIII Kalend. cum mihi epistola affertur a Lepta, circumvallatum esse Pompejum; ratibus etiam exitus portus teneri. Non medius fidius præ lacrymis possum reliqua nec cogitare, nec scribere. Misi ad te exemplum. Miseros nos! cur non omnes fatum illius una executi sumus? Ecce autem a Matio & Trebatio eadem: quibus Minturnis obvii Cæsaris tabellarii. Torqueor infelix, ut jam illum Mucianum exitum exoptem. At quam honesta, at quam expedita tua consilia, quam evigilata tuis cogitationibus,

¹ *Mucianum*] Q. Mucius Scaevola iussu Martii junioris Consulibus cruciatus est in late rina cogitatione. ² *Tuis*] Lambinus conjicit, *Quam evigilata tua consilia*. Popma.

nis, qua itineris, qua navigationis, qua congressus, sermo-
nisque cum Cæsare? Omnia tum honesta, tum cauta. In E-
pirum vero invitatio quam suavis, quam liberalis, quam fra-
terna? De Dionysio sum admiratus: qui apud me honora-
tor fuit, quam apud Scipionem Panætius: a quo impurissime
hæc nostra fortuna despecta est. Odi hominem, & odo: uti-
nam ulcisci possem: sed illum ulciscuntur mores sui. Tu,
quæso, nunc vel maxime quid agendum nobis sit, cogita.
Populi Romani exercitus Cn. Pompejum circumfidet; fossa &
vallo septum tenet; fuga prohibet; nos vivimus, & stat urbs
ista? Prætores jus dicunt? Ediles ludos parant? Viri boni
ufuras perscribunt? ego ipse sedeo? Coner illic ire, ut insa-
nus? implorare fidem municipiorum? boni non sequentur; le-
ves irridebunt; rerum novarum cupidi, victores præsertim &
armati, vim & manus afferent. Quid censes igitur? æquid-
nam est tui consilii ad fines hujus miserimæ vitæ? Nunc
doleo, nunc torqueor, cum quibusdam aut sapiens videor,
quod una non feram, aut felix fuisse. Mihi contra. Nunquam
enim illius victoriæ socius esse volui; calamitatis mallem fuis-
se. Quid ego nunc tuas literas, quid tuam prudentiam, aut
benevolentiam implorem? Actum est. Nulla re jam possum
juvari, qui, ne quid optem quidem jam habeo, nisi ut ali-
qua inimici misericordia liberetur. *Ὁὐκ ἔστι τρυφερόν δόξω,*
ut opinor, ille de ratibus. Quid enim est, quod Dolabella
his literis, quas III. Idus Mart. a Brundisio dedit, hanc
quasi Cæsaris scriberet, Pompejum in fuga esse?



3 Dionysio] Ep. 4. lib. VII.
4 Viri boni] Non sunt hoc loco oprima-
tes; sed ut mille aliis in locis harum epi-
stolarum, viri locupletes, feneratores, qui
pecuniam sub usus elocant. Vide Gronov.
IV. Observ. p. Græv.
5 Ad fueri] Id est, suppetit-ne tibi ali-
quid consilii, quo perducas ad fuer, ad me-
tas hujus infelicissime vitæ, & in aliam loca-
tionem migrare? *Βεβη.*
6 *Ὁὐκ ἔστι τρυφερόν δόξω*] Non est curis
forma. Principium est palinodia illius, quam
fecit Stiechichorus, cum Helenæ maledixisset,
coque nomine oculis privatus esset. Pont

autem Plato in Phædro, his verbis, *ἴσθι γὰρ
ὁμοῦτος*, &c. id est, nam cum oculis abstraxit
esset Stiechichorus, propter avos Helenæ maledi-
xerat, non ignoravit, quemadmodum Home-
rus: sed, ut ipse qui mifericus esset, causam
sue rei intellexit, & continuo hæc carmina so-
cior: Non verus ille est sermo: nunquam na-
vibus velle est voluisse opulenta ad Pergamæ
Trois. Absoluta igitur tota illa, que ap-
pellatur, palinodia, sensum oculorum statim
recuperavit. Lambin.
7 Ille] A Lepia scriptus. *Corrad.*
8 *Εὐσεβίας*] Prosperum dici factum.

eumque primo vento navigaturum? quod valde discrepat ab
iis epistolis, quarum exempla antea ad te misi. Hic quidem
mera scelera loquuntur: sed non erat nec recentior auctor,
nec hujus rei quidem melior Dolabella.

9 *Mera scelera*] De consilio Cæsaris inter-
cludendæ Pompejo fugæ. *Manur.* 10 *Melior*] Ut præsens & Cæsarianus.

CICERO ATTICO SAL.

XIII. TUAS XI Kalend. accepi literas, quibus omnia con-
silia differs in id tempus, cum scierimus, quid
actum sit: & certe ita est: nec interim potest quidquam statui,
sed ne cogitari quidem. Quanquam hæc mihi literæ Dolabella ju-
bent ad pristinas cogitationes reverti. Fuit enim pridie Quin-
quatus egregia tempestas, qua ego illum usum puto. *Συνε-
ργων* consiliorum tuorum non est a me collecta ad querelam,
sed magis ad consolationem meam. Nec enim me tam hæc
mala angebant, quam suspicio culpæ, ac temeritatis meæ:
eam nullam puto esse; quoniam cum consiliis tuis mea facta
& consilia consentiunt. Quod mea prædicatione factum esse
scribis magis, quam illius merito, ut tantum ei debere vide-
rer; est ita. Ego illa extuli temper, & eo quidem magis,
ne quid ille superiorum meminisse me putaret: quæ si ma-
xime meminissem; tamen illius temporis similitudinem jam
sequi deberem. Nihil me adjuvit, cum posset: & postea fuit
amicus, etiam valde: æquam ob causam, plane nescio.
Ergo ego quoque illi. Quin etiam illud par in utroque no-
strum, quod ab eisdem illecti sumus. Sed utinam tantum ego
Tom. VIII. C c c ei

1 *Pristinas cogitationes*] De professione
mea ad Pompejum: quem cum scipsisset
Dolabella primo vento navigaturum, navi-
gasse puto; quoniam pridie Quinquatus tem-
pestas fuit ad navigandum maxime idonea.
At quomodo hoc jubent literæ Dolabellæ,
qui Cæsaris in prædidiis erat? *Jubent*, dixit,
pro, efficiunt: cum navigasse Pompejum si-
gnificent. *Man.*
2 *Συνεργων*] *Collectio*. Intellegit illa con-
silia, quæ ex variis literis Attici collecta

conceperat in epistola to hujus libri. *Græv.*
3 *Superiorum*] Superioris injuriæ, cum
me, sum prædium contra meos inimicos
implorantem, deseruit. Vide supra epist. 4.
hujus libri. *Manutius.*
4 *Similitudinem*] Primo me deseruit, cum
patria pulsus sum: deinde adjuvit, ut resist-
tueret: item ego, quod ante omnia, nunc
facere debeo, ut eum adjuvem. *Man.*
5 *Etiam valde*] Conspiciebat Muretus, &
quam visis, & quam ob causam.



ei prodesse potuissem, quantum mihi ille potuit. Mihi tamen, quod fecit, gratissimum: nec ego nunc eum juvare quare possim, scio: nec, si possem, cum tam pestiferum bellum pararer, adjuvandum putarem. Tantum offendere animum ejus hic manens nolo. Nec mehercule ista videre, quæ tu potes jam animo providere, nec interesse istis malis possem. Sed eo tardior ad descendendum fui, quod difficile est de discessu voluntario sine ulla spe reditus cogitare. Nam ego hunc ita paratum video peditatu, equitatu, classibus, auxiliis Gallorum, quos Cælius ⁶ *ἐπιπέλας*, ut puto; sed certe dicebat, ⁷ peditum cetero, equitum sex polliceri sumptu suo annos decem. Sed fit hoc ⁸ *λαπίσµα*. Magnas habet certe copias: & habebit non, ut ille, ⁹ vestigal, sed civium bona. Adde confidentiam hominis; adde imbecillitatem bonorum virorum; qui quidem, quod illum sibi merito iratum putant, oderunt; ut tu scribis, ludum: ¹⁰ ac vellem, scribis, quisnam hic significasset. ¹¹ Sed & iste, quia plus offenderat, quam fecit;

⁶ *Ἐπιπέλας*] Ostendebat, supra veritatem narrabat.

⁷ *Περίον* CCICCO] Id est, peditum decem milia, equitum sex milia. *Bofius*.

⁸ *Λαπίσµα*] Ostentatio.

⁹ *Ὀπίσµα*] Vestigalia provinciarum, quæ sibi pendit jubebat Pompejus, inquam imperatori; tenentur popularique Romani. Provincias plerique, præcipue Orientales erant a Partibus Pompej. Cælius vero habebat bona civium, urbem tenens & Italiam. *Grævius*.

¹⁰ *Ac vellem, scribis*] Forte Cicero scripsit: ac vellem quinquam hi significasset. Valde absurde scribitur, quod tertio abhinc verbo præcesserat, repetitur. Quod vitio librarii tribuendum. Sententia sic erit aperta. Multi optimates oderunt hunc, qui ludendas erant, ludum, in tu scribis, propter incertis belli eventus, metuentes ubi a Cæsare, quem sibi merito putant iratum. Ac vellem adifices, quoniam hi sunt optimates, qui hunc ludum oderunt. *Grævius*. Forte legendum: *Ut in scribis, loquens, ac vellem scriberet. Quis non hoc significat? Luquent, deplorant infelicitatem Pompej. Vellem scilicet cum lugere jure, nempe mortuum. J. F. Gron.*

¹¹ *Sed & iste*] Omnino amator excidisse censeo, quia statim his illud idem verbum

sequitur. Nam & in hoc genere *serpe* libarum scribarum ut idem verbum senel iterumque in eadem periodo repetendum senel tantum scripserint, & interdum cum illo, quod iterandum erat, rotos versus omiserint. Nihil dubito quin Cicero scripserit: *Sed & iste, quia plus offenderat, quam fecit, amatur, & vulgo illum qui amantur non amant. Cælius amatur, quia non tantum nihil importat, quantum ipse se ferebat, cum bellum inferret Urbem & Italiam: laudem enim se præbet & clementem non solum erga eos, qui quiescunt, sed & qui arma contra illum tulerunt, si in ejus incidunt manus, ut offenderet illi, quos Cornifici cepit, cives Pompejanorum partium. Pompejum vero nulli non amant, qui ante amici ejus erant, & quod Urbem & Italiam deseruerit, & quod eis fidem & vastitatem minetur, pestiferumque bellum adductis barbaris cogit, multaque alia in se admittat, quæ in honorem odium eum adducunt. Muretus rescribent: *sed & istum, quia plus offenderat, quam fecit, amant, & vulgo illum qui amantur non amantur*. Verum J. Fr. Gronovius leg. significabatur: *sed & iste*; hoc est, se vendit, amabilem facit. Ep. 5. hujus libri: *Fide ut se hinc dent, ac datur sint*. *Grævius*.*

& vulgo illum, qui amantur, non amant. Municipia vero, & rustici Romani illum metuunt, hunc adhuc diligunt. Quare ita paratus est, ut, etiam si vincere non possit, quo modo tamen ipse vinci possit non videam. Ego autem non tam ¹² *φοβέο* hujus timeo, quam ¹³ *ἀσθησκώ*. Ai γὰρ τὸ τῶν πόλεων δέχεται, inquit Πλάτων, οὐδ' οὐκ ἐπιμελησέσθαι δὲ βλάπτει. Illa ¹⁴ *ἀδύσµα* video tibi non probari: quæ ne mihi quidem placebant: sed habebam in illis & ¹⁵ occultationem, & ¹⁶ *ὑπερφορῶν* fidem: quæ si mihi Brundisii suppetant, mallem: sed tibi occultatio nulla est. Verum ut scribis, cum ¹⁷ sciendumus. Viris bonis me non nimis excuso. Quas enim eos cænas & facere & obire scripsit ad me ¹⁸ Sextus? quam lautas? quam tempestivas? Sed sint quamvis boni, non sunt meliores quam nos: moverent me, si essent fortiores. De Lanuvino Phamææ erravi: ¹⁹ Trojanum somniabam. Id ego ²⁰ volui Q. sed ²¹ plurius est. Istud tamen cuperem emeris, si ullam spem fruenti viderem. Nos quæ monstra quotidie intelligamus, ²² ex illo libello, qui in epistolam conjectus est. Lentulus noster Putcolis est ²³ *ἀδύσµα*, ut Cæcius narrat. Quid agat? ²⁴ *ἄγροπῶν* Cornificem reformidat: ²⁵ Pompejo nunc putat satisfactum: beneficio Cæsarum movetur; sed tamen movetur magis

C c c 2

26 per-

¹² *Φοβέο*] Praestigias.

¹³ *Ἀσθησκώ* &c.] Sualionem violentam. Nam tyrannorum preces, inquit Platon, permittit sunt, ut scis, necessitatibus.

¹⁴ *Ἀδύσµα*] Loca portu-carentia.

¹⁵ *Ὀκκλήσιον*] Ne laurus hæc nostra in oculos, & in vobis malevolentium incurteret. *Grævius*.

¹⁶ *ὑπερφορῶν*] Comitatum, ministrorum observantiam.

¹⁷ *Sciendumus*] Quid Brundisii actum sit, num Pompejus classe abierit. *Mau.*

¹⁸ *Ἐπίστω*] Perducens. Ep. 12. lib. VII.

¹⁹ *Ἰστροπῶν*] Lanuvium & Trojanum erant duo prædia Phamææ: utrumque vicinum agro Antiat. Itaque cum Phamææ Lanuvium Antii profcripsisset, Cicero falso crederetur esse illius Trojanum: cui nomen a Troja, loco in agro Laurenti finitimo Antiat. Ardenti Lanuvino: in quo prius in Italia æneas cum suis confisit. Pællus, & Cata in Originibus. *Poppus*.

²⁰ *Ἐπίστω Q.*] Quingentis millibus emere. Vide ep. 8. *Maurinus*.

²¹ *Plurius est*] Carus venditur. *Est* *serpe* est venale esse. *Grævius*.

²² *Ex illo libello*] Intelligit *Cornifici*. Videtur illi elliptici dura & parum utilia. Si manus fuerit amoverent, legere potius: *Nos quæ monstra quotidie intelligimus ex illo libello, qui in epistolam conjectus est*. *Grævius*.

²³ *Ἀδύσµα*] Mureti plenas. Lentulus, inquit, Putcolis curis & amore se ipsum exedit, ut ex Cæcio audivi. *Quid agat noster?* non audeo ire ad Pompejum, propter dedecus, quod deditione Cornifici suscepit. *Grævius*.

²⁴ *ἄγροπῶν*] Delicias, infantiam, cultus pudicit. *Cornificem*, qualem Cornifici caput sui videtur subsistit. *Grævius*.

²⁵ *Pompejo*] Cujus culpa captus est, quamvis Pompejus cum in Domitium confugerat. Ep. 16. lib. VIII. *Itan*.

388
 26 *perspecta* re. Tene 27 *hac ferre posse*? Omnia misera; sed hoc nihil miserius: Pompejus Cn. Magium de pace misit; & tamen oppugnatur; quod ego 28 *non credebam*: sed habeo a Balbo literas, quarum ad te exemplum misi: lege, quaeso, & illud infimum caput ipsius Balbi optimi, cui Cnaeus noster locum, ubi hortos edificaret, dedit: quem cui nostrum non saepe prætulit? itaque 29 *miser torquetur*. Sed, ne bis eadem legas, ad ipsam te epistolam rejicio. Spem autem pacis habeo nullam. Dolabella suis literis, Idibus Mart. datis, meum bellum loquitur. Maneamus ergo in illa eadem 30 *sententia misera & desperata*: quando 31 *hoc miserius esse nihil potest*.

26 *Perspecta re*] Hoc est, postquam cognovit inhumanitatem partium Pompejanarum. *Grævius*.

27 *Hec*] Pars hæc epistola ex intervallo adscripta post acceptas a Balbo, & a Dolabella literas. Cum enim oppugnari Pompejum cognovisset; dolore percitus, *Mis*, (alii, *Ten*) inquit, *hac ferre posse?* aut est

initium epistolæ. *Mans.*

28 *Non credebam*] Putans fore, ut postea per Pompejum, quam per Cæsarem fieret; ne pax fieret. Ep. 23. lib. VIII. *Corradus*.

29 *Miser torquetur*] *Epistola*. Ut & illud, *Balbi optimi*, proxime dictum. *Mans.*

30 *Sententia*] *Difcedendi. Cor.*

31 *Hoc*] *Hac mansione. Idem.*

BALBUS CICERONI IMP. S.

CÆSAR nobis literas perbreves misit, quarum exemplum subscripsi. Brevitate epistolæ scire poteris eum valde esse distentum, qui tanta de re tam breviter scripserit. Si quid præterea novi fuerit, statim tibi scribam.

CÆSAR OPPIO, CORNELIO. S.

„ A. d. VII Id. Mart. Brundisium veni: ad murum castra
 „ posui. Pompejus est Brundisii. Misit ad me Cn. Magium
 „ de pace. Quæ visa sunt respondi. Hoc vos statim scire
 „ volum. Cum in spem venero de compositione aliquid me
 „ conficere, statim vos certiores faciam.

Quomodo me nunc putas, mi Cicero, torqueri, postquam rursus in spem pacis veni, ne qua res eorum compositionem impediatur? Namque, quod absens facere possum, opto. Quod

si una essem, aliquid fortasse proficere possem videri. Nunc expectatione crucior.

CICERO ATTICO SAL.

XIV. MISERAM ad te IX Kalend. exemplum epistolæ Balbi ad me, & Cæsaris ad eum: ecce tibi eodem die Capua literas accepi ab Q. Pedio, Cæsarem ad se pridie Idus Mart. misisse hoc exemplo: *Pompejus se oppido tenet. Nos ad portas castra habemus: conatur opus magnum, & multorum dierum, propter altitudinem maris. Sed tamen nihil est, quod potius faciamus. Ab utroque portus cornu moles jacimus, ut aut illum quam primum trajicere quod habet Brundisii copiarum cogamus, aut exitu prohibeamus.* Ubi est illa pax, de qua Balbus scripserat torqueri se? equid acerbius? equid crudelius? Atque eum loqui quidam ¹ *absentibus* narrabant; ² Cn. Carbonis, M. Bruti se poenas persequi, omniumque eorum, in quos Sylla crudelis hoc socio fuisset: nihil Curionem se duce facere, quod non hic Sylla duce fecisset: ³ ad ambitionem, quibus exilii poena superioribus legibus non fuisset; ab illo patriæ proditores de exilio reductos esse: queri de Milo-

¹ *Absentibus*] Certo autore.

² *Cn. Carbonis, M. Bruti*] Quos Pompejus, Syllæ socius, occiderat. Appianus, Plutarchus, alii. *Mans.*

³ *Ad ambitionem*] In locis corruptis aliud est sententiam videtur, aliud verba referre. Ego hic, quia Cicero dicit, insidioso de enim opinor: quibus verbis dicit, divinare non possum. Dux sunt comparationes, una Curionis & Cæsaris cum Pompejo & Sylla; altera Pompeji cum Sylla. In prioribus non Curionem crudeliter improbeque se duce facere, uti fecerat Pompejus duce Sylla, significat; sed, ut sibi Curio rebus in omnibus obsequatur, itidem Pompejum, quascunque res Sylla imperaverit, aut voluerit, in his rebus desilio operam ut illi plane satisficeret. Non igitur facta Curionis cum Pompeji factis comparatio; ne & se Syllæ, & Curionem Pompejo similes in crudelitate faciat, sed voluntatem confect cum voluntate, obsequium cum obsequio. Posterior comparatio Pompejum & Syllam æque indicat inique fecisse: cum Sylla victor proditores patriæ reduceret. Pompejus consul III. lege de ambitu lata in exilium eiecerit eos, quibus veteres leges damnata de ambitu exilium non irrogabant. Itaque Sylla primum viventes imperio, deinde mortui exemplo fecit improbe Pompejus. Constat, opinor, satis de sententia: verba consideremus. *Ad ambitionem*, mendose dictum. *Ab illo*, non est quo referatur, nec dubito, quin desit, *Ab hoc*, Ut sit: *Ab hoc*, a Pompejo: *Ab illo*, a Sylla. *Reductus*, postulat alterum participium, huiusmodi scilicet *Exortasse*, aut *similibus* certe verbis Cicero scripserit. *Ab hoc lege de ambitu nova*, quibus exilii poena superioribus legibus non fuisset, effectus; ab illa patriæ proditores de exilio reductos esse. De ambitu quidem legem Pompejum significat; de quo Pedianus, & Cæsaris ipse lib. III. de bello civili. *Idem.*

ne² per vim expulso : neminem tamen se violaturum , nisi qui³ arma .⁶ Hæc contra Bæbius quidam , a Curione . Id. profectus , homo non infans ,⁷ sed quis , ulli non dicat . Plane nescio quid agam .⁸ Illinc equidem Cnæum profectum puto . Quidquid est biduo sciemus . A te nihil , ne⁹ Anteros quidem , qui a te , literarum : nec mirum . Quid enim est quod scribamus ? ego tamen nullum diem prætermitto . Scripta epistola , literæ mihi ante lucem a Leptra Capua reditæ sunt Idib. Mart. Pompejum a Brundisio conscendisse , at Caesarem a. d. vii Kal. Apr. Capuæ fore .

⁴ Per vim] Quasi iudices eum Pompeii consulis metu condemnasset : quia , cum iudicium Milonis ageretur , exercitum in forum & omnibus in templis , que circa forum sunt , collocaverat . Quod Cæsar *idib.* reprehendit . *Idem* .

⁵ Arma] Tulisset . Pompejus autem omnibus minabatur , qui ipsius in prædiis non fuissent . *Idem* .

⁶ Hæc contra] Subaudi , narrabat Caesarem talia non loqui . *Popma* . *Fortæ* . *Hæc contra Bæbium* . &c. *J. F. Gronov.*

⁷ Sed quis] Hoc sensu : Non infans ille quidem est , sed ita obtusus , ut , quis sit ,

nescire possit dicere . *Idem* . Scribe : *sed quis illa non dicit ?* hoc est non incivis narandi & augendi que audierit : sed adeo palam audendit Cæsar , se hoc agere , & scilicet esse , ut nemo tam puer & ignavis rerum dicere sit , qui non eadem quæ ab eo dicta fingere & iactare possit . *J. F. Gronov.*

⁸ Illinc] Brundisio . *Corrad.*
⁹ Anteros] Libertus fuit Attici , cuius mentio fit epistola prima libri XI. Sentis autem horum verborum est : a te nihil attulit literarum , ne Anteros quidem , qui a te venit . *Bhilar.*

CICERO ATTICO SAL.

XV. CUM dedissem ad te literas , ut scires Caesarem Capuæ vii Kalend. fore , allatæ mihi Capua sunt literæ eum in Albano apud Curionem v Kalend. fore . Eum cum videro , Arpinum pergam . Si mihi¹ veniam , quam peto , dederit , utar illius conditione : sin minus , impetrabo aliquid a me ipso . Ille , ut ad me scripsit , legiones singulas posuit Brundisii , Tarenti , Siponti . Claudere mihi videtur maritimis exitus : & tamen ipse Graciam spectare potius , quam Hispanias . Sed hæc longius absunt . Me nunc & congressus hujus stimulat ; (is vero adest) & primas ejus actiones horreo . Volet enim credo senatus-consultum facere : vo-

¹ Veniam] Ut absum , cum aliquid in senatu contra Pompejum agatur . Epistola 6. *Mamurra.*

let² Augurum decretum :³ rapiemur , aut absentes vexabimur : vel ut Consules roget Prætor , vel Dictatorem dicat : quorum neutrum jus est . Sed , si Sylla potuit efficere ab Interrege ut Dictator diceretur , cur hic non possit ?⁴ Nihil expedit , nisi ut aut ab hoc , tanquam Q. Mucius , aut ab illo , tanquam L. Scipio . Cum tu hæc leges , ego illum fortasse convenero .⁵ *Τέρτα* , *κίονρον* . Ne illud quidem nostrum proprium : erat enim spes propinqui reditus : erat hominum querela . Nunc exire cupimus ; qua spe reditus mihi quidem nunquam in mentem venit . Non modo autem nulla querela est municipalium hominum , ac rusticorum , sed contra metunt ut crudelem , iratum . Nec tamen mihi quidquam est miserius , quam remansisse ; nec optatius , quam evolare , non tam ad belli , quam ad fugæ societatem . Sed tu omnia consilia differebas in id tempus , cum sciremus , quæ Brundisii acta essent . Scimus nempe : hæremus nihilo minus . Vix enim spero mihi hunc⁶ veniam daturum , etsi multa afferro iusta ad impetrandum . Sed tibi omnem illius meumque sermonem , omnibus verbis expressum , statim mittam . Tu nunc omni amore entere , ut nos cura tua & prudentia juves . Ita subito accurrit , ut ne⁷ T. Rebillum quidem , ut constitueram , possim videre . Omnia nobis imparatis agenda . Sed tamen ,⁸ *ἄλλα μὲν αὐτῆς* , ut ait ille , *ἄλλα δὲ καὶ δαίμων ὑποδίσταται* . Quidquid egero , continuo scies .⁹ Mandata Caesa-

² Augurum decretum] Ut augures decretum , licere necnon comitia consularia habere , aut dictatorem dicere . Ep. 8. *Idem* .

³ Rapiemur] Romanæ , ut augur . & senator id decernat : aut , si recusabimus ire , vexabimur . *Idem* .

⁴ Nihil expedit] Cogitatione nihil explicat : nihil assequor nisi hoc , exitum nihil impendere aut Q. Mucii , qui est a Mario juniore occisus ; aut L. Scipionis , quem Sylla profecit . *Idem* .

⁵ Τέρτα , κίονρον] *Profer* : graviter , simple *subisti* . *Olyffe* . Cum scilicet lege Clodia pulsus indignissime exulasti . Tibi , inquit , illud nostrum , Attice , gravius videtur : mihi contra . Proprium enim non erat , hoc est non ejusmodi , ut idem semper futurum esset , quod mutari non possit . Id enim va-

let Proprium . Ad locum Homeri de Ulyssæ respectu . Quæ verba Horatius : Ulyssæ cum Tiresia loquentem inducens , ita verit Sar. 5. lib. II.

Fortem hoc animos tolerare iudicis : Et quondam majora tolli . Idem .

⁶ Veniam daturum] Concessurum , ut absum , cum in senatu contra Pompejum agatur . Epist. hujus lib. 6. *Idem* .

⁷ T. Rebillum] Titus Caninius Rebillus dicebatur . *Bhilar.*

⁸ ἄλλα μὲν αὐτῆς] *Alia quidem ipse : alia est Deus jugosus* . Verba Homeri ex III. lib. Odyssæ , quæ Minerva Mentorem referens pronunciat , hortans Telemachum , ut abspice timore Nestorem alloquatur . *Vilhuus.*

⁹ Mandata] De pace . *Corradus.*

ris ad Consules & ad Pompejum, quæ rogas, nulla habeo; quæ Ægypta attulit, illa e via misi ad te ante: e quibus mandata puto intelligi posse. Philippus Neapoli est, Lentulus Puteolis. De Domitio, ut facis, sciscitare ubi sit, quid cogitet. Quod scribis, asperius me, quam mei patiantur mores, de Dionysio scripsisse, vide quam sim¹⁰ antiquorum hominum. Te mediis fidiis hanc rem gravius putavi laturum esse, quam me. Nam præterquam quod te moveri arbitror oportere injuria, quæ mihi a quoquam facta sit; præterea, te ipsum quodam modo hic violavit, cum in me tam improbus fuit. Sed tu id quanti æstimes, tuum judicium est. Nec tamen in hoc tibi quidquam oneris impono. Ego autem illum male sanum semper putavi; nunc etiam impurum & sceleratum puto; nec tamen mihi inimiciorem, quam sibi. ¹¹ Philargyro bene: causam certe habuisti & veram, & bonam; relictum esse me potius, quam reliquisse. Cum dedissem jam literas a. d. viii Kalend.¹² quos cum Matio pueri,

¹⁰ *Antiquorum hominum*] Græci item *ægyptiæ* appellant rudes, & stultos homines, & propter eandem causam *ægyptiæ* eosdem quoque vocant. Miratur Cicero, sequæ nimis simpliciter dicitur, quod Atticus iustitiam suam in Dionysium iracundiam reprehendit, sequæ magnopere stulticia sua & nimia bonitate deceptum dicit, putasse gravius illum laturum, quæ Dionysius improbe fecerat, quam se, datus de causis: & quia amicum ostendit, debemus autem injuriis amicorum commoveri: & quia judicium ac testimonium, quod de illo apud se fecerat, sefellat. *Vilhoris.*

¹¹ *Philargyro bene*] Sic omnes veteres & novi codices: quare nihil miravimus. Quamvis alii, de *Philargyro* legant. Putamus autem de Dionysii injuria adhuc Ciceronem loqui. Cum enim (ut opinor) de hac re Philargyros sermonem haberet cum Attico, Ciceronemque fortasse accusaret, planum est fecit Atticum rem aliter se habere, atque ille putaret. Credebat enim Philargyros Dionysium esse relictum, & ejectum, cum ipse potius improbe Ciceronem reliquisset. Ideoque dicit illum habuisse causam & veram & bonam: res enim ita se habebat. Facile autem Ciceroni videbatur defensio sua suscipi,

& ad exitum perducere posse, ut scilicet in eo negotio nihil culpæ admisisse probaretur. Existimamus autem intelligi debere, *Respondisti*, seu aliquod simile verbum. *Vilhoris.* Pro *respondisti*, Bosius ex suis MSS. respondit *curæ*, quam deinde vocem in contextum Græverus & Grævius intrulerunt. Cum hinc loco non satis apta videretur, nulli Visserium, Manutium, ac Lambinum sequi, *Osiveris.*

¹² *Quos cum Matio*] Malim *Quos Matio* indulta præpositione. Qui enim cum Matio & Trebatio miserit, qui & Trebatium negat se vidisse: & ab eo Matioque literas accepisse? Itaque puto Ciceronem ut Trebatium alloqueretur, ante congressum cum Casare, ad eum pueros misisse: quos ait, jam datis literis, ad viii Kal. redisse: nec dubito, quin proximas superiores intelligat. *Utriusque fortis dictio est*, lepius oportet. *Pueri quos Matio & Trebatio miseram*, Malasp. Assentior Malaspino, recte hunc locum emendant: *Grævius*. Potest manere incalam sensu præpositio enim. Quippe collocatur cum Cicerone Matius, se ad Trebatium retulerat: cum illo pueros miserat Cicero, qui ab utroque afferret literas. *Mangelius.*

pueri, & Trebatio miseram, epistolam mihi attulerunt hoc exemplo.

MATIUS ET TREBATIUS CICERONI IMP. S.

CUM Capua exissemus, in itinere audimus Pompejum Brundisio a. d. xvi Kalend. April. cum omnibus copiis, quas habuerit, profectum esse: Casarem postero die in oppidum introisse; concionatum esse; inde Romam contendisse; velle ante Kalend. esse ad urbem, & paucos dies ibi commorari, deinde in Hispanias proficisci. Nobis non alienum visum est, quoniam de adventu Casaris pro certo habebamus, pueros ad te remittere, ut id tu quamprimum scires. Mandata tua nobis cura sunt, eaque, ut tempus postularit, agemus. Trebatius Scævola¹ facit ut antecedit. Epistola conscripta, nuntiatum est nobis, Casarem a. d. viii. Kal. April. Beneventi mansurum, a. d. vii Capuæ, a. d. vi Sinuessæ. Hoc pro certo putamus.

¹ *Facit ut antecedit*] Romana legidique dicendi ratio, qua tempus ad hoc describitur. *Facit enim ut antecedit*, idem valet quod, antecedit. Sic infra, lib. XI: *Es fecit, ut celeriter nuntiaretur*: pro eo quod est, *Dei*. Item Amplio Balbo, libro epistol. ad Terquatum: *Plane ita factum, ut me unice gravium*, quod est: Me unice diligunt. Malasp. *Antecedit* hic proprie accipitur, pro prior iter incat ad te, quam ego, qui fecit, ac prius ad vos venit, quam ipse Casar, ut tuo desiderio cum illo loquendi ante congressum tuum cum Casare satisfiat. *Grævius.*

CICERO ATTICO SAL.

XVI. CUM, quod scriberem ad te, nihil haberem; tamen, ne quem diem intermitterem, has dedi literas. A. d. vi. Kal. Casarem Sinuessæ mansurum nuntiabant. Ab eo mihi literæ redditæ sunt a. d. vii Kal. quibus jam ¹ *opes* meas, non, ut superioribus literis, *opem*, expectat. Cum ejus clementiam Corinientem illam per literas collaudavissim, rescripsit hoc exemplo.

¹ *Opes meas*] Ex ambiguo, perinde ac si dicat, res meas. *Corrad.*

CÆSAR IMP. CICERONI IMP. S. D.

REGTE auguraris de me, (bene enim tibi cognitus sum) nihil a me abesse longius crudelitate. Atque ego cum ex ipsa re magnam capio voluptatem: tum meum factum probari abs te, triumpho gaudio: neque illud me moveret, quod ii, qui a me dimissi sunt, discessisse dicuntur, ut mihi rursus bellum inferrent: nihil enim malo, quam & mei similem esse, & illos sui. Tu velim mihi ad urbem præsto sis, ut tuis consiliis, atque opibus, ut consuevi, in omnibus rebus utar. Dolabella tuo nihil sciro mihi esse jucundius. Hanc adeo habeo gratiam illi: neque enim aliter facere poterit: tanta ejus humanitas, is sensus, ea in me est benevolentia.

¹ Gratiam] Hanc vero gratiam habeo poterit. Et vero Dolabella hoc fuisse, & genero tuo, quod tecum ager, ut ad urbem Cæsar de eo gratias illi eger. Ep. 4. lib. X. mihi præsto sis. Neque aliter tibi suadere Popma.

CICERO ATTICO SAL.

XVIII. TREBATIUM v Kal. quo die has literas dedi, expectabam. Ex ejus nuntio, Matinque literis meditabor, quomodo cum illo loquar. O tempus miserum! nec dubito quin a me contendat, ad urbem veniam. Senatium enim Kalend. velle se frequentem adesse, etiam Formiis proficisci jussit. Ergo ei negandum est? Sed quid præcipi? statim ad te perscribam omnia. Ex illius sermone statuum, Arpi-

¹ Quid præcipi] Scilicet, necesse est statim ut cum eo locutus ero, perscribam quæcumque fecero. Non oportet hæc anticipare, & ante, quam gesta sunt, velle explicare. Eodem hoc verbo, eodem significata videntur prima sequentis libri epistola: Nihil si in alio coexistat, & hoc altero, & illi: sed alterum mihi est certius, nec incipit tamen: expecto tuum consilium, Victorius. Faernus ex corrupta scriptura præcipit, quæ est in illis manuscriptis, primus præcipio le-

gendum conjecit. Ursinus. Legit: Sed quid præcipit? hoc sensu: sed quid anticipas & ante tempus quid aves ista scire, quæ posteaquam convenero Cæsarem, ad te perscribam? Turæb. Advers. XXI. Mihi Faerni conjectura maxime probatur. Nam & Balb. & Helmi, quæ præcipit scribunt. Hinc nihil facilius, nihil ad hæc sententiam accommodari singi potest, quam quæ præcipit? Gravius.

Arpinumne mihi eundem sit, an quo alio. Volo Cicero meo togam puram dare. ² Istic puto. Tu, quæso, cogita quid deinde: nam me hebetem molestia reddiderunt. A Curio velim scire ecquid ad te scriptum sit de Tirone. Ad me enim ipse Tiro ita scripsit, ut verear quid agat. Qui autem veniunt? inde, ⁴ id modo nuntiant. Sane in magnis curis etiam hæc me sollicitat. In hac enim fortuna, perutilis est & opera, & fidelitas esset.

² Istic puto] Romæ. Corradus. addunt, unde probent, id verum esse. Idem, ³ Inde] Paris. Idem. Ceteri nescio quid nararum. Grævio probabilis videtur Corradi conjectura: sed Victorius tamen retinenda lectio, donec e MSS. veterior eruat. Olivet.

CICERO ATTICO SAL.

XIX. UTRUMQUE ex tuo consilio: nam & oratio fuit tua nostra, ut bene potius ille de nobis existimaret, quam gratias ageret: & in eo mansimus, ne ad urbem. Illa festulerunt, facilem quod putaramus. Nihil vidi minus. Damari se nostro judio, tardiores fore reliquos, si nos non venerimus, dicere. Ego, dissimilem illorum esse causam. Cum multa: Veni igitur, & age de pace. Meone, inquam, arbitrato? An tibi, inquit, ego præscribam? Sic, inquam, agam: Senatui non placere in Hispanias iri, nec exercitus in Græciam transportari; multaque, inquam, de Cnao deplorabo. Tum ille, Ego vero ista dici nolo. Ita putabam, inquam: sed ego eo nolo adesse, quod aut sic mihi dicendum est, multaque, quæ nullo modo possem flere, si adessem, aut non veniendum. Summa fuit, ut ille quasi exitum quærens, ut deliberarem. Non fuit negandum. Ita discessimus. Credo igitur hunc me non amare. At ego me amavi; quod mihi jam pridem usu non venit. Reliqua, o dii, qui comitatus! quæ, ut tu soles dicere, ⁴ 97-

D d d 2 xviij!

1. Oratio] Cum Cæsare. Manutius.

2. Exitum] Sermonis. Idem.

3. Ut deliberarem] Subaudi, diceret. I-

dem.

4. Nescio] Faernus. Vide ep. 12. huj. libri;

vidua! in qua erat ⁵ Eros Celeris. O ⁶ rem perditam! o copias desperatas! Quid, quod Servii filius? quod Titinii? quot in his castris? fuerunt, quibus Pompejus circumfunderetur? lex legiones. ⁸ Maltum vigilat, audet: nullum video finem mali. Nunc certe promenda tibi sunt consilia. Hoc fuerat? extremum. Illa tamen ¹⁰ καταλειψεις illius est odiosa, quam penae praeterii: Si sibi consiliis nostris uri non liceat, usurum, quorum possit, ad omniaque esse descensurum. ¹¹ Vidisti igitur virum? ut scripseras. Ingenuisti? certe. Cedo reliqua. Quid? continuo ipse in Pedanum, ego Arpinum. Inde expecto quidem ¹² καταλύσεις illam tuam. Tu (malum) inquires, ¹³ actum ne agas. Etiam ¹⁴ illum ipsum, quem sequimur, multa fefellerunt. Sed ego tuas literas expecto. Nihil est enim jam, ut antea, videamus hoc quorsum evadat. Extremum fuit de congressu nostro: quo quidem non dubito quin istum offenderim. Eo maturius agendum est. Amabo te epistolam, & ¹⁵ πολιτικόν. Valde

⁵ Eros Celeris] Ita dictum est, ut Darius Chremetis. Hic enim subintellegitur, libertus, aut, servus. Fuerat enim Eros quidam L. Metelli Celeris libertus. Lambin. Forte Cicero scripsit, in quo erat ⁵ *scelerum* desiderium, cupiditas turpiter faciendi. J. F. Gronovius.

⁶ Rem perditam] Et perditam Caesaris causa, & conspectu ejusmodi, ut spectare nihil possit. Manutius.

⁷ Fecerunt] Quia Brundisio restabant. Et cum admiratione protulit, a quasi vix credibile videatur, tot homines convenisse ad Cn. Pompejum circumfunderendum. Idem.

⁸ Maltum] Hoc est, acerrimus est Caesar & audacissimus. Gronovius.

⁹ Extremum] Extremum vocat, postrema verba que Caesar ipsi dixerat, ut scilicet desisteret. Bohn.

¹⁰ Καταλειψεις] Clausula, conclusio.

¹¹ Vidisti] Sermo nichilo brevis. Querit Atticus, *Vidisti ipsum virum?* respondet Cicero, *Ut scripseras*, puta cum auctoritate quasi dominum se gerentem. Rursus Atticus, *Ingenuisti?* Cicero affirmat, *Certe*. Denum Atticus, *Cedo reliqua*: Cicero, *Quid?* continuo ipse in Pedanum, scilicet agrum vel praedium in regione Pedana, quae erat in-

ter Tibur & Praeneste. Popma.

¹² Καταλύσεις] *Corrientem*, supple hircundinem. Similiter Atticus Cicero in praenature mari se committeret, sed *quid* καταλύσεις, id est, *χρησίζε* expectaret: quibus verbis indicabat ante ver aditum navigandum non esse ad Pompejum. Bohn.

¹³ Actum ne agas] Actum agere apud hunc auctorem est ea de re facienda cogitare, quam antea factam oportuit. & cum genere tempus iam praeterit, item auctor in Letho. *Proponitur* vixit *utimus* consilium, *et* *acta* *agimus*, quod *utimus* *procedit*. Et supra hoc ipso libro, ep. 4. *Acta* *ne* *agamus*. Sentus ergo horum verborum est, Ne amplius cogites de navigatione ad Pompejum, cujus instituentis tempus elapsum est. Oportuit enim cum ipso Pompejo navigare. Bohn.

¹⁴ Illum ipsum] Respondens Attici verhis, *Quid inde?* inquit Cicero. Si lapsus sum, quod non ante navigarim, lapsus quoque saepe est & quidem gravissime ipse Pompejus, utem scilicet & Italiam relinquens. Gronovius.

¹⁵ Πολιτικόν] *Quis sit viri Respublicae peritus*. Supple. scribas.

CICE-

CICERO ATTICO SAL.

XX. EGO meo Cicero, quoniam Roma caremus, Arpinum potissimum rogam puram dedi: idque municipibus nostris fuit gratum. Etsi omnes, & illos, & qua iter feci, incertos afflictosque vidi: tam tristis & tam atrox est ¹ ἀναδέσποτος hujus ingentis mali. Delectus habentur: in hiberna deducuntur. Ea, quae etiam cum a bonis viris, cum justo in bello, cum modeste fiunt, tamen ipsa per se molesta sunt, quam censes acerba nunc esse, cum a perditis in civili nefario bello petulantissime fiant? Gave autem putes, quemquam hominem in Italia turpem esse, qui hinc abijt. Vidi ipse Formis universos: neque mehercule unquam homines putavi; & noram omnes; sed nunquam uno loco videram. Pergamus igitur quo placet, & nostra omnia relinquamus. Proficiscamur ad eum, cui gratior noster adventus erit, ² quam si una fuisset. Tum enim eramus in maxima spe: nunc, ego quidem, in nulla: nec, praeter me quicumque Italia cessit, nisi qui hunc inimicum sibi putaret. Nec mehercule hoc facio Respublicae causa, quam funditus delectam puto: sed ne quis me putet ingratum in eum, qui me levavit iis incommodis, quibus idem affecerat: & simul quod ea, quae sunt, aut quae certe futura sunt, videre non possum. Etiam equidem senatus-consulta facta quaedam jam puto; utinam in ³ Volcatii sententiam. Sed quid refert? est enim una sententia omnium. Sed erit ⁴ injustissimus Servius, qui filium misit ad ⁵ effigendum Cn. Pompejum, aut certe

Ca-

¹ Ἀναδέσποτος] Conspicuum.

² Quam si una fuisset] Scribendum: *quasi si una fuisset*. Qui libertius me visurus est nunc ad se venientem, quam si semper a primo ei adhaesisset, simulque ab urbe & ex Italia aufugisset. J. F. Gronovius.

³ Volcatii] Fortassis L. Volcatius Tullus Consularis sententiam dixerat. Ut de pace ageretur. Sed quid refert, inquit, an de pace agatur? cum sit una sententia omnium ut Pompejum & Respublicam opprimant,

Caesarem defendant & extollant. Popma.

⁴ Injustissimus] Totus a ratione aversus, minime iustum in partem proferens. Pacem, inquit, in senatu Ser. Volpicus dissuadebit, quia scit Pompejum amicum sibi nunquam fore, quoniam filium Brundisium misit: ad eum affigendum. Manutius.

⁵ Effigendum] Victoriana editio anni 1571. sic habet: sic & Malaspina libros suos testatur habere ad unum omnes. Quare non erat cur vocem, quae Plauto familiaris est, eff-

tic

capiendum, cum Pontio Titiniano. Etsi hic quidem timoris causa; ⁶ ille vero? Sed stomachari desinamus, & aliquando ⁷ sententiam, ut nihil novi, nisi id, quod minimum vellem spiritum reliquam esse. Nos, quoniam superum mare obsidetur, infero navigabimus; & si Putcolis erit difficile, Crotonem petemus, aut Thurios; & boni cives, amantes patriæ, mare ⁸ infestum habebimus. Aliam rationem hujus belli gerendi nullam video. In Egyptum nos abdimus. Exercitu pares esse non possumus. Pacis fides nulla est. Sed hæc satis deplorata sunt. Tu velim literas Cephioni des de omnibus rebus actis; denique etiam de sermonibus hominum; nisi plane obmutuerunt. Ego tuis consiliis usus sum, maximeque quod gravitatem in congressu nostro tenui, quam debui; & ad urbem ut non accederem, perseveravi. Quod superest, scribe, quæto, quam accuratissime (jam enim extrema sunt) quid placeat, quid censeas: etsi jam nulla dubitatio est. Tamen si quid, vel potius quidquid veniet in mentem, scribas velim.

hic non recipere nonnulli. *Esistere*, inquit Grævius, est perdere. Verbum sicut Ernellus monuit non esse apud Nizolium. *Obsecras*.

⁶ Ille vero? *A*ntiphona, quasi dicat, Scerius vero ingultratis, certe mali alicujus causa. *Corradus*.

⁷ Sententiam? *S*ubintellige, dicamus. *Ut nihil necesse dicamus. Quod minimum*: hoc est velle me minimum mihi spiritum reliquam esse. Nam, ne quis, *Quod*, insulare dictum hoc modo putet; exempla aliquot afferam ejusdem Ciceronis, ut dubitatio tolleretur. Epistola 4. lib. X. *Cum scripsisset*, inquit, quod me cuperet ad urbem venire.

Et lib. II. de Off. (cap. 20.) *Videntium si libi tempus, quod si opulentiam, fortunamque defendaris, in illo tuo, aut forte in liberis*

ejus namque gratia. Manutius. Pulchre hunc locum videtur restituisse Gronovius; *nam, quem legendum esse suadet: stomachari desinamus, & aliquando sententiam nihil nobis nisi (id quod minime vellem) spiritum reliquam esse*. Hoc est, intelligamus tandem & proficemur, nihil nobis superesse præter vitam, que ipsa etiam ut capiamus optandum erat. Omnia alia & ornamenta & instrumenta amissimus, quid igitur stomachamur? Vana est sine victibus ira. *Grævius*.

⁸ *Infestum habebimus* Infestum reddemus. Est autem sententia, Pompejan classem parare ad intercludendos Italiam commetatus, id est ad patriam fame necandam: ad hunc se iturum. Epist. 8. Et cum iracunda ironia, Boni cives, amantes patriæ, dicit. *Manutius*.

EPISTOLARUM
AD ATTICUM
LIBER X.
CICERO ATTICO SAL.

I. **L**ERTIO Nonas cum in Laterium fratris venissem, accepi literas, & paulum respiravi: quod post has ruinas mihi non acciderat. Per enim magni æstimo, tibi firmitudinem animi nostri, & factum nostrum probari. Sexto enim nostro quod scribis probari, ita lætor, ut me quasi patris ejus, cui semper uni plurimum tribui, iudicio comprobari putem: qui mihi, quod sæpe soleo recordari, dixit olim, Nonis illis, illis Decembribus, cum ego, Sexte, quidnam ergo?

² *Mi pater* inquit ille, *ἀγαθὴ γὰρ ἡ ἀρετὴς ἀποδοῦναι, ἀλλὰ μέγα ἴσθαι τι, & ἐσομένους πιστεύειν*.

Ejus igitur mihi vivit auctoritas: & simillimus ejus filius eodem est apud me pondere, quo fuit ille: quem salvere velim jubeas plurimum. Tu tuum consilium etsi non in longinquum tempus differs, (jam enim ⁴ illum emptum pacificatorem perorasse puto; jam actum aliquid esse in consensu Senatorum; ⁵ Senatium enim non puto) tamen suspensum me inde

¹ *Sexto*] *Reducto*. *Manutius*.

² *Nonis Dec.*] Anno U. C. 690.

³ *Mi pater* *ἀρετὴν*] Ne ignaviter & inglorie percam: sed magno aliquo facinore edito, quod audiat a posteris. *Urs.* X. 304.

⁴ *Illum emptum pacificatorem*] A Cesare corruptum. *Pacificatorem*, agentem de pace Volcatium, ep. 22. lib. IX. vel potius Serv. Sulpitiū, ep. 1. lib. IV. Fam. & ep. 6. lib. XVI. *Corr.* Curionem, ut opinor, indicat,

qui prius, inquit Paternulus, pro Pompeii partibus, id est, ut tunc habebatur, pro Republica: max. simulatione contra Pompeium & Caesarem, sed animo pro Cesare habit, id est, ut accepit centum H.S. fecerit, ut accipimus, in medio relinquimus. *Bohus*.

⁵ *Senatium*] Negat Cicero consensum illum Senatorum Senatium esse, vel quod legitimum non aderat Senatorum numerus, vel quod ibi libere loqui nemo poterat. *Idem*.

capiendum, cum Pontio Titiniano. Etsi hic quidem timoris causa; ⁶ ille vero? Sed stomachari desinamus, & aliquando ⁷ sententiam, ut nihil novi, nisi id, quod minimum vellem spiritum reliquam esse. Nos, quoniam superum mare obsidetur, infero navigabimus; & si Putcolis erit difficile, Crotonem petemus, aut Thurios; & boni cives, amantes patriæ, mare ⁸ infestum habebimus. Aliam rationem hujus belli gerendi nullam video. In Egyptum nos abdimus. Exercitu pares esse non possumus. Pacis fides nulla est. Sed hæc satis deplorata sunt. Tu velim literas Cephalioni des de omnibus rebus actis; denique etiam de sermonibus hominum; nisi plane obmutuerunt. Ego tuis consiliis usus sum, maximeque quod gravitatem in congressu nostro tenui, quam debui; & ad urbem ut non accederem, perseveravi. Quod superest, scribe, quæto, quam accuratissime (jam enim extrema sunt) quid placeat, quid censeas: etsi jam nulla dubitatio est. Tamen si quid, vel potius quidquid veniet in mentem, scribas velim.

hic non recipere nonnulli. *Esigere*, inquit Grævius, est perdere. Verbum sicut Ernellus monuit non esse apud Nizolium. *Obsecras*.

⁶ Ille vero? *Interdum*, quasi dicat, Servius vero ingultratis, certe mali alicujus causa. *Corradus*.

⁷ Sententiam? *Subintellige*, dicamus. *Ut nihil necesse dicamus*. Quod minimum: hoc est velle me minimum mihi spiritum reliquam esse. Nam, ne quis, *Quod*, insulare dictum hoc modo putet; exempla aliquot afferam ejusdem Ciceronis, ut dubitatio tolleretur. Epistola 4. lib. X. *Cum scripsisset*, inquit, quod me cuperet ad urbem venire.

Et lib. II. de Off. (cap. 20.) *Videntium si libi tempus, quod si opulentiam, fortunamque defendaris, in illo tuo, aut forte in liberis*

ejus namque gratia. Manutius. Pulchre hunc locum videtur restituisse Gronovius; *nam, quem legendum esse suadet: stomachari desinamus, & aliquando sententiam nihil nobis nisi (id quod minime vellem) spiritum reliquam esse*. Hoc est, intelligamus tandem & proficemur, nihil nobis superesse præter vitam, que ipsa etiam ut capiamus optandum erat. Omnia alia & ornamenta & instrumenta amissimus, quid igitur stomachamur? Vana est sine victibus ira. *Grævius*.

⁸ Infestum habebimus? Infestum reddemus. Est autem sententia, Pompejan classem parare ad intercludendos Italiam commatus, id est ad patriam fame necandam: ad hunc se iturum. Epist. 8. Et cum iracunda ironia, Boni cives, amantes patriæ, dicit. *Manutius*.

EPISTOLARUM
AD ATTICUM
LIBER X.
CICERO ATTICO SAL.

I. **L**ERTIO Nonas cum in Laterium fratris venissem, accepi literas, & paulum respiravi: quod post has ruinas mihi non acciderat. Per enim magni æstimo, tibi firmitudinem animi nostri, & factum nostrum probari. Sexto enim nostro quod scribis probari, ita lætor, ut me quasi patris ejus, cui semper uni plurimum tribui, iudicio comprobari putem: qui mihi, quod sæpe soleo recordari, dixit olim, Nonis illis, illis Decembribus, cum ego, Sexte, quidnam ergo?

² *Mi pater inquit ille, ἀγαθὴ γὰρ ἡ ἀνδρεία Χρῆστοῦ, ἀλλὰ μέγα ἴσθαι τι, & εὐνομεῖσθαι πρὸς τοὺς ἀλλοτρίους.*

Ejus igitur mihi vivit auctoritas: & simillimus ejus filius eodem est apud me pondere, quo fuit ille: quem salvere velim jubeas plurimum. Tu tuum consilium etsi non in longinquum tempus differs, (jam enim ⁴ illum emptum pacificatorem perorasse puto; jam actum aliquid esse in consensu Senatorum; ⁵ Senatium enim non puto) tamen suspensum me inde

¹ Sexto? *Reducto*. Manutius.

² Nonis Dec.] Anno U. C. 690.

³ Mi pater dicitur? *Ne ignaviter & inglorie percam; sed magno aliquo facinore edito, quod audiat a posteris*. *Ursus*, X. 304.

⁴ Illius emptum pacificatorem? *A Cesare corruptum. Pacificatorem, agentem de pace Volcatium, ep. 22. lib. IX. vel potius Serv. Sulpitiū, ep. 1. lib. IV. Fam. & ep. 6. lib. XVI. Corv. Curionem, ut opinor, indicat,*

qui prius, inquit Paternulus, pro Pompeii partibus, id est, ut tunc habebatur, pro Republica: max. simulatione contra Pompeium & Caesarem, sed animo pro Cesare habit, id est, ut accepit centum H.S. fecerit, ut accipimus, in medio relinquimus. Bosius.

⁵ Senatium? *Negat Cicero consensum illum Senatorum Senatium esse, vel quod legitimum non aderat Senatorum numerus, vel quod ibi libere loqui nemo poterat. Idem.*

de tenes, sed eo minus, quod non dubito, quid nobis agendum putes. Quid enim ⁶ Flavio legionem & Siciliam dari scribas, & id jam fieri? quæ tu scelera partim parari, & jam cogitari, partim ex tempore futura censes? Ego vero Solonis, popularis tui, & ut puto, etiam ⁷ mei, ⁸ legem negligam, qui capite lanxit, si qui in seditione non alterius utrius partis fuisset; nisi tu aliter censes; & hinc abero, & filii. Sed alterum mihi est certius: nec præripiam tamen; expectabo tuum consilium; & eas literas, nisi alias jam dedisti, quas scripsi ut Cephalioni dares. Quod scribis, non quo aliunde audieris, sed te ipsum putare, me ⁹ attractum iri, si de pace agatur: mihi omnino non venit in mentem, quæ possit actio esse de pace, cum illi certissimum sit, si possit, expoliare exercitu & provincia Pompejum: nisi forte iste ¹⁰ summarius ei potest persuadere, ut, dum oratores eant, & redeant, quiescat. Nihil video quod sperem, aut quod jam putem fieri posse; sed tamen hoc ipsum est unum ¹¹ τὸν ποδὶς τὰς ὀπίσθους ἀνεμῶν, Veniendumne sit in consilium Syraceni, si is aliqua de re bona deliberaturus sit. Quare si quid ejusmodi eveniret ut arcessamur: (quod equidem non curo: quid enim essem de pace dicturus, dixi; ipse valde repudiavit) sed tamen si quid acciderit, quid censeas mihi faciendum utique scribito. Nihil enim mihi adhuc accidit, quod majoris consilii

⁶ Flavio] Quotum enim tu scribas Flavio legionem & Siciliam dari? nisi ut indicis interclusum iri exitum Italie, videri maturandum esse disicellum nostrum? Idem.

⁷ Mei] Quia migrare Athenas cogito. Man. Lege, *zamius vocis*. J. F. Gron.

⁸ Legem] Vide Gell. Noct. Att. II. 12.

⁹ Attractum] Romam.

¹⁰ Summarius] Empus pacificator. Mallem enim *Nimmarius*. Ut *Nimmarii* fudit, pretio corrupti & q. 12. lib. I. Et placet *summaris* dictum esse. *Nis forte*: quia scit Casari persuaderi non posse, ut quiescat. *Mansurus*. Nos, *summarius*. Summarius vocat, quem modo appellat: empum pacificatorem, diversa tamen ratione. Hoc enim nomine notavit Curionis impudicitiam & turpe corporis obsequium, ut illo altero sordes, & avaritiam. Significat ergo summarius publicum prostitulum, cuiusmodi erant

meretrices, quæ sub murorum fornicibus prostabant, unde & summariæ dicebantur. Martialis libro III. *Summariæ curat inter uxores*: Iraque summarius est summarius. Nam muri, sive, ut veteres loquebantur, muri, sunt moenia. *Basus*. Placebat J. F. Gronovio *Submaris*. Hæc illius verba sunt in *lett. Plant.* ad Pseudolum §. x. *Subballis*, quasi minor Ballio, inferior, vel alter Ballio. Compositio ideo notanda, quia in ea eleganter ludunt veteres. Nam ita Cicero *Submaris* dixit, qui est alter Marius crudelitate & imperii cupidine, ad Att. x. 1. Ita *Subneronem* vocat Domitianum Tertullianus.

¹¹ Τὸν ποδὶς τὰς ὀπίσθους] Propositorum, quæ ad Respublicam pertinent. Locum hunc totum ita emendabat Muretus, Var. Lect. X. 12. Et commodè quidem, *Obversus*.

filius esset. Trebatii, boni viri & civis, verbis te gaudeo delectatum; tuæque ista crebra ¹² ἐκφώνησις, ὑπέροχα, me sola adhuc delectavit. Literas tuas vehementer expecto, quas quidem credo jam datas esse. ¹³ Tu cum Sexto servasti gravitatem eandem, quam mihi præcipis. ¹⁴ Celer tuus disertus magis est, quam sapiens. ¹⁵ De juvenibus quæ ex Tullia audisti, vera sunt. M. Antonii ¹⁶ istud, quod scribis, non mihi videtur tam re esse triste quam verbo. Hæc est ¹⁷ ἀσπ, in qua nunc sumus, mortis instar. Aut enim mihi libere inter malos ¹⁸ ποδὶς ὀπίσθους fuit, aut vel periculose cum bonis. Aut nos temeritatem bonorum sequamur: aut audaciam improborum infestemur. Utrumque periculosum est. At hoc quod agimus, ¹⁹ nec turpe, nec tamen tutum. ²⁰ Istum, qui filium Brundisium misit, de pace (idem sentio quod tu; simulationem esse apertam, parari autem bellum acerrime) ²¹ me legatum iri non arbitror; cuius adhuc, ut optavi, mentio facta nulla sit. Eo minus habeo necesse scribere, aut etiam cogitare quid sim facturus, si acciderit ut leger.

¹² Ἐκφώνησις] Exclamatio, Egrægie.

¹³ Tu cum Sexto] Tu & Sextus Peduceus servastis, &c. *Corrad.* Animadvertit Mongaltus, quod alii peremerisere, ea quæ connumerantur, scripta fuisse post acceptas Attici literas, quas Cicero vehementer expectabat, & credebat iam datas esse. Et sane cum hæc omnia simul ne attraheretur Romam, & amici consilium exposceres, quæ uteretur, si quid eveniret ejusmodi: deinceps ita scribit, ut qui intellexerit se accitum non iri, neque habere necesse scribere, aut etiam cogitare quid sit facturus. Itaque ex duabus epistolis unam liberat fecerunt. *Oliver.*

¹⁴ Celer] Q. Celer, de quo alias.

¹⁵ De juvenibus] De Ciceronibus. *Man.*

¹⁶ Istud] Istud quid sit, nesciunt interpretes, & mendam in M. Antonii voce suspicantur.

¹⁷ Ἀσπ] *Assietas*. Et hoc restituit Mu-

retas, quem vide iterum Var. Lect. X. 12.

¹⁸ Ἰν ὀπίσθους] In Republic. versandum.

¹⁹ Nec turpe] Quippe cum probetur etiam Sexto. Ep. 6. lib. IX. *Corradus*. Reclius legitur & turpe. Dicit, Attice, utrumque superiorum periculosum esse? At hoc quod ago, nempe, ut absint a bonis, & hic maneam non libere, sed servus malorum, id est, cogera turpe, ubi tamen tutum ab duas causis, nec enim diu servitutum illam ferre poterō, & sic vos irritabo in cadem mei, & nescimus an Respublicæ fortuna respiciat olim bonos, & sic viciis malis ego quoque pro hoste habeat. J. F. Gronovius.

²⁰ Istum] Forte L. Cornelium Balbum, qui filium Brundisium miserat. *Mansur.* Volunt *Corradus* & *Popma* designari Ser. Sulpitium.

²¹ Me] Non me, sed istum legatum iri arbitror. *Mansur.*

CICERO ATTICO SAL.

II. **E**GO cum accepissem tuas literas Nonis April. quas Cephalio attulerat, esseque Minturnis postridie mansurus, & inde protinus; sustinui me in Arcano fratris, ut dum aliquid certius afferretur, occultiore in loco essemus, agerenturque nihilo minus, quæ sine nobis agi possunt. ¹ *Antony's* cura jam adest, & animus ardet; ² nec est quicquam quo, & qua: sed hæc nostra erit cura, & ³ peritorum. Tu tamen, quod poteris, ut adhuc fecisti, nos consilii iuvabis. Res sunt inexplicabiles. Fortunæ sunt committenda omnia. Sine spe conamur ulla: si melius quid acciderit, mirabimur. Dionysium nolim ad me profectum: de quo ad me Tullia mea scripsit: sed & tempus alienum est; & homini non amico nostra incommoda, tanta præsertim, spectaculo esse nolem: cui te meo nomine inimicum esse nolo.

¹ *Antony's* cura] *Carra*, lituado.

que loca peramus, aut qua via. *Man.*

² *Nec est quicquam*] *Nec videmus*, aut

³ *Peritorum*] *Ut nautarum. Corrad.*

CICERO ATTICO SAL.

III. **C**UM, quod scriberem, plane nihil haberem; hæc autem reliqua essent, quæ scire cuperem; ¹ profectusne esset; quo in statu urbem reliquisset; in ipsa Italia quem cuique regioni, aut negotio præfecisset; equi essent ad Pompejum & ad Consules ex senatus-consulto de pace legati; ² cum igitur hæc scire, dedita opera has ad te literas misi. Feceris igitur commode, mihi que gratum, si me de his rebus, & si quid erit aliud quod scire opus sit, feceris certiores. Ego in Arcano opperor, dum ista cognosco. A. d. VII Id. alteram tibi eodem die hanc epistolam dictavi; & pridie dederam

¹ *Profectusne*] *Cæsar* in Hispaniâ, ut constitueret. Ep. 18. lib. IX. *Corrad.*

verbum, *cuperem*, e superioribus. *Bohus.*

² *Cum igitur hæc scire*] *Reperendum est*

Muretus malebat, ut igitur hæc scirem.

ram mea manu longiorem. Visum te ajunt in regia; nec reprehendo: quippe cum ipse istam reprehensionem non fugerim. Sed exspecto tuas literas: neque jam sane video quid exspectem: sed tamen etiam si nihil erit, id ipsum ad me velim scribas. Cæsar mihi ignoscit per literas, quod non venerim; seque in optimam partem id accipere dicit. Facile patior quod scribit, secum ³ Tullum & Servium hostes esse, quia non idem sibi, quod mihi, remisisset. Homines ridiculos, qui cum ⁶ filios misissent ad Cn. Pompejum circumspiciendum, ipsi in Senatum venire dubitarent. Sed tamen exemplum misi ad te Cæsar's literarum.

³ *In regia*] *Visus es in regia, publico loco, cum Cæsar urbem teneret. Nec reprehendo: quoniam ipse non veritus istam reprehensionem in publicum quorq; prodii.*

fanam in quo sacerdotibus & pontificibus convocati conveniebant, & Rex sacrificulorum sacra facere. *Varrus, Festus, Dec. Papias.*

⁴ *Nec venerim*] *In senatum.*

⁵ *Tullum & Servium*] *L. Volcatium Tullum, & Ser. Sulpitium.*

⁶ *Filios misissent*] *Servius certe quidem. Ep. 27. & ult. lib. IX. Corrad.*

CICERO ATTICO SAL.

IV. **M**ULTAS a te accepi epistolas eodem die, omnes diligenter scriptas: eam vero, quæ voluminis instar erat, sæpe legendam, sicuti facio: in qua non frustra laborem suscepi: mihi quidem pergratum fecisti. Quare ut id quoad licebit, id est, quoad scies ubi sumus, quam læpissime facias, te vehementer rogo. At deplorandi quidem, quod quotidie facimus, sit jam nobis aut finis omnino, si potest, aut moderatio quædam, quod profecto potest. Non enim jam quam dignitatem, quos honores, quem vitam amiserim cogito, sed quid consecutus sim, quid præterierim, qua in laude vixerim: his denique in malis, quid interstet me & istos, quos propter omnia amiserimus. Hi sunt qui, nisi me civitate expulissent, obtinere se non posse putaverunt licentiam cupiditatum suarum: quorum societatis &

E e e 2 fce

¹ *Quæ propter*] *Ordo est, propter quos.*

sceleratæ confessionis fides quo eruperit, vides. Alter ardet furore & scelere, nec remittit aliquid, sed in dies ingravescit: modo Italia expulit: nunc² alia ex parte persequi, & alia provincia spoliari conatur: nec jam recusat, sed quodam modo postulat, ut, quemadmodum est, sic etiam appelletur tyrannus. Alter, is qui nos sibi quondam ad pedes stratos ne sublevabat quidem, qui se nihil contra hujus voluntatem ajebat facere posse, elapsus e foci manibus ac ferro, bellum terra & mari comparat, non injustum ille quidem, sed cum piū, tum etiam necessarium, suis tamen civibus exitiabile, nisi vicerit; calamitosum etiam, si vicerit. Horum ego summorum imperatorum non modo res gestas non antepono meis, sed ne fortunam quidem ipsam, qua illi florentissima, nos duriore conflictati videmur. Quis enim potest, aut deserta per se patria, aut oppressa beatus esse? & si, ut nos a te admonemur, recte in illis libris diximus, nihil esse bonum, nisi quod honestum; nihil malum, nisi quod turpe sit; certe uterque istorum est miserrimus; quorum utriusque semper patriæ salus, & dignitas posterior sua dominatione, & domesticis commodis fuit. Præclara igitur conscientia sustentor, cum cogito me de Republica aut meruisse optime, cum potuerim: aut certe nunquam, nisi³ divine cogitasse: eaque ipsa tempestate everfam esse Rempubicam,⁴ quam ego xiv annis ante prospexerim. Hac igitur conscientia commite proficiscar, magno equidem cum dolore, nec tam id propter me, aut propter fratrem meum, quorum ut ut jam acta ætas; quam propter pueros, quibus interdum videmur præstare etiam Rempubicam debuisse: quorum quidem alter,⁵ non tam quia majore pietate est, me mirabiliter excruciat; alter

² *Alia ex parte*] Conatur & in Græciam persequi, & ei provinciam Hispaniam eripere. *Maurus*.

³ *Divine*] Hoc est, quicquid animo profexi futurum, id accidisse. *Drusus* sunt vates, futura prædicentes. Hinc *scito divinam* est futura prædicere apud Plautum in *Cureulione*. *Grævius*.

⁴ *Quam ego xiv. annis*] Quoties inter meum, & præsentem consulatum numerantur. *Idem*.

Vide de hac futura tempestate ep. 3. lib. IV. *Fam.*

⁵ *Non tam, quia majore pietate est*] Locutus aut matius est, deestque quippiam tale *quia filius est, quam*, &c. aut corruptus; proque *Non tam*, propentior sum in eam sententiam, ut *Extrem* emendetur. *Malaspina*. Priorem illius consuetudinem recepit *Lambinus*.

⁶ alter (o rem miseram! nihil enim mihi accidit in omni vita acerbius) indulgentia videlicet nostra depravatus eo progressus est, quo non audeo dicere. Et expecto tuas literas; scripsisti enim te scripturam esse plurima, cum ipsum vidisses. Omne meum obsequium in illum fuit cum multa severitate: neque unum ejus, nec parvum, sed multa magna delicta compressi. Patris autem lenitas amanda potius ab illo, quam tam crudeliter negligenda. Nam literas ejus ad Casarem missas ita graviter tulimus, ut te quidem celaremus; sed⁷ ipse videmus vitam insuavem reddidisse. Hoc vero ejus iter, simulatioque⁸ pietatis qualis fuerit, non audeo dicere. Tantum scio post Hirtium conventum, arcessitum ab Casare: cum eo de meo animo ab suis rationibus alienissimo, & consilio relinquendi Italiam. Et hæc ipsa⁹ timide. Sed¹⁰ nulla nostra culpa est: natura metuenda est. Hæc Curionem, hæc Hortensii filium, non patrum culpa corruptit. Jacet in mœrore meus frater, neque tam de sua vita, quam de mea metuit. Huic tu, huic tu malo asser consolationes, si ulla potes: maxime quidem illam velim; ea, quæ ad nos delata sint, aut falsa esse, aut minora. Quæ si vera sint; quid futurum sit in hac vita & fuga,¹¹ nescio. Nam¹² si haberemus Rempubicam, consilium mihi non deesset nec ad severitatem, nec ad indulgentiam. Hæc, sive iracundia, sive dolore, sive metu permotus, gravius scripsi, quam aut tuus in illum amor, aut meus postulabat. Si vera sunt,¹³ ignoscas: si falsa, me libente eripies mihi hunc errorem: quoquo modo vero se res habeat, nihil assignabis nec patruo, nec patri.

¶ Cum

⁶ *Alter*] Q. filius. *Corrad.*

⁷ *Ipsius*] Q. fratris. *Mongault.*

⁸ *Pietatis*] Quia simulavit ideo se ire, ut Casari ostenderet, nos optimo in illum esse animo: quod contra fecit. *Maurus*.

⁹ *Timide*] Ad te scribo: quia scio tibi dolorem allaturum. *Idem*.

¹⁰ *Nulla nostra culpa*] Non in educatione vitium fuit, sed in natura. *Idem*.

¹¹ *Nescio*] Vereor, ne Casar, cum nostrum consilium cognoverit, nos obsecrari, & fugientes retrahi jubeat. *Idem*.

¹² *Si haberemus &c.*] Jacente republica nihil audeo contra pravam hujus naturam, ne videar adversari; non quia depravatus pessime de nobis mereatur, sed quia pro Casare faciat. Quod si esset aliqua Resp. aut illum severitate reprimerem: aut, abiectione de illo prorsus omni cura, permitterem, ut ageret & suo arbitratu, & suo periculo quod vellent. *Idem*.

¹³ *Ignoscas*] Quia scripsi, quæ tibi scio fore acerbissima. *Idem*.

Cum hæc scripſiſſem, a Curione mihi nuntiatum eſt, ¹⁴ eum ad me venire. Venerat enim is in Comanum veſperi pridie: id eſt, Idibus. Si quid ejus igitur ſermo ejuſmodi attulerit, quod ad te ſcribendam ſit; id in literis adjungam. Præterit villam meam Curio, juſſitque mihi nuntiarī mox ſe venturum: concurrīque Puteolos, ut ibi concionaretur. Concionatus eſt, rediit, fuit ad me ſane diu. O rem fœdam! noſſi hominem: nihil occultavit; in primis nihil eſſe certius, quam ut omnes, qui lege Pompeja condemnati eſſent, reſtituerentur; itaque ſe in Sicilia eorum opera uſurum. De Hiſpaniis non dubitabat, quin Caſaris eſſent: inde ipſum cum exercitu, ubicunque Pompejus eſſet: ejus interitu finem belli fore: ¹⁵ propius factum eſſe nihil: eum plane iracundia elatum voluiſſe occidī Metellum Tribunum plebis: quod ſi eſſet factum, eadem magnam futuram fuiſſe: permultos hortatores eſſe cædis; ipſum autem non voluntate, aut natura non eſſe crudelem, ſed quod putaret popularem eſſe clementiam: quod ſi populi ſtudium amiſiſſet, crudelem fore: eumque perturbatum; quod intelligeret ſe apud ipſam plebem offendiſſe ¹⁶ de arario: itaque ei cum certiffimum fuiſſet ante quam proficiſceretur concionem habere, auſum non eſſe, vehementerque animo perturbato profectum. Cum autem ex eo quaererem, quid videret? ¹⁷ quod exemplum? quam Rempubicam? plane fatebatur nullam ſpem reliquam: Pompeji claſſem timebat: quæ ſi eſſet, ſe de Sicilia abiturum. Quid iſti, inquam, ſex tui falces? ſi ab Senatu, cur laureati? ſi ab ipſo, cur lex? ¹⁸ Cupivi, inquit, ex fen-

¹⁴ Eum] Ipſum Curionem. *Idem.*
¹⁵ Propius factum eſſe nihil] Quam ut L. Metellum occideret. Hæc quatuor verba non opinor ſuo loco poſita, ſed collocanda poſt Tribunum plebis. *Idem.* Muretus ſic requebat hunc locum: Propius factum eſſe nihil, quoniam Caſarem iracundia elatum juſſiſſe occidī Metellum.

¹⁶ De arario] Quia, cum ararii claves non inventirentur, reſtaſſit ſcribis publicæ pecuniæ abſtulſiſſet. Plutarchus, & Inſtr. ep. 7. *Manutius.*

¹⁷ Quod exemplum] Quod ſimile exem-

plum, quid tale unquam fuerit viſum aut auſum in Republica Romana, quale modo Caſar in ſe admittit, cum eſſet ararium ſolus ſine auctoritate ſenatus, & populi juſſu, contra interceſſionem Tribuni plebis. *Corvinus.*

¹⁸ Cupivi] Ego cum Caſare de Senatus- conſulto ab amicis & familiaribus occulte faciendo, quo mihi Siciliam provinciam cum imperio ſabulbulque datam conſulere: ac ille, qui nunc ſenatus maxime eſt interſus, ita reſpondit: Senatum contemni; a me enim proficiſceretur. *Man.*

ras conſulto ſurrepto: nam aliter non poterat. At ille impendio nunc magis odit Senatum: a me, inquit, omnia proficiſcentur. Sex autem, quia ¹⁹ duodecim nolui: nam licebat. Tum ego, Quam vellem, inquam, ²⁰ petiſſe ab eo, quod audio ²¹ Philippum impetraſſe: ſed veritus ſum, quia ille a me nihil impetrabat. Libenter, inquit, tibi conceſſiſſet. Verum puta te impetraſſe. Ego enim ad eum ſcribam, ut tu ipſe voles, de ea re nos inter nos locutos. Quid autem illius intereſt, quoniam in Senatum non venis, ubi ſis? quin nunc ipſum minime offendiſſes ²² ejus cauſa, ſi in Italia non fuiſſes. Ad qua ego, me reſeſſum & ſolitudinem quaerere, maxime quod lictores haberem. Laudavit conſilium. Quid ergo? inquam: nam mihi curſus in Græciam per tuam provinciam eſt: quoniam ad mare ſuperum milites ſunt. Quid mihi, inquit, optatus? Hoc loco multa perliberaliter. Ergo hoc quidem ²³ eſt verum profectio, ut non modo tuto, verum etiam palam navigaremus. Reliqua in poſterum diem diſtulit: ex quibus ſcribam ad te, ſi quid erit epiſtola dignum. Sunt autem quæ præterii, interregnumne eſſet expectaturus; ²⁴ an Quo modo ²⁵ dixerit ad ſe ille quidem deferri Conſulatum, ſed ſe nolle in proximum annum. Et a-

¹⁹ Duodecim] Quibus proconſules utebantur. *Licet* ab, per Caſarem, qui mihi omnia conceſſiſſet. *Idem.*

²⁰ Petiſſe] Ut ab eo eſſe poſſem. *Idem.*
²¹ Philippum] Qui Atiam, Julia Caſaris ſorore natam, habebat in matrimonio, poſt Octavii prioris viri obitum. Vitricus ipſius Octavii, qui poſt Auguſtum. *Idem.*

²² Ejus cauſa] Subſcribo ſententiæ magiſtri Duſtoris mei J. F. Gronovii; qui ſolertiſſime petiſſet ſcribendum eſſe: *quia nunc ipſum maxime offendiſſes ejus cauſam*, hoc eſt, non viſus fuiſſes male juſſicare de ejus cauſa & partibus. Sic eſſe ſententiæ exiſtimationem dixit pro Plancio, cap. 2. *Gronovius.*

²³ Eſt verum profectio] Mallem, Eſt profectum, hoc quidem ſermone, quem cum Curione habui. Primum enim, ex Profectum factum ſuſpicio, Profectio, deinde ad Profectio abſolutum ex ingenio Verum. *Manutius.*

²⁴ An] Poterat addere; An juſſus conſularia comitia a Prætoribus haberi? An

fieri Augurum decretum, quo vel Conſules creare Prætor poſſit, vel Diſtinctum dicere, qui deinde Conſules creet? Poterat, inquam, hæc addere, & ſimilia. Verum omiſiſſi, quæ ſcribitor jam ante IX. p. & 15. Hunc locum, difficilem ſane, & in cæteris editionibus male diſtinctum, ſic & Manutius & Mongault videntur explicare. *Olivarius.*

²⁵ Dixerit] Vulgati omnes, *dixerit*. Muretus & Gronovius valent, *dixerit*. Equidem ſic legi non mallem jam ante IX. p. & 15. ſed prociſe arbitror adhibita ea, quam reſtaſſent, interpunctione. Cras, inquit Cicero, exquiram hoc quoque: Quo modo, quibus verbis, qua mente dixerit Caſar, &c. Forſitan aliquem offendet pronominis trajectio, Quo modo dixerit ad ſe ille quidem. At non abſtruſiſſe ab ejuſmodi conſtructione Tullium, pluribus exemplis demonſtrat Criticus prime claſſis, Thomas Wopkenſius, *Leſt. Tullian. l. 7. & 9. ll. 2. Idem.*

lia sunt, quæ exquiram. ²⁶ Jurabat ad summam, quod nullo negotio faceret, ²⁷ amicissimum mihi Cæsarem esse debere. Quid enim, inquit, scripsit ad me Dolabella? Dico, quid? Affirmabat, cum scripsisset ²⁸ quod me cuperet ad urbem venire, illum quidem gratias agere maximas, & non modo probare, sed etiam gaudere. Quid queris? acquievi. Levata est enim suspicio illa ²⁹ domestici mali, & sermonis Hirtiani. Quam cupio ³⁰ illum dignum esse nobis: & quam ipse me invito, qua pro illo sit ³¹ supplicandum! Sed opus fuit Hirtio convento: est profecto nescio quid: sed velim quam minimo. Et tamen eum nondum redisse miramur. Sed hæc videbimus. Tu ³² Oppius Terentiæ dabis. Jam enim urbis ³³ unum periculum est. Me tamen consilio juva, pedibusne Rhegium, an hinc statim in navem. Cæterum quoniam

com-

²⁶ Jurabat] Hæc est sententia hujus loci; ut uno verbo dicam, jurabat, quod facile & sine ulla gravi causa solet facere, Cæsarem mihi, quantum verba conjectura assequi & animo posse providere, amicissimum esse. Quid enim, inquit, sic pergit Curio, scripsit ad me Dolabella? hoc est, quid aliud scripsit Dolabella ad me Curionem, quid aliud voluit Dolabella literæ ad me dare, quam Cæsarem tibi debere esse amicissimum. Dico, scilicet ego Cicero, quid? Affirmabat, scilicet Curio, eum minimum Dolabellam, scripsisse, quod me cuperet ad urbem venire, illum (Cæsarem) gratias quidem maximas agere Dolabella, pro eo, quod me cuperet ad urbem venire, quod me invitaret ad redeundum, & valde sibi hoc placere. Grævo.

²⁷ Amicissimum mihi Cæsarem esse debere] Id non solum Fulvii Ursini liber, sed & Helmstadius præ se fert. Ita omnino legendum. Est enim elegans loquendi genus, quod usurpabant cum significaturi essent se judicare, quantum humano consilio & animo provideri alieni possit, id de quo agebatur, certo eventurum. Cic. VI. ad Fam. ep. 6. Debi habere fidem nostra predictio. Hoc est, quantum certis conjecturis assequi possum, vera sunt quæ dico. Idem.

²⁸ Quod cuperet] Non pendet a 27 affirmat, ut Manutius & Scioptius voluerunt, sed a gratias agere. Idem.

²⁹ Domestici mali] A Quinto filio: qui sermonem habuit cum Hirtio, uxor cum Cæ-

sare. Epist. 4. Manutius.

³⁰ Illum] Quintum filium. Idem.

³¹ Supplicandum] Lego cum Victorio, supplicandum. Hoc enim vult dicere; Quam cupio Quintum filium dignum nobis esse! quam ipse me invito & excito, si qua in parte aliquid sit recti atque honesti pro illo supplicandum! Volo levare suspitionem meam: sed cur Hirtium conventi? Est nescio quid ab illo actum contra nos apud Cæsarem, quod velim quam minimo nostro malo & incommodo abire. Pappus. Lambinus recte vidit in primis editionibus, quamvis id in posterioribus repudiavit, legendum esse: motus ne quid pro illo sit supplicandum. Quam vero, inquit, ne aliquid paraverit, ut nos quoque pro illo Cæsari supplices fieri oporteat, quo ejus furtivitas ignoscatur? J. F. Gronovius. Ille locus facit adhuc in mendis & tenebris, quæ sine codice emendatioris vis ingenii difficulter disperserit. Gronovius.

³² Oppius Terentiæ dabis] To Oppius (de quibus ep. 7. libri VIII.) Terentiæ conciliabitis: ut illi præsto sint, si quid ei opus erit. Manut. Legendum forte: To suspitionem Terentiæ dabis. Muræ.

³³ Unum] Scribe: Jam enim Urbis unum, vel nullum periculum est. Parabant enim Cæsarem urbem diripiendam militibus claram, is metus nunc cessat. Itaque tuto sibi manere Terentiæ putavi, modo habet in sumptum. J. F. Gron.

commoror, ego ad te statim habebō quod scribam, simul ut video Curionem. De Tirone cura, quæso, quod facis, ut sciam quid is agat.

CICERO ATTICO SAL.

V. DE tota mea cogitatione scripsi ad te antea satis, ut mihi visus sum, diligenter: de die nihil sane potest scribi certi, præter hoc, non ante lunam novam. Curionis sermo postridie eandem habuit fere summam, nisi quod apertius significavit, se harum rerum exitum non videre. Quod mihi mandas de Quinto regendo, ¹ Appadiv. Tamen nihil prætermittam. Atque ² utinam tu: sed ³ modestior non ero. Epistolam ad Vestorium statim de Tullia. Ac valde ⁴ requirere solebat. Commodius tecum Vestenus est locutus, quam ad me scripserat; sed mirari satis ⁵ hominis negligentiam non queo. Cum enim mihi Philotimus dixisset H. S. L. emere de Canulejo diversorium illud posse, minoris etiam empturum, si Vestenum rogassem; rogavi ut, si quid posset, ex ea summa detraheret: promisit: ad me nuper, H. S. xxx emisse: ut scriberem, cui vellem addici: diem pecuniæ Id. Novemb. esse. Rescripsi ei stomachofus, cum joco tamen familiari. Nunc, quoniam agit liberaliter, nihil accuso hominem, scripsique ad eum, me a te certiore esse factum. Tu de tuo itinere quid & quando cogites, velim me certiore facias. A. d. xv. Kal. Maji.

¹ Die] Navigationis meæ. Manut.

² Appadiv] Difficilem provinciam mihi mandas in Q. Ciceroe filio regendo: atque utinam tu suscepisses eum regendum.

³ Utinam tu] Suscepisses juvenem regendum. Epist. 6. Manutius.

⁴ Modestior] In eo regendo, quam tu, & patri esse soleant. Covell.

⁵ Requirere] Ut tibi commendarem aliquem meorum. Manut.

⁶ Homini] Grævius, nominis.

CICERO ATTICO SAL.

VI. **M**E adhuc nihil prater tempestatem moratur. ¹ A-
lute nihil sum acturus: fiat in Hispania quidlibet. Et tamen retice. Meas cogitationes omnes explicavi tibi superioribus literis. Quocirca hæ sunt breves: & tamen, quia festinabam, eramque occupator. De Quinto filio, ² *fr* a me quidem *sedulo*; nostri reliqua. Quod dein me mones, & amice & prudenter mones: sed erunt omnia facilia, si ab uno illo cavero. Magnum opus est. ³ Mirabilia multa. Nihil simplex, nihil sincerum. Vellem suscepisses juvenem regendum: pater enim nimis indulgens, quidquid ego adstrinxit, relaxat. Si sine illo possem, regerem: quod tu potes: sed ignotico: magnum, inquam, opus est. Pompejum pro certo habemus per Illyricum proficisci in Galliam. Ego nunc qua, & quo videbo.

¹ *Alyce*] Expectans, quid in Hispania geratur, ut me Tullia monet ep. seq. & Cælius ep. 10. hujus libri. *Corrad.*

² *Fr*] Videtur Cicero alluisse ad eum locum Terentii ex Adelphis: *fr sedulo*, nihil pretermissa; *conscientia*; *denique* *inspicere*, *causam in speculum*, *vires omnium iudicio*, atque ex aliis sumere exemplum sibi.

Verba sunt Demex narrantis Syro, qua ratione Ctesiphoni moderetur, & eum ad bonam frugem perducatur. Satis vero fuit Cicero locum primis verbis indicasse. Ideo subiicit, *nihil reliqua*, *Bosius*.

³ *Mirabilia multa*] De ejus minime simplici ingenio. *Mant.*

CICERO ATTICO SAL.

VII. **E**GO vero Apuliam, & Sipontum; & tergiversationem istam probo: nec tuam rationem eandem esse duco, quam meam: non quin in Republica rectum idem sit utrius nostrum: sed ea non agitur. Regnandi contentio est; in qua pulsus est modestior rex, & probior, & integrior, & is, qui nisi vincit, nomen populi Romani deleatur necesse est: sin autem vincit, Syllano more, exemploque vincet. Ergo hac in contentione neutrum tibi palam sentiendum, & temporis serviendum est. Mea causa autem alia est, quod beneficio vinctus, ingratus esse non possum. Nec tamen in

acie,

acie, sed Melitæ, aut alio in loco ¹ simili oppidulo, futurum puto. Nihil, inquires, juvas eum, in quem ingratus esse non vis; immo minus fortasse voluisset. Sed de hoc videbimus. Exeamus modo: quod ut meliore tempore possimus, facit Adriano mari Dolabella, ² Fretensi Curio. Injuncta autem mihi spes quædam est, velle mecum Serv. Sulpicium colloqui. Ad eum misi Philotimum libertum cum literis. Si vir esse volet, præclara ³ *curodia*: sin autem; erimus nos, qui solemus. Curio mecum vixit, jacere Cæsarem putans offensione populari, Siciliaeque diffidens, si Pompejus navigare coepisset. Quintum puerum accepi vehementer. Avaritiam video fuisse, & spem magni congiarii. Magnum hoc malum est: sed scelus illud, ⁴ quod timueramus, spero nullum fuisse. Hoc autem vitium puto te existimare non nostra indulgentia, sed a natura profectum; quem tamen nos disciplina regimus. De Oppiis Veliensibus quid placeat, cum Philotimo videbis. Epirum ⁵ nostram purabimus: sed alios cursus videbamur habituri.

¹ *Simili oppidulo*] Non spernenda est scriptura codicis Balliol. & Helm. *est aliqno loco suo oppidulo*. Verore tamen ne alterutrum aut loco, aut oppidulo sit corruptum & ex interpretatione inoleatum. *Grævius*.

² *Fretensi*] Fretio Siciliensi.

³ *Curodia*] Comitatus.

⁴ *Quod timueramus*] Ne cum Cæsare locutus esset de nostro consilio Italiae relinquenda. Ep. 4. *Manturius*.

⁵ *Nostram*] Epiro tua utar ut mea, si acciderit, ut inde transeam, cum ad Pompejum proficiscar. *Idem*.

CICERO ATTICO SAL.

VIII. **E**T res ipsa monebat, & tu ostenderas, & ego videbam, de iis rebus, quas intercepti periculosum esset, sinem inter nos scribendi fieri tempus esse. Sed, cum ad me sæpe mea Tullia scribat, orans ut quid in Hispania geratur expectem, & semper adscribat idem videri tibi, idque ipse etiam ex tuis literis intellexerim, non puto esse alienum, me ad te quid de ea re sentiam scribere. Consilium istud tunc esset prudens, ut mihi videretur, si nostras rationes ad Hispaniensem casum accommodaturi essemus; quod fieri dicitis oportere. Necesse est enim aut id quod maxime ve-

E f f 2

lim,

lim, pelli istum ab Hispania; aut trahi id bellum; aut istum, ut confidere videtur, apprehendere Hispanias. Si pelletur, quam gratus, aut quam honestus tum erit ad Pompejum noster adventus; cum ipsum Curionem ad eum transfurum putem? si trahitur bellum, quid expectem, aut quam diu? Relinquitur, ut, si vincimur in Hispania, quiescamus. Id ego contra puto: istum enim victorem magis relinquentem puto, quam victum, & dubitantem magis, quam fidem suis rebus. Nam eadem video, si vicerit, & impetum in privatorum pecunias, & exulum reditum, & tabulas novas, & turpissimorum honores, & regnum non modo Romano homini, sed ne Persæ quidem cuiquam tolerabile. Tacita esse poterit indignitas nostra? Pati poterunt oculi, me cum Gabinio sententiam dicere? & quidem illum rogari prius? præsto esse clientem tuum Cloelium? C. Ateii Plaguleium? cæteros? Sed cur inimicos colligo? qui meos necessarios a me defensos nec videre in curia sine dolore, nec versari inter eos sine dedecore potero. Quid si ne id quidem est exploratum, fore ut mihi liceat? Scribunt enim ad me amici ejus, me illi nullo modo satisfecisse, quod in Senatam non venerim. Tamene dubitemus, an et nos etiam cum periculo venditemus, qui cum conjuncti ne cum præmio quidem volumus esse? Deinde hoc vide, non esse iudicium de tota contentione in Hispaniis: nisi forte iis amissis arma Pompejum abjecturam putas: cujus omne consilium Themistocleum est. Existimat enim, qui mare teneat, eum necesse rerum potiri. Itaque qui nunquam id egit, ut Hispaniæ per se tenerentur, navalis apparatus ei semper antiquissima cura fuit. Navigabit igitur, cum erit tempus, maximis classibus, & ad Italiam accedet: in qua nos sedentes quid erimus? Nam medios esse

1. *Istum*] Puto Casarem potius relinquentem cum vincer, quam cum victus erit, & in eo discrimine versabitur, ut magis incertus sit, quam certus, de rerum suarum exitu. *Hofius.*

2. *Præsto esse clientem*] Patroni clientibus dicebantur præsto esse, cum aderat in iudiciis, ut eos defenderent. Nunc contra fur-

rum scribit Cicero, ut clientes præsto sint patronis. Quod clientes gratia multum possent apud Casarem, cujus oeres foculi fuerant: patroni vero ei hostium loco forent. *Idem.*

3. *Per se*] Ut ipse præsens, eas teneret, sed, quasi de his non laborans, legatis negotium commisit. *Manutius.*

esse jam non licebit. Classibus adverbabimur igitur? Quod malum majus scilicet tantum? denique quid turpius? An quibus abentis solus tuli scelus, ejusdem cum Pompejo & cum reliquis principibus non feram? Quod si jam, misso officio, periculi ratio habenda est, ab illis est periculum, si peccato: ab hoc, si recte fecero: nec ullum in his malis consilium periculo vacuum inveniri potest: ut non sit dubium, quin cum periculo fugiamus, quod fugeremus etiam cum salute. Non simul cum Pompejo mare transferimus? Omnino non potuimus. Extat ratio dierum. Sed tamen (fateamur enim quod est; ne condamus quidem, ut possumus) fessellit ea me res, quæ fortasse non debuit, sed fessellit: pacem putavi fore: quæ si esset, iratum mihi Casarem esse, cum idem amicus esset Pompejo, nolui. Senferam enim, quam iidem essent. Hoc verens in hanc tarditatem incidi. Sed assequor omnia, si propero; si cunctor, amitto. Et tamen, mi Attice, auguria quoque me incitant quadam spe non dubia, non hæc collegii nostri ab Appio, sed illa Platonis de tyrannis. Nullo enim modo posse video stare istum diutius, quin ipse per se, etiam languentibus nobis, concidat; quippe

4. *Quod malum*] In Balliol. & Helmst. *Quod malum scilicet tantum?* Existimo Ciceronem scripsisse, quod malum motus? denique quid turpius? Sunt interpretationes magisteriorum, scilicet tantum, quæ irreperunt in contextum. Videtur autem illa naxe esse, ex hac causa quod in aliis libris exciderit *et motus*, ut in Balliol. Helmst. in aliis vero *et malum* propter literarum vicinitatem, ut saepe hæc labe veteres libri sunt asperiti. Interea malivimus veterum librorum & editionum meliorum scripturam hic legi, quam recentiorum acutas quidem, sed sequam diutius conjecturas. *Grævius.*

5. *Qui erit*] Sic restituebat Moretus. *Ejus*, hoc est Casaris, qui in Gallia abentis per Cloelium urbe me eiecit. *Vulgata: An invadide hinc in abentis solus, &c.* Malaspina emendat: *Anton abhinc IX. abentis & solus, &c.* Alii aliter non habere, si forte sententiam habemus, *Offros.*

6. *Quin cum periculo*] Ita Manutius. Alii

omnes, *Quin turpiter facies cum periculo fugiamur.* Quod religiosi auribus vix placeat. *Idem.*

7. *Ne condamus*] His verbis, ne condamur quidem, explicat illud prius, fateamur. Itaque, quod est, hic vini habet *reperendum*. *Hofius.* Moretus restituebat, ut *abscideretur quidem, ut possumus.* Sed vulgata eadem est sententia. *Grævius.*

8. *Quam iidem esse*] Eadem mente: in eadem opinione constantes. *Cerrad.*

9. *Ab Appio*] Forte ab Attio: ut de Attio Navio intelligatur, qui, Tarquinio Prisco Romæ regnante, auguralem scientiam summam in honores adduxit. Explicat igitur, Non hæc collegii nostri ab Attio, non hæc auguralis collegii ab Attio derivata, sed illa a Platone sumpta, qui scripti non diuturnam esse, posse tyrannorum dominatorem. *Manutius.* Sed & Appius de Auguriali disciplina scripsit. *Vide Fam. III. 4.* Cur ergo notus in scripto queratur? *Oliverius.*

10. *Quin ipse per se*] Ita Manutius. Alii

11. *Quin ipse per se*] Ita Manutius. Alii

12. *Quin ipse per se*] Ita Manutius. Alii

13. *Quin ipse per se*] Ita Manutius. Alii

14. *Quin ipse per se*] Ita Manutius. Alii

15. *Quin ipse per se*] Ita Manutius. Alii

16. *Quin ipse per se*] Ita Manutius. Alii

17. *Quin ipse per se*] Ita Manutius. Alii



pe qui florentissimus ac novus ¹² sex, septem diebus ipsi illi egenti ac perdita multitudini in odium acerbissimum venerit; qui duarum rerum simulationem tam cito amiserit, mansuetudinis in ¹¹ Metello, divitiarum in ærario. Jam quibus utatur vel focis, vel ministris, si ii provincias, si Republicam regent, quorum nemo duos menses potuit patrimonium suum gubernare? Non sunt omnia colligenda: quæ tu acutissime perspicias. Sed tamen ea pone ante oculos: jam intelliges id regnum vix semel esse posse. Quod si me fefellerit, feram, sicut multi clarissimi homines, in Republica excellentes, tulerunt: nisi forte me Sardanapali vice ¹² in suo lætulo mori malle censueris, quam exilio Themistocleo ¹³ qui cum fuisset, ut ait Thucydides, ¹⁴ τῶν μὲν παρόντων δι' ἐραχίσις ἑυδὴς κρῆσις ὁ γράμμος, τῶν δὲ μελλόντων ἐπιπλέειν τὸ γρηγορότερον δεῖσθαι εἰκασίης, tamen incidit in eos casus, quos vitasset, si cum nihil fefellerit. Etsi is erat (ut ait idem) qui ¹⁵ τὸ δεινὸν, & τὸ χεῖρον ἐν τῶ ἀφύπνῃ ἐπιπροσέειν μῆδισι: tamen non vidit, nec quo modo Lacedæmoniorum, nec quo modo suorum civium invidiam effugeret, nec quid ¹⁶ Artaxerxi polliceretur. Non fuisset & ¹⁷ illa nox tam acerba Africano, sapientissimo viro, non tam dirus ille dies Syllanus callidissimo viro C. Mario, si nihil utrumque eorum fefellerit. Nos tamen hoc confirmamus illo au-

¹² Sex, septem] Pro sex, septem.
¹¹ Metello] Cui innotuit esse minatus, Di-
am supra. Manutius.

¹³ In suo lætulo] Pro, in suo. Græcum loquendi genus. Nam suum valet, sui ipsius. Non legitur legendum, sed, quod video placuisse viris doctis: sed accipiendum, suo; pro suo, more Græco, ut dixi. Manutius.

¹⁴ Qui] Res interduum Cicero attendit potius, quam verba, ut hic. Nam, Qui, conjungi non potest cum, Themistocles, cum sint diversa pecora: sed quia, Themistocles, nihil aliud quam, Themistocles, significat, propterea, ut dixi, rem spectans Cicero, non verbum, inulit, Qui. Idem.

¹⁵ Tò δεινόν] Resum presentium, initio brevi & extemporali consilio; optimus iudex, & futurarum ut plurimum optimus conjector.

¹⁵ Tò χεῖρον] Quid melius aut deterius, in obscuro adhuc providebat maxime.

¹⁶ Artaxerxi] Cui de subigenda Græcia pollicitus, postea cum videret præsare non posse, voluntaria morte, veneno sumpto, vitam finivit. Plutarchus. Manutius.

¹⁷ Illa nox] Africani minus, mane in cubiculo suo innotuit sepeperit, punitur suorum facere subleat, maxime Sempronius Ascatius, cuius fratrem T. Græchum, in con-
tione interrogatus, dixerat, iure sibi casum videri. Quod profecto nunquam disisset, si talem exitum providisset. Ergo & eum, sapientissimum virum, aliquid fefellerit: fefellerit & C. Marius: qui cum L. Sylla nunquam profecto contentione suscepisset, si diem illum, quo urbe pulsus est, mentis acie providisset, idem.

augurio, quo diximus; nec nos fallit, nec aliter accidet. Corruat iste necesse est, aut per adversarios, aut ipse per se, qui quidem sibi est adversarius unus acerrimus. Id spero vivis nobis fore. Quanquam tempus est nos de illa perpetua jam, non de hac exigua vita cogitare. Sin quid acciderit maturius, haud sane mea multum interfuerit, utrum factum videam, an futurum esse multo ante viderim. Quæ cum ita sint, non est committendum, ut iis pareamus, quos contra me Senatus, ne quid Respublica detrimenti acciperet, armavit. Tibi sunt omnia commendata; quæ commendationis meæ pro tuo in nos amore non indigent. Ne hercle ego quidem reperio, quod scribam. Sedeo enim ¹⁹ πρὸδοκῶν. Etsi nihil unquam tam fuit scribendum, quam nihil mihi unquam ex plurimis tuis iucunditatibus gratius accidisse, quam quod meam Tulliam suavissime diligentissimeque coluisti. Valde eo ipsa delectata est: ego autem non minus; cuius quidem virtus mirifica. Quo modo illa fert publicam cladem? quo modo domesticas tricas? quantus autem animus in discessu nostro? sit ²⁰ σοφῆ, sit summa σύνεσις: tamen nos recte facere, & bene audire vult. Sed hac super re nimis; ne meam ipse ²¹ συμπαθεῖν jam evocem. Tu, si quid de Hispaniis certius, & si quid aliud, dum adsumus, scribes: & ego fortasse discedens dabo ad te aliquid; eo etiam magis, quod Tullia te non putabat hoc tempore ²² ex Italia. Cum ²³ Antonio item est agendum, ut cum Curione, Melita me velit esse; huic bello nolle interesse. Eo velim tam facili uti possem, & tam bono in me, quam Curione. Is ad Misenum vi Nonas venturus dicebatur, id est hodie: sed præmisit mihi odiosas literas hoc exemplo:

¹⁸ Quæ contra] Ordo est, contra quæ armavit me Senatus.

¹⁹ Πρὸδοκῶν] Tempestatem & navigationem idoneam expectans.

²⁰ Σοφῆ] Metas, amor, σωφροσύνη, Aristissima animorum conjunctione.

²¹ Συμπάθειν] Quam hic accommodata sit Græca hæc vox, sibi non potest. Cum enim de incredibili amore in se Tullia suavia locutus sit, cito ex eo sermone delabi-

tur. Sentiebat enim se jam commoveri, affectusque suos excitari, quod nolebat. Verbum hoc notum est: quod si tam facile exprimitur postea verbo Latino, quam vis ejus intelligitur, nihil laboraverimus. *Philos.*

²² Ex Italia] Supple, exituram.

²³ Antonio] Quæ Cæsar, in Hispaniam contra Pompeii legatos profectus, Italia preesse voluerat. Manutius.

ANTONIUS TRIB. PLEB. PROPRAET.
CICERONI IMP. S.

NISI te valde amarem, & multo quidem plus, quam tu putas, non extimuissem rumorem, qui de te prolatus est, cum praesertim falsum esse existimarem, sed quia te nimio plus diligo, non possum dissimulare, mihi famam quoque, quamvis falsa, magni esse. Te iturum trans mare credere non possum, cum tanti facias Dolabellam, & Tulliam tuam, feminam lectissimam, tantique ab omnibus nobis fias; quibus mehercule dignitas, amplitudoque tua pene carior est, quam tibi ipsi. Sed tamen non sum arbitratus esse amici, non commoveri etiam improborum sermone: atque eo feci studiosus, quod judicabam duriores partes mihi impositas esse ab offensione nostra, qua magis a *Ἐχθροῦ* mea, quam ab ² injuria tua, nata est. Sic enim volo te tibi persuadere, mihi neminem esse cariorem te, excepto Caesare meo: neque illud una judicare, Caesarem maxime in suis M. Ciceronem reponere. Quare, mi Cicero, te rogo, ut tibi omnia integra serves: ³ ejus fidem improbes, qui tibi, ut beneficium daret, prius injuriam fecit: contra eum ne profugas, qui te, etsi non amabit, (quod accidere non potest) tamen salvum amplissimumque esse cupiet. Dedita opera ad te Calpurnium, familiarissimum meum, misi; ut mihi magnae curae tuam vitam ac dignitatem esse scires.

Eodem die a Caesare Philotimus literas attulit, hoc exemplo.

¹ *Doloris*] Dolor ex eo, cum quis contrarium peteres, quem ego petebam. sequitur id, quod ipsi cupiebamus.
² *Injuria*] Quae nulla fuit, quod Augustus, qui temporibus Clodiani, &c.

CÆSAR IMP. CICERONI IMP. S.

ETSI te nihil temere, nihil imprudenter facturum judicaram; tamen permotus hominum fama, scribendum a te

exi-

existimavi, & pro nostra benevolentia petendum, ne quo progredieris proclinata jam re, qua integra etiam progrediendum tibi non existimasses. Namque & amicitiae graviorem injuriam feceris; & tibi minus commode consulueris, si non fortuna obsecutus videbere: (omnia enim secundissima nobis, adversissima illis accidisse videntur) nec causam secutus: (eadem enim tum fuit, cum ab eorum consiliis abesse judicasti) sed meum aliquando factum condemnasse: quo mihi gravius abs te nil accidere potest. Quod ne facias, pro jure nostrae amicitiae a te peto. Postremo, quid viro bono & quieto, & bono civi magis convenit, quam abesse a civilibus controversis? quod nonnulli cum probarent, periculi causa sequi non potuerunt. Tu, explorato & vitae meae testimonio, & amicitiae judicio, neque tutius, neque honestius reperies quidquam, quam ab omni contentione abesse. XVI. Kal. Maj. ex itinere.*

¹ *Periculi*] A Pompejo his, qui remanserunt, si tuto id, ut tu, facere poterant: sed cum fecerit, demerenti. Vel in aliis bellis civiliterum ex ducibus iterum haberent, coacti sunt bellis interesse. *Cass.*

CICERO ATTICO SAL.

IX. **A**DVENTUS ¹ Philotimi (at cujus hominis, quam insulsi, & quam saepe pro Pompejo mentientis?) ² exanimavit omnes, qui mecum erant. Nam ipse obdurui. Dubitabat nostrum nemo, quin Caesar itinera repressisset; volare dicitur: Petrejus cum Afranio ³ conjunxisset te: nihil affert ejusmodi. Quid quaeris? etiam illud erat persuasum; Pompejum cum magnis copiis iter in Germaniam per Illyricum fecisse: id enim ⁴ *ἀδυστηχῶς* nuntiabatur. Melitam igitur oppidum capessamus, dum quid in Hispania: quod quidem prope modum video ex Caesaris literis ipsius voluntate facere posse; qui negat neque honestius, neque tutius mihi quicquam

Tom. VIII.

G g g

¹ *Philotimi*] De quo lib. II. ep. 4.
² *Exanimavit*] Quia, cum pro certo haberemus, Caesarem in Hispaniam proficiscentem itinera tardius facere consisse, Petrejum cum Afranio copias conjunxisse, ipse nihil attulit ejusmodi. Quod eo credendum magis est, quia scimus eum saepe pro Pompejo mentiri. *Mans.*
³ *Conjunctus*] Hoc ad illud refertur; *Dubitavit nemo, quin.* Idem.
⁴ *Αδυστηχῶς*] Certo auctore.

esse, quam ab omni contentione abesse. Dices, ubi ergo tuus ille animus, quem proximis literis? Adest, & idem est: sed utinam meo solum capite decernerem. Lacrymæ meorum me interdum molliunt, precantium ut de Hispaniis expectemus. M. Cælij quidem⁵ epistolam, scriptam miserabiliter, cum hoc idem obsecraret, ut expectarem, ne fortunas meas, ne unicam filiam, ne meos omnes tam temere proderem, non sine magno fletu legerunt pueri nostri: etsi meus quidem est fortior, eoque ipso vehementius commovet: nec quidquam nisi⁶ de dignatione laborat. Melitam igitur; deinde quo videbitur. Tu tamen etiam nunc mihi aliquid literarum, & maxime si quid ab Afranio. Ego, si cum Antonio locutus ero, scribam ad te, quid actum sit. Ero tamen in credendo, ut mones, cautus. Nam occulandi ratio cum difficilis, tum etiam periculosa est. Servium expecto ad Nonas: & adigit ita⁷ Postumia; & Servius filius. Quartanam leviolem esse gaudeo. Misi ad te Cælij etiam literarum exemplum.

⁵ Epistolam] Quæ proxime sequitur.
⁶ De dignatione] De dignitate, de honore. Beffarionis tamen liber. De dignitate, habet aperte, & potest sane suspensa, vox esse Dignatus, cum alibi nusquam, quod meminim, in Cicerone reperitur. Etsi, quod

ad sententiam attinet, Dignatus magis placeat, quam Dignitas, quæ non convenit, in puerum. *M. Servius*.
⁷ Postumia] Uxor Servii Sulpicii. Vide Fam. IV. 2. & hoc ipso libro, epist. 13.

CÆLIUS CICERONI S.

EXANIMATUS sum tuis literis; quibus te nihil nisi triste cogitare ostendisti: neque id quid esset, perscripisti. Neque non tamen, quale esset quod cogitares, aperuisti. Has ad te illico literas scripsi. Per fortunas tuas, Cicero, per liberos oro, obsecro, ne quid gravius de salute & incolumitate tua consulas. Nam deos, hominesque, amicitiamque nostram testificor, me tibi prædixisse, neque temere monuisse: sed, postquam Cæsarem convenerim, sententiamque ejus, qualis futura esset parta victoria, cognoverim, te certiore fecisse.

Si

¹ Exanimatus] Qui in Cælij epistola videbatur interpretis opem desiderare, ha-

Si existimas eandem rationem fore Cæsari in dimittendis adversariis, & conditionibus ferendis, erras. Nihil nisi atrox & sævum cogitat, atque etiam loquitur. Iratus Senatui exiit: his intercessionibus plane incitatus est: non, mehercule, erit deprecationi locus. Quare si tibi tu, si filius unicus, si domus, si spes tuæ reliquæ tibi caræ sunt; si aliquid apud te nos, si vir optimus gener tuus valet, quorum fortunas non debes velle conturbare; sequere eam causam, in cujus victoria salus nostra est, ne aut odisse, aut relinquere cogamur, aut impiam cupiditatem contra salutem tuam habeamus. Denique illud cogita: quod offensæ fuerit, in ista cunctatione te subisse. Nunc te contra victorem facere, quem dubius rebus lacerare noluit: & ad eos fugatos accedere, quos resistentes sequi nolueris, summæ stultitiæ est. Vide, ne, dum pudet te parum optimatem esse, parum diligenter, quid optimum sit, eligas. Quod si totum tibi persuadere non possum; saltem, dum quid de Hispaniis agamus scitur, expecta; quas tibi nuntio adventu Cæsaris fore nostras. Quam isti spem habeant, amissis Hispaniis, nescio. Quod porro tuum consilium sit ad desperatos accedere, non mediis fidius reperio. Hoc, quod tu, non dicendo, mihi significasti, Cæsar audierat: ac, simul atque, Ave, mihi dixit, statim quid de te audisset, exposuit. Negavi me scire: sed tamen ab eo petii, ut ad te literas mitteret, quibus maxime ad remanendum commoveri posses. Me secum in Hispaniam ducit. Nam, nisi ita faceret, ego prius quam ad urbem accederem, ubicunque esses, ad te percurissem, & hoc a te præsens contendissem, atque omni vi te retinuissem. Etiam atque etiam, Cicero, cogita, ne te tuoque omnes funditus evertas: ne te sciens prudentisque eo demittas, unde exitum vides nullum esse. Quod si te aut voces optimatum commovent, aut nonnullorum hominum insolentiam & iactationem ferre non potes, eligas censeo aliquid oppidum vacuum a bello, dum hæc decernuntur, quæ jam erunt confecta. Id si feceris, & ego te sapienter fecisse iudicabo, & Cæsarem non offendes.

CICERO ATTICO SAL.

X. ME cæcum, qui hæc ante non viderim! Misi ad te epistolam Antonii. Ei cum ego sapissime scripsissem, nihil me contra Cæsaris rationes cogitare; meminisse me generi mei, meminisse amicitiae; potuisse, si aliter sentirem, esse cum Pompejo; me autem, quia cum licitoribus in vitus curialem, abesse velle, nec idipsum certum etiam nunc habere; vide quam ad hæc ^{ἠωρονομήσας}:

Tuum consilium quam verum est? Nam qui se medium esse vult, in patria manet: qui proficiscitur, aliquid de altera utra parte iudicare videtur. Sed ego is non sum, qui statuere debeam, iure quis proficiscatur, nec-ne. Partes mihi Cæsar has imposuit, ne quem omnino discedere ex Italia paterer. Quare parvi refert me probare cogitationem tuam, si nihil tamen tibi remittere possum. Ad Cæsarem mittas censeo, & ab eo hoc petas. Non dubio quin impetraturus sis, cum præserim te amicitia nostræ rationem habiturum esse pollicearis.

Habes? ^{σχεδὸν δὴ λαχόμενος}. Omnino excipiam hominem. Erat autem v. Non venturus vesperi, id est, hodie. Gras igitur ad me fortasse veniet. Tentabo, ³ ac dicam, me nihil properare; missurum ad Cæsarem: clam ibo; cum paucissimis alicubi occultabor; caute hinc istis invitissimis evolabo, atque intinam ⁴ ad Curionem, ⁵ *σὺ δὲ φίλ.* ⁶ *Τοὶ δὲ ἔγω.* Magnus dolor ⁷ accessit. Efficietur aliquid dignum nobis. ⁸ *Δυσχελῖα* tua

¹ *ἠωρονομήσας*] Id est, vinolente, petulantiter contumeliose. *Lambinus*. Sed *ἠωρονομήσας* se pebor Victorius: quod Mongault non displicet.

² *ἠωρονομήσας*] Breve epistolam, quatuor vocibus, gravibusque de rebus Lacedæmonii ad imperatores suos, in Iona scriptas, unde *ἠωρονομήσας*, mirabantur. Vide Gellium lib. XVII. c. 9. & Suidam. *Manutius*.

³ *Ac dicam*] Vulgata *audiam*. Deinde pro *clam ibo*, eadem clamabo. Ac denique pro *caute*, habet *carris*. Ubi nullus poterat elici sensus et vulgata, peto hanc veniam, ut mihi liceat e conjecturis vel *Manutii*,

vel *Grævii*, contextum semel refringere. Quod si cui temeraria videtur hæc ratio, videtur & mihi. Quid tamen facias, ubi sententia plus quam *Cimæna*? *Oliverius*.

⁴ *Ad Curionem*] In Siciliam. Is enim Ciceronem admodum diligebat. *Manutius*.

⁵ *σὺ δὲ φίλ.*] *Favente Deo*. Hoc non separatim lego, sed cum superioribus conjungo, & a sequentibus disjungo. Sic enim se evolutum confirmat, si modo adjuvet *Deus*. *Idem*.

⁶ *Τοὶ δὲ ἔγω.*] *Est pro est*, *Dorice*. *Ti*, inquit, *dico*: evolabo hinc. *Idem*.

⁷ *Accessit*] Ex literis Antonii. *Idem*.

⁸ *Δυσχελῖα*] Urine difficultas.

tua mihi valde molesta. Medere, amabo, dum est ⁹ *ἀρχὴ*. De ¹⁰ Massiliensibus gratæ tuæ mihi literæ. Quæso ut sciam quidquid audieris. Siciliam cuperem, si possem palam; quod a Curione ¹¹ effeceram. Hic ego Servium expecto. Rogor enim ab ejus uxore & filio: & puto opus esse. ¹² Hic tamen Cytheridem secum lætica aperta portat, altera uxorem: septem præterea conjunctæ lætica amicorum sunt, an amicorum? Vide quam turpi leto pereamus: & dubita, si potes, quin ille, seu victus, seu victor redierit, eadem facturus sit. Ego vero vel lintriculo, si navis non erit, eripiam me ex istorum parricidio. Sed plura scribam, cum illum convenero. Juvenem nostrum non possum non amare: sed ab eo nos non amari plane intelligo. Nihil ego vidi tam ¹³ *ἀγχοπρόγτων*, tam aversum a suis, tam nescio quid cogitans. Vim incredibilem molestiarum! Sed erit curæ, & est, ut regatur. Mirum est enim ingenium. ¹⁴ *Ἡγὼς ἐπιμεινέσιον*.

⁹ *ἀρχὴ*.] Principium.

¹⁰ *Massiliensibus*] Ausis Cæsari portas claudere. *Cæsar*, lib. I. de bel. civ. *Corr.*

¹¹ *Effeceram*] Obtinueram. Supra, epistola 4. *Manutius*.

¹² *Hic*] M. Antonius. *Cytheridem*, mi-

nam, de qua *Philippus*, II. cap. 14.

¹³ *ἀγχοπρόγτων*] *Atticum* a recta marum conformatione.

¹⁴ *Ἡγὼς ἐπιμεινέσιον*] *Moribus adhibenda diligentia*. *Hæc* de *Q. Mitho*.

CICERO ATTICO SAL.

XI. OBSIGNATA jam epistola superiore, non placuit ei dari, cui constitueram, quod erat alienus: itaque eo die data non est. Interim venit Philotimus, & mihi a te literas reddidit: quibus quæ de fratre meo scribis, sunt ea quidem parum firma, sed habent nihil ¹ *ὑπερβολόν*, nihil fallax, nihil non flexibile ad bonitatem, nihil quod non quo velis uno sermone possis perducere. Ne multa; omnes suos, etiam quibus irascitur crebrius, tamen caros habet, me quidem se ipso cariorem. Quod de puero ² aliter ad te scripsit, & ad ma-

¹ *ὑπερβολόν*] Sublato.

² *Aliter*] *Patrus* es; mater est: aliter scribitur ad patrum, aliter ad matrem.

Hæc pulchre interpretatus est *Mongault* nos.

Hæc

matrem de filio, non reprehendo. ² De itinere, & de forere quæ scribis, molesta sunt, eoque magis, quod ea tempora nostra sunt, ut ego his mederi non possim: nam certe mederer: sed quibus in malis, & qua in desperatione rerum simus, vides. Illa de ratione nummaria non sunt ejusmodi (sæpe enim audio ex ipso) ut non cupiat tibi ⁴ præstare, & in eo laborat. Sed si mihi Q. Axius in hac mea fuga H-S XIII. non reddit, quæ dedi ejus filio mutua, & utitur excusatione temporis; si Lepta; si cæteri; soleo mirari, de nescio ⁵ quæis H-S xx. cum audio ex illo se urgeri. Vides enim profecto angustias. Curari tamen ea tibi unique jubet. An existimas illum in isto genere lentulum, aut restrictum? nemo est minus. De fratre satis. De ejus filio, indulgit illi quidem suus pater semper; sed non facit indulgentiã mendacem, aut avaram, aut non amantem suorum; ferocem fortasse, atque arrogantem, & infestum facit. Itaque habet hæc quoque, quæ nascuntur ex indulgentiã: sed ea sunt tolerabilia: (quid enim dicam, hac juventute?) ea vero, quæ mihi quidem, qui illum amo, sunt his ipsis malis, in quæis sumus, miseriora, non sunt ab obsequio nostro, non; suas radices habent: quas tamen evellerem profecto, si liceret. Sed ea tempora sunt, ut omnia mihi sint patiẽda. Ego meum facile teneo. Nihil est enim eo tractabilius: cujus quidem miseriordia languidiora adhuc consilia cepi: &, quo ille me fortio-rem vult esse, eo magis timeo ne in eum existam crudelior. Sed Antonius venit heri vespere. Jam fortasse ad me veniet; aut ne id quidem, quoniam scripsit quid fieri veller. Sed scies continuo quid actum sit. Nos jam nihil nisi occulte. De pueris quid agam? parvone navigio committam? Quid mihi animi in navigando censes fore? Recordor enim, æstate cum illo Rhodiorum ⁶ ἀφῆλτο navigans, quam fuerim sollicitus. Quid, duro tempore anni, ⁷ actuariolo fore censes?

² De itinere, & de forere] De itinere ⁵ Quæis] Hic, & paulo post, pro quanti filii, & de forere tua a viro suo, ⁶ Hic, ut Enclid. 1. 99. Quæis ante res patris meo, dissentientie. Neque sane inquam ⁷ Hic. ³ Quæis] Vide lib. V. & II. 12. ⁴ Præstare] Satisfacere, solvere.

fes? Rem undique miseram! Trebatius erat mecum, vir plane & civis bonus. Quæ ille monstra, dii immortales! Etiamne Balbus in Senatum venire cogitet? Sed ei ipsi cras ad te literas dabo. Vectenum mihi amicum, ut scribis, ita puto esse: cum eo, quod ⁸ ἀποτύπος ad me scripserat de nummis curandis, ⁹ Συμμετέπων eram jocatus. Id tu, si ille aliter acceperit ac debuit, lenies. *Monetali* autem ¹⁰ adscripti, quod ille ad me, *Proconsuli*. Sed quoniam est homo, & nos diligit, ipse quoque a nobis diligatur. Vale.

res oblonge, quæ remis impellebantur, & dicuntur. *Ernestus*.
 funibus trahantur, nonnunquam & velis ⁹ Θυρακῆτες] Stomachosius.
 propellebantur. Vide Scheffer. de Milir. na- ¹⁰ Adscripti] Titulum hunc appinxit ejus
 val. 11. cap. 1. Grav. ¹¹ Adscripti] Titulum hunc appinxit ejus
⁸ Apotypos] Aere, asper, ductum a ¹² F. F. quod ille ad me Ciceroni Praef. non
 medicis, qui secant & urunt, & ἀνοίσει: ¹³ Ciceroni Imp. J. F. Gron.

CICERO ATTICO SAL.

XII. QUIDNAM mihi futurum est? aut quis me non fo- lum infelicio, sed jam etiam turpior? Nominatim de me sibi imperatum dicit Antonius; nec me tamen ipse adhuc viderat, sed hoc Trebatio narravit. Quid agam nunc, cui nihil procedit, caduntque ea, quæ diligentissime sunt cogitata, terribime? Ego enim Curionem nactus, omnia me consecutum putavi. Is de me ¹ ad Hortensium scripserat. ² Reginus erat totus noster. ³ Huic nihil suspicabamur cum hoc mari negotii fore. Quo me nunc vertam? Undique custodior. Sed tatis lacrymis. ⁴ Παρὰ τὸ πᾶν igitur, & occulte in aliquam onerariam correndum. Non committendum, ut etiam ⁵ compacto prohibiti videamur. Sicilia petenda: quam si erimus nacti, majora quadam consequemur. Sit modo recte in Hispaniis: quanquam de ipsa Sicilia utinam sit verum: sed adhuc nihil secundi. Concurfus Siculorum ad Catonem dicatur

¹ Ad Hortensium] Q. filium infero mari ⁴ Παρὰ τὸ πᾶν] Præter tempus, non-
 a Casare præfectum. *Corrad.* dum aperto mari navigandum.
² Reginus] L. Minutius Bassus, qui et- ⁵ Compacto] Convento, passione. Sic
 iam præerat infero mari. ³ Plaut. compacto rem agunt. *Coerad.*
³ Hic] M. Antonio.

citur factus; orasse, ut resisteret; omnia pollicitos: commotum illum, delectum habere coepisse. Non credo, ut est⁶ Luculentus auctor. Poruisse certe tenere illam provinciam scio. Ab Hispanis autem jam audietur. Hic nos G. Marcellum habemus eadem de re cogitantem, aut bene simulantem: quam ipsum non videram, sed ex familiarissimo ejus audiebam. Tu, quæso, si quid habebis novi. Ego, si quid moliti erimus, ad te statim scribam. Quintum filium severius⁷ adhibebo. Utinam proficere possim: tu tamen eas epistolas, quibus asperius de eo scripsi aliquando, concerpito, ne quando quid emanet: ego item tuas. Servium exspecto, nec ab eo quidquam⁸ dytes. Scies quidquid erit. Sine dubio errasse nos confitendum est. At semel? at una in re? immo omnia, quo diligentius cogitata, eo facta sunt imprudentius.

⁹ *Αλλά τί ἔθ' προτιύχθαι ἐπιστολῆ, ἀχρηστού περ:*
in reliquis modo ne ruamus. Jubes enim de professione mea providere. Quid provideam? ita patent omnia, quæ accidere possunt, ut ea si vitem,¹⁰ sedendum sit cum dedecore & dolore; si negligam, periculum est ne in manus incidam perditorum. Sed vide, quantis in miseris sumus. Optandum interdum videtur, ut aliquam accipiamus ab¹¹ istis quamvis acerbam injuriam, ut tyranno in odio fuisse videamur. Quod si nobis cursus, quem speraram, pateret, effecissem aliquid profecto, ut tu optas & hortaris, dignum nostra mora. Sed mirifica sunt custodia: & quidem ille ipse Curio suspectus. Quare vi, aut clam agendum est: & si vi, forte & cum tempestate: clam autem istis; in quo si quod¹² *σοῦδος*, vides quam turpe est.¹³ Trahimur: nec fugiendum, si quid violentius.¹⁴ De Cælio, sæpe mecum¹⁵ ago; nec, si quid habuero

⁶ Luculentus auctor] Is, qui hinc dixit. *Εὐκλέης, Μαντινίου.*
⁷ Adhibebo] Manutius exponit, Severo vultu eum accipiam, sed quis adhibere pro accipere dixit? Mendosum esse locum existimo, & sic restituendum: *severius cohibebo.* *Manutius.*

⁸ Tytes] Sani, & supple, exspecto nihil.
⁹ *Αἰνῶν*] Vide lib. VII. Ep. 7.

¹⁰ *Στάλειδων*] Manendum in Italia. *Manutius.*
¹¹ *Ἰστῆ*] Cælianus.

¹² *Σοῦδος*] *Leptus, error.* Si nostra culpa evenit, ut a Cælianus retineamus.

¹³ *Τραχίνης*] Hæc enim nos trahit ad Pompejum, nec, si quid nobis ob hanc causam accidere possit acerbius, recusandum. *Manutius.*

¹⁴ De Cælio] Consulari, qui, ut Syllæ tyrannidem impediret, olim in Italia bellum excitavit. *Corradus.*

¹⁵ Ago] Ut illum imiter. Talent occasionem, qualem habuit ille. *Idem.*

tale, dimittam. Hispanias spero firmas esse.¹⁶ Massiliensium factum cum ipsam per se luculentum est, tum mihi argumento est, recte esse in Hispaniis. Minus enim audent, si aliter esset, & scirent: nam &¹⁷ juncti, & diligentes sunt. Odium autem recte animadvertis significatum theatro. Legiones etiam has, quas in Italia assumpsit, alienissimas esse video. Sed tamen nihil inimicus, quam sibi ipse. Illud recte times, ne¹⁸ ruat. Si desperarit, certe ruet. Quo magis efficiendum aliquid est, fortuna velim¹⁹ meliore, animo Cæliano. Sed primum quidque; quod, qualescunque erit, continuo scies. Nos juveni, ut rogas, suppeditabimus, &²⁰ Peloponnesum ipsam sustinebimus. Est enim indoles: modo aliquod hoc sit²¹ *ἄθος διδακτῆ ἀδακτόν*: quod si adhuc nullum est, esse tamen potest: aut²² *ἀπερῆ* non est *διδακτόν*: quod mihi perferri non potest.

¹⁶ Massiliensium] Quod Cæsari portas clausuram. *Suet.* *Manutius.*

¹⁷ Juncti] Juncti scilicet Hispaniis, hoc est, vicini. Hac locutio cur quemquam poterit offendere mirum est, cum sit multo minus usum trita. Scirent, inquit, quia vicini sunt Hispaniis, & rerum suarum semper sagittantes, si in Hispaniis recte non esset. *Grævius.*

¹⁸ Ruat] In fortunas, vitamque civium. *Epist. & Manutius.*

¹⁹ Meliore] Quam fuit fortuna Cælii, qui cum Bruto, & Carinate a Pompejo fuit opprestus: si modo is est, de quo scribit Plut. in Pompejo. *Corradus.*

²⁰ Peloponnesum ipsam] Qui difficilem

provinciam ceperunt, eos, ut sustineant quod susceperunt, hortantur his verbis: *Spartam nathne es, hanc vna*; quod si, quibus, ut Spartæ nascerentur, contigisset, entis vehementer deborem, no tam nobili patria minus digni viderentur. Sed Cicero, qui regendum Quintum filium susceperat, non contentus, si Spartam diceret, Peloponnesum dixit, ut plus significaret: quoniam pars est Sparta Peloponnesi. Sustinebimus, inquit, quam susceperimus, non Spartam, sed Peloponnesum ipsam. *Manutius.*

²¹ *ἄθος*] Ingenium, quod disciplina subigi & domari possit.

²² *ἀπερῆ* non est *διδακτόν*;] *Virtus*, non est id, quod *tradi doctrina possit.*

CICERO ATTICO SAL.

XIII. EPISTOLA tua gratissima fuit mea; Tullia, & me hercule mihi. Semper secum aliquid afferunt tuæ literæ. Scribes igitur, ac si quid ad spem poteris,¹ ne dimiseris. H h h

Tom. VIII.
¹ *Ne dimiseris*] Ut hujusmodi sententiam inuatur: Si igitur aliquid ad spem poteris, ne dimiseris. Nec enim in vulgata lectione, *ne de miseris*, mihi facis probationem hic sentus: Scribes aliquid mihi ad

spem, quod si diligenter feceris, poteris me de miseris eripere: nec enim spes sola alioquin boni eventus satis est ad extrahendum aliquem ex miseris. Quare nisi veterem scripturam contemneris, & nova mendo-

feris. Tu ² Antonii leones pertimescas, cave. Nihil est illo homine jucundius. Attende ³ *πρωτον πολιτικον*. Evocavit literis e municipiis ⁴ denos: & Quatuor-viri venerunt ad villam ejus mane. Primum dormit ad horam tertiam: deinde, cum esset nuntiatum, venisse Neapolitanos & Cumanos, (his enim est Cæsar iratus) postredie redire jussit: lavari se velle, & ⁵ *πρωτη κοιτηδι οτιον γινεσθαι*. Hoc heri effecit. Hodie autem in ⁶ Enariam transire constituit. Exulibus reditum pollicetur. Sed hæc omittamus; de nobis aliquid agamus. Ab Axio accipi literas. De Tirone gratum. Vectenum ⁷ diligo. Vestorio ⁸ reddidi. Servius pridie Nonas Maji Minturnis mansisse dicitur, hodie in Liternino mansurus apud C. Marcellum. Cras igitur nos mature videbit, mihiq; dabit argumentum ad te epistola. Jam enim non reperio quid tibi scribam. Illud admiror, quod Antonius ad me ne nuntium quidem, cum præsertim me valde observavit. Videlicet aliquid atrocius de me ⁹ imperatum est: coram negare mihi non vult: quod ego nec rogaturus eram, nec, si impetrassem, crediturus. Nos tamen aliquid excogitabimus. Tu, queso, si quid in Hispaniis: jam enim poterit audiri: & omnes ira expectant, ut si recte fuerit, nihil negotii futurum putent. Ego autem nec retentis his

forem putas, suspicandum est, in antecedentibus dictionibus vitium esse: quod tamen ubi sit, non perspicio. *Politicus*.

² *Antonii leones*] Antonius impense delectabatur leonibus, adeo ut post Pharsalicam Cæsaris victoriam, iugo primus subderet, ad currumq; & rhedam jungeret, ut referunt Plinius lib. VIII. cap. 16. Plutarchus in vita. Hoc autem Atticus putabat esse argumentum feræ & crudelis animi, & ideo illum pertimescebat. Quam timorem Cicero jubet cum ponere, signis quibusdam docens Antonium nihil præter voluptariam jucundamque vitam agere. *Papua*.

³ *πρωτον πολιτικον*] Factum sive dignum reipublicam administrante. *Elmencus*.

⁴ *Denos*] Hoc est: eorum senatum. Venetione soli consules loco senatus; quod sæpe fit sumptuum minuendorum, aliorumque incommodorum declinandorum causa, que si totus senatus consensu abesset, domo magistratus, facile possent oriri. *Grævius*, Pro

Denos, Manutius legendum existimat *Decuriones*.

⁵ *Iratus*] Quod hi præter cæteros benevolentiam in Pompejanis ostendissent, voris olim pro ægorantis salute factis. Epist. ult. lib. VIII. Tullcul. l. 35. *Man.*

⁶ *Enariam*] *In alio sitenda occupatum esse*.

⁷ *Enariam*] Insulam Campaniæ littoribus obiacentem. *Plin.* III. 6.

⁸ *Diligo*] Hoc est, Vectenus se suamque mihi operam probavit. *Manutius*.

⁹ *Reddidit*] Literas a te missas. *Manutius*, Nummos. *Grævius*.

¹⁰ *Imperatum*] *Miror*, inquit, nullum nuntium ad me mitti ab Antonio, qui me antea colebat. Sed jam mihi subolet hujus rei causa. Nimirum illi imperatum est a Cæsare, ne me dimittat, sed vi retineat. Mihi vero facultatem discendendi perituro non vult coram negare propter amicitiam, quam semper præ se tulit. *Grævius*.

his confectam rem puto; neque amissis desperatam. Silium, & Ocellam, & cæteros credo ¹¹ retardatos. Te quoque ¹² a Curtio impediri video. Etsi, ut opinor, habes ¹³ *κέλητα διοικον*.

¹¹ *Retardatos*] Cæsarianis custodiis, ne discedere possint ex Italia. *Manutius*.

¹² *A Curtio*] *Opino*, quia dehitam Attico pecuniam non solveret. Cogitabat autem Atticus in Epirum. *Manutius*.

¹³ *Κέλητα διοικον*] *Veredum impigrum*, quique occisimo cursu sese ferat, quales erant equi illi publici, quorum usus olim non patebat nisi ex diplomatibus. Qua de causa cum Cicero significaret Atticum diploma obtinuisse, quo ipsi liceret cursu publi-

co ex Italia exire, scribit cum habere *ἀδύνητα ἄνακτα*. Huac enim locum de diplomate intelligendum esse declarat hæc verba ex epistola penultima hujus libri, *De diplomate admirabilis*. *Bosius*. Sed est in optimis libris veteribus *ἀδύνητα*, quod ad veterum lectorem proxime accedit, *ἀδύνητα*, id est, ad verbum, *Bene cunctam animam*, quo Diploma satis aperte significatur. *Papua*.

CICERO ATTICO SAL.

XIV. **O**VIFAM miseram! majusque malum, tam diu timere, quam est illud ipsum, quod timetur! Servius, ut antea scripsi, cum venisset Nonis Maji, postredie ad me venit. Ne diutius te teneam, nullius consilii exitum invenimus. Nunquam vidi hominem perturbatiorem metu: neque hercule quidquam timebat, quod non esset timendum: illum sibi iratum, hunc non amicum; horribilem utriusque victoriam, cum propter alterius crudelitatem, alterius audaciam, tum propter utriusque difficultatem pecuniarum, qua erui nullquam, nisi ex privatorum bonis, posset. Atque hæc ita multis cum lacrymis loquebatur, ut ego mirarer eas tam diuturna miseria non exaruisse. Mihi quidem etiam lippitudo hæc, propter quam non ipse ad te scribo, sine ulla lacryma est, sed sæpius odiosa est, propter vigilias. Quamobrem quidquid habes ad consolandum collige, & illa scribe, non ex doctrina, neque ex libris: nam id quidem domi est; sed nescio quo modo imbecillior est medicina, quam morbus: hæc potius conquire, de Hispaniis, de Massilia: que quidem satis bella Servius affert: qui etiam de duabus legionibus luculentos

H h h 2

tos

¹ *Propter vigilias*] Nam sæpe tantum est mali, ut somnum diu prohibeat. Vel, quia somnum ego capere non possum, cum que

posturna in lippitaline maxime requiritur. *Corradus*.

tos auctores esse dicebar. Hæc igitur si habebis, & talia. Et quidem paucis diebus aliquid audiri necesse est. Sed redeo ad Servium. Distulimus omnino sermonem in posterum: sed tardus ad exeundum: multo se in suo lectulo malle, quidquid foret. Odiosus scrupulus de ² filii militia Brundisina. Unum illud firmissime asseverabat, si damnati restituerentur, in exilium se iturum. Nos autem ad hæc, & id ipsum certo fore, & quæ jam habebant, non esse leviora; multaque colligebamus. Verum ea non animum ejus augebant, sed timorem, ut jam celandus magis de nostro consilio, quam ⁴ ad idem videretur. Quare in hoc non multum est. Nos a te admoniri de Cælio cogitabimus.

² Malle] Supple, mori dicebar. Item.
³ Filii] Vide lib. IX. 18. X. 3.
⁴ Ad idem] Vocandus. Alii ad diem

recte ⁴ celandus fuit Servius quem ad diem videretur discitendum. Corradus.

CICERO ATTICO SAL.

XV. **S**ERVIUS cum esset apud me, Cephalio cum tuis literis VI Id. venit: quæ nobis magnam spem attulerunt meliorum rerum de octo cohortibus: etenim hæc quoque, quæ in his locis sunt, labare dicuntur. Eodem die Fumifulanus a te attulit literas, in quibus erat confirmatus idem illud. Ei de suo negotio respondi cumulate, cum omni tua gratia. Adhuc non satisfaciebat: debet autem mihi multos nummos, nec habetur locuples. Nunc ait se daturum: cui expensum tulerit, morari: ² tabellariis, si apud te esset, cum satisfacisset, dares. Quantum sit, Eros Philorimi tibi dicet. Sed ad majora redeamus. Quod optas ³ Cælianum illud, maturefcit. Itaque torqueor, utrum ventum expectem. Vexillo opus

¹ Cohortibus] Quæ videntur defectionem a Cæsare cogitare. Manutius.

² Tabellariis] Concise loquitur, paucis multa complexus, ut sæpe in his epistolis. Ait se nunc soluturum: sed qui sibi debeat, non solvere: scripsisse tamen ut tibi is solvar. Si solvitur, & jam illa pecunia penes te est, velim ut per tabellarios ad me illam cures. Cum satisfacisset scilicet tibi is, cui expen-

sum tulerat argentum, & qui nunc trahatur: si tibi numerasset pecuniam. Ad eum enim literas dederat Fumifulanus, ut Attico numeraret, quod tibi debeat. Hinc subiecit quantum sit, quod a Fumifulano debeatur, Eros Philorimi tibi dicit. Cicero.
³ Cælianum illud] Tale quid, quale fecit Cælius. Ep. 32. hujus libri. Corradus.

opus est: convolabunt. Quod suades ut ⁴ palam; prolius assentior: itaque me profecturum puto. Tuas tamen interim literas expecto. Servii consilio nihil expeditur. Omnes ⁵ captiones in omni sententia occurrunt. Unum C. Marcello cognovi timidiorum; quem Consulem fuisse ⁶ pœnitent. ⁷ Ω' πολλὸς ἀγροειδὸς qui etiam Antonium confirmasse dicitur, ut me impediret; quo ipse, credo, ⁸ honestius. Antonius autem VI Id. Capuam profectus est: ad me misit, & pudore deterritum ad me non venisse, quod me sibi succensere putaret. ⁹ Ibitur igitur, & ita quidem, ut censes; nisi cujus gravioris personæ suscipiendæ spes erit ante oblata. Sed vix erit tam cito. Allienus autem Prætor putabat ¹⁰ aliquid, si ego non, ex collegis suis. Quivis licet, dummodo aliquis. De sorore laudo. De Quinto puero datur opera: spero esse meliora. De Quinto fratre scito eum non mediocriter labore ¹¹ de usura: sed adhuc nihil a L. Egnatio expressit. Axius de XII millibus ¹² pudens: sæpe enim adscripsit, ut Gallio, quantum is vellet, darem. Quod si non scripsisset, possemne aliter? & quidem sæpe sum pollicitus: sed tantum voluit cito. ¹³ Me vero adjuvarent his in angustiis. Sed dii istos! Verum alias. Te a quartana liberatum gaudeo, itemque Piliam. Ego, dum panes, & cætera in navem parantur, excurro in Pompejanum. Vesteno velim gratias, quod studiosus sit. Si quemquam natus fueris, qui perferat, literas des ante quam discedimus.

GI-

⁴ Palam] Ut palam vel gemmam annuli cum Gyge Lydio ad palam convertam, & me non videndum reddam, hoc est, occulte discedam. De Gygis annulo, vide Cicero. III. de Off. 9. J. E. Geomiusius. Aliter ceteri omnes interpretantur. Palam adverbialiter positum voluit. Præcedit enim, Vexillo opus est. Quis autem signum tollat; nisi palam?

⁵ Captiones] Ubi quid deliberatum est Servio, statim aliquid, atque adeo multa contra occurrunt. Et, captiones, proprie dicitur, cum loqueretur de jurisdictione, nam a captivibus carere, jurisdictionis est. Manutius.

⁶ Pœnitent] Quia fuit in consulatu se in-

juriam Cæsari fecisse, ultionem timet. Idem.
⁷ Ω' πολλὸς ἀγροειδὸς] Abiectum, humilemque animum, propter timorem pœnitentia summa dignitatis, qua gloriari etiam deberet. Idem.

⁸ Honestius] Remanere videtur, si me socium habeat. Corradus.

⁹ Ibitur] Ad Pompejanum. Ut censes, palam. Nisi spes, de pace agendi. Manutius.

¹⁰ Aliquid] Hinc rei præfici oportere.

¹¹ De usura] Ut tibi solvatur. Ep. 6. Idem.

¹² Pudens] Qui præter eam pecuniam summam, quam Gallio credidit, dare jobeat eisdem XII. millia H-S Bosius.

¹³ Me vero] Scilicet cum ironia. Manutius.

CICERO ATTICO SAL.

XVI. **C**OMMODUM ad te dederam literas de pluribus rebus, cum ad me bene mane Dionysius fuit: cui quidem ego non modo placibilem me præbuissem, sed totum remissem, si advenisset qua mente tu ad me scripseras. Erat enim sic in tuis literis, quas Arpini acceperam, eum venturum, facturumque, quod ego vellem. Ego volebam autem, vel cupiebam potius esse eum nobiscum. Quod quia plane, cum in Formianum venisset, præciderat, alperius ad te de eo scribere solebam. At ille perpauca locutus, hanc summam habuit orationis; ut sibi ignoscerem; se rebus suis impeditum nobiscum ire non posse. Pauca respondi; magnum accepi dolorem: intellexi fortunam ab eo nostram despectam esse. Quid queris? fortasse miraberis: in maximis horum temporum doloribus hunc mihi scito esse. Velim ut tibi amicus sit. Hoc cum tibi opto, opto ut beatus sis. Erit enim tam diu. Consilium nostrum spero vacuum periculo fore. Nam & dissimulabimus, & ut opinor, acerrime adseruabimus, navigatio modo sit, qualem opto. Cætera, quæ quidem consilio provideri poterunt, cavebuntur. Tu, dum adsumus, non modo quæ scieris, audierisve, sed etiam quæ futura providebis, scribas velim. Cato, qui Siciliam tenere nullo negotio potuit, & si tenuisset, omnes boni ad eum se contulissent, Syracusis profectus est ante diem VIII Kal. Maj. ut ad me Curio scripsit. Utinam, quod ajunt, Cotta Sardiniam teneat. Est enim rumor. O, si id fuerit, turpem Catonem! Ego, ut minuerem suspicionem profectiois, aut cogitationis meæ, profectus sum in Pompejanum a. d. IV Id. ut ibi essem, dum, quæ ad navi-
vigandum opus essent, pararentur. Cum ad villam venissem, ventum est ad me: centuriones trium cohortium, quæ Pompejis

¹ *Beatus*] Beatum hic divinem, & fortunatum significat, ut sepe apud auctores Latinos. Ideo cum optabat Cicero ut is amicus esset Attico, simul id optabat, ut Atticus beatus esset. *Boisier.*
² *Dissimulabimus*] Leg. *dissimulavimus*.

Tacitum habuimus & occultum. Recte in sequentibus Malaspina, *adseruabimus*, ad omnia erimus intenti. Terent. *Heaut. III, j. 322. Arqui nunc, bene, hic tibi adseruabimus*. J. F. Gronov.

pejis sunt, me velle postridie. Hæc mecum Ninnius no-
ster: velle eos mihi se & oppidum tradere. At ego tibi post-
ridie a villa ante lucem, ut me omnino illi ne viderent.
Quid enim erat in tribus cohortibus? quid, si plures, quo
apparatu? Cogitavi eadem illa Cæliana quæ legi in epistola
tua; quam accepi, simul in Cumanum veni, eodem die: &
simul fieri poterat, ut tentaremur. Omnem igitur suspi-
cionem sustuli. Sed cum redeo, Hortensius venerat, & ad
Terentiam salutatum diverterat; sermone erat usus honorifico
erga me. Tamen eum, ut puto, videbo: misit enim puerum
se ad me venire. Hoc quidem melius, quam collega noster
Antonius: cujus inter lectores læstica mima portatur. Tu, quoniam
quartana cares, & non modo morbum removisti, sed
etiam gravedinem, te vegetum nobis in Græcia sitte; & literarum
aliquid interea.

³ *Velle*] Supple, *convenire*.

fer Casarianorum, centurionibus astute mis-

⁴ *Ut tentaremur*] Ut committentur hoc est. *Ut ad tentandum animum meum. Manutius.*

CICERO ATTICO SAL.

XVII. **P**RID. Idus Hortensius ad me venit scripta epistola.
¹ Vellem cætera ejus. Quam in me incredibilem
² *ἐκπληξίην*! qua quidem cogito uti. Deinde Serapionem episto-
la tua: quam prius quam aperuissem, dixi ei, te ad me
de eo scripsisse antea, ut feceras. Deinde, epistola lecta, cum-
mulatissime cætera: & hercule hominem probo. Nam &
doctum, & probum existimo. Quin etiam navi ejus me, &
ipso convectorum usurum puto. Crebro refricat lipitudo, non
illa quidem perodiosa, sed tamen quæ impediatur scriptio-
nem meam. Valerianum tuam jam confirmatum esse & a veterem
morbo, & a novis tentationibus gaudeo. Ocellam vellem
⁴ haberemus: videntur enim esse hæc paulo faciliora. Nunc
qui-

¹ *Vellem cætera ejus*] Similia essent his, voluntatem, liberalitatem.
quæ nunc facit, cum in cæteris male audiat,
ep. 4. hujus libri: vel essent firma, & non
infantia, ep. seq. *Corrad.*

³ *Cætera*] Ei sum pollicitus. *Man.*
⁴ *Haberemus*] Ut nobiscum posset discere. *Epist. 11. Idem.*

² *Εκπληξίην*] Propensionem, propensam

quidem ¹ equinoctium nos moratur, quod valde perturbatum erat. Id si ² *ἀγρὰς* erit, utinam idem maneat Hortensius: si quidem, ut adhuc erat, liberalius esse nihil potest. De diplomate admiraris quasi nescio cuius te flagitii infimularem. Negas enim te reperire, qui mihi id in mentem venerit. Ego autem, quia scripleras te proficisci cogitare, (etenim audieram, nemini aliter licere) eo te habere censebam, & quia pueris diploma sumpseras. Habes causam opinionis meae: & tamen velim scire quid cogites, in primisque si quid etiam nunc novi est. XVII. Kal. Jun.

¹ *Equinoctium*] Quod tum incidit in Majum propter turbatum anni rationem ante factorum emendationem a Julio Caesare institutum. Tum enim intercalandi licentia tem-

pora non conveniebat suis mensibus. Sueton. *Jul. Gracivus*.

² *Ἀγρὰς*] Non perturbatum.

CICERO ATTICO SAL.

XVIII. **T**ULLIA mea peperit XIV. Kal. Jun. puerum ¹ ἐπιμυωμένον. Quod ² *ἡσυχάζει*, gaudebam. Quod quidem est natum, perimbecillum est. Me mirifice ³ tranquillitates adhuc tenuerunt, atque majore impedimento fuerunt, quam custodiae, quibus asservor. Nam illa Hortensiana omnia fuere infantia. Ita fiet homo nequissimus. A Salvio liberto depravatus est. Itaque posthac non scribam ad te quid facturus sim, sed quid fecerim. Omnes enim ⁴ *Κορυθαῖοι* videntur subauscultare, quae loquor. Tu tamen si quid de Hispaniis, sive quid aliud, perge quaeso scribere; nec meas literas expectaris, nisi cum, quo opto, pervenerimus, aut si quid ex cursu. Sed hoc quoque timide scribo. Ita omnia tarda adhuc & spissa. Ut male posuimus initia, sic caetera sequuntur.

⁵ For-

¹ *Ἐπιμυωμένον*] Septimestrem.

² *ἡσυχάζει*] Salva peperit.

³ *Tranquillitates*] Cum contra nobis ventum sit opus. *Corradus*.

⁴ *Κορυθαῖοι*] *Corycae*. Fuerunt populi Pamphyliae, dicti a promontorio Coryco. Ad id cum appulissent piratae, ne ab ipsis male traherentur, in caeteras nationes na-

vium portusque se mutatis vestibus contulerunt, & quae ibi audierant, ad piratas retulerunt, ut nomina navigantium & quorsum navigare constitissent, scirent. His proventurium in eos ductum, qui subauscultant, quae dicuntur, ut ea ad alios deferant. Suidas in *ὑπομνήσε. Ερυσθίου*.

⁵ Formias nunc sequimur; ⁶ eadem nos fortasse furiae persequentur. Ex Balbi autem sermone, quem tecum habuit, non probamus de Melita. Dubitas igitur, quin nos in hostium numero habeat? Scripsi equidem Balbo, te ad me de ⁷ benevolentia scripsisse, & de suspitione. Egi gratias. De altero ei me purga. Ecquem tu hominem infeliciorem? Non loquor plura, ne te quoque excruciem. Ipse conficior, venisse tempus, cum jam nec fortiter, nec prudenter quidquam facere possim.

⁵ *Formias*] Nunc petimus; inde quamprimum navigaturi: quo fortasse Caesariani custodes & *Corycae* quasi furiae nos persequentur. Solvisti autem Ciceronem Formiis cum in Graciam ad Pompejum proficisceretur, indicat Caelius lib. VIII. *epist. ult.*

Poppo.

⁶ *Eadem*] Scilicet via. *Gracivus*. Sed *Vid. Man. eadem*. *Lamb. eadem*.

⁷ *Benevolentia*] Ipsi Balbi. *Suspitione*, me ad Pompejum navigaturum. *Man.*



EPISTOLARUM
AD ATTICUM
LIBER XI.

CICERO ATTICO SAL.

I. **A**CCEPI a te signatum libellum, quem Anteros attulerat; ex quo nihil scire potui de nostris domesticis rebus: de quibus acerbissime afflictor, quod, qui eas dispensavit, neque adest istic, neque ubi terrarum sit scio. Omnem autem spem habeo ¹ existimationis, privatarumque rerum in tua erga me mihi perfectissima benevolentia: quam si his temporibus miseris & extremis praetiteris, haec pericula, quae mihi communia sunt cum cæteris, fortius feram: idque ut facias, te obtestor, atque obsecro. Ego in ² Cistophoro in Asia habeo ad H-S bis & vicies. Hujus pecuniae permutatione fidem nostram facile tuebere: quoniam quidem ego nisi expeditam relinquere putassem, ³ credens ei, cui tu scis jam pridem minime credere, commoratus essem paulisper, nec domesticas res impeditas reliquissim: quod eamque causam serius ad te scribo, quod sero intellexi, quid timendum esset. Te etiam atque etiam oro, ut me totum tuendum suscipias; ut, si ii salvi erunt, quibuscum sum, una cum iis possim incolomis esse, salutemque meam benevolentiae tuae acceptam referre.

CICERO

¹ *Existimationis*] Ut iis satisfaciat, quibus debeo. Nam ob hanc causam de existimatione Cicero agitur. Cæsar initio lib. III. de bello civili, ad *libitorum sociendam existimationem*, dicit. *Man.*

² *Cistophoro*] Nominis generis Asiatici. Hanc pecuniam Cicero, ex administratione Cilicis

collectam, apud publicanos reliquit: deinde, quod ibi minus tuto fore videbatur, dimidiam fore partem exegit, & ad Egnatium argentarium transtulit. *Idem.*

³ *Credens ei*] Philorimo libero, cui rerum domesticarum administrationem commiserat, ad Pompejum profecturus. *Popma.*

CICERO ATTICO SAL.

II. **L**ITERAS tuas accepi pridie Nonas Febr. eoque ipso die ex testamento ¹ crevi hereditatem. Ex multis meis miserimis curis est una ² levata, si, ut scribis, ista hereditas fidem, & famam meam tueri potest; quam quidem te intelligo, etiam sine hereditate, tuis opibus defenditurum fuisse. ³ De dote quod scribis, per omnes deos te obtestor, ut totam rem suscipias, & illam miseram mea culpa & negligentia tueare meis opibus, si quæ sunt; tuis, quibus tibi molestum non erit, facultatibus: cui quidem deesse omnia, quod scribis, obsecro te, noli pati: in quos enim sumptus abeunt fructus ⁴ prædiorum? Jam ⁵ illa H-S LX. quæ scribis, nemo

¹ *Crevi*] In testamento hæres scriptus interdum rogabatur, jubebaturque hereditatem cernere intra certum dierum spatium, veluti *Titius hæres esto cernitoque in centum diebus proximis, quibus scieris poterisque*. Nec intererat utrum quis præterea an per epistolam crederet, dummodo solemniter ac legitime creationis verba proferret in hunc modum. *Quoniam hereditas hereditatem sustinetur, eam hereditatem ad te veniat, ut tradit Ulpianus in Institutis, & Isidorus lib. V. Etymol. Popma.*

² *Levata*] Vid. Man. Lamb. enarr.

³ *De dote*] Soluta matrimonio Craspedis & Tullie, cum Dolabella Tullia nupsisset, Cicero valde actus ab in dote illi percolenda. Non enim eam integram ipsi tempore nuptiarum numerarat, cum fortasse a Craspede nondum eam excollet, expectandaque dies esset legis præscripta ad id tempus repetenda, que aut pendere, aut numerari, aut mensuram constabat. Hujusmodi enim dos citius exigi non poterat quam ahenua, bima, trima die. Inaque totidem pensioibus, hoc est, tribus se eam Dolabella soluturam promiserat. Ac prima soluta, cum adforet dies secunde proximi Kal. Quintilibus, & interim Dolabella perditissimo negotatu rem omnem familiariter absumpsisset, incerto animo Cicero fluctuabat illinc reliquum dotis numerare, an id Tullie, facta discretio, conservare. Nam & Tullia cum vnum volebat, &c. discretio matrimonio, verberatur, ne incerto adhuc rerum exitu Do-

labellæ animum, qui gratia plurimum valebat apud Cæsarem, a se abalienaret; interrim ergo iam certo constitueret quid facturus esset, cupiebat Tulliam sustentari suis opibus, & facultatibus Attici. Hunc locum hædenu ab interpretibus male explicantur, in eam sententiam, in quam interpretati sanas, accipi debere, hoc est, de solutione dotis Tullie intelligendum esse, doclear ipse Cicero proximis duabus epistolis, quarum altera ita scribit, *De proposita aitera ero te, omni cura cogitanda, quid faciatum sit, ut scripti sit litteris, quas Pollex tulit. Altera hoc modo, Quod ad Kalendarum Quintilibis accinet, quid vellem? utrumque generi est. Et tunc prout tempore periculum tanta pecunie, &c. dubia rerum exitu, ista, quæ scribis, accipio.* *Bohus.*

⁴ *Prediorum*] Quærit Cicero, cui rei impendantur fructus sarrum domus & agrorum, quos elevarat certa mercede colonis, ex quibus, si filia eius egat, possit sublevari, cum iis ipse non utatur. *Grævius.*

⁵ *Illæ*] Terentia ex prima dotis Tullie pensione H-S LX. numerarat, quæ Dolabella sibi solvi cum secunda pensione postulabat. Eam vero primæ pensionis immunitatem Cicero agere crederet. Idem infra epistolam, inquit, tam parvum de parva re detrahere, & perspicere quid in maxima re fecerit. *Bohus.*

nemo mihi unquam dixit ex dote esse detracta: nunquam enim essem passus. Sed hæc minima est ex iis injuriis, quas accepi; de quibus ad te dolore & lacrymis scribere prohibeor. Ex ea pecunia, quæ fuit in Asia, partem dimidiã fere exegi. Tutius videbatur fore ibi, ubi est, quam apud publicanos. Quod me hortaris ut firmo sim animo, vellem posses aliquid afferre, quamobrem id facere possem: sed, si ad cæteras miseras accessit etiam id, quod mihi Chryseus dixit parari, (tu nihil significasti) de domo, quis me miserior uno jam fuit? Oro, obsecro, ignosce: non possum plura scribere. Quanto moerore urgear, profecto vides: quod si mihi commune cum cæteris esset, qui videntur in eadem causa esse, minor mea culpa videretur, & eo tolerabilior esset. Nunc nihil est, quod consoletur; nisi quid tu efficias, si modo etiam nunc effici potest, ut ne qua singulari afficiar calamitate, & injuria. Tardius ad te remisit tabellarium, quod potestas mittendi non fuit. A 7 tuis & nummorum accepi H.S. LXX. & vestimentorum quod opus fuit. Quibus tibi videbitur, velim des literas meo nomine. Nosti meos familiares. Signum requirent, aut manum: dices iis, me propter 8 custodias ea vitasse.

6 De domo] Id parari dixerat Chryseus, ut domo sua Cicero, quam habebat in Palatio, privaretur, propterea quod esset cum Pompejo. Manutius.

7 Tuis] Qui res tuas in Epiro curant.

Nam ea transferat, ad Pompejum in Græciam proficiscens. Idem.

8 Custodias] Eos, qui in exercitu observare solent, ne literæ, aut nummi Imperatoris injussu quoquam mittantur. Idem.

CICERO ATTICO SAL.

III. QUID hic agatur, scire poteris ex eo, qui literas attulit: quem diutius tenui, quia quotidie aliquid novi expectabamus: neque nunc mittendi tamen ulla causa fuit, præter eam, de qua tibi rescribi voluisti: 2 quod ad Kal.

Quint.

1 Quod ad Kal.] Quod pertinet ad secundam pensionem dotis Tullie quæ Kal. Quintilib. numeranda est Dolabella, hoc magnam utraque ex parte habet difficultatem. Nam si solvo, periculum est amittendæ tantæ pecuniæ, quam Dolabella forte absumeret: si

retineo, & auctor sum Tullie divortii faciendi, verendum ne Dolabella qui gratia plurimum valet apud Cæsarem, idâ contumelia læsissus, odium Cæsaris in me concitet. Pappus.

Quint. pertinet, quid vellem. Utrumque grave est, & tam gravi tempore, periculum tantæ pecuniæ, & dubio rerum exitu, ista quam scribis 2 abruptio. Quare ut alia, sic hoc vel maxime tuæ fidei benevolentiaque permitto, & 3 illius consilio & voluntati: cui miseræ consuluissem melius, si tecum olim coram potius, quam per literas, de salute nostra, fortunisque deliberavissem. Quod negas præcipuum mihi ullum incommodum impendere, etsi ista res 4 nihil habet consolationis, tamen etiam præcipua multa sunt, quæ tu profecto vides, ut sunt, & gravissima esse, & me facillime vitare potuisse: ea tamen erunt minora, si, ut adhuc factum est, administratione diligentiaque tua levabuntur. Pecunia apud Egnatium est. 5 Sit a me, ut est: neque enim hoc quod agitur, videtur diuturnum esse posse; ut scire jam possim, quid maxime opus sit: etsi ego rebus omnibus; quod 6 is quoque in angustiis est, qui-cum sumus; cui magnam dedimus pecuniam mutuam, opinantes, nobis, constitutis rebus, eam rem etiam honori fore. Tu, ut antea fecisti, velim, si qui erunt, ad quos aliquid scribendum a me existimes, ipse conficias. Tuis salutem dic. Cura, ut valeas. In primis id, quod scribis, omnibus rebus cura & provide, ne quid 7 ei desit, de qua scis me miserimum esse. Idibus Jun. ex castris.

2 Abruptio] Subitum divortium. Idem.

3 Illius] Tullie.

4 Nihil] Legendum, libris omnibus invitis, etsi ista res uno nihil habet consolationis. Nam recepta, quamvis eadem sit antiqua, ferri tamen non potest. Lambinus. Præve-

rant Corrad. & Malasp.

5 Sit] Relinquatur meo nomine, & quasi meo periculo, ut ep. 7. lib. IV. Cor.

6 Is quoque] Pompejus. Idem.

7 Ei] Tullie. Idem.

CICERO ATTICO SAL.

IV. ACCEPI ab Isidoro literas, & postea datas binas. Ex proximis cognovi 1 prædia non venisse. Videbis ergo ut sustentetur per te. 2 De Frufinati, si modo futuri sumus,

1 Prædia non] Ut volebam, quo Tullie nihil desset. Ep. 2. hujus lib. Cor.

2 De Frufinatis] Fundum Frufinatem Cicero venderat, hac lege, ut redimere possent. De ea redemptione, quaesierat Atticus, quid cogitaret, utrum eam aliquando fieri vel-

mus, erit mihi res opportuna. Meas literas quod requiris, impedior inopia rerum, quas nullas habeo literis dignas; quippe cui nec quæ accidunt, nec, quæ aguntur, ullo modo probentur. Utinam coram tecum olim potius, quam per epistolas. Hic tua, ut possum, ² tueor apud hos. Cætera ⁴ Celer. Ipse fugi adhuc omne munus, eo magis, quod ita nihil poterat agi, ut mihi & meis rebus aptum esset. Quid sit gestum novi, quæris: ex Isidoro scire poteris: reliqua ⁵ non videntur esse difficiliora. Tu id velim, quod scis me maxime velle, cures, ut scribis, ut facis. Me conficit sollicitudo, ex qua etiam summa infirmitas corporis: qua levata, ero una cum eo qui negotium gerit, estque in spe magna. Brutus amicus in causa versatur acriter. Hactenus fuit, quod caute a me scribi posset. Vale. De pensione altera, oro te, omni cura considera quid faciendum sit, ut scripsi iis literis, quas Pollex tulit.

veller, an profus abjecisset. Respondet, redemptorem se probare, quoniam ille fundus sibi futurus esset opperturus. Redemptio tamen hoc tempore facta non est, ut patet ex epistola 14. *Manutius.*

³ *Tueor.*] Hic, in Epiro, ubi tum erant castra Pompeii, laboro, ne qui militum aut ducum vexer aut diripiat res hominesque tuos. *J. P. Gron.*

⁴ *Celer.*] De quo, lib. X. ep. 1. XII. 7.

Legerat Pantagathus, *Celer ipse. Fugit, &c.* Muretus vero, *ceterum ipse Fugit*, omisso *Cæleri* nomine.

⁵ *Non videntur.*] Cur autem hoc? quia scilicet factum erat prælium illud ad Dyrhachium, quo Pompeii fortuna superior fuit. Quo ex prælio tantum fiducia ac spiritus Pompejanis accessit, ut non de ratione belli cogitarent, sed *vixisse iam sibi viderentur.* Cæsar, de bello civili, libro III. *Manutius.*

CICERO ATTICO SAL.

V. QUÆ me causæ moverint, quam acerbæ, quam graves, quam novæ, coegerintque impetu magis quodam animi uti, quam cogitatione, non possum ad te sine maximo dolore scribere. Fuerunt quidem tanta, ¹ ut id, quod vides, effecerint. Itaque nec quid ad te scribam de meis rebus, nec quid a te petam, reperio. Rem & summam negotii vides. Equidem ex tuis literis intellexi, & iis, quas communiter cum aliis scripsisti, & iis, quas tuo nomine,

¹ *Ut id quod vides.*] Ut ab armis discederem, *Carraius.* Hanc scripsit Brundisii, *Manutius.* post Pompejum acie Pharsalica possgatum.

quod etiam mea sponte videbam, ² te subdebilitatum novas rationes ³ tuendi mei quærere. Quod scribis placere, ut propius accedam, interque per oppida noctu faciam, non sane video, quemadmodum id fieri possit. Neque enim ita apta habeo diverforia, ut tota tempora diurna in his possum consumere; neque ad id, quod quæris, multum interest, utrum me homines in oppido videant, an in via. Sed tamen hoc ipsum, sicut alia considerabo, quemadmodum commodissime fieri posse videatur. Ego propter incredibilem & animi & corporis molestiam conficere plures literas non potui: iis tantum rescripti, a quibus acceperam. Tu velim & Basilo, & quibus præterea videbitur, etiam Servilio conscribas, ut tibi videbitur, meo nomine. Quod tanto intervallo nihil omnino ad vos; profecto intelligis rem mihi deesse, de qua scribam, non voluntatem. Quod ⁴ de Vatino quæris: neque illius, neque cuiusquam mihi præterea officium deesset, si reperire possent, qua in re me javarent. Quintus ⁵ averissimum a me animo Patris fuit. ⁶ Eodem Coreyra filius venit. Inde ⁷ profectos eos una cum cæteris arbitror.

² *Te subdebilitatum.*] Lamb. *te subita re quasi debilitatum.* Ex ingenio.

³ *Tuendi mei.*] Excusandi, & purgandi apud Cæsaris amicos, a quibus Ciceroni timendum erat: ut ipse qui in eorum potestate esset. *Manutius.*

⁴ *De Vatino.*] Atticus scire volebat quo animo Vatini erga illum esset, injurians an beneficii memor. Plurimum enim poterat Cæsare victore Vatinius, & erat designatus Cos. cum Q. Fufo Caleno. *Papua.*

⁵ *Averissimum.*] Quoniam in sequentibus epistolis de Quirto maledictis in Marcum fratrem legetur, ejus rei causam non ab re est hoc loco pluribus explicare. Cum Cneus Pompejus Brundisio profectus, in Græciam navigasset, ut classe, quanta maxima fieri posset, comparata, Italiæ commectus intruderet, & Cæsarem fame affligeret: incertum M. Cicero quid ageret, in Italia reside-

ret, an Pompejum sequeretur, sudentibus nonnullis, & maxime Quirto fratre, ut ad Pompejum iret, paruit, & profectus est, ut ostendit epistola hujus libri 9. cum dicit: *Cassius, vel potius parvi.* Ex quibus visus, *quo mente fuerit, et, quomodo tu mihi commo-* *dat, cognoscat ex ipsius literis, quas ad te &* *& alios misit.* Loquitur enim de Quirto fratre. Profligato deinde Pompejo, cum in Italiam M. Cicero redisset, veritus est Quirto, ne frater, quo facilius a Cæsare ventam impetraret, suæ ad Pompejum profectiois causam in ipsum conferret. Itaque turpi & scelerato mendacio confinxit, sibi Marcum fratrem auctorem fuisse, ut ad Pompejum proficeretur, & ubique fuis, maledicta in fratrem conferre non desisteret. *Man.*

⁶ *Eodem.*] Patras: ut sit potius, ad eundem locum, quam, eodem animo. *Idem.*

⁷ *Profectus.*] Ad Cæsarem. *Idem.*

®

CICERO ATTICO SAL.

VI. **S**OLLICITUM esse te cum tuis communibusque fortunis, tum maxime de me, ac de dolore meo, sentio: qui quidem dolor meus non modo non minuitur, cum locum sibi adiungit dolorem tuum, sed etiam augetur. Omnino pro tua prudentia sentis, qua consolatione levari maxime possum. Probas enim meum consilium, negasque mihi quidquam tali tempore potius faciendum fuisse. Addis etiam (quod etsi mihi levius est, quam tuum iudicium, tamen non est leve) ceteris quoque, id est, qui pondus habeant, factum nostrum probari. Id si ita putarem, levius dolerem. Crede, inquis, mihi. Credo equidem: sed scio, quam cupias mihi dolorem meum. Me discessisse ab armis nunquam poenituit: tanta erat in illis crudelitas, tanta cum barbaris gentibus conjunctio, ut non nominatim, sed generatim proscriptio esset informata; ut jam omnium iudicio constitutum esset, omnium vestrum bona prædam esse illius victoriae; vestrum, plane dico; nunquam enim de te ipso nisi crudelissime cogitatum est. Quare voluntatis me meæ nunquam poenitebit: consilium poenitet. In oppido aliquo malleme resedisse, quoad arcesserem. Minus sermonis subiissem: minus accepissem doloris: ipsum hoc me non angeret. Brundisii jacere in omnes partes est molestum. Propius accedere, ut suades, quo modo sine lictoribus, quos populus dedit, possum? qui mihi incolomi adimi non possunt. Quos ego modo paulisper cum bacillis in turbam conieci ad oppidum accedens, ne quis impetum militum fieret. Reliquo tempore me domo. Te nunc

¹ Oppido aliquo] Vel Achajæ, vel alicujus provincie, quæ esset a bello vacua: donec arcesseret a Cæsare in Italiam: quod & tutius, & magis honorificum fuisset. Masur.

² Cum faciliter] Id est, iusti sine securibus (quas habebant magistratus extra urbem) tantum cum sacibus, non ire ordine, ut lictores solent ante magistratus, sed confulse incedere, quasi essent et turba occurrentium

consecrantiumque, ne milites Cæsariani, qui in præsidio oppidi sunt, in eos & me impetum facerent, utpote non agnoscentes imperium cuiusquam Pompejani. J. F. Gronov.

³ Reliquo] Vulgo, Recipio tempore me domo. Quod esse corruptissimum omnes clamant: alii aliter emendare conati sunt. Placuit conjectura Gronoviana, ex qua sensus elicitur commodus. Reliquo tempore, ex quo

ad Balbum & Oppium: iis placeret modo propius accedere, ut hac de re considerarem: credo fore auctores: sic enim recipiunt, Cæsari non modo de conservanda, sed etiam de augenda mea dignitate curæ fore: meque hortantur, ut magno animo sim; ut omnia summa sperem: ea spondent, confirmant, quæ quidem mihi exploratiora essent, si remansissem. Sed ingero præterita. Vide; quæso, igitur ea, quæ restant, & explora cum istis; & si putabis opus esse, & si istis placebit, quo magis factum nostrum Cæsar probet, quasi de suorum sententia factum. Adhibeantur Trebonius, Panfa, si qui alii; scribantque ad Cæsarem, me, quidquid fecerim, de sua sententia fecisse. Tullia mea morbus, & imbecillitas corporis me exanimat: quam tibi intelligo magnæ curæ esse; quod est mihi gratissimum. De Pompeji exitu mihi dubium nunquam fuit. Tanta enim desperatio rerum ejus, omnium regum & populorum animos occuparat, ut, quocumque venisset, hoc putarem futurum. Non possum ejus casum non dolere: hominem enim integrum, & castum, & gravem cognovi. De Fannio consolet te? perniciose loquebatur de mansione tua. L. vero Lentulus Hortensii domum sibi, & Cæsaribus hortos, & Bajas desponderat. Omnino hæc eodem modo ex hac parte fiunt; nisi quod illud erat infinitum: omnes enim, qui in Italia manserant, hostium numero habebantur. Sed velim hæc aliquando solutiore animo. Quintum fratrem audio profectum in Asiam, ut deprecaretur. De filio nihil audivi. Sed quæ

Tom. VIII.

K k k

re

quo Brundisium accessi, contineo me domo abditum. Paulo post legitur, recipiunt: quod erroris ansas, ni fallor, scriptori librario dedit. Olivar.

⁴ Te nunc ad Balbum & Oppium] Supple, confer. Balbum omittunt Voss. & Man.

⁵ Inter placere] Subintelligendum, & Propter. Illa voluit, poteris; &c. Id est, ab his si posset impetrare, cuperem hinc movere, & propius accedere, nosque duos alicubi congrederi, ut deliberaremus una, quid mihi faciendum sit. J. F. Gronov.

⁶ De Pompeji exitu] De Pompeji morte in Ægypto quod nuntiatum est, statim credidit. Adco omnes & Reges & populi fortunæ ejus diffidere coeperant, ut quocumque se

contulisset, credibile foret, idem eventurum fuisse, nempe ut in gratiam Cæsaris victoribus occideretur. Exemplum est etiam in Rhodiis. Fam. XII. 14. Idem.

⁷ Cæsaribus hortos] L. Julii Cæsaris, qui cum Cajo Diestatore communem proavam habuerat, avunculus autem erat M. Antonii, a quo tamen proficitus est. Plac. IV. 6. pater autem ejus L. Cæsaris, qui ocellus est post Africanam victoriam. Suet. Jul. 75. Idem.

⁸ Deprecaretur] Pro se & filio Cæsarem contra Pharnacem ex Ægypto venturum. Vide epist. seq. & Hirtium, de Bello Alexandr. Corradus.

re ex Dioclare, Caesaris liberto, quem ego non vidi, qui istas Alexandrinas literas attulit. Is dicitur vidisse, an euntem, an jam in Asia? Tuas literas, prout res postulat, expecto: quas velim cures quamprimum ad me perferendas. IV. Kal. Decembris.

CICERO ATTICO SAL.

VII. **G**RATE tuæ mihi literæ sunt, quibus accurate perscripsisti omnia, quæ ad me pertinere arbitratus es. Factum igitur, ut scribis, istis placere, iisdem istis licitoribus me uti; quod concessum Sextio sit: cui non puto¹ suos esse concessos, sed ab ipso datos. Audio enim eum ea senatus-consulta improbare, quæ post discessum Tribunorum facta sunt. Quare poterit, si volet sibi consistere, si nostros licitores comprobare. Quanquam quid ego de licitoribus, qui pene ex Italia decedere sim iustus? nam ad me misit Antonius exemplum Caesaris ad se literarum, in quibus erat, se audisse, Catonem, & L. Metellum in Italiam venisse, Romæ ut essent palam: id sibi non placere; ne qui motus ex eo fierent; prohiberique omnes Italia, nisi quorum ipse causam

¹ *Suos*] Consulibus L. Lentulo, & C. Marcello, cum Q. Cassius, & M. Antonius tribuni plebis S. C. contra Caesaris dignitatem fieri prohiberent; factum est per Caesaris iniuriam, ut intercedendi potestate privati, de sua salute cogitare die septimo cogentur, itaque ad Caesarem, qui Ravennæ erat, profugerunt. Postea Senatus-consulta que Pompejus vult, & ut vult, multa sunt iustis: non enim recte Senatus-consultum fieri potest, cum tribuni plebis intercedendi potestas erepta est. Sed Pompejus tamen in Senatus-consultis defectus habuit, pecunias exegit, & provincias cum imperio tribuit ut Scipioni, Domitio, Fannio, Sextio. Caesar autem, decessu Pompeio, ea senatus-consulta improbat, que post fugam tribunorum facta erant, quod, si tribunia potestate subacta, nihil legis, nihil more maiorum, nihil iure actum videretur. Quod cum ita esset, senovebatur, ut & provincias & licitores amitterent: si, qui hæc a senatu post fugam

tribunorum habuissent. Quod si qui ex his erant, quibus Cæsar licitores relinquere, & institutum tamen illud suum de senatus-consultis improbandis retinere vellet: hæc utebatur via: licitores, quos, si senatu habuerant, adimebat, alios deinde ipse dabat. Ita fecerat, ut & illi licitoribus uteretur; & ea, que senatus post fugam tribunorum decreverat, ne valeret. Itaque dicit Cicero, *Cui non puto suos esse concessos, sed ab ipso datos: audio enim eum ea S. C. improbare, que hæc. Sextius enim erat ex illis qui licitores, id est imperium illis Senatus-consultis habuerat. Et dicit, Suos quos habuerat antea: ab ipso datur, a Cæsare. Supra autem, Istam istis, id est, his quos nunc habeo. Non enim ex his erat Cicero, qui licitores habuerant post fugam tribunorum: sed eos ante illud tempus habuerat, cum Ciliciam provinciam non a senatu sortitus, sed etiam a populo accepit. Manutius.*

Iam cognovisset: deque eo vehementius erat scriptum. Itaque Antonius petebat a me per literas, ut sibi ignoscerem: facere se non posse, quin iis literis pareret. Tum ad eum misi L. Lamiam, qui demonstraret, illum Dolabellæ dixisse, ut ad me scriberet, ut in Italiam quamprimum venirem: ejus me literis venisse. Tum ille edixit ita, ut me exciperet, & Lælium nominatim. Quod sane nollem: poterat enim, sine nomine, re ipsa excipi. O multas & graves offensiones! quas quidem tu das operam ut lenias; nec tamen nihil proficis: quin hoc ipso minus dolorem meum, quod, ut minus, tam valde laboras: idque velim ne gravere quam sepiissime facere. Maxime autem assequere quod vis, si me adduxeris, ut existimem, me bonorum iudicium non funditus perdidisse. Quanquam quid tu in eo potes? nihil scilicet. Sed, si quid res dabit tibi facultatis, id me maxime consolari poterit, quod nunc quidem video non esse: sed si quid ex eventis; ut hoc nunc accidit. Dicebar debuisse cum Pompejo proficisci: exitus illius minuit ejus officii prætermissem reprehensionem; sed ex omnibus nihil magis tamen desideratur, quam quod in Africam non ierim. Iudicio hoc sum usus, non esse barbaris auxiliis fallacissimæ gentis Rempublicam defendendam, præsertim contra exercitum sæpe victorem. Non probant fortasse: multos enim viros bonos in Africam venisse audio, & scio fuisse antea. Valde loco urgeor; hic quoque opus est casu: aliqui sint ex eis, aut, si potest, omnes, qui salutem anteponant. Nam si perseverant & obrint; quid nobis futurum

K k k 2

² *Lælium*] D. Lælium Pompejanum, qui navius Asiaticis præferat. Cæsar lib. III. de bello civili, & Cic. epist. 14. hujus libri. *Corradus.*

³ *Re ipsa excipi*] Quo modo poterat sine nomine re ipsa fieri Cicero's exceptio? si sic videlicet Antonius existisset: Ex omnibus Pompejanis ut cui liceat esse in Italia, nisi quibus Cæsar scripserit. Quo edicto Cicero non nominatus, re ipsa tamen exceptus esset: siquidem Dolabellæ literis, Cæsaribus iustis concessis, in Italiam venerat. *Manutius.*

⁴ *Ut hoc nunc accidit*] Hoc scilicet, quod sequitur: in quo ex eventis defenditur. Nam

exiit Pompeji periculis, minus reprehendit, quod cum eo post Pharsaliam pugnam fugiente profectus non sit. In quo sapiens fuisse nunc videtur: quasi de illo, quomodo venisset, id, quod accidit, forte conjecturavit. Hæc vero nondum cognita, dicebat debuisse cum eo proficisci. *Idem.*

⁵ *Urgeor*] Id est, vix habeo quod ad hoc respondeam: nisi fortuna comparabit aliquem, qui malint salutem a Cæsare accipere, quam bello cum eo periclitari: aut etiam, quantum animos huc inclinabit. Hoc est, si facient & illi, ego videbo plus vidisse, qui citius fecit. *J. F. Gronov.*

fit vides. Dices, quid illis, si victi erunt? honestior est plaga. Hæc me excruciant. Sulpicii autem consilium non scripsisti cur meo non antepones: quod etsi non tam gloriosum est quam Catonis, tamen & periculo vacuum est, & dolore.⁶ Extremum est eorum, qui in Achaja sunt. Si tamen ipsi se hoc melius habent, quam nos, quod & multi sunt uno in loco; & cum in Italiam venerint, domum statim venerint. Hæc tu perge, ut facis, mitigare, & probare quam plurimis. Quod te exculas: ego vero &⁷ tuas causas nosco; & mea interesse puto te istuc esse,⁸ vel ut cum iis, quibus oportebit, agas, quæ erunt agenda de nobis, ut ea quæ egisti; in primitivè hoc velim animadvertas. Multos esse arbitror, qui ad Cæsarem detulerint, delaturive sint, me aut penitere consilii mei, aut non probare, quæ fiant: quorum etsi utramque verum est; tamen ab illis dicitur animo a me alienato; non quo ita perspexerint. Sed totum ut hoc Balbus sustineat, & Oppius, & eorum crebris literis illius voluntas erga me confirmetur, & hoc plane ut fiat, diligentiam adhibebis. Alterum est, cur te nolim discedere; quod scribis te⁹ flagitari. O rem miseram! quid scribam? aut quid velim? Breve faciam; lacrymæ enim se subito profuderunt: tibi permitto: tu consule. Tantum vide, ne hoc temporis tibi obesse aliquid possit. Ignosce, obsecro te: non possum præ steru & dolore diutius in hoc loco commorari. Tantum dicam, nihil mihi gratius esse, quam quod eam diligis. Quod literas, quibus putas opus esse, curas dandas, facis commode. Quintam filium vidi qui Sami vidisset, patrem Sicyone: quorum deprecatio est facilis. Utinam illi, qui prius illum¹⁰ viderunt,

⁶ Extremum est] Commemorat, quæ contra se faciunt, & quæ obijci a bonis viris possent. Primum, inquit, reprehendi possum, quod in Africam non iterum: deinde, non idem fecerim, quod Sulpicius, qui se dem tutam & a bello vacuum elegit: postremo, quod non in Achaja remanserim. Hoc extremum est: sed hoc tamen facere melius fuit, quam in Italiam venire. Manutius.

⁷ Tuas causas nosco] Hoc est, tuam exculationem accipio. Grævius.

⁸ Vel ut cum iis] Hic particula, Vel non,

iteratur, sed refertur ad illud, quod infra dicitur, *Asterion est, cur te nolim discedere.* Nam hæc causæ erant, quæ Ciceronis interesse Africum Romæ esse, vel ut cum Cæsariis ageret, quæ agenda erant, vel ipso absente, ne Terentia (Tullia) egeret, quam Atticus scripserat in sumptum flagitare. Manutius.

⁹ Flagitari] Scilicet a Tullio.

¹⁰ Viderunt] Viderunt, malim legere: nondum enim Cæsarem viderant. Cæcilius. Malim ego: *videbam.* Nam hoc potentialis hic ponatur, causa nulla est. Grævius.

me apud eum velint adjutum tantum, quantum ego illos vellem, si quid possem. Quod rogas, ut in bonam partem accipiam, si qua sint in tuis literis, quæ me mordeant: ego vero in optimam; teque rogo ut aperte, quemadmodum facis, scribas ad me omnia, idque facias quam sæpissime. Vale. xiv. Kalend. Januar.

CICERO ATTICO SAL.

VIII. QUANTIS curis afficiat etsi profecto vides, tamen cognosces ex Leptra & Trebatio: Maximas pœnas pendo temeritatis meæ; quam tu prudentiam mihi videri vis: neque te deterreo, quo minus id disputes, scribasque ad me quam sæpissime. Nonnihil enim me levant tuæ literæ hoc tempore. Per eos, qui nostra causa volunt, valentque¹ apud illum, diligentissime contendas opus est, per Balbum & Oppium maxime, ut de me scribant quam diligentissime. Oppugnatur enim, ut audio, & a præsentibus quibusdam, & per literas: iis ita occurrendum, ut rei magnitudo postulat.² Furnius est illic, mihi inimicissimus. Quintus misit filium non solum sui deprecatorem, sed etiam accusatorem mei. Distat se a me apud Cæsarem oppugnari: quod resellit Cæsar ipse, omnesque ejus amici: neque vero desistit, ubicunque est, omnia in me maledicta conferre. Nihil mihi unquam tam incredibile accidit, nihil in his malis tam acerbum. Qui ex ipso audissent, cum Sicyone palam multis audientibus loqueretur, nefaria quædam ad me pertulerunt.³ Nosti genus; etiam expertus es fortasse: in me id est omne conversum. Sed ageo commemorando dolorem, & facio etiam tibi. Quare ad illud redeo; cura, ut hujus rei causa, dedita opera, mittat aliquem Balbus. Ad quos videbitur velim cures literas meo nomine. Vale. vi. Kal. Jan.

CICERO

¹ Apud illum] Apud Cæsarem.

² Furnius] Malim, Fufius: ut de Calpurnio intelligatur. Nam Furnius & ante civile

bellum, & post amicitissimus. Manutius.

³ Nosti genus] Nosti quam maledicus, quam iracundus sit, non ignovis, quantum in eo soleat esse acerbis & iracundis viris.

CICERO ATTICO SAL.

IX. **E**GO vero & incaute, ut scribis, & celerius, quam oportuit¹ feci; nec in ulla sum spe, quippe qui² exceptionibus edictorum retinear: quæ si non essent sedulitate effecta, & benevolentia tua, liceret mihi abire in solitudines aliquas. Nunc ne id quidem³ licet. Quid autem me iuvat, quod ante initum tribunatum veni, si ipsum quod veni, nihil iuvat? jam quid sperem ab eo, qui mihi amicus nunquam fuit: cum jam⁴ lege etiam sim confectus & oppressus? Quotidie jam Balbi ad me literæ languidiores; multaque multorum ad illum, fortasse contra me. Meo vitio pereo: nihil mihi mali casus attulit: omnia culpa contracta sunt. Ego enim, cum genus belli viderem, imparata & infirma omnia contra paratissimos,⁵ quieveram: quid facerem? ceperamque consilium non tam forte, quam mihi præter cæteros concedendum. Cessi meis, vel potius parui; ex quibus unus qua mente fuerit, is quem tu mihi commendas, cognosces ex ipsius literis, quas ad te & ad alios misit: quas ego nunquam aperuissem, nisi res acta sic esset: delatus est ad me fasciculus: solvi, si quid ad me esset literarum: nihil erat: epistola Vatinius & Ligurius altera: iussi ad eos referri: illi ad me statim ardentibus dolore venerunt, scelus hominis clamantes: epistolas mihi legerunt plenas omnium in me probrorum. Hic Ligurius furere: se enim scire,⁶ summo illum in odio fuisse Casari: illum tamen non modo favisse, sed & tantam illi pecuniam dedisse honoris mei causa. Hoc ego dolore accepto, volui scire quid scripsisset ad cæteros. Ipsi enim illi putavi perniciosum fore, si

¹ Feci] Veni in Italiam. *Corradus.*

² Exceptionibus] Quibus M. Antonius me, & Laelium, nominatim excepit. *Itam.*

³ Licet] Ne se repudiari totum Casar existimet. Ep. 2. lib. IX. *Idem.*

⁴ Lege] Fortasse a tribuno plebis Dolabella perlatæ, in qua scriptum esset idem quod in Antonii edicto. *Mann.*

⁵ Quieveram] Ita Lamb. & Bosius: cum

antea legeretur, *severam*. Sed mavult *Grævius*, *severam*. a *secco*. *Sciortano*, inquit, est decreveram, constitueram a bello scilicet abstinere. Alii vero *severam*, a *sum*, non impelleram.

⁶ Summo] Id est, Casari in Quinto, cum hic illius in Gallia legatus esset, plurimum displicuisse. *J. F. Gronov.*

ejus hoc tantum scelus percerebruisse. Cognovi ejusdem generis: ad te misi: quas si putabis illi ipsi utile esse reddi, redde; nil me lædet. Nam quod resignata sunt; habet; opinor, ejus signum Pomponia. Hac ille acerbitate initio navigationis cum usus esset, tanto me dolore affecit, ut postea jacuerim: neque nunc tam pro se, quam contra me laborare dicitur. Ita omnibus rebus urgeor; quas sustinere vix possum, vel plane nullo modo possum: quibus in miseris una est pro omnibus, quod⁷ istam miseram patrimonio, fortuna omni spoliata relinquam. Quare te, ut polliceris, videre plane velim. Alium enim, cui illam commendem, habeo neminem; quoniam matri quoque eadem intellexi esse parata, quæ mihi. Sed, si me non offendes, satis tamen habito commendatam, patrumque in ea, quantum poteris, mitigato. Hæc ad te die natali meo scripsi: quo utinam susceptus non essem, aut ne quid ex eadem matre postea natum esset. Plura scribere fletu prohibeor.

⁷ *Istam miseram patrimonio*] Balliol. *Istam miseram per te patrimonio*. Helm. *Istam miseram partem patrimonio*. Latet aliquid. Ciceronem scripsisse censeo: quod *istam miseram partem*, patrimonio, fortuna omni spoliata relinquam. Primo raro duo sola verba sine copula a Cicerone junguntur ut hic in vulgatis *patrimonio*, fortuna omni, sed ad minimum *ita*. Deinde ex *per te* leviter transpositione literarum & unius literæ mutatione fit *patre*. Cicero tunc propter accusationem & calumnias, quas frater & ejus filius in suum caput apud Casarem effundebant, meruerat honorum proscriptionem, & suorum

& uxoris. Hinc tristiora cogitavit de morte sibi consciscenda. Ideoque Tulliam tanquam moriturus commendat Pomponio, & si moriatur, hoc enim est, si me non offendet, paulo post, antequam Atticus se conveniret, rogat ut eam commendatam habeat, & ei patrum reconciliet. Itaque hic dolet, quod illam matrem relinquit non solum partem, sed & omnibus bonis privatam, quæ æque sua ac uxoris Terentii bona proscriptorum. Cassarem esse credebatur. Puro me vestigia veterum codicum secutam recte hunc locum restituisse. *Grævius.*

CICERO ATTICO SAL.

X. **A**D meas incredibiles agritudines aliquid novi accedit ex iis quæ¹ de Q. Q. ad me afferuntur. P. Terentius, meus necessarius,² magnas operas in portu, & scriptura

¹ De Q. Q.] Hæc est, de Q. fratre, & vestigialium conductam tener, ut proximus de Q. filio. sic magistro societatis. *Græv.*

² Magnus] Id est, qui magnam partem

ptura Afrae pro magistro dedit. Is Quintum filium Ephesi vidit vi Id. Decemb. eumque studiose propter amicitiam nostram invitavit; cumque ex eo de me contaretur, cum sibi ita dixisse narrabat, se mihi esse inimicissimum; volumenque sibi offendisse orationis, quam apud Caesarem contra me esset habiturus: multa a se dicta contra ejus amentiam: multa postea Paris consimili scelere secum Quintum patrem locutum: ejus furorem ex iis epistolis, quas ad te misi, perpicere potuisti. Haec tibi dolori esse certe scio: me quidem excruciant, & eo magis, quod mihi cum illis ne querendi quidem locum futurum puto. De Africanis rebus longe alia nobis, ac tu scripseras, nuntiantur: nihil enim firmitus esse dicunt, nihil paratius. Accedit Hispania, & alienata Italia; legionum nec vis eadem, nec voluntas; urbanae res perdita: Quid est, ubi acquiescam, nisi quam diu tuas literas lego? quae essent profecto crebriores, si quid haberes, quo putares meam molestiam minui posse. Sed tamen te rogo, ne intermittas scribere ad me, quidquid erit; eosque, qui mihi tam crudeliter inimici sunt, si odisse non potes, accules tamen; non ut aliquid proficias, sed ut me tibi carum esse sentiant. Plura ad te scribam, si mihi ad eas literas, quas proxime ad te dedi, rescripseris. Vale. xii. Kal. Febr.

³ Pro magistro] Qui maximam partem conduxerat, toti praeficiebatur societati, & dicebatur magister. Vide lib. V. ep. 15. Qui vicem ejus gerebat pro magistro. Idem.

⁴ Pars] Siquidem alter frater est, alter frater filius. Cum aliis si res esset, ulcisceret: cum his ne queri quidem mihi arbitror licere. *Manutius.*

⁵ Hispania] In qua Ca. Pompejus Magno filius bellum adversus Caesarem indaura-

bat. Appianus lib. II. Dio lib. XLII. & XLIII. Idem.

⁶ Alienata] Praefectum propter Antiochii crudelitatem ac direptiones. *Manutius.*

⁷ Urbanae res perdita] Motibus Tribunitiis & rogationibus maxime Dolabellae, ferentis legem perniciosam de novis tabulis. Ep. 12. 15 & 24. *Poppo.*

⁸ Eosque] Q. fratrem, & Q. filium.

CICERO ATTICO SAL.

XI. CONFECTUS jam cruciati maximorum dolorum, ne, si sit quidem, quod ad te debeam scribere, facile id exequi possim; hoc minus, quod res nulla est, quae scri-

scribenda sit; cum praesertim ne spes quidem ulla ostendatur fore melius. Ita jam ne tuas quidem literas expecto: quamquam semper aliquid asserunt, quod velim. Quare tu quidem scribito, cum erit cui des. Ego tuis proximis, quas tamen jam pridem accepi, nihil ab eo quod rescribam. Longo enim intervallo video immutata esse omnia: illa esse firma quae debeant; nos stultitiae nostrae gravissimas poenas pendere. P. Sallustio curanda sunt H-S xxx. quae accepi a Cn. Sallustio. Velim videas ut sine mora curentur: de ea rescripsi ad Terentiam: atque hoc ipsum jam prope consumptum est. Quare id quoque velim cum illa videas, ut sit qui utamur. Hic fortasse potero sumere, si sciam istud paratum fore. Sed prius quam id scirem, nihil sum ausus sumere. Qui sit omnium rerum status noster, vides. Nihil est mali, quod non & sustineam, & expectem. Quarum rerum eo gravior est dolor, quo culpa major. Ille in Achaia non cessat de nobis detrahere: nihil videlicet tuae literae profecerunt. Vale. VIII Id. Mart.

¹ Debeant] Firma esse: partes scilicet Pompejanas in Africa se recoluisse & contulisse. Ideo subnectit, nos stultitiae nostrae gravissimas poenas pendere: quod scilicet illis tam validis relictis me in Italiam receperim. *Grout.*

² Qui utamur] Pecunia, qua utamur. Qui ablativi loco tam plurali quam singulari numero veteres ponebant. *Poppo.* Vide Gronov. de Pec. Veter. II. 7.

³ Paratum] Quod reddatur. *Corr.*

⁴ Ille] Q. frater.

CICERO ATTICO SAL.

XII. CEPHALIO mihi a te literas reddidit a. d. VIII Id. Mart. vespere. Eo autem die mane tabellarios miseram, quibus ad te dederam literas. Tuis tamen lectis literis putavi aliquid rescribendum esse, maxime quod ostendis te pendere animi, quamnam rationem sim Caesari allaturus protectionis meae tum, cum ex Italia discesserim. Nihil opus est mihi nova ratione. Saepe enim ad eum scripsi, multisque mandavi; non potuisse, cum cupissem, sermones hominum sustinere; multaque in eam sententiam. Nihil erat, quod minus eum vellem existimare, quam me tanta de

Tom. VIII. L I I re

re non meo consilio utam esse. Postea, cum mihi literæ a Balbo Cornelio minore missæ essent, illum existimare, Quintum fratrem lituum meæ profectiois fuisse, (ita enim scripsit) qui nondam cognossem quæ de me Quintus scripsisset ad multos: etsi multa præfens in præsentem acerbe dixerat & fecerat, tamen Nilo meo his verbis ad Cæsarem scripsi.

De Quinto fratre meo non minus laboro, quam de me ipso: sed cum tibi commendare hoc meo tempore non audeo. Illud dumtaxat tamen audebo petere abs te, quod te oro, ne quid existimes ab illo factum esse, quo minus mea in te officia constarent, minusve te diligere; potiusque semper illum auctorem nostræ conjunctionis fuisse, meique itineris comitem, non ducem. Quare ceteris in rebus tantum ei tribues, quantum humanitas tua, amicitiaque vestra postulat. Ego ei ne quid apud te obsum, id te vehementer etiam atque etiam rogo.

Quare si quis congressus fuerit mihi cum Cæsare, (etsi non dubito, quin is lenis in illum futurus sit, idque jam declaraverit) ego tamen is ero, qui semper fui. Sed, ut video, multo magis est nobis laborandum de Africa; quam quidem tu scribis confirmari quotidie magis ad conditionis spem, quam victoriæ. Quod utinam ita esset. Sed longe aliter esse intelligo; teque ipsum ita existimare arbitror; aliter autem scribere, non fallendi, sed confirmandi mei causa, præsertim cum adjungatur ad Africam etiam Hispania. Quod me admones, ut scribam ad Antonium, & ad ceteros: si quid videbitur tibi opus esse, velim facias id, quod saepe fecisti: nihil enim mihi venit in mentem, quod scribendum putem. Quod me audis fractiorem esse animo: quid putas, cum videas accessisse ad superiores ægritudines, præclaras generi actiones? Tu tamen velim ne intermittas, quoad ejus facere poteris, scribere ad me, etiam si rem, de qua scribas,

Nilo meo] Est, per Nilum meum. Nihilus libertus fuit Ciceronis, cujus mentio fit epist. 13. huj. lib. *Responso Nilo meo* idem dicitur si dixeris, mea ipsius, non autem aliena manu. *Janus*, Scribe, tamen de te sit veritas, ad Cæsarem &c. Muræ, Forté, tanta ultra his veritas. J. F. Gronov. Ci.

ceteronem puto scripsisse: tantum Nilo meo
his verbis ad Cæsarem scripsi, Gratias
2. Præclaras generi actiones] Epistolæ
Nam actiones Dolabellæ, qui hoc tempore
tribunatum plebis perrebat, turpissimè erant.
Auctor Dio lib. XLII. *Jan.*

bas, non habebis. Semper enim afferunt aliquid mihi tuæ literæ. Galeonis hereditatem crevi. Puto enim cretionem simplicem fuisse, quoniam ad me nulla missa est. VIII. Id. Mart.

3. Simplicem] Cretio simplex dicitur, cum e pluribus hereditas scriptis, unus cum cretione institutum fuisse, & cretionem tione institutum, reliqui sine cretione. Itaque simplicem, id est, sui unius existitisse. *Bosius* cum nulla alia cretio ad Ciceronem perlata

CICERO ATTICO SAL.

XIII. **A**MURENÆ liberto nihil adhuc acceperam literarum. P. Sifer reddiderat eas, quibus rescribo. De Servii patris literis quod scribis, item, Quantum in Syriam venisse quod ais esse qui nuntient; ne id quidem verum est. Quod certiore te vis fieri, quo quisque in me animo sit, aut fuerit eorum, qui huc venerunt; neminem alieno intellexi. Sed quantum id me interfit, existimare te posse certe scio. Mihi cum omnia sunt intolerabilia ad dolorem, tum maxime quod in eam causam venisse me video, ut ea sola utilia mihi esse videantur, qua semper nolui. P. Lentulum patrem Rhodi esse ajunt, Alexandria filium; Rhodoque Alexandriam C. Cassium profectum esse constat. Quintus mihi per literas satisfacit, multo asperioribus verbis, quam cum gravissime accusabat. Ait enim se ex literis tuis intelligere, tibi non placere, quod ad multos de me asperius scripserit: itaque se poenitere, quod animum tuum offenderit: sed se jure fecisse. Deinde perscribit spurcissime, quas ob causas fecerit. Sed neque hoc tempore, nec antea patefecisset odium suum in me, nisi omnibus rebus me esse oppressum videret. Atque utinam vel nocturnis, quemadmodum tu scripseras, itineribus propius te accessissem! nunc nec ubi, nec quando te sim visurus, possum suspicari. De coheredibus Fuldianis nihil fuit, quod ad me scriberes: nam & æquum postulant; &, quidquid egisses, recte esse actum putarem.

L I I 2

1. Existimare te posse] Vides enim, nulla te levare posse dolorem meum. *Man.*

2. Postulant.] Quid postulant, cognosce infra, ep. 14. & 16. *Idem.*

De fundo Frufinati redimendo jam pridem intellexisti voluntatem meam; etsi tum meliore loco res erant nostræ, neque tam mihi desperatum iri videbatur; tamen in eadem sum voluntate. Id quemadmodum fiat, tu videbis. Et velim, quoad poteris, confideres, ut sit, unde nobis suppeditentur sumptus necessarii. Si quas habuimus facultates, eas Pompejo tum, cum id videbamur sapienter facere, detulimus. Itaque tum & a tuo villico sumptimus, & aliunde mutuati sumus, cum Quintus quereretur per literas, sibi nos nihil dedisse; qui neque ab illo rogati sumus, neque ipsi eam pecuniam accepimus. Sed velim videas quid sit quod confici possit, quidque mihi de omnibus des consilii: & causam nostri. Plura ne scribam dolore impediatur. Si quid erit, quod ad quos scribendum meo nomine putes, velim, ut soles, facias: quotiesque habebis cui des, ad me literas nolim prætermittas. Vale.

3 *Desperatum iri*] Sic Bofius ex M.L. Id est, neque mihi videbatur tum nos in eam statum venturos, ut de publicis priuatisque rebus nostris sic desperarem, quemadmodum nunc facimus. J. Fr. Gronovius. Lego: neque tum mihi desperatum ira videbatur. Hoc est, tam valde desperatum. Gronovius. Vul-

go, neque tam mihi desperatum videbatur.

4 *Causam nostri*] Tu nosti quomodo se res habeat mea familiaris, emendatne sit fundus Frufinas, nec-ne: Nosti quibus sumptibus opus habeam ad me meosque torquendos, quos fructus nunc cepimus ex meis prædiis, qui sunt expectandi. Idem.

CICERO ATTICO SAL.

XIV. **N**ON me offendit veritas literarum tuarum, quod me, cum communibus, tum præcipuis malis oppressum, ne incipis quidem ut solebas, consolari, faterisque id fieri jam non posse. Nec enim ea sunt, qua erant antea, cum, ut nihil aliud, comites me & socios habere putabam. Omnes enim Achaici deprecatores, item qui in Asia, quibus non erat ignotum, etiam quibus erat, in Africam dicuntur navigaturi. Ita præter Lælium, neminem habeo culpæ socium: qui tamen hoc meliore in causa est, quod jam est receptus. De me autem non dubito quin ad Bal-

1 *Ignotum*] Participium ab *ignoscere*. Ita alicubi apud Cæsarem. Id est, partim quibus dedit nondum veniam Cæsar, partim

quibus jam dedit. J. F. Gronovius.
2 *Receptus*] A Cæsarianis. Meander.

bum & ad Oppium scripserit: a quibus, si quid esset latius, certior factus essem; tecum etiam essent locuti: quibuscum tu de hoc ipso colloquere velim, & ad me, quid tibi responderint, scribas: non quod ab isto salus data quidquam habitura sit firmitudinis: sed tamen aliquid consuli & prospici poterit. Etsi omnium conspectum horreo, præsertim hoc genero; tamen in tantis malis, quid aliud velim, non reperio. Quintus pergit, ut ad me & Pansa scripsit, & Hirtius: itque item Africam petere cum cæteris dicitur. Ad Minucium parentem scribam, & tuas literas mittam. Ad te scribam, num quid egerit. H-S xxx potuisse mirarer, nisi multa de Fufidianis prædiis. Et id video. Tamen te expecto: quem videre, si ullo modo potes venire, pervellem. Jam extremum concluditur. Ibi facile est, quid, quale sit gravius, existimare. Vale.

3 *Hac genero*] P. Cornelio Dolabella. Idem.

4 *Parentem*] Præclare locum hunc restituit ille noster & communis omnium doctor, qui literarum studis fuit dediti. Gronovius, ut olim, cum in vivis esset, mihi coram ostendit: Ad Minucium Tarentinum scripsit. Cicero petebat sibi pecuniam curari qua ueretur Brundisii. Illam Atticus curavit per Minucium argentarium Tarentinum, qui in vicinis erat. Gronovius.

5 *Et id video*] Mirarer tot nullis e rerum mearum venditione cogi potuisse, nisi viderem potuisse multa consili de prædiis Fufidianis. Etsi id video, tamen tamen auxilium expecto: ac te ipsum videre omnino vellem: eo enim loco res est, ut tua mihi prudentia & consilio valde sit opus. Olivetanus.

6 *Te expecto*] Hoc est, ut modo interpretabar: Expecto auxilium tuum. Et sane, si Atticum expectat ipsum, quo sensu hono subiungit: Te, si ullo fieri modo possit, videre pervellem? An hominem expectas eo ipso tempore, quo nescis an ullo modo

possit venire? Expectabat ergo Atticum fore tutorum ac defensorum fidei atque existimantibus suæ, quod ut faceret, ab ipso petierat superioribus epistolis. Idem.

7 *Potes venire*] Ita Victorius exiderat anno 1571. Ita Manutius deinde, ac Lambinus. Quod cur fuerit a Bofio mutatum in *si ullo modo potes* (est enim res) vel a Gronovio in *si ullo modo potes*, possit enim res, viderint alii. Idem.

8 *Jam extremum*] En illa ibi, & causa, cur videre Atticum pervellet. Scipio, Cato & cæteri istabantur propediem cum immanis copis adfuturi, & Italiam invaduri: hoc nuntio territus, Jam ultimum, inquit, adest discrimen; res moram non ferre statuendum deique est mihi, quid sequi, quale amplecti consilium velim: quapropter te cum colloqui vellem: quantiam ibi, Romæ scilicet, potes facilius existimare, quid, quale sit magis contentaneum gravitati & constantiæ, magis cum dignitate conjunctum. Sententiam hanc inculcavit saepe hædæus. Alii gravius intelligunt magis incommo-dam. Idem.

CICERO ATTICO SAL.

XV. QUONIAM justas causas asseris, quod te hoc tempore videre non possum: quaeso, quid sit mihi faciendum. Ille enim ita videtur Alexandriam tenere, ut cum scribere etiam pudeat de illis rebus. ¹ Si autem ex Africam ² affuturi videntur; ³ Achai, item ex Asia redituri ad eos, aut libero aliquo loco commoraturi. Quid mihi igitur putas agendum? Video difficile esse consilium. Sum enim solus, aut cum altero, cui neque ad illos reditus sit, neque ab his ipsis quidquam ad spem ostendatur. Sed tamen scire velim, quid censeas: idque erat cum aliis, cur te, si fieri posset, cuperem videre. Minucium ⁴ XII sola curasse scripsi ad te antea: quod super est, velim videas ut curetur. Quintus non modo non cum magna prece ad me, sed acerbissime scripsit: filius vero mirifico odio. Nihil fingi potest mali, quo non urgear. Omnia tamen sunt faciliora, quam peccati dolor, qui & maximus est, & aeternus: cujus peccati ⁵ facios essem habiturus ego, quos putavi, tamen esset consolatio tenuis. Sed habet ⁶ aliorum omnium ratio exitum, mea nullum. Alii capti, alii interclusi non veniunt in dubium de voluntate, eo minus scilicet, cum se expedierint, & una esse ceperint. Il autem ipsi qui sua voluntate ad ⁷ Fufium venerunt, nihil possunt nisi timidi existimari. Multi autem sunt, qui quicumque sunt, modo ad illos se recipere volent, recipientur. Quo minus debes mirari, non posse te tanto

¹ Pudeat] Nam si bellum confecerit, non pudeat illum scribere. *Corr.*

² Si autem] Pompejani. *Idem.*

³ Affuturi] In Italiam venturi. *Idem.*

⁴ Achai] Achivos vocat obscurius & testatur, qui in Achajam superant post praesidium Pharsalicum. Hae vero loquendi genera Cicero ad Atticum scribenti frequentia esse nemo potest ignorare, nisi qui nunquam hoc epistolaram volumen inspexit. *Gravivus.*

⁵ Illos] Pompejanos: *bit ipse, Celsaria.*

⁶ XII.] HS. de hoc, ep. superiore. *Idem.*

⁷ Aliorum] Ceteri Pompejani, qui in Africam non iverunt, excusari omnes aliqua re possunt, ego nulla. Itaque illi reditum habent ad suos, quos ego me habere non puto, qui publicam causam, cum in Italiam veni, quali prodidisse videor. *Idem.*

⁸ Fufium] Q. Fufium Calenium, quem Caesar, victo in Pharsalia Pompejo, Achajae praefecerat: & est is, ut opinor, qui Cicero post Caesaris obitum acerrime in senatu in M. Antonium invehenti, respondit. *Idem.*

tanto dolori resistere. Solius enim meum peccatum corrigi non potest, & fortasse Lelii. Sed quid me id levat? C. quidem? Cassium ajunt consilium Alexandriam eundi mutavisse se. Hae ad te scribo, non ut queas tu demere sollicitudinem, sed ut cognoscam, eequid tu ad ea asseras, quae me conficiunt: ad quae gener accedit, & cetera, quae sicuti reprimor ne scribam. Quin etiam Aesopi ⁹ filius me excruciat. Proflus nihil abest, quin sim miserimus. Sed ad primum revertor, quid putes faciendum; occultene aliquo propius veniendum, an mare transeundum. Nam hic maneri diutius non potest. De Fufidianis quare nihil potuit confici? Genus enim conditionis ejusmodi fuit, in quo non solet esse controversia; cum ea pars, quae videtur esse minor, licitatione ¹⁰ expleri posset. Hae ego non sine causa quaro. Sulpicior enim coheredes dubiam ¹¹ nostram causam putare, & eo rem in integro esse. Vale. Pridae Idus Mai.

⁹ Cassium] Rumor fuerat, Cassium ad Caesarem Alexandriam ire, ut deprecaretur. Quod omnino Cicerois causam aliqua ex parte sublevarat: cum & alios esse constaret, qui videlicet se crederent. Hic quoque, inquit, consilium mutasse dicitur: ut praeter Lellium, culpe socium haberem neminem. *Idem.*

¹⁰ Filius] Cui pater, Comedus ille insignis, ducentes HS reliquit. *Macrob. Saturn. lib. III. Filius luxuria perditus. Horat. Sat. II. 3. 239. Plin. IX. 35. Dolabella socius.*

¹¹ Nostri] Nostri causam] Causam nostri reditus a Caesare impetrandi. *Corr.*

in adulteris pellicum, ut Metella, infra ep. 23.

¹² Expleri] Cum hereditas dividi commode non potest, propter coheredum non aequas partes; ad licitationem confugitur; quae certior est, quam ultimatio. Ita, omnium honorum reperto pretio, expletur ea, quae minor esse videtur, pars hereditatis. *Idem.*

¹³ Nostri] Nostri causam] Causam nostri reditus a Caesare impetrandi. *Corr.*

CICERO ATTICO SAL.

XVI. NON meo vitio fit, hoc quidem tempore, (ante enim est peccatum) ut me ista epistola nihil consoletur. Nam & exigue scripta est, & suspiciones magnas habet non esse ¹ ab illo; quas animadvertisse te existimo. De obviam itione ita faciam, ut suades. Neque enim ulla de

¹ Ab illo] A Caesare. A quo epistolam illum scriptam non fuisse, ostendit epist. 17. *Intelligit illud de litteris ad v. Idus Februar. datus non verum esse. Ac sane fieri potest;*

ut Oppius eam, aut aliquis alius scripserit; me Cicero, desperationis adductus, rursus ex Italia discederet. *Idem.*

de adventu ejus opinio est; neque, si qui ex Asia veniunt, quidquam auditum esse dicunt de pace: cujus ego spe in hanc fraudem incidi. Nihil video, quod sperandum putem, nunc præsertim, cum ea plaga² in Asia sit accepta, in Illyrico, in Cassiano negotio, in ipsa³ Alexandria, in urbe, in Italia. Ego vero, etiam si rediturus ille est, qui adhuc bellum gerere dicitur, tamen ante reditum ejus⁷ negotium confectum iri puto. Quod autem scribis, quandam lætitiã bonorum esse commotam, ut sit auditum⁸ de literis; tu quidem nihil prætermittis, in quo putes aliquid salutis esse: sed ego non adducor, quemquam bonum ullam salutem putare mihi tanti fuisse, ut eam peterem ab illo, & eo minus, quod hujus consilii jam ne socium quidem habeo quemquam. Qui in Asia sunt, rerum exitum expectant. Achaici etiam Fufio spem deprecationis⁹ afferunt. Horum & timor idem fuit primo qui meus, & ¹⁰ constitutum. Mora Alexandrina causam illorum corripit, meam evertit. Quamobrem idem a te nunc peto, quod superioribus literis, ut, si quid in perditis rebus dispiceres, quod mihi putares faciendum, me moneres. Si

² In Asia, &c.] Enumerat, quot in locis parum secunda Cæsaris fortuna fuerit. In Asia: cum Pharnaces Mithridatis filius, pugna cum Cneo Domitio Calpurnio Asiæ præfecto compere facta, Pontum occupavit. Idem.

³ In Illyrico] Ubi A. Gabinus a M. Octavio victus, post Salone mortuus. Hirr. de bel. Alex. Carr.

⁴ In Cassiano negotio] Cum Cassius, & Marcellus, Cæsaris in ulteriore Hispania præfecti, dissensione orta, & militum seditione facta, bellum aliquandiu inter se gesserunt. Manu.

⁵ Alexandria] Cum Cæsaris milites perturbati, & ab Alexandrinis loco pulsi, legionariis circiter quadringentis, & classariis ad remigibus hec totidem amissis, in navem refugerunt: Cæsar autem ipse, magno in periculo versatus, natarione sibi consilii conatus est. Idem.

⁶ In urbe] Propter contentiones tribunorum plebis & ambitionem tribunorum militum. Hirr. lib. IV. Idem.

⁷ Negotium] Illos, qui in Africa resuscitarent partes, Italiam & urbem occupa-

tos. Quod magnopere auctor erat Cato, & se ducem ejus expeditionis offerbat. Idem, quod optimum erat, Cicero futurum putabat. Sed derisit Catonis consilium Scipio. Phalarcius, in Catone. J. F. Gronov.

⁸ De literis] Ad me a Cæsare missis: de quibus initio loquitur epistolæ. Manu.

⁹ Afferunt] Puto legendum esse: Afferunt. Puto tamen non cessos. Videtur enim, & Afferunt, posse retineri: ut sit: etiam spem afferunt: spem quidem adhuc Fufio afferunt, ituros se ad Cæsarem, ut deprecentur; non tamen eunt. Idem. Leges differunt. Ovid. XI. Metam. 306. Spem Venenis afferit in tempora vestis Apollis. Sententia est, spem dederant Fufio Achajæ præfecto deprecandi Cæsaris; non exequuntur, sed morantur & se sustinent. J. F. Gronov.

¹⁰ Constitutum] Deliberatio. Nam constituerunt, Cæsari se committere: sed, interposito Alexandrinis bello, & Cæsaris rebus in discrimen adductis, integrum sibi reservarunt, belli exitum expectantes. Itaque mora Alexandrinæ effectum est, ut eorum causa quasi corrigetur, ut eorum culpa minueretur. Manu.

recipior ab his, quod vides non fieri; tamen, quoad bellum erit, quid agam, aut ubi sim non reperio: sin factor, eo minus. Itaque tuas literas expecto; easque ut ad me sine dubitatione scribas, rogo. Quod suades, ut ad Quintum scribam¹¹ de his literis, facerem; si me quidquam ista litera delectarent. Et si quidam scripsit ad me his verbis: *Ego ut in his malis, Parvis sum non invidus: essem libentius, si frater tuus ea de te loqueretur, quæ ego audire vellem.* Quod ais illum ad te scribere, me sibi nullas literas remittere: semel ab ipso accepi: ad eas Cephalioni dedi, qui multos menses tempestatibus retentus est. Quintum filium ad me acerbissime scripsisse jam ante ad te scripsi. Extremum est quod te orem, si putas rectum esse, & a te suscipi posse, cum Camillo communices, ut Terentiam moneatis de testamento. Tempora monent ut videat, ut satisfaciatur, quibus debeat. Auditum ex Philotimo est, eam scelerate quædam facere. Credibile vix est. Sed certe, si quid est, quod fieri possit, providendum est. De omnibus rebus velim ad me scribas, & maxime quid¹² scribas de ea: in quo tuo consilio egeo, etiam si nihil excogitas: id enim mihi erit¹³ pro desperato. III. Non. Jun.

¹¹ De his literis] Quæ mihi a Cæsare plar habuit. Neque vero, si legas, Et meredditæ sunt. Idem. xime quid de ea, necesse fuit quidquam addere.

¹² Scribas] Manutius conjiciebat, sentias. Idem.

¹³ Pro desperato] Alii, pro explorato.

CICERO ATTICO SAL.

XVII. **P**ROPERANTIBUS tabellariis alienis hanc epistolam dedi; eo brevior est; & quod eram missurus meos. Tullia mea venit ad me pridie Idus Jun. deque tua erga se observantia benevolentiaque mihi plurima exposuit, literasque reddidit trinas. Ego autem ex ipsius virtute, humanitate, pietate non modo eam voluptatem non cepi, quam capere ex singulari filia debui; sed etiam incredibili sum dolore affectus, tale ingenium in tam misera fortuna

Tom. VIII. M m m ver.

veritari, idque accidere nullo ipsius delicto, summa culpa mea. Itaque a te neque consolationem jam, qua cupere te uti video; nec consilium, quod capi nullum potest, exspecto: reque omnia cum superioribus saepe literis, tum proximis tentasse intelligo. Ego cum Sallustio Ciceronem ad Caesarem mittere cogitabam. Tulliam autem non videbam esse causam cur diutius mecum tanto in communi mœre retinerem. Itaque matri eam, cum primum per ipsam liceret, eam remissurus. Pro ea, quam ad modum consolantis scripsisti ¹ *tracôrta*, putato ea me scripsisse, quæ tu ipse intelligis responderi potuisse. Quod Oppium tecum scribis locutum, non abhorret a mea suspitione ejus oratio: sed non dubito quin istis persuaderi nullo modo possit, ea, quæ faciunt, mihi probari posse; quoquo modo loquar. Ego tamen utar moderatione, qua potero. Quanquam quid mea interit ut eorum odium ² subeam, non intelligo. Te justa causa impediti, quo minus ad nos venias, video; idque mihi valde molestum est. Illum ab Alexandria discessisse nemo nuntiat; constatque, ne profectum quidem illinc quemquam post Idus Martias: nec post Idus Decemb. ab illo datas ullas literas. Ex quo intelligis, illud de literis a. d. v Id. Febr. datis (quod inane esset, etiam si verum esset) non verum esse. L. Terentium discessisse ex Africa scimus, Pæstumque venisse. Quid is afferat, aut quo modo exierit, aut quid in Africa fiat, scire velim. Dicitur enim per Nasidium ³ emissus esse. Id quale sit velim, si inveneris, ad me scribas. De H-S x, ut scribis, faciam. Vale. XVII Kal. Quint.

¹ *Tracôrta*] *Lenissime*. Eius, inquit, epistolæ loco, quam insitæ consolationis ad me scripsisti *lenissime*, putato ea me tibi rescripsisse, quæ tu intelligis potuisse responderi. Cum Cicero gravi mœre conficeretur quæ de suis, quæ de Tullio miseris, Atticus cum lenissimis literis consolatus fuerat, quibus cum Cicero non rescriberet, mandavit Attico, ut ipse sibi ita responsum putaret, ut in ea responsione desiderari nihil posset. Ceterum *tracôrta* Africa dictum est pro *tracôrta*. *Bogus*. Ita ille, ut nos edimus, locum hinc mirè depravatum restituit. Sed,

inquit Grævius, Ciceronem sic scripsisse quis præhabuit? Nemo, inquam, famus. Erantur tamen, donec melius aliquid e Mss. depravatur. *Olivæ*.

² *Subeam*] *Lege, ut verum odium non subeam*. Quid proficiam illorum offensionem vitando. *J. F. Gronov.*

³ *Emissus*] *Ex Africa: ex qua Pompeiani neminem exire patiebantur, ne de copiis eorum, aut de consiliis Caesaris scire possent. Nasidius autem fecerat, ut exire Terentio liceret. Manu.*

CICERO ATTICO SAL.

XVIII. **D**E illius Alexandria discessu, nihil adhuc rumoris, contraque opinio, valde esse impeditum. Itaque nec mitto, ut constitueram, Ciceronem, & te rogo ut me hinc expeditas. Quodvis enim supplicium levius est hac permutatione. Hac de re & ad Antonium scripsi, & ad Balbum, & ad Oppium. Sive enim bellum in Italia futurum est, sive classibus utetur, hic esse me minime convenit: quorum fortasse utrumque erit: alterum certe. Intellexi omnino ex Oppii sermone, quem tu mihi scripsisti, quæ istorum via esset: sed ut eam sectas, te rogo. Nihil omnino jam exspecto nisi miseram: sed hoc perditius, in quo nunc sum, fieri nihil potest. Quare & cum Antonio loquere velim, & cum istis; & rem, ut poteris, expeditas; & mihi quamprimum de omnibus rebus scribas. Vale. XII Kal. Quint.

¹ *Quæ istorum via esset*] De me. Nam Brundisium veniant: quod nec Cicero petisset, si ad copias referatur, videtur petere Cicero, nec Atticus facere potuisset. *Corrad.* ro ab Attico, ut sectas viam, ne copias.

CICERO ATTICO SAL.

XIX. **C**UM tuis dare possem literas, non prætermisi: etsi quid scriberem, non habebam. Tu ad nos & rarius scribis quam solebas, & brevius: credo quia nihil habes, quod me putes libenter legere, aut audire posse. Veruntamen velim, si quid erit, qualecunque erit, scribas. Est autem unum quod mihi sit optandum, si quid agi de pace possit: quod nulla equidem habeo in spe: sed quia tu leviter interdum significas, cogis me sperare quod optandum vix est. Philotimus ¹ dicitur Idib. Sext. Nihil habeo de illo amplius. Tu velim ad ea mihi rescribas, quæ ad te antea scripsi. Mihi tantum temporis satis est, dum ut in pessimis

M m m 2 rebas

¹ *Dicitur Idibus Sext.*] *Affuturus, cum Idus, ut pater duobus epistolis ad Terentium, Fam. XIV. 23. & 24. Mau.*

rebus aliquid caveam, qui nihil unquam cavi. Vale. XI Kal. Sext.

CICERO ATTICO SAL.

XX. SEPTIMO-DECIMO Kal. Sept. venerat die xxviii Selencia Pieria C. Trebonius, qui se Antiochia diceret apud Caesarem vidisse Quintum filium cum Hirtio. Eos de Quinto quae voluissent, impetrasse nullo quidem negotio. Quod ego magis gauderem, si ista nobis impetrata quidquam ad spem explorati haberent. Sed & alia timenda sunt, ab aliisque, & ab hoc ipso. Quae dantur ut a domino, rursus in ejusdem sunt potestate. Etiam Sallustio ignovit. Omnino dicitur nemini negare. Quod ipsum est suspectum, notionem ejus differri. M. Gallius, Q. filius, mancipia Sallustio reddidit. Is venit ut legiones in Siciliam traduceret: & protinus iturum Caesarem Patris. Quod si faciet, ego, quod ante malle, aliquo propius accedam. Tuas literas ad eas, quibus a te proxime consilium petivi, vehementer expecto. Vale. XVI Kal. Septemb.

¹ Selencia Pieria] Ptolomaeus tres Seleucias facit, e quibus Seleucia Pieria cognovisset, nihil amplius timendum esset. Cum minatur, quae ad Euphratem est. De qua Strabo lib. XVI. Plinius lib. V. cap. 12. ² Suspectum] Si nunc aliquibus ignoscere causa eorum cognita: iis, quibus ignovisset, nihil amplius timendum esset. Cum vero omnibus ignoscere incognita causa; suspectum videretur esse. ³ Iturum] Nunciat Sallustius, vel arbitratrur homines. ⁴ Carras. ⁵ Carras.

CICERO ATTICO SAL.

XXI. ACCEPI VI Kal. Sept. literas a te, datas XII Kal. doloremque, quem ex Quinti scelere jam pridem acceptum jam abjeceram, lecta ejus epistola gravissimum cepti. Tu est non potuisti ullo modo facere, ut mihi illam epistolam non mitteres: tamen malle non esse missam. Ad ea autem, quae scribis de testamento, videbis quid, & quo modo. De nummis & illa sic scripsit, ut ego ad te antea; & nos, si quid opus erit, utemur ex eo, de quo scribis. Ille

Je ad Kal. Sept. Athenis non videtur fore. Multa eum in Asia dicuntur morari, maxime Pharnaces. Legio XII, ad quam primum Sylla venit, lapidibus egisse hominem dicitur. Nullam putant se commoturam. Illum arbitrantur protinus Patris in Siciliam. Sed, si hoc ita est, hoc veniat necesse est. Ac malle illum. Aliquo enim hinc evasissem. Nunc metuo ne sit expectandum; & cum reliquis etiam loci gravitas hic miserrime perferenda. Quod me mores ut ea videam quae ad tempus accommodem: facerem si res pateretur, & si ullo modo fieri posset: sed in tantis nostris peccatis, tantisque nostrorum injuriis, nihil est, quod aut facere dignum nobis, aut simulare possim. Syllana confers: in quibus omnia genere ipso praeclarissima fuerunt, moderatione paulo minus temperata. Haec autem ejusmodi sunt, ut obliviscar mei; idque malum quod omnibus sit melius, quorum utilitati meam junxi. Tu ad me tamen velim quam sapissime scribas, eoque magis, quod praeterea nemo scribit: ac si omnes, tuas tamen maxime expectarem. Quod scribis illum per me Quinto fore placatiorem: scripsi ad te antea, eum statim Quinto filio omnia tribuisse; nostri nullam mentionem. Vale.

¹ Venit] Ut legiones in Siciliam traduceret: quo Caesar Patris iturus erat. ² Venit] Caesar, ad sedandos tumultus militum, qui nolunt ante in Siciliam transire, nisi graviter acceptis. ³ Malle illum] Malle illum (Caesarem) prius venisse. ⁴ Carras. ⁵ Carras. ⁶ Carras. ⁷ Carras. ⁸ Carras. ⁹ Carras. ¹⁰ Carras. ¹¹ Carras. ¹² Carras. ¹³ Carras. ¹⁴ Carras. ¹⁵ Carras. ¹⁶ Carras. ¹⁷ Carras. ¹⁸ Carras. ¹⁹ Carras. ²⁰ Carras. ²¹ Carras. ²² Carras. ²³ Carras. ²⁴ Carras. ²⁵ Carras. ²⁶ Carras. ²⁷ Carras. ²⁸ Carras. ²⁹ Carras. ³⁰ Carras. ³¹ Carras. ³² Carras. ³³ Carras. ³⁴ Carras. ³⁵ Carras. ³⁶ Carras. ³⁷ Carras. ³⁸ Carras. ³⁹ Carras. ⁴⁰ Carras. ⁴¹ Carras. ⁴² Carras. ⁴³ Carras. ⁴⁴ Carras. ⁴⁵ Carras. ⁴⁶ Carras. ⁴⁷ Carras. ⁴⁸ Carras. ⁴⁹ Carras. ⁵⁰ Carras. ⁵¹ Carras. ⁵² Carras. ⁵³ Carras. ⁵⁴ Carras. ⁵⁵ Carras. ⁵⁶ Carras. ⁵⁷ Carras. ⁵⁸ Carras. ⁵⁹ Carras. ⁶⁰ Carras. ⁶¹ Carras. ⁶² Carras. ⁶³ Carras. ⁶⁴ Carras. ⁶⁵ Carras. ⁶⁶ Carras. ⁶⁷ Carras. ⁶⁸ Carras. ⁶⁹ Carras. ⁷⁰ Carras. ⁷¹ Carras. ⁷² Carras. ⁷³ Carras. ⁷⁴ Carras. ⁷⁵ Carras. ⁷⁶ Carras. ⁷⁷ Carras. ⁷⁸ Carras. ⁷⁹ Carras. ⁸⁰ Carras. ⁸¹ Carras. ⁸² Carras. ⁸³ Carras. ⁸⁴ Carras. ⁸⁵ Carras. ⁸⁶ Carras. ⁸⁷ Carras. ⁸⁸ Carras. ⁸⁹ Carras. ⁹⁰ Carras. ⁹¹ Carras. ⁹² Carras. ⁹³ Carras. ⁹⁴ Carras. ⁹⁵ Carras. ⁹⁶ Carras. ⁹⁷ Carras. ⁹⁸ Carras. ⁹⁹ Carras. ¹⁰⁰ Carras. ¹⁰¹ Carras. ¹⁰² Carras. ¹⁰³ Carras. ¹⁰⁴ Carras. ¹⁰⁵ Carras. ¹⁰⁶ Carras. ¹⁰⁷ Carras. ¹⁰⁸ Carras. ¹⁰⁹ Carras. ¹¹⁰ Carras. ¹¹¹ Carras. ¹¹² Carras. ¹¹³ Carras. ¹¹⁴ Carras. ¹¹⁵ Carras. ¹¹⁶ Carras. ¹¹⁷ Carras. ¹¹⁸ Carras. ¹¹⁹ Carras. ¹²⁰ Carras. ¹²¹ Carras. ¹²² Carras. ¹²³ Carras. ¹²⁴ Carras. ¹²⁵ Carras. ¹²⁶ Carras. ¹²⁷ Carras. ¹²⁸ Carras. ¹²⁹ Carras. ¹³⁰ Carras. ¹³¹ Carras. ¹³² Carras. ¹³³ Carras. ¹³⁴ Carras. ¹³⁵ Carras. ¹³⁶ Carras. ¹³⁷ Carras. ¹³⁸ Carras. ¹³⁹ Carras. ¹⁴⁰ Carras. ¹⁴¹ Carras. ¹⁴² Carras. ¹⁴³ Carras. ¹⁴⁴ Carras. ¹⁴⁵ Carras. ¹⁴⁶ Carras. ¹⁴⁷ Carras. ¹⁴⁸ Carras. ¹⁴⁹ Carras. ¹⁵⁰ Carras. ¹⁵¹ Carras. ¹⁵² Carras. ¹⁵³ Carras. ¹⁵⁴ Carras. ¹⁵⁵ Carras. ¹⁵⁶ Carras. ¹⁵⁷ Carras. ¹⁵⁸ Carras. ¹⁵⁹ Carras. ¹⁶⁰ Carras. ¹⁶¹ Carras. ¹⁶² Carras. ¹⁶³ Carras. ¹⁶⁴ Carras. ¹⁶⁵ Carras. ¹⁶⁶ Carras. ¹⁶⁷ Carras. ¹⁶⁸ Carras. ¹⁶⁹ Carras. ¹⁷⁰ Carras. ¹⁷¹ Carras. ¹⁷² Carras. ¹⁷³ Carras. ¹⁷⁴ Carras. ¹⁷⁵ Carras. ¹⁷⁶ Carras. ¹⁷⁷ Carras. ¹⁷⁸ Carras. ¹⁷⁹ Carras. ¹⁸⁰ Carras. ¹⁸¹ Carras. ¹⁸² Carras. ¹⁸³ Carras. ¹⁸⁴ Carras. ¹⁸⁵ Carras. ¹⁸⁶ Carras. ¹⁸⁷ Carras. ¹⁸⁸ Carras. ¹⁸⁹ Carras. ¹⁹⁰ Carras. ¹⁹¹ Carras. ¹⁹² Carras. ¹⁹³ Carras. ¹⁹⁴ Carras. ¹⁹⁵ Carras. ¹⁹⁶ Carras. ¹⁹⁷ Carras. ¹⁹⁸ Carras. ¹⁹⁹ Carras. ²⁰⁰ Carras. ²⁰¹ Carras. ²⁰² Carras. ²⁰³ Carras. ²⁰⁴ Carras. ²⁰⁵ Carras. ²⁰⁶ Carras. ²⁰⁷ Carras. ²⁰⁸ Carras. ²⁰⁹ Carras. ²¹⁰ Carras. ²¹¹ Carras. ²¹² Carras. ²¹³ Carras. ²¹⁴ Carras. ²¹⁵ Carras. ²¹⁶ Carras. ²¹⁷ Carras. ²¹⁸ Carras. ²¹⁹ Carras. ²²⁰ Carras. ²²¹ Carras. ²²² Carras. ²²³ Carras. ²²⁴ Carras. ²²⁵ Carras. ²²⁶ Carras. ²²⁷ Carras. ²²⁸ Carras. ²²⁹ Carras. ²³⁰ Carras. ²³¹ Carras. ²³² Carras. ²³³ Carras. ²³⁴ Carras. ²³⁵ Carras. ²³⁶ Carras. ²³⁷ Carras. ²³⁸ Carras. ²³⁹ Carras. ²⁴⁰ Carras. ²⁴¹ Carras. ²⁴² Carras. ²⁴³ Carras. ²⁴⁴ Carras. ²⁴⁵ Carras. ²⁴⁶ Carras. ²⁴⁷ Carras. ²⁴⁸ Carras. ²⁴⁹ Carras. ²⁵⁰ Carras. ²⁵¹ Carras. ²⁵² Carras. ²⁵³ Carras. ²⁵⁴ Carras. ²⁵⁵ Carras. ²⁵⁶ Carras. ²⁵⁷ Carras. ²⁵⁸ Carras. ²⁵⁹ Carras. ²⁶⁰ Carras. ²⁶¹ Carras. ²⁶² Carras. ²⁶³ Carras. ²⁶⁴ Carras. ²⁶⁵ Carras. ²⁶⁶ Carras. ²⁶⁷ Carras. ²⁶⁸ Carras. ²⁶⁹ Carras. ²⁷⁰ Carras. ²⁷¹ Carras. ²⁷² Carras. ²⁷³ Carras. ²⁷⁴ Carras. ²⁷⁵ Carras. ²⁷⁶ Carras. ²⁷⁷ Carras. ²⁷⁸ Carras. ²⁷⁹ Carras. ²⁸⁰ Carras. ²⁸¹ Carras. ²⁸² Carras. ²⁸³ Carras. ²⁸⁴ Carras. ²⁸⁵ Carras. ²⁸⁶ Carras. ²⁸⁷ Carras. ²⁸⁸ Carras. ²⁸⁹ Carras. ²⁹⁰ Carras. ²⁹¹ Carras. ²⁹² Carras. ²⁹³ Carras. ²⁹⁴ Carras. ²⁹⁵ Carras. ²⁹⁶ Carras. ²⁹⁷ Carras. ²⁹⁸ Carras. ²⁹⁹ Carras. ³⁰⁰ Carras. ³⁰¹ Carras. ³⁰² Carras. ³⁰³ Carras. ³⁰⁴ Carras. ³⁰⁵ Carras. ³⁰⁶ Carras. ³⁰⁷ Carras. ³⁰⁸ Carras. ³⁰⁹ Carras. ³¹⁰ Carras. ³¹¹ Carras. ³¹² Carras. ³¹³ Carras. ³¹⁴ Carras. ³¹⁵ Carras. ³¹⁶ Carras. ³¹⁷ Carras. ³¹⁸ Carras. ³¹⁹ Carras. ³²⁰ Carras. ³²¹ Carras. ³²² Carras. ³²³ Carras. ³²⁴ Carras. ³²⁵ Carras. ³²⁶ Carras. ³²⁷ Carras. ³²⁸ Carras. ³²⁹ Carras. ³³⁰ Carras. ³³¹ Carras. ³³² Carras. ³³³ Carras. ³³⁴ Carras. ³³⁵ Carras. ³³⁶ Carras. ³³⁷ Carras. ³³⁸ Carras. ³³⁹ Carras. ³⁴⁰ Carras. ³⁴¹ Carras. ³⁴² Carras. ³⁴³ Carras. ³⁴⁴ Carras. ³⁴⁵ Carras. ³⁴⁶ Carras. ³⁴⁷ Carras. ³⁴⁸ Carras. ³⁴⁹ Carras. ³⁵⁰ Carras. ³⁵¹ Carras. ³⁵² Carras. ³⁵³ Carras. ³⁵⁴ Carras. ³⁵⁵ Carras. ³⁵⁶ Carras. ³⁵⁷ Carras. ³⁵⁸ Carras. ³⁵⁹ Carras. ³⁶⁰ Carras. ³⁶¹ Carras. ³⁶² Carras. ³⁶³ Carras. ³⁶⁴ Carras. ³⁶⁵ Carras. ³⁶⁶ Carras. ³⁶⁷ Carras. ³⁶⁸ Carras. ³⁶⁹ Carras. ³⁷⁰ Carras. ³⁷¹ Carras. ³⁷² Carras. ³⁷³ Carras. ³⁷⁴ Carras. ³⁷⁵ Carras. ³⁷⁶ Carras. ³⁷⁷ Carras. ³⁷⁸ Carras. ³⁷⁹ Carras. ³⁸⁰ Carras. ³⁸¹ Carras. ³⁸² Carras. ³⁸³ Carras. ³⁸⁴ Carras. ³⁸⁵ Carras. ³⁸⁶ Carras. ³⁸⁷ Carras. ³⁸⁸ Carras. ³⁸⁹ Carras. ³⁹⁰ Carras. ³⁹¹ Carras. ³⁹² Carras. ³⁹³ Carras. ³⁹⁴ Carras. ³⁹⁵ Carras. ³⁹⁶ Carras. ³⁹⁷ Carras. ³⁹⁸ Carras. ³⁹⁹ Carras. ⁴⁰⁰ Carras. ⁴⁰¹ Carras. ⁴⁰² Carras. ⁴⁰³ Carras. ⁴⁰⁴ Carras. ⁴⁰⁵ Carras. ⁴⁰⁶ Carras. ⁴⁰⁷ Carras. ⁴⁰⁸ Carras. ⁴⁰⁹ Carras. ⁴¹⁰ Carras. ⁴¹¹ Carras. ⁴¹² Carras. ⁴¹³ Carras. ⁴¹⁴ Carras. ⁴¹⁵ Carras. ⁴¹⁶ Carras. ⁴¹⁷ Carras. ⁴¹⁸ Carras. ⁴¹⁹ Carras. ⁴²⁰ Carras. ⁴²¹ Carras. ⁴²² Carras. ⁴²³ Carras. ⁴²⁴ Carras. ⁴²⁵ Carras. ⁴²⁶ Carras. ⁴²⁷ Carras. ⁴²⁸ Carras. ⁴²⁹ Carras. ⁴³⁰ Carras. ⁴³¹ Carras. ⁴³² Carras. ⁴³³ Carras. ⁴³⁴ Carras. ⁴³⁵ Carras. ⁴³⁶ Carras. ⁴³⁷ Carras. ⁴³⁸ Carras. ⁴³⁹ Carras. ⁴⁴⁰ Carras. ⁴⁴¹ Carras. ⁴⁴² Carras. ⁴⁴³ Carras. ⁴⁴⁴ Carras. ⁴⁴⁵ Carras. ⁴⁴⁶ Carras. ⁴⁴⁷ Carras. ⁴⁴⁸ Carras. ⁴⁴⁹ Carras. ⁴⁵⁰ Carras. ⁴⁵¹ Carras. ⁴⁵² Carras. ⁴⁵³ Carras. ⁴⁵⁴ Carras. ⁴⁵⁵ Carras. ⁴⁵⁶ Carras. ⁴⁵⁷ Carras. ⁴⁵⁸ Carras. ⁴⁵⁹ Carras. ⁴⁶⁰ Carras. ⁴⁶¹ Carras. ⁴⁶² Carras. ⁴⁶³ Carras. ⁴⁶⁴ Carras. ⁴⁶⁵ Carras. ⁴⁶⁶ Carras. ⁴⁶⁷ Carras. ⁴⁶⁸ Carras. ⁴⁶⁹ Carras. ⁴⁷⁰ Carras. ⁴⁷¹ Carras. ⁴⁷² Carras. ⁴⁷³ Carras. ⁴⁷⁴ Carras. ⁴⁷⁵ Carras. ⁴⁷⁶ Carras. ⁴⁷⁷ Carras. ⁴⁷⁸ Carras. ⁴⁷⁹ Carras. ⁴⁸⁰ Carras. ⁴⁸¹ Carras. ⁴⁸² Carras. ⁴⁸³ Carras. ⁴⁸⁴ Carras. ⁴⁸⁵ Carras. ⁴⁸⁶ Carras. ⁴⁸⁷ Carras. ⁴⁸⁸ Carras. ⁴⁸⁹ Carras. ⁴⁹⁰ Carras. ⁴⁹¹ Carras. ⁴⁹² Carras. ⁴⁹³ Carras. ⁴⁹⁴ Carras. ⁴⁹⁵ Carras. ⁴⁹⁶ Carras. ⁴⁹⁷ Carras. ⁴⁹⁸ Carras. ⁴⁹⁹ Carras. ⁵⁰⁰ Carras. ⁵⁰¹ Carras. ⁵⁰² Carras. ⁵⁰³ Carras. ⁵⁰⁴ Carras. ⁵⁰⁵ Carras. ⁵⁰⁶ Carras. ⁵⁰⁷ Carras. ⁵⁰⁸ Carras. ⁵⁰⁹ Carras. ⁵¹⁰ Carras. ⁵¹¹ Carras. ⁵¹² Carras. ⁵¹³ Carras. ⁵¹⁴ Carras. ⁵¹⁵ Carras. ⁵¹⁶ Carras. ⁵¹⁷ Carras. ⁵¹⁸ Carras. ⁵¹⁹ Carras. ⁵²⁰ Carras. ⁵²¹ Carras. ⁵²² Carras. ⁵²³ Carras. ⁵²⁴ Carras. ⁵²⁵ Carras. ⁵²⁶ Carras. ⁵²⁷ Carras. ⁵²⁸ Carras. ⁵²⁹ Carras. ⁵³⁰ Carras. ⁵³¹ Carras. ⁵³² Carras. ⁵³³ Carras. ⁵³⁴ Carras. ⁵³⁵ Carras. ⁵³⁶ Carras. ⁵³⁷ Carras. ⁵³⁸ Carras. ⁵³⁹ Carras. ⁵⁴⁰ Carras. ⁵⁴¹ Carras. ⁵⁴² Carras. ⁵⁴³ Carras. ⁵⁴⁴ Carras. ⁵⁴⁵ Carras. ⁵⁴⁶ Carras. ⁵⁴⁷ Carras. ⁵⁴⁸ Carras. ⁵⁴⁹ Carras. ⁵⁵⁰ Carras. ⁵⁵¹ Carras. ⁵⁵² Carras. ⁵⁵³ Carras. ⁵⁵⁴ Carras. ⁵⁵⁵ Carras. ⁵⁵⁶ Carras. ⁵⁵⁷ Carras. ⁵⁵⁸ Carras. ⁵⁵⁹ Carras. ⁵⁶⁰ Carras. ⁵⁶¹ Carras. ⁵⁶² Carras. ⁵⁶³ Carras. ⁵⁶⁴ Carras. ⁵⁶⁵ Carras. ⁵⁶⁶ Carras. ⁵⁶⁷ Carras. ⁵⁶⁸ Carras. ⁵⁶⁹ Carras. ⁵⁷⁰ Carras. ⁵⁷¹ Carras. ⁵⁷² Carras. ⁵⁷³ Carras. ⁵⁷⁴ Carras. ⁵⁷⁵ Carras. ⁵⁷⁶ Carras. ⁵⁷⁷ Carras. ⁵⁷⁸ Carras. ⁵⁷⁹ Carras. ⁵⁸⁰ Carras. ⁵⁸¹ Carras. ⁵⁸² Carras. ⁵⁸³ Carras. ⁵⁸⁴ Carras. ⁵⁸⁵ Carras. ⁵⁸⁶ Carras. ⁵⁸⁷ Carras. ⁵⁸⁸ Carras. ⁵⁸⁹ Carras. ⁵⁹⁰ Carras. ⁵⁹¹ Carras. ⁵⁹² Carras. ⁵⁹³ Carras. ⁵⁹⁴ Carras. ⁵⁹⁵ Carras. ⁵⁹⁶ Carras. ⁵⁹⁷ Carras. ⁵⁹⁸ Carras. ⁵⁹⁹ Carras. ⁶⁰⁰ Carras. ⁶⁰¹ Carras. ⁶⁰² Carras. ⁶⁰³ Carras. ⁶⁰⁴ Carras. ⁶⁰⁵ Carras. ⁶⁰⁶ Carras. ⁶⁰⁷ Carras. ⁶⁰⁸ Carras. ⁶⁰⁹ Carras. ⁶¹⁰ Carras. ⁶¹¹ Carras. ⁶¹² Carras. ⁶¹³ Carras. ⁶¹⁴ Carras. ⁶¹⁵ Carras. ⁶¹⁶ Carras. ⁶¹⁷ Carras. ⁶¹⁸ Carras. ⁶¹⁹ Carras. ⁶²⁰ Carras. ⁶²¹ Carras. ⁶²² Carras. ⁶²³ Carras. ⁶²⁴ Carras. ⁶²⁵ Carras. ⁶²⁶ Carras. ⁶²⁷ Carras. ⁶²⁸ Carras. ⁶²⁹ Carras. ⁶³⁰ Carras. ⁶³¹ Carras. ⁶³² Carras. ⁶³³ Carras. ⁶³⁴ Carras. ⁶³⁵ Carras. ⁶³⁶ Carras. ⁶³⁷ Carras. ⁶³⁸ Carras. ⁶³⁹ Carras. ⁶⁴⁰ Carras. ⁶⁴¹ Carras. ⁶⁴² Carras. ⁶⁴³ Carras. ⁶⁴⁴ Carras. ⁶⁴⁵ Carras. ⁶⁴⁶ Carras. ⁶⁴⁷ Carras. ⁶⁴⁸ Carras. ⁶⁴⁹ Carras. ⁶⁵⁰ Carras. ⁶⁵¹ Carras. ⁶⁵² Carras. ⁶⁵³ Carras. ⁶⁵⁴ Carras. ⁶⁵⁵ Carras. ⁶⁵⁶ Carras. ⁶⁵⁷ Carras. ⁶⁵⁸ Carras. ⁶⁵⁹ Carras. ⁶⁶⁰ Carras. ⁶⁶¹ Carras. ⁶⁶² Carras. ⁶⁶³ Carras. ⁶⁶⁴ Carras. ⁶⁶⁵ Carras. ⁶⁶⁶ Carras. ⁶⁶⁷ Carras. ⁶⁶⁸ Carras. ⁶⁶⁹ Carras. ⁶⁷⁰ Carras. ⁶⁷¹ Carras. ⁶⁷² Carras. ⁶⁷³ Carras. ⁶⁷⁴ Carras. ⁶⁷⁵ Carras. ⁶⁷⁶ Carras. ⁶⁷⁷ Carras. ⁶⁷⁸ Carras. ⁶⁷⁹ Carras. ⁶⁸⁰ Carras. ⁶⁸¹ Carras. ⁶⁸² Carras. ⁶⁸³ Carras. ⁶⁸⁴ Carras. ⁶⁸⁵ Carras. ⁶⁸⁶ Carras. ⁶⁸⁷ Carras. ⁶⁸⁸ Carras. ⁶⁸⁹ Carras. ⁶⁹⁰ Carras. ⁶⁹¹ Carras. ⁶⁹² Carras. ⁶⁹³ Carras. ⁶⁹⁴ Carras. ⁶⁹⁵ Carras. ⁶⁹⁶ Carras. ⁶⁹⁷ Carras. ⁶⁹⁸ Carras. ⁶⁹⁹ Carras. ⁷⁰⁰ Carras. ⁷⁰¹ Carras. ⁷⁰² Carras. ⁷⁰³ Carras. ⁷⁰⁴ Carras. ⁷⁰⁵ Carras. ⁷⁰⁶ Carras. ⁷⁰⁷ Carras. ⁷⁰⁸ Carras. ⁷⁰⁹ Carras. ⁷¹⁰ Carras. ⁷¹¹ Carras. ⁷¹² Carras. ⁷¹³ Carras. ⁷¹⁴ Carras. ⁷¹⁵ Carras. ⁷¹⁶ Carras. ⁷¹⁷ Carras. ⁷¹⁸ Carras. ⁷¹⁹ Carras. ⁷²⁰ Carras. ⁷²¹ Carras. ⁷²² Carras. ⁷²³ Carras. ⁷²⁴ Carras. ⁷²⁵ Carras. ⁷²⁶ Carras. ⁷²⁷ Carras. ⁷²⁸ Carras. ⁷²⁹ Carras. ⁷³⁰ Carras. ⁷³¹ Carras. ⁷³² Carras. ⁷³³ Carras. ⁷³⁴ Carras. ⁷³⁵ Carras. ⁷³⁶ Carras. ⁷³⁷ Carras. ⁷³⁸ Carras. ⁷³⁹ Carras. ⁷⁴⁰ Carras. ⁷⁴¹ Carras. ⁷⁴² Carras. ⁷⁴³ Carras. ⁷⁴⁴ Carras. ⁷⁴⁵ Carras. ⁷⁴⁶ Carras. ⁷⁴⁷ Carras. ⁷⁴⁸ Carras. ⁷⁴⁹ Carras. ⁷⁵⁰ Carras. ⁷⁵¹ Carras. ⁷⁵² Carras. ⁷⁵³ Carras. ⁷⁵⁴ Carras. ⁷⁵⁵ Carras. ⁷⁵⁶ Carras. ⁷⁵⁷ Carras. ⁷⁵⁸ Carras. ⁷⁵⁹ Carras. ⁷⁶⁰ Carras. ⁷⁶¹ Carras. ⁷⁶² Carras. ⁷⁶³ Carras. ⁷⁶⁴ Carras. ⁷⁶⁵ Carras. ⁷⁶⁶ Carras. ⁷⁶⁷ Carras. ⁷⁶⁸ Carras. ⁷⁶⁹ Carras. ⁷⁷⁰ Carras. ⁷⁷¹ Carras. ⁷⁷² Carras. ⁷⁷³ Carras. ⁷⁷⁴ Carras. ⁷⁷⁵ Carras. ⁷⁷⁶ Carras. ⁷⁷⁷ Carras. ⁷⁷⁸ Carras. ⁷⁷⁹ Carras. ⁷⁸⁰ Carras. ⁷⁸¹ Carras. ⁷⁸² Carras. ⁷⁸³ Carras. ⁷⁸⁴ Carras. ⁷⁸⁵ Carras. ⁷⁸⁶ Carras. ⁷⁸⁷ Carras. ⁷⁸⁸ Carras. ⁷⁸⁹ Carras. ⁷⁹⁰ Carras. ⁷⁹¹ Carras. ⁷⁹² Carras. ⁷⁹³ Carras. ⁷⁹⁴ Carras. ⁷⁹⁵ Carras. ⁷⁹⁶ Carras. ⁷⁹⁷ Carras. ⁷⁹⁸ Carras. ⁷⁹⁹ Carras. ⁸⁰⁰ Carras. ⁸⁰¹ Carras. ⁸⁰² Carras. ⁸⁰³ Carras. ⁸⁰⁴ Carras. ⁸⁰⁵ Carras. ⁸⁰⁶ Carras. ⁸⁰⁷ Carras. ⁸⁰⁸ Carras. ⁸⁰⁹ Carras. ⁸¹⁰ Carras. ⁸¹¹ Carras. ⁸¹² Carras. ⁸¹³ Carras. ⁸¹⁴ Carras. ⁸¹⁵ Carras. ⁸¹⁶ Carras. ⁸¹⁷ Carras. ⁸¹⁸ Carras. ⁸¹⁹ Carras. ⁸²⁰ Carras. ⁸²¹ Carras. ⁸²² Carras. ⁸²³ Carras. ⁸²⁴ Carras. ⁸²⁵ Carras. ⁸²⁶ Carras. ⁸²⁷ Carras. ⁸²⁸ Carras. ⁸²⁹ Carras. ⁸³⁰ Carras. ⁸³¹ Carras. ⁸³² Carras. ⁸³³ Carras. ⁸³⁴ Carras. ⁸³⁵ Carras. ⁸³⁶ Carras. ⁸³⁷ Carras. ⁸³⁸ Carras. ⁸³⁹ Carras. ⁸⁴⁰ Carras. ⁸⁴¹ Carras. ⁸⁴² Carras. ⁸⁴³ Carras. ⁸⁴⁴ Carras. ⁸⁴⁵ Carras. ⁸⁴⁶ Carras. ⁸⁴⁷ Carras. ⁸⁴⁸ Carras. ⁸⁴⁹ Carras. ⁸⁵⁰ Carras. ⁸⁵¹ Carras. ⁸⁵² Carras. ⁸⁵³ Carras. ⁸⁵⁴ Carras. ⁸⁵⁵ Carras. ⁸⁵⁶ Carras. ⁸⁵⁷ Carras. ⁸⁵⁸ Carras. ⁸⁵⁹ Carras. ⁸⁶⁰ Carras. ⁸⁶¹ Carras. ⁸⁶² Carras. ⁸⁶³ Carras. ⁸⁶⁴ Carras. ⁸⁶⁵ Carras. ⁸⁶⁶ Carras. ⁸⁶⁷ Carras. ⁸⁶⁸ Carras. ⁸⁶⁹ Carras. ⁸⁷⁰ Carras. ⁸⁷¹ Carras. ⁸⁷² Carras. ⁸⁷³ Carras. ⁸⁷⁴ Carras. ⁸⁷⁵ Carras. ⁸⁷⁶ Carras. ⁸⁷⁷ Carras. ⁸⁷⁸ Carras. ⁸⁷⁹ Carras. ⁸⁸⁰ Carras. ⁸⁸¹ Carras. ⁸⁸² Carras. ⁸⁸³ Carras. ⁸⁸⁴ Carras. ⁸⁸⁵ Carras. ⁸⁸⁶ Carras. ⁸⁸⁷ Carras. ⁸⁸⁸ Carras. ⁸⁸⁹ Carras. ⁸⁹⁰ Carras. ⁸⁹¹ Carras. ⁸⁹² Carras. ⁸⁹³ Carras. ⁸⁹⁴ Carras. ⁸⁹⁵ Carras. ⁸⁹⁶ Carras. ⁸⁹⁷ Carras. ⁸⁹⁸ Carras. ⁸⁹⁹ Carras. ⁹⁰⁰ Carras. ⁹⁰¹ Carras. ⁹⁰² Carras. ⁹⁰³ Carras. ⁹⁰⁴ Carras. ⁹⁰⁵ Carras. ⁹⁰⁶ Carras. ⁹⁰⁷ Carras. ⁹⁰⁸ Carras. ⁹⁰⁹ Carras. ⁹¹⁰ Carras. ⁹¹¹ Carras. ⁹¹² Carras. ⁹¹³ Carras. ⁹¹⁴ Carras. ⁹¹⁵ Carras. ⁹¹⁶ Carras. ^{917</}

lem mihi nunquam redditas: auxerunt enim mihi dolorem. Nec si in aliquem incidissent, quidquam novi attulissent: quid enim tam pervulgatum, quam illius in me odium, & genus hoc literarum? quod ne Caesar quidem ad istos videtur misisse, quasi quo illius improbitate offenderetur, sed, credo, uti notiora nostra mala essent. Nam quod te vereri scribis, ne illi obfint, eique rei mederi: ne rogari quidem se passus est de illo: quod quidem mihi molestum non est: illud molestius, istas impetrationes nostras nihil valere. Sylla, ut opinor, eras hic erit cum Messala. Currunt ad illum pulsi a militibus; qui se negant usquam, nisi acceperint. Ergo ille huc veniet; quod non putabant: tarde quidem. Itinera enim ita facit, ut multos dies in oppidum ponat. Pharnaces autem, quoquo modo aget, afferet moram. Quid mihi igitur censes? jam enim corpore vix sustineo gravitatem hujus caeli, qua mihi laborem affert in dolore. An his illuc euntibus mandem, ut me excusent, ipse accedam propius? Quae, attende; & me, quod adhuc saepe rogatus non fecisti, consilio juva: scio rem difficilem esse: sed ut in malis. Etiam illud mea magni interest, te ut videam. Profecto aliquid profecero, si id acciderit. De testamento, ut scribis, animadvertes.

2 *Illi*] Caesarianos, qui Romae sunt.

3 *Rogari*] Statim, inquit, quaecunque postulaverit Q. Filius de patre impetravit, ita facile, ut ne rogari deesset. *V. H.*

4 *Impetrationes nostras*] Scripsit Atticus, posse Ciceroem efficere, ut ne Quinto fratri illa obfint literae, de quibus queritur Cicero; posse impetrare a Caesare, ne Quinto effectus iratus. Respondet, nulla se in gratia esse apud Caesarem, nihil sibi ab illo tribui. Video, inquit, *istas*, de quibus scribis, impetrationes meas nihil valere: Ita iratus, fratri non est, a quo me videt graviter lessum esse, ut omnia donare ultro: *ut rogari quidem se passus sit: nostri nullum fecerit mentionem*, ut est in superiore epistola. Caudonatum fuerat Quinto prius, quam

fratri, quem laeserat, satisfecisset. Id Marco erat molestum. *O. Sueton.*

5 *Usquam*] Supple, commoturos.

6 *In oppidum*] Non explano, Ut in unoquoque oppido multos dies Caesar consumat, sed. Ut ab oppido ad oppidum multorum dierum itinere perveniat. Quale illud est ep. 35. lib. XII. *Ne totum diem in villam.*

Ubi subaudio, *Ponam*, dum in villam eo *Mansur*, Priori tamen modo accipit J. F. Gronov. ut minimum conventibus agendis & audiendis sessionibus multos dies in oppidum ponat Caesar.

7 *His*] Syllae & Messalae. *Istae* ad Caesarem. Excusent: quod Brundisio discesserim, & propius urbem accesserim. *Manut.*

CICERO ATTICO SAL.

XXIII. QUOD ad te scripseram, ut cum Camillo communicares, de eo Camillus mihi scripsit, te secum locutum. Tuas literas expectabam. Nisi illud quidem mutari, si aliter est atque oportet, non video posse; sed cum ab illo accepissem literas, desideravi tuas: & sic putabam, te certiore factum non esse, modo valeres: scripseras enim te quodam valetudinis genere tentari. Acusius quidam Rhodo venerat VIII Id. Quint. Is nuntiabat, Quintum filium ad Caesarem profectum IV Kal. Janias, Philotimum Rhodum pridie eum diem venisse, habere ad me literas. Ipsum Acusium audies: sed tardius iter faciebat. Eo feci ut celeriter eunti darem. Quid sit in iis literis, nescio: sed mihi valde Quintus frater gratulatur. Equidem in meo tanto peccato nihil ne cogitatione quidem assequi possim, quod mihi tolerabile possit esse. Te oro, ut de hac misera cogites: & illud, de quo ad te proxime scripsi, ut aliquid conficiatur ad inopiam propulsandam, & etiam de ipso testamento. Illud quoque vellem antea: sed omnia timuimus. Melius quidem in pessimis nihil fuit discidio. Aliquid fecissemus, ut vivi, vel tabularum novarum nomine, vel nocturnarum expugnationum, vel Merella, vel omnium malorum:

1 *Non video*] Agitur de testamento Terentiae, de quo scripserat ep. 16. ut Atticus cum Camillo communicaret. Tuas literas expectavi, inquit, ut quid actum esset intelligerem. Verumtamen testamentum si aliter factum est atque oportebat, mutari jam non posse video. *Popma.*

2 *Tabulae*] Scilicet a meis de mittendo tabellario: quamquam interdum verebar, ne morbus te prohiberet scribere, significaveram enim atrebac ut non satis valere. J. F. Gronov. Coniicit Muretus, *est putabam te tardiorum factum*, &c.

3 *Literis*] De quibus infra, ep. 24.

4 *De hac misera*] Tullia.

5 *De ipso testamento*] Ut Terentia testamentum faciat. Et in dictione, *ipso*, inest emphasis: quasi dicat, de quo seis me laborare, & de quo saepe jam ad te scripsi.

Man.

6 *Illud quoque*] De discidio inter Dolabellam, & Tulliam. *Cerr.*

7 *Ut vivi*] Sic Balliol. & Helmst. cum omnibus editis antiquioribus: quod non ausim mutare. Est enim, fecissem aliquid quo ostenderem me dolorem & contumeliam sentire. Morus enim caret sensu. *Gros-vius.* Malebat Pantagathus, *ut vivi*: quod Lamb. recepit. Omitamus Bosium, qui edidit, *ut vivam* hoc est, violentiam.

8 *Novarum*] De quibus legem ferre volebat Dolabella.

9 *Nocturnarum*] Quibus Dolabella inimicorum, ut L. Trebellii, vel potius mulierum zetes expugnabat. *Corrad.*

10 *Merella*] Quae temporibus illis videtur male audisse. *Purser. Sayer.* 3. lib. II. & Ovid. eleg. 1. lib. II. *Trist. Idem.*

rum : nec res periisset : & videremur aliquid doloris vitilis habuisse . Memini omnino tuas literas ; ¹¹ sed & tempus illud : etsi quidvis præstitit . Nunc quidem ipse videtur ¹² denuntiare . Audimus enim de statu Reipublicæ . O dii ! generumne nostrum potissimum , ¹³ ut hoc , vel tabulas novas ? Placet mihi igitur , & idem tibi , nuntium remitti . Petet fortasse tertiam pensionem . Considera igitur , tumne cum ab ipso nasceretur , ¹⁴ an prius ego . Si ullo modo potuerit , vel nocturnis itineribus experiar , ut te videam . Tu & hæc , & si quid erit quod interfit me scire , scribas velim . Vale .

¹¹ Sed & tempus] Super , ep. 3.

¹² Denuntiare] Forte , veniunt , ut sit remittiare repudium Tullie , ita scilicet se gerendo , ut eam pro uxore non agnoscat . Plaut. Aulul. IV. 16. si me nunc veniuntiare repudium sibi sibi . J. F. Gron.

¹³ Ut hoc , vel tabulas] Subaudi , cogitet , in animo habeat , vel aliquid huiusmodi . Particula , Vel , sententiam non mutat ,

sicuti cum ponitur pro aut , sed auget , quomodo posita est in libris Academicis : Per me vel statas licet , non modo quisque , Martius .

¹⁴ An prius ego] Ei renuntium scilicet : hoc est , an Tullia meo suaso ei prius nuntium mittere debeat , an expectare ut a Dolabella repudietur . Gron.

CICERO ATTICO SAL.

XXIV. **Q**Uæ dudum ad me , & , quæ etiam ante bis ad Tulliam de me scripsisti , ea sentio esse vera . Eo sum miserior , (etsi nihil videbatur addi posse) quod mihi non modo irasci gravissima ¹ injuria accepta , sed ne dolere quidem impune liceat . Quare istuc feramus . Quod cum rulerimus , tamen eadem erunt perpetienda , quæ tu , ne accidant , ut caveamus mones . Ea enim est nobis contracta culpa , ut omni statu , omnique populo eundem exitum habitura videatur . Sed ad meam manum ² redeo : sunt enim hæc occultius agenda . Vide quæso etiam nunc de testamento , quod tum factum , cum illa quærere cœperat . ³ Non credo te com-

¹ Injuria] Tulliam aspemabatur Dolabella : qua injuria sic commovebatur Cicero , quasi eam ipse accepisset . Atticus nolebat tentari divortium prius , quam Cicero pacem confirmasset cum Cæsare . Hinc est quod queritur , non licere sibi irasci , ac ne dolere quidem . Mongault.

² Redeo] Hæctenus fuit librarii manus : nunc , inquit , ad meam redeo .

³ Non credo] Totus locus sic est referendus : De testamento . Quod dum scilicet Cæsaribus queri caperet , non credo te commovit . Non puto te ad animum revocasse , & ex eo turbasti . J. F. Gronovius . Muretus vero pro vulgatis cum illa quærere caperet , reponendum putat cum illa loqueri caperet . Sed locus & Grævia & Mongault videtur comploratus . Bossiam editionem represento .

morit ; neque enim ⁴ rogarit ; ne me quidem . Sed ⁵ si ita sit ; quoniam in sermonem jam venisti , poteris eam monere , ut alicui committat , cujus extra periculum hujus belli fortuna sit . Equidem tibi potissimum velim , si idem ⁶ illa vellet : quam quidem celo miseram , me in hoc timere . ⁷ De illo altero , scio equidem ⁸ venire nunc nihil posse : sed seponi & occultari possunt , ut extra ruinant sint eam , quæ impendet . Nam quod scribis , nobis nostra & tua Terentiæ fore parata : tua credo : nostra quæ poterunt esse ? De Terentia autem (mitto cætera , quæ sunt innumerabilia) quid ad hoc addi potest ? Scripseras , ut H-S XII permutaret ; tantum esse reliquum de argento . Misit illa ccclo mihi , & adscripsit , tantum esse reliquum . Cum hoc tam parvum de parvo detraxerit , perspicis quid in maxima re fecerit ? Philotimus non modo nullus venit , sed ne per literas quidem , aut per nuntium certiore facit me ⁹ quid egerit . Epheho qui veniunt , ibi se eum de suis controversiis in jus adeuntem vidisse nuntiant : quæ quidem (ita enim verisimile est) in adventum Cæsaris fortasse rejiciuntur . Ita ¹⁰ aut nihil puto cum habere , quod putet ad me celerius perferendum , & eo me magis esse despectum : aut , etiam si quid habet , id nisi omnibus suis negotiis confectis ad me referre non curat . Ex quo magnum equidem capio dolorem , sed non tantum , quantum videor debere . Nihil enim mea minus interesse puto , quam quid ¹¹ illinc afferatur . Id quamobrem , te intelligere certe scio . Quod me mones de vultu & oratione ad tempus accommodanda ; etsi difficile est , tamen imperarem mihi , si mea quidquam interesse putarem . Quod scribis , literis putare ¹² Africanum negotium confici posse , velim scriberes , cur ita putares : mihi quidem nihil in mentem venit , quare id

Tom. VIII.

N n n

putem

⁴ Rogarit] Consilium tamen . Gron.

⁵ Illi] Tullia .

⁶ De illo altero] Quod scilicet ad te scripsit , ut aliquid conficiatur ad inopiam propulsandam . Manutius .

⁷ Venire] Ex argento , & supellectile .

⁸ Quid egerit] De me apud Cæs. litem .

⁹ Aut nihil puto] Cum Philotimus Epheho tempus teneret , conjecturam faciebat , in iis

litteris , quas ille a Cæsare ferre dicebatur , nihil esse , quod ceteris perferri opus esset . Manutius .

¹⁰ Illinc] A Cæsare , ex Alexandria . Idem .

¹² Africanum] Scribis te putare , inter Cæsarem , & Pompeianos , qui in Africa sunt , literis utrimque mittendis pacem posse fieri . Idem .

putem fieri posse; tu tamen velim, si quid erit, quod consolationis aliquid habeat, scribas ad me. Sin, ut peripicio, nihil erit, scribas idipsum. Ego ad te, si quid audiero citius, scribam. Vale. VIII. Id. Sext.

CICERO ATTICO SAL.

XXV. **F**ACILE assentior tuis literis; quibus exponis pluribus verbis nullum te habere consilium, quo a te possim iuvari. Consolatio certe nulla est, qua levare possit dolorem meum. Nihil est enim contractum casu: nam id esset ferendum: sed omnia fecimus iis erroribus, & miseris & animi & corporis, quibus proximi utinam mederi maluissent, quam obesse. Quoniam neque consilii tui, neque consolationis cuiquam spes ulla mihi ostenditur; non queram hæc a te posthac. Tantum velim, ne intermittas scribas ad me quidquid veniet tibi in mentem, cum habebis cui des, & dum erit ad quem des; quod longum non erit. Illud discessisse Alexandria rumor est non firmus, ortus ex Sulpicii literis: quas cuncti postea nuntii confirmant; quod verum an falsum sit, quoniam mea nihil interest, utrum malim nescio. Quod ad te jampridem de testamento scripsi, apud *hæc* illas velim: ut possint, advertas. Ego hujus miserima facultate confectus consistor. Nihil unquam simile natum puto: cui si qua re consulere aliquid possum, cupio a te admoneri. Videor eandem esse difficultatem, quam in consilio dando

¹ Proximi] Ut Q. frater, Q. filius, uxor, & gener. *Corrad.*

² Quam obesse] Legit Grævius ex Mss. *Malinbert.* Quam ob rem quantum, &c.

³ Tangere non erit] Significat, se aut in tantis molibus non durasse vivere, aut in aliis terris velle migrare. *Mauro.*

⁴ Apud hæc] Velim, inquit, Terentium & Tullianum deponere testamentum ipsius Terentii apud aliquem, cui tuto committi queat: ut vero id lucere possint, ipse advertas rogo. *Eccleses* vocat hominem exploratæ fidei, & cui tuto credit possit. Hoc spectant verba illa epistolæ superioris, *poteris tamen*

monere, ut alicui committatur, &c. Bahr.

Antea legebatur, apud epistolæ velim ut possis advertere. Unde sensus alicuius potest. Boli conjectura non est quidem certa; immo est audacior; sed hujusmodi tamen, ut tenentis præfere videatur. *Oliver.*

⁵ Hujus] Tullie.

⁶ Miserima facultate] Negat Grævius miseram aut miserissimam facultatem pro inopia posse accipi. Cur enim? An quia pugnant secum facultas & inopia? Pugnant magis, non in ærenitas & inertia? Atqui dicit Horatius, 11. Ep. XI. 28. *Ærenas nec emittit inopia.* Lucum.

do ante: tamen hoc me magis sollicitat, quam omnia. In pensione secunda cæci fuimus. Alium mallem. Sed præterit. Te oro ut in perditis rebus, si quid cogi, confici potest, quod sit in tuto, ex argento, neque satis multa ex suppellectile, des operam. Jam enim mihi videtur adesse extremum, nec ulla fore conditio pacis, eaque, quæ sunt, etiam sine adversario peritura. Hæc etiam, si videbitur, cum Terentia loquere opportune. Non queo omnia scribere. Vale. III Non. Quint.

⁷ Pensione secunda] Intelligit pensionem secundam dotis, quam Dolabella solverat anno superiore post Kal. Quint. epist. 3. *Poppa.*

⁸ Alium mallem] Doleo fuisse me cæcum: mallem in alii committere: mallem alium fuisse cæcum. Putat *Mongaultus*, hoc genus loquendi, *Alium mallem*, in communi usu & proverbio fuisse. *Corradus* opinatur legi posse: *Aliud mallem* scilicet; ut

diceret solent illi, quos aliquid fecisse peccati tet. *Oliver.*

⁹ III Non. Quint.] Ex diebus adscriptis, quibus data significantur, perspicitur quam perturbatos ordo sit extimarum libri hujus epistolarum. Videntur ita posse distribui, ut hæc ipsa quæ incipit, *Facile assentior*, sit 19. Et quæ incipit, *Quod ad te, 20. Cum tunc, 21. Quæ dolam, 22. Kal. Sept. 23. Accepi vi. Kal. 24. Diligenter, 25. Malat.*



EPISTOLARUM
AD ATTICUM
LIBER XII.

CICERO ATTICO SAL.

UNDECIMO die postquam a te discesseram, hoc literularum exaravi, egrediens e villa ante lucem: atque eo die cogitabam in Anagnino, postero autem in Tusculano; ibi unum diem. V. Kalendas igitur ad constitutum: itaque utinam continuo ad complexum mea Tullia, ad osculum Atticæ possim currere. Quod quidem ipsum scribe quaeso ad me; ut, dum consisto in Tusculano, sciam quid garriat: sin rusticatur, quid scribat ad te: eique interea aut scribes salutem, aut nuntiabis, itemque Piliæ: & tamen, etsi continuo congressuri sumus, scribes ad me, si quid habebis.

Cum complicarem hanc epistolam, noctuabundus ad me venit cum epistola tua tabellarius: qua lecta, de Atticæ fabricula scilicet valde dolui. Reliqua quæ expectabam, ex tuis literis cognovi omnia. Sed quod scribis igniculum matutinum; *ἡμερολογίου* est memoriola vacillare. Ego enim iv Kal. Axio dederam, tibi iii, Quinto quo die venissem, id est v Kal. Hoc igitur habebis: novi nihil. Quid ergo opus erat epistola? Quid, cum coram sumus, & garrimus quidquid in

¹ Ad constitutum] Ad constitutum locum & tempus. *Grævius.*
² *ἡμερολογίου* est] *Magis senile, magis quasi proprium senium.* Corrad. Atticum obsecisse Ciceroni, *ἡμερολογίου* esse igne matutinio uti hoc tempore, apparet ex verbis paulo post subiectis. *Hoc igitur habebis.* Quo ligni-

ficat se, ut illum repungat, *ἡμερολογίου* aliquid ei exprobrasse, memoriam scilicet vacillationem. Nam *hoc igitur habebis* est, hoc tibi repositum sit, qui mihi vitio verissimi *ἡμερολογίου* illud, quod ignem matutinum me desiderare scripserim ad literas exarandas. *Græv.*

buccam? Est profecto quiddam *ἡμερολογίου*, quæ habet, etiam si nihil subest, colloctione ipsa suavitatem.

³ *ἄδρα*] *Confabulatio, colloquium.* Resti personæ fugit: Quid oportuit mittere ponder et obiectari, quam ipse sibi ex Attianes literas? *Malaspina.*

CICERO ATTICO SAL.

HIC rumor est, tamen Murcum periisse naufragio, Asinium delatum vivum in manus militum, quinquaginta naves delatas in Uticam restatu hoc, Pompejum non comparere, nec in Balearibus omnino fuisse, ut Patricæ affirmat. Sed auctor nullius rei quisquam. Habes quæ, dum tu abes, locuti sunt. Ludi interea præceite. Ibi Hirtius, isti omnes: & quidem ludi dies octo. Quæ cenæ? quæ delicia? Res interea fortasse transacta est. O miros homines! At Balbus ædificat: *τί γὰρ οὐκ ἔμελλε?* Verum si quæris, homini non recta, sed voluptaria quærenti nonne *Βελιάρης?* Tu interea dormis. Jam explicandum est *ἡμερολογίου*, si quid acturus es. Si quæris quid putem, ego fructum puto. Sed quid multa? jam te videbo; & quidem, ut spero, de via recta ad me. Simul enim & diem Tyrannioni constituetur, & si quid aliud.

CI-

¹ *Tamen*] Utitur adverbis particula, ut Atticum falli doceat, dum scriberet, se putare nihil novi Romam allatum esse, ex quo inde discessisset. *Boisius.*

² *Murcum*] Quem postea C. Cassius in suas partes traxit; mox falsis criminibus insularum Sex. Pompejus, Magni filius, in Sicilia interfecit. *Men.*

³ *Asinium*] C. Asinum Pollionem.

⁴ *Isti omnes*] *Caesariani.* *Corrad.*

⁵ *Transacta*] In Africa. Interea inquit, depugnatum fortasse est in Africa, quo Caesar mense Decembris contra Pompejanos. Scipione imperatore bellum renovante, trajecerat. *Manutius.*

⁶ *Τί γὰρ?*] *Quid enim illi case est?*

⁷ *Βελιάρης*] *Præclare vita vitæ est.* Nam *Fructus* quodque valet jucunde vivere. Nonne vides, inquit, Balbo, cum voluptate vitam esse traductam? At tu interea dormis: non explicans quomodo vivendum tibi sit. *Manutius.*

⁸ *ἡμερολογίου*] *Quæritio.* Nimirum diu quæris, utrum recta, an voluptaria sequaris. *Hæc tibi quaesitio jam explicanda est, aliquando tibi est decernendum, utram partem eligas. Idem.*

⁹ *Si quid acturus es?*] *Qui semper deliberat, & quaerit, hoc an illud agat, nihil unquam agit. Idem.*

¹⁰ *Fructum*] *Hoc est voluptatem, & usuram commodorum.* Frui enim absolute positum, est presentibus commodis & voluptatibus uti. *Parec ex epistola ad Petrum lib. IX. epist. 67. Nihil inquit, times: generum, dum hæc & opta, ut semper hæcat. Idem.*

¹¹ *Tyrannioni*] *Grammaticus fuit truditus, qui librum scripsit, de quo ep. 5. Is docuit Q. Ciceronem filium, ut legitur in epistola ad Q. fratrem, lib. II. ep. 1. De eodem etiam epist. 4. & 8. lib. IV. Simul diem constituetur, quo die fuum librum legendum nobis det. Ep. 5. Idem.*

CICERO ATTICO SAL.

III. **U**NUM te puto minus blandum esse, quam me: &, si uterque nostrum est aliquando adversus aliquem, inter nos certe nunquam sumus. Audi igitur me hoc ¹ ἀγορεύων dicentem. Ne vivam, mi Attice, si mihi non modo Tullianam, ubi ceteroqui sum libenter, sed ² μηδὲν ἄλλο tantum sunt, ut sine te sim totos dies. Quare ³ obduretur hoc triduum; ut te quoque ponam in eodem ⁴ πῦρ: quod ita est profecto. Sed velim scire, hodiene statim ⁵ de auctione, aut quo die venias. Ego me interea cum libellis. Ac moleste fero ⁶ Vennonii me historiam non habere. Sed tamen ⁷ ne nihil de re, ⁸ nomen illud quod a Cesare, tres haber conditiones, aut emptionem ab hasta: (perdere malo: est, praeter turpitudinem, hoc ipsum puto esse ⁹ perdere) aut delegationem a mancipe, annua die; (quis erit, cui credam? aut quando iste ¹⁰ Metonis annus veniet?) aut ¹¹ Vedeni conditionem semisse. ¹² Σελῆται igitur. Ac vereor, ne iste jam auctorem nullam faciat, sed ludis factis ¹³ κτῶν subsidio curat, ne talis vir ἀγορεύῃ. Sed ¹⁴ μηδὲν ἄλλο.

CI.

- ¹ ἀγορεύων] Sine facto.
² μηδὲν ἄλλο] Beatotium insul.
³ Obduretur hoc triduum] Ab utroque nostrum. Nam tu quoque in eodem πῦρ, & in eodem molesta es; propterea quis, ut ego te iuvit, ita tu me non libenter carere. *Manutius.*
⁴ Πῦρ] Affectu, animi motu.
⁵ De auctione] Post auctorem. *Man.*
⁶ Vennonii] Vide lib. I. de Leg. c. 2.
⁷ Ne nihil de re] Supple, scribam.
⁸ Nomen illud quod a Cesare] Ciceroni pecuniam debebat profectus dicit Pompeianus, cuius bona Caesar cum velle publicitate, permisit ut Cicero desinat suam exigere. Ideo dicit Novus illud quod a Cesare mihi concessum ut exigam, tribus modis confecti poterit, emptione ab hasta, delegatione a mancipe, & semisse. *Pepina.*
⁹ Perdere] Nam, si dominus commutabitur, quae de bonis profectus empti fuerint, rata non erunt. *Manutius.*
¹⁰ Metonis annus] Proverbiale hic dicitur longissima dilatio; ad eo quod Metonis Astronomi annus constabat octidiecim annis solaribus. *Pepina.*
¹¹ Vedeni conditionem semisse] Compendium loquendi sic est integrandum? Aut habeat eam conditionem, qua Vedenus est de pactis, nimirum ut semisse sumis contenti, vel dimidia parte. *Gravov. Observ. lib. I. cap. 16.*
¹² Σελῆται] Considera: quid? hoc videlicet, de tribus conditionibus, quae tibi magis & re nostra videntur. *Manutius.*
¹³ Κτῶν] Plautus. Sententia huius loci haec est: Vereor, ne quia ludi Praetores sunt, iste, quicumque sit, advolet eo ad plaudendum, veritus, praesentes sequitur plautos, & eos excitatos, ne tam infans vir, qui ludos dat, negligatur. *J. E. Gravov.*
¹⁴ Μηδὲν ἄλλο] Curabis: curae erit. *Manutius.*

CICERO ATTICO SAL.

IV. **O** GRATAS tuas mihi jucundaeque literas! quid quæris? restitutus est mihi dies festus. Angebar enim, quod Tiro ¹ ἀγορεύων te sibi esse visum dixerat. ² Addam igitur, ut cenles, unum diem. Sed ³ de Catone πρόβλητος Ἀρχιμυθεὶος est. Non assequor ut scribam, quod tui convivæ non modo libenter, sed etiam æquo animo legere possint. Quin etiam, si a sententiis ejus dictis, si ab omni voluntate, consiliiisque, quæ de Republica habuit, recedam, ⁴ Ἰδῶσque velim gravitatem, constantiamque ejus laudare; hoc ipsum ⁵ ἀγορεύω sit. Sed vere laudari ille vir non potest, nisi hæc ornata sint; quod ille ea, quæ nunc sunt, & futura viderit, & ne fierent contenderit, &, facta ne videret, vitura reliquerit. Horum quid est, quod ⁶ Aledio probare possimus? sed cura obsecro ut valeas, eamque, quam ad omnes res adhibes, in primis ad convalescendum adhibe prudentiam.

- ¹ ἀγορεύων] Rubricandorum.
² Addam igitur] Ad illud tempus videlicet, quod hic modere constitueram. Et sciendum est, Ciceronem hic festos appellare eos dies quos rari ageret, propterea quod feriaretur ab omnibus negotiis, quemadmodum in urbe festis diebus fieri solet. *Manutius.*
³ De Catone] Catonem, sive liberum de Catonis vita scribere est opus difficile non minus quam Archimedis Geometriae quæstiones explicare; neque enim ita possum scribere, ut Catonianus non ostendam. Scripsit tamen;
⁴ Ἰδῶσ] Tenuit, sine ornatu.
⁵ ἀγορεύω] Audiri jucundam; ad aures oblectandas convaratum.
⁶ Aledio] Dedit viri putant Aledium vocari Caesarem filio nomine a Græco verbo ἄλλο, quasi vitandum, fugiendum, non offendendum. Ego arbitror esse nomen amici & familiaris Catonis & item Attici, qui etiam nominatur ep. 24. & 27. *Pepina.*

CICERO ATTICO SAL.

V. **Q**UINTUS, pater quartum, vel potius millesimum nihil sapit, qui latetur ¹ Luperco filio & ² Statio,

III

- ¹ Q. pater] Haud dubium, quin illud Manianum respiceret: *Quinti pater quartum se consul.* Vide Gellium X. 1.
² Luperco filio] Romæ collegia Luperconum tria fuere: antiquiora duo, Fabianorum, & Quintilianorum; tertium recentius Julianorum, quos sibi, ut ait Suetonius, in Julio, cap. 76. inter alia humano fastigio majora, Casar decerni potius fuerat. Primum admonuit Mongault, hic de Julianis agi Luper-

caſionumque ἀπὸ τῶν fugienda, conſciendæque ¹⁰ tabula: nihil tamen tanti, ut a te abeſſem, fuit. Cum Romæ eſſim, & te jam jamque viſurum me putarem: quotidie tamen horæ, quibus expectabam, longæ videbantur. Scis me minime eſſe blandum: itaque minus aliquanto dico, quam ſentio.

raci aut ſeneriores: fortaſſis ita diſi-
quod ceteros in hoc negotio non genere vin-
cebat. Eſt enim Nicæſis nomen proprium
origine Græcum, apud Ciceroſem in Verrem.
Afranius in ſabula incendio, *Servus eſt mihi
Nicæſis ſoleſtatis, curioſus*. Cicilius in in-
ſcriptione Comœdiæ, cujus teſtimonio No-

nus aliquoties utitur, Botonicæſio, quaſi pec-
carius, vel pecoris maſtiter. *Appertura* vo-
cat *Calendæ* ſeruatorum, in que velut in
primigeniæ tabulas incruſta referunt. *Poppa*,
20 *Tabula*. De tabulis loquitur accipit
& expenti, quas quilibet patrifamilias con-
ſciebat. *J. F. Gronov.*

CICERO ATTICO SAL.

VI. DE Cælio vide, quaſo, ne qua ¹ lacuna ſit in auro.
Ego iſta non novi: ſed certe in collybo eſt detri-
menti ſatis. Huc aurum ſi accedit: ſed quid loquor? tu vi-
debis. Habes ² Hegeſiæ genus, quod Varro laudat. Venio
ad Tyrannionem. Ain tu ³ verum hoc ſuit? ſine me? At
ego quoties, cum eſſem otioſus, ſine te tamen nolui? quo modo
hoc ergo lues? uno ſcilicet, ſi mihi librum miſeris: quod ut
facias, etiam atque etiam rogo. Eſti me non magis liber ipſe
delectabit, quam tua admiratio delectavit. Amo enim ⁴ τῶν
τῶν φιλῶν: teque iſtam tam tenuem ⁵ δεαλίαν tam valde
admiratum eſſe gaudeo. Eſti tua quidem ſunt ejuſmodi omnia.
Scire enim vis: quo uno animus alitur. Sed, quaſo, quid ex
iſta acuta & gravi refertur ad ⁶ τῶν? Sed longa oratio eſt,
& tu occupatus in meo quidem fortaiſſe aliquo negotio; &

¹ *Lacuna*] Lacuna dicitur eſſe in auro,
cum in nummo, qui aureus videtur, aliquod
eſt, quod aurum non ſit. Quæſi enim lacuna
eſt in eo loco, ubi aurum non eſt: transla-
tione ſumpta a fundis, quos lacunæ deterio-
res faciunt. *Mæ.*

² *Hegeſia*] Quia proxima verba minuta-
tim incidit, ſcribit ſe id feciſſe exemplo
Hegeſiæ, cujus dicendi genus fractum erat,
& veluti in particulis inſum, ut idem re-
ferre in Oratore. Habes, inquit, hoc exem-
plo genus dicendi Hegeſiæ. *Robur.*

³ *Verum hoc ſuit, ſine me*] Subaudi, te

legere Tyrannionis librum. Et dixit, *Ve-
rum*, pro æquum. *Maurit.*

⁴ *τῶν φιλῶν*] *Omnia popularia*: hoc
eſt, qui vulgaria non ſeruit.

⁵ *δεαλία*] *Commentationem*: de arte for-
taſſe Grammatica, quam Tyrannio profe-
batur.

⁶ *τῶν*] *Finem*, ſcilicet bonorum &
malorum. Quæſi dicit: ut acuta & gravis
ſit, quemadmodum tu ſcribis, Tyrannionis
iſta *δεαλία*, mihi ne ad opus quod melior de
bonorum & malorum ſtibus, aliquam uti-
litatem aſſeret?

pro iſto aſſo ſole, quo tu abuſus es in noſtro pratulo, a te
nitidum ſolem, unctumque reperemus. Sed ad prima redeo,
Librum, ſi me amas, mitte. Tuus eſt enim proſecto, quo-
niam quidem eſt miſſus ad te. ⁸ *Tantumne ab re tua eſt viſi
tibi*, ut etiam ⁹ Oratorem legas? Maſte virtute: mihi qui-
dem gratum, & erit gratius, ſi non modo in libris tuis, ſed
etiam in aliorum per librarios tuos ¹⁰ *Ariſtophanem* reperuſeris
pro *Eupoli*. Cæſar autem mihi irridere viſus eſt ¹¹ *quaſo* illud
tuum, quod erat ¹² *εὐπρίης* & urbanum. Ita porro te ſine
cura eſſe juſſit, ut mihi quidem dubitationem omnem tolle-

O o o 2

⁷ *Proſto aſſo ſole*] Locī huius ſententiam
mihi videtur Montanus diſiſſe, quem
libens ſequar: nec tamen verbum reddam
pro verbo. Inter alios corporis curandi ar-
tes, hanc adhibebant veteres Græci, Roma-
nique, ut in ſole nudī vel ſederent, vel
ambularent, quo frigidiſis humoribus exco-
quendis opportunum ſolis calorem cutis com-
liberet. *Juvenalis*, XI. 203.

*Nolle hinc verum contraſſe cuticulæ
ſolem.*

Eam vocabant *inſolationem*, & *apricationem*.
Si corpus ante apricationem oleo perfunde-
rant, hanc dicebant apricationem unctam.
Cicero vocat *unctum ſolem*, *nitidamque*: quo-
niam ſolares radii in cuticulæ meatus inſi-
nuabant ſeſe quaſi uncti ac nirentes oleo,
quod ſecum vehabant. Si unctura non præ-
ceſſerat, aſſa erat & ſicca inſolatio. Nam
aſſum, auctore Servio in *Georg.* II. 417. eſt
ſiccum. Propterea *uncto ac nitido ſoli* oppo-
nitur *ſol aſſus*. Quorū autem hic mentio
peccati? Quoniam *Dialogus de Claris Oratori-
bus*, in quo loquitur Cicero, audiens Atti-
co & Bruto, habitus eſſe fugiit in pratulo:
ubi apriabantur. Lecto amici libro,
ſcripſerat, ut videret, Atticus: *iſto ſole* in
pratulo tuo ſum abuſus: quo ſignificaret, ea
ſe leſione magnopere eſſe delectatum: nam
abui eſt mihi ad delicias & voluptatem. Reſ-
ponder. Cicero in eadem peccata metapho-
ra qua quis velit, clariſſe apparebit, ſi re-
ſpiciatur. Hoc, ni fallor. Ex ea, quam
commentor, Tyrannionis commentatione
grammatica, quis poteſt mihi fruſtus exiſte-
re ad eam ſcriptionem, quam melior de
ſubſtitit honorem? At enim que ad hoc argu-
mentum pertinencia interrogare & ſcire a te
volo, plura ſunt, quam ut includi omnia

in epiſtolam poſſent: & cum ann erunt, id
agenus per otium. Tum exigam quod pro
illis debet, que a me de Oratoribus, cum
in pratulo ad ſolem ſederemus, accipilli-
faciamque, ut levia noſtra ac vulgaria, qui-
bus tamen te delectatum eſſe ait, utilibus
multis, que interrogando a te auferam, ſci-
tutque dignis remuneros. *Olivarius.*

⁸ *Tantumne*] Alludit ad locum Terentii
in *Hexacontim*. I. 18.

⁹ *Oratorem*] Librum, quem de proſecto
oratore ad M. Brutum Cicero miſit: cujus
inſcriptio eſt, *Orator*. *Man.*

¹⁰ *Ariſtophanem*] Perſpicuum eſt, in O-
ratore ſubintelligi, in quo hæc de Pericle:
*Si tanti generis uteretur, nunquam ab Ariſto-
phano poeta fulgere, tonare, permiſſum Gra-
eciſmū dicitur eſſe*. Quod Cicero cum Eupoli
primum tribuſſet, poſtea correxit. *Idem.*

¹¹ *Quaſo illud tuum*] Cæſar rogatus ab
Attico ut parceret Bathronis in Epiro, quo-
rum agri quod Pompejo ſtuduiſſent, proſcri-
pti erant, ita reſpondit: ut ſonaretur in
verbo *quaſo*, quo uſus fuerat Atticus, ſive
ipſum id improbareſ tanquam antiquum
(nam ſine dubio id verbum ſuperet ex eo
quod antiquiſſimi *aſſo pro aſſo*, *Fuſi pro ſi-
rii* & ſic *quaſo* pro *quero* diſcrevit. Poſterio-
res adamarunt utrumque, & ſignificationibus
diſtincturū) ſive audacis Atticus aſſa
& proſtris inſubertata reminatione uſus eſſet,
ut *quaſo* Plauti, *quaſo* Lucretii, *quaſo* ſent,
ut Appuleius. Scribit autem de analogia
Cæſar, & erat exactior Latini ſermonis dili-
gens, ſi non moroſus. Atticus igitur nomi-
ſit dubius, conſulta Ciceroſe nunc cogno-
ſcit ludum hunc & jocum eſſe, ſed de te
Epiroſum Cæſarem in Attici poteſtate. *J. F.
Gron.*

¹² *Εὐπρίης*] *Elegant*. *Idem* &

ret. Atticam doleo ¹³ tam diu: sed quoniam jam sine horrore est, spero esse, ut volumus.

¹³ Tam diu] Febris laborare. Supra epist. 1. Manutius.

CICERO ATTICO SAL.

VII. **Q**UÆ desideras, omnia scripsi in codicillis, eosque tibi dedi, breuiter, sed etiam plura quam quæris; in us de Cicerone: cuius quidem cogitationis initium tu mihi attulisti. Locutus sum cum eo liberalissime: quod ex ipso velim, si modo tibi erit commodum, sciscitare. Sed quid differo? Expofui ¹ te ex me detulisse, eequid vellet, eequid requireret: velle Hispaniam, requirere liberalitatem. De liberalitate, dixi, quantum Publius, quantum flamen Lentulus filio. De Hispania duo attuli: primum idem, quod tibi, me vereri vituperationem: non satis esse si hæc ² arma reliquiffemus? etiam ³ contraria? deinde fore ut angeretur, cum a ⁴ fratre familiaritate, & omni gratia vinceretur. ⁵ Velim magis liberalitate uti mea, quam sua libertate: sed tamen permisi. Tibi enim intellexeram non nimis displicere. Ego etiam atque etiam cogitabo, atque ut idem facias rogo. Magna res & simplex est manere; illud anceps. Verum videbimus. De Balbo & in codicillis scripseram, & ita cogito, simul ac redierit. Sin ille tardius, ⁶ ego tamen triduum. Et, quod præterii, Dolabella etiam mecum.

CI.

¹ Te ex me detulisse] Te ad Ciceronem filium detulisse quod ex me intellexeras, diceret eequid vellet, eequid requireret. Illud respondisse, velle in Hispaniam ire cum Caesare contra Pompeii liberos, &c. Popsma.

² Arma] Pompeiana. Manutius.

³ Contraria] Subintellige, sequi. Idem.

⁴ Fratre] Q. Cicerone filio, qui familiarior & gratiosior esset apud Caesarem, ut pote qui Lupercus in gratiam illius fuisset. Idem.

⁵ Velim] Volo, ut potius pecuniam a me, quam tantum vult, sumat, quam in Hispaniam eat. Et dicit, Sua libertate, quia, & M. Cicero in Hispaniam iussit, cum id

patri sciret non placere, nimirum liberius agere vitus esset. Idem.

⁶ Ego tamen triduum] Hic manebit. Et dictio, Tamen, veniunt posita pro certe: quia desiderium rusticandi declaratur. Ut hoc dicit: Cum primum Balbus redierit, Romanam me conferam: his ille tardius, ego, quod optavi, tamen assequar, ut hic triduum etiam manere possim. Non licet autem quorundam dictionum occultam vim quærituræ ostendere: sed, ingenio paulo acutior qui sunt, facile, quod significavimus, intelligunt: cæteris satisfacere neque semper possumus, etiam si velimus; neque, si possumus, semper velle debemus. Idem.

CICERO ATTICO SAL.

VIII. **D**E Cicerone multis ¹ res placet: ² comes est idoneus. Sed de prima ³ pensione ante videamus. Adest enim dies, & ille currit. Scribe, quaeso, quid referat Celer egisse Caesarem cum candidatis, utrum ipse in ⁴ Fœnicularium, an in Martium campum cogitet. Et sane scire velim nunquid necesse sit comitiis esse Romæ. Nam & ⁵ Pilia satisfaciendum est, & utique Attica.

¹ Res placet] Ut Athenas literarum causa proficiscatur. Manutius.

² Comes] Montanus, de quo ep. 51. huius libri, & 16. & 17. lib. XIV. Idem.

³ Pensione] Exigamus primam pensionem dotis a Dolabella, an sequam Ciceronem Athenas mittamus. Adest enim dies solutivus, nimirum Kal. Quintiles: & Caesare ex Hispania rediit accelerat; cui Dolabella obviam ibit. Popsma.

⁴ Fœnicularium] Fœnicularius campus erat in Hispania Bœtica. Geese *παρθενη*, vel *παρθηνη*. Strabo, lib. III. Liphus, *Ελεθη*. II. 21. Senlius: utrum ipse Celer inœtraverit aut provinciam aut procuratoriam aliquam in Hispania a Caesare, an vero spem urbanam honoris comitiis accipiendi in campo Martio. J. F. Gronov.

⁵ Pilia satisfaciendum] In deducendo aliquid candidato. Corrad.

CICERO ATTICO SAL.

IX. **N**Æ ego essem ¹ hic libenter, atque id quotidie magis, ni esset ea causa, quam tibi superioribus literis scripsi. Nihil hac solitudine iucundius, nisi paulum interpellasset ² Amyntæ filius: ³ ὁ ἀπερητολογίης ἀνδρῶν! Cætera noli putare amabiliora fieri posse villa, litore, prospectu maris, tum his rebus omnibus. Sed neque hæc digna longioribus literis; nec erat quod scriberem; & somnus urgebat.

¹ Hic] In Cumano, ubi Philippus Ciceroni vicinus fuisse cognoscitur: lib. XIII. 51. & XIV. 20. 21. & 12. Corrad.

² Amyntæ filius] Philippus: ilique per notam: quoniam Philippus Macedo Amyntæ fuit filius. illum per notam appellat, ac

vicum Caesaris affinem offendat aperire, cum loquacem vocet. Erat Caesaris affinis, ut O. Stavius queri vitricus. Ep. 12. lib. XV. Idem.

³ ὁ ἀπερητολογίης ἀνδρῶν] O loquacitatem inloquacem!

CI.

CICERO ATTICO SAL.

XIII. **C**OMMOVET me Attica; etsi assentior Cratero. Bruti literæ, scriptæ & prudenter, & amice, multas mihi tamen lacrymas attulerunt. Me hæc solitudo minus stimulat, quam ista celebritas. Te unum desidero; sed literis non difficilius utor, quam si domi essem. Ardor tamen ille idem urget & manet, non mehercule indulgente me, sed tamen non repugnante. Quod scribis de Apulejo, nihil puto opus esse tua contentione, nec Balbo & Oppio; quibus quidem ille receperat, mihi que etiam jussit nuntiari, se molestum omnino non futurum. Sed cura ut excuser morbi causa in dies singulos. Lanæ hoc receperat. Prende C. Septimium, L. Statilium. Denique nemo negabit se juraturum, quem rogaris. Quod si erit durius, veniam, & ipse perpetuum morbum jurabo. Cum enim mihi cendum sit conviviis, malo id lege videri facere, quam dolore. Coccejum velim appelles: quod enim dixerat, non facit. Ego autem volo aliquod emere latibulum, & perfugium doloris mei.

1 Cratero] Medico affirmanti nobis de Atticæ morbo nihil gravius timendum esse: etiam si illo diutius teneret. *Pepona.*

2 Ardor] Dolor ob mortem Tullie.

3 Molestum] Ut Romam irem ad cœnam auguralem: quam ipse parat, in augurum collegium cooperatus. *Matur.*

4 Morbi causa] Cælius, XX. 1.

5 Prende] Ut cum Lanæ me apud Apulejum excuset. *Idem.*

6 Malo id lege] Ut homines, inquit, non propter dolorem amissæ filie, sed propter invalentidinem conviviis me carere suspiciantur. Nam, si amicorum gratia impetraret; incertum fuisset, utrum id morbi causa faceret, an doloris. Dolorem autem celare volebat: itaque de morbo jurando cogitabat. *Idem.*

7 Appelles] De pecunia, quam nobis debet. *Epist. 18. & 19. Idem.*

CICERO ATTICO SAL.

XIV. **D**E me excusando apud Apulejum dederam ad te pridie literas. Nihil esse negotii arbitror. Quemcumque appellaris, nemo negabit. Sed Septimium vide, & Lanatam, & Statilium: tribus enim opus est: sed mihi

1 Tribus enim opus est] Testibus, qui jurent me morbo laborasse. *Corradus.*

Lanæ totum receperat. Quod scribis a Junio te appellatum: omnino Cornificius locuples est: sed tamen scire velim quando dicar spondidisse, & pro patre, an pro filio: neque enim minus, ut scribis, procuratores Cornificii, & Apulejum prædiatorem videbis. Quod me ab hoc mœrore recreari vis, facis, ut omnia: sed me mihi non defuisse, tu testis es: nihil enim de mœrore minuendo scriptum ab ullo est, quod ego non domi tux legerim: sed omnem consolationem vincit dolor. Quin etiam feci, quod profecto ante me nemo, ut ipse me per literas consolaret. Quem librum ad te mittam, si descripterint librarii. Affirmo tibi nullam consolationem esse talem. Totos dies scribo: non quo proficiam quid; sed tantisper impediatur, non equidem satis: vis enim urget: sed relaxari tamen, omniaque nitor, non ad animum, sed ad vultum ipsum, si queam, reficiendum; idque faciens interdum mihi peccare videor, interdum peccaturus esse, nisi faciã. Solitudo aliquid adjuvat, sed multo plus proficeret, si tu tamen interesses: quæ mihi una causa est hinc discedendi. Nam pro malis recte habebat. Quamquam ipsum doleo: non enim jam in me idem esse poteris. Perierunt illa, quæ amabas. De Bruti ad me literis scripti ad te antea: prudenter scriptæ: sed nihil quo me adjuverent. Quod ad te scripsit, id vellem ut ipse adesset: certe aliquid, quoniam me tam valde amat, adjuvaret. Quod si quid scies, scribas ad me velim; maxime autem, Pania quando. De Attica, doleo: credo tamen Cratero. Piliam angustia veta: satis solitus es mœrere pro omnibus.

2 Junio] Junius Atticum appellaverat.

3 Librum] Cujus extant fragmenta, & quasi Ciceronis procuratorem, Ciceronem sibi debere dicens, quod pro Cornificio spon-

4 Doleo] Cupio, inquit, tecum esse. Quod ipsum tamen doleo. Non enim eunt me, quem scies, videbis. *Matur.*

5 Quando] Roma proficiscatur, in Galliam iturus, ut Bruto succedat. *Idem.*

6 Cratero] Vide superiorum epist. Consil. *Juâ. Matur.*

CICERO ATTICO SAL.

XV. **A**PUD Apulejum, quoniam in perpetuum non placet, in dies ut excuser videbis. In hac solitudine careo omnium colloquio; cumque mane me in silvam abstrusi densam & asperam, non exeo inde ante vesperum. Secundum te, nihil est mihi amicus solitudine. In ea mihi omnis sermo est cum literis. Eum tamen interpellat fletus: cui repugno quoad possum: sed adhuc pares non sumus. Bruto, ut suades, rescribam. Eas literas cras habebis. Cum erit cui des, dabis.

CICERO ATTICO SAL.

XVI. **T**E tuis negotiis relictis nolo ad me venire: ego potius accedam, si diutius impedire. Etsi ne discessissem quidem e conspectu tuo, nisi me plane nihil ulla res adjuvaret. Quod si esset aliquod levamen, id esset in te uno: & cum primum ab aliquo poterit esse, a te erit. Nunc tamen ipsum sine te esse non possum. Sed nec tuae domi probabatur, nec meae poteram: nec si propius essem uspiam, tecum tamen essem. Idem enim te impediret, quo minus mecum esses, quod nunc etiam impedit. Mihi adhuc nihil prius fuit hac solitudine: quam vereor ne Philippus tollat: heri enim vesperi venerat. Me scriptio & literæ non leniunt, sed obturbant.

CICERO ATTICO SAL.

XVII. **M**ARCIANUS ad me scripsit, me excusatum esse apud Apulejum a Laterensi, Nalone, Lenate, Torquato, Strabone. Iis velim meo nomine reddendas literas curres, gratum mihi eos fecisse. Quod pro Cornificio me ab hinc amplius annis xxv spondisse dicit Flavius; etsi locu-

¹ Resu] Is, pro quo spondendi. Hoc enim Resu aliquando significat. Manu.

locuples est, & Apulejus prædiator liberalis; tamen velim des operam, ut investigates ex consponsorum tabulis, siue ita. Mihi ante enim Edilitatem meam nihil erat cum Cornificio. Potest tamen fieri: sed scire certum velim; & appelles procuratores, si tibi videretur. Quamquam quid ad me? veruntamen. Panæ professionem scribes cum scies. Atticam salvere jube, & eam cura, obsecro, diligenter. Pliaz salutem.

² Veruntamen] Subaudi, appelles procuratores. Locutio Ciceroni familiaris. Non.

CICERO ATTICO SAL.

XVIII. **D**UM recordationes fugio, quæ quasi morsu quondam dolorem efficiunt, refugio a te admodum. Quod velim mihi ignoscas, cuiusmodi est. Etenim habeo nonnullos ex iis, quos nunc lectito, auctores, qui dicant, fieri id oportere, quod sæpe tecum egi, & quod a te approbari volo. De sano illo dico; de quo tantum, quantum me amas, velim cogites. Equidem neque de genere dubito; placet enim mihi Cluati: neque de re; statutum est enim: de loco nonnunquam. Velim igitur cogites. Ego, quantum his temporibus tam eruditus fieri poterit, profecto illam consecrabo omni genere monumentorum, ab omnium ingenii scriptorum, & Græcorum & Latinorum: quæ res forsitan sit refricatura vulnus meum. Sed jam quasi voto quodam, & promisso me teneri puto; longumque illud tempus, cum non ero, magis me movet, quam hoc exiguum, quod mihi tamen nimium longum videtur. Habeo enim nihil, tentatis rebus omnibus, in quo acquiescam. Nam, dum illud tractabam, de quo antea scripsi ad te, quasi fovebam dolores meos. Nunc omnia respicio; nec quicquam habeo tolerabilius, quam solitudinem: quam, quod eram veritus, non obturbavit Philippus. Nam, ut heri me salutavit, statim Romam profectus est. Epistolam, quam ad Brutum, ut tibi placuerat,

P p p 2 scri-

¹ Admonendo] De sano, quod erigere tuis hic architectus fuisse, aut certe huius mortuus filix volo. Manu. generis intelligem. Quod etiam infra apparet, ep. 35. Linn.

² Cluati] Placet mihi sanum ea forma, que Cluatius descripsit. Videtur autem Clu-

³ De loco] Supple, dubito.

scripsi, nisi ad te. Carabis cum tua perferendam. Ejus tamen misi ad te exemplum, ut, si minus placeret, ne mitteres. Domestica quod ais ordine administrari, scribes quæ sint ea. Quædam expecto. Coccejus vide⁴ ne frustretur. Nam Libo quod pollicetur, ut Eros scribit, non incertum puto.⁵ De sorte mea Sulpicio confido, & Egnatio scilicet. De Apulejo quid est quod labores, cum sit exculatio facilis? Tibi ad me venire, ut ostendis, vide ne non sit facile: est enim longum iter, discedentemque te, quod celeriter tibi erit fortasse faciendum, non sine magno dolore dimittam. Sed omnia, ut voles: ego enim, quidquid feceris, id cum recte, tum etiam mea causa factum putabo. Heri cum ex aliorum literis cognovissem de Antonii adventu, admiratus sum nihil esse in tuis. Sed erant pridie fortasse scriptæ, quam datæ. Neque ista quidem curo. Sed tamen opinor propter prædes suos accurrisse. Quod scribis Terentiam de obsignatoribus mei testamenti loqui, primum tibi persuade, me isthæc non curare, neque esse quidquam aut parvæ curæ, aut novæ loci. Sed tamen quid simile? Illa eos non adhibuit, quos existimavit quaesituros, nisi scissent, quid esset. Num id etiam mihi periculi fuit? Sed tamen faciat illa quod ego: dabo meum testamentum legendum cui voluerit: intelliget, non potuisse honorificentius a me fieri⁸ de nepote, quam fecerim. Nam quod non advocavi ad obsignandum, primum mihi non venit in mentem; deinde ea re non venit, quia nihil attulit. Tute scis, (si modo meministi) me tibi tum dixisse,

⁴ Ne frustretur] Ne non solvatur, quod se esse soluturum dixit. Ep. 10. Idem.

⁵ Non incertum puto] Non dubito, quin pecuniam nobis numeret. *Litem.*

⁶ De sorte] Hoc est, de ipso scire se oportet, pro quo Sulpicius & Egnatius sperantur. *J. F. Gronov.*

⁷ Adventus] Significatur istud tempus, quo M. Antonius Romam profectus ut Hispaniam ad Caesarem iret, deinde mutato consilio rediit admodum celeriter per Italiam cucurrit, & noctu urbem introiit. Cujus festinationis maxime causa fuit, quod, cum tempus jam adesset ejus pecunia solvenda, quam pro emptis in auctione C. Pompeii bonis Caes-

ari debebat, necabatur, ne ipso adventu, prædes sui venderentur. *Manut.*

⁸ De nepote] De Lenulo filio Delabellæ & Tullie, de quo sic epistola 26. hujus libri: *Et tuis aliquando, non est tuis consilium, quæ tibi videbitur, attulit.* Ceterum ei puto Cicero summum honorem habuerat, quod eum heredem aliqua ex parte institueret in primis tabulis, aut certe in iura cera. *Bohus.*

⁹ Quod non advocavi] Amicos & ornatos viros: sed domesticos contentus sui prætor Sillum & Publilium. *J. F. Gronov.*

ut, de tuis aliquos adduceres. Quid enim opus erat multis? equidem domesticos jusseram. Tum tibi placuit, ut mitterem ad Sillum: inde est natum, ut ad Publilium. Sed necesse neutrum fuit. Hoc tu tractabis ut tibi videatur.

CICERO ATTICO SAL.

XIX. EST hic quidem locus amœnus, & in mari ipso, qui & Antio, & Circaïs aspici possit: sed in eadem nobis ratio est, quemadmodum in omni mutatione dominorum, qui innumerabiles fieri possunt in infinita posteritate, (si modo hæc stabunt) illud, quasi consecratum, remanere possit. Equidem jam nihil ego vestigalibus, & parvo contentus esse possum. Cogito interdum trans Tiberim hortos aliquos parare, & quidem ob hanc causam maxime: nihil enim video, quod tam celebre esse possit; sed quos coram videbimus; ita tamen, ut hæc æstate sanum absolutum sit. Tu tamen cum Apella Chio hac de columnis. De Coccejo & Libone quæ scribis, approbo; maxime, quod de judicatu meo. De Iponu si quid prospexeris; & tamen quid procuratores Cornificii dicant, velim scire; ita ut in ea re te, cum tam occupatus sis, non multum operæ velim ponere. De Antonio quoque Balbus ad me cum Oppio conscripsit, idque tibi placuisse, ne perturbaret. Illis egi gratias. Te tamen, ut jam ante ad te scripsi, scire volo, me neque isto nuntio esse perturbatum, nec jam ullo perturbatum iri. Pansa si hodie, ut putabas, profectus est, posthac jam incipito scribere ad me, de Bruti adventu quid expectes, id est, quos ad dies.

¹ Hic] Aßura Insula. Infra, ep. 40.

² Vestigalibus] Vestigalibus hic sunt redditus & pensiones quæ ex fundis & possessionibus capiuntur. *Pomus.*

³ Columnis] Quibus ad sanum utimur; ne excedat adventum meum, sed conice: id est, transige cum Apella Chio; cum eas ab Apella Chio. Nec dubito, quin columnas intelligat, a Chio maritimo, qui inquit Atticum, ut eade re cum homine Chio conficiat. Quod si c. Chio maritimo sequitur ut eas maxime voluerit, quæ maculis essent

veriscoloribus, non solum ad elegantiam, sed etiam ad firmitudinem sani. Nam hujus generis columnas reliquis fuisse firmiores, scribit Plinius lib. XXXVI. cap. 6. *Manut.*

⁴ De judicatu] Id est, de meo officio judicandi, ne propter id Romæ esse me necesse sit. *Vox indicatur* in hac sententiam extat. *Phil. I. cap. 8. J. F. Gronovius.*

⁵ De Iponu] Vide supra, epist. 17.

⁶ Ne perturbaret] Quod Antonius repetito adventu noctu urbem introiisset. Ep. 18. & 20. *Manut.*

dies. Id, si scies ubi jam sit, facile conjectura assequere. Quod ad Tironem de Terentia scribis, obsecro te, mi Attice, suscipe totum negotium. Vides & officium agi meum quoddam, cui tu es conscius, &, ut nonnulli putant, Ciceronis rem. Me quidem ⁷ id multo magis movet, quod mihi est & sanctius, & antiquius; præsertim cum hoc alterum neque sincerum, neque firmum putem fore.

⁷ Id est Officium scilicet. Nam quod Terentia de filiis te cogitet, neque sincerum, neque firmum puta.

CICERO ATTICO SAL.

XX. **N**ONDUM videris perspicere, quam me nec Antonius commoverit, nec quidquam jam ejusmodi possit commovere. De Terentia autem scripsi ad te iis literis, quas dederam pridie. Quod me hortaris, idque a cæteris desiderari scribis, ut dissimulem me tam graviter dolere; possumne magis, quam quod totos dies consumo in literis, quod etsi non dissimulationis, sed potius leniendi, & sanandi animi causa facio: tamen si mihi minus proficio, simulatione certe facio satis. Minus multa ad te scripsi, quod expectabam tuas literas ad eas, quas ad te pridie dederam. Expectabam autem maxime de sano, nonnihil etiam de Terentia. Velim me facias certiorum proximis literis, Cn. Cæpio, Serviliæ Claudii pater, vivone patre suo naufragio perierit, an mortuo; item Rutilia vivone C. Cotta, filio suo, mortua sit, an mortuo. Pertinent ad eum librum, quem de luctu minuendo scripsimus.

CICERO ATTICO SAL.

XXI. **L**EGI Bruti epistolam, eamque tibi remisi, sane non prudenter rescriptam ² ad ea, quæ requisieras.

Sed

² Prudenter] Optime Balliolensis, prudenter, hoc est, non satis modeste. *Grævius.*
² Ad ea, quæ requisieras] *Zabaraque* quoddam M. Brutus conscripserat; ut opinor, in Catois laudem; (hanc enim comediam) deduco ex illis, quæ proxime sequuntur] idque Atti-

Sed ipse viderit: quanquam illud turpiter ignorat. Catonem primum sententiam putat ³ de animadversione dixisse; quam omnes ante dixerant, præter Cæsarem: & cum ipsius Cæsaris tam severa fuerit, qui tum Prætorio loco dixerit, Consularium putat leniores fuisse, Catuli, Servilii, Lucullorum, Curionis, Torquati, Lepidi, Gellii, Volcatii, Figuli, Cottæ, L. Cæsaris, C. Pisonis, etiam M' Glabrioris, Silani, Murenæ, designatorum Consulium. Cur ergo ⁴ in sententiam Catonis? quia verbis luculentioribus, & pluribus rem eandem comprehenderat. Me autem hic laudat, quod retulerim, non quod patefecerim, quod cohortatus sim, quod denique ante, quam consulerem, ipse judicaverim. Quæ omnia, quia Cato laudibus extulerat in cælum, perscribendaque censuerat; idcirco in ejus sententiam est facta discessio. Hic autem te etiam tribuere multum mi putat, quod scripserit, *optimum consulem*. Quis enim jejunius dixit inimicus? Ad cætera vero tibi quemadmodum rescripsit? tantum rogat de senatus-consulto ut corrigas. Hoc quidem fecisset etiam si a ⁵ Rantio admonitus esset. Sed hæc iterum ipse viderit. De hortis, quoniam probas, effice aliquid. ⁶ Rationes meas nosti. Si vero etiam a Faberio ⁷ recedit, nihil negotii est: sed etiam sine eo posse videor contendere. Venales certe sunt Drusa; fortasse & Lamiani & Cassiani: sed coram. De Terentia non possum commodius scribere, quam tu scribis. Officium sit nobis antiquissimum. Si quid nos fefellerit, illius malo me, quam mei poenitere. ⁸ Oviæ C. Lollii curanda sunt H-S c. Negat Eros posse sine me; credo, quod accipienda aliqua sit, & danda æsti-

Attico legendum; & judicandum miserat. Atticus, respondens, cum quedam minus probaret, eorum rationem a Bruto requisivit. Ille nihil ad ea: tantum Atticum rogavit, ut, si quid incertius de S. C. in Catois sententiam factu protulisset, id corrigeret. *Mason.*

³ De animadversione] De puniendis iis, qui cum Catilina conjuraverant. *Idem.*
⁴ In sententiam Catonis] Subintelligitur, est facta discessio. *Idem.*

⁵ Rantio] Quæm voluit fuisse scribam.
⁶ Rationes meas] Meas facultates. *Masonius.*

⁷ Recedit] Manutius in hoc verbo mendam esse suspicatur, ac fortasse legendum, *ves cedit*. Lamb. reponit, *aliquid precedit*; Lippius, a *Faberio recedit*, id est, autem: lib. IV. *Ant. Leß.* cap. 19.

⁸ Oviæ C. Lollii] Subauditur, uxoris. Figura antiqua, & optimis scriptoribus usitata. *Mason.*

⁸ affirmatio. Vellem tibi dixisset: si enim res est, ut mihi scribit, parata, nec in eo ipso mentitur, per te confici potuit. Id cognoscas, & conficias velim. Quod me in forum vocas; eo vocas, unde, etiam bonis meis rebus, fugiebam. Quid enim mihi cum foro sine iudiciis, sine curia, in oculos incurrentibus iis, quos æquo animo videre non possum? Quod autem homines a me postulare scribis, ut Romæ sim, neque mihi ut absim concedere, ¹⁰ aut quatenus eos mihi concedere: jam pridem sciro esse, cum unum te pluris, quam omnes illos, putem. Ne me quidem contemno: meoque iudicio multo stare malo, quam omnium reliquorum. Neque tamen progredior longius, quam mihi doctissimi homines concedunt: quorum scripta omnia, quæcunque sunt in eam sententiam, non legi solum, quod ipsum erat fortis ægroti, accipere medicinam; sed in mea etiam scripta transtuli; quod certe afflicti, & fracti animi non fuit. Ab his me remediis noli in istam turbam vocare; ne recidam.

⁹ *Estimatio*] Casar, pulso ex Italia Pompeio, cum Romanam revertisset, fideique tota Italia esset anquisitor, neque creditæ pecuniæ solverentur, constituit, ut arbitri darentur, per eos fierent estimationes possessionum, & rerum, quanti quæque earum ante bellum fuissent, atque ex creditoribus traderentur.

Hinc est, quod Cicero, interdum dicit *Accipere estimationem*, pro accipere a debito re possessionem, aut rem, lege Casaris estimatam. *Idem.*

¹⁰ *Aut quatenus eos mihi concedere*] Puto verba illa esse iniuria & delenda. *Grævius.*

CICERO ATTICO SAL.

XXII. **D**E Terentia, quod mihi omne onus imponis; non cognosco tuam in me indulgentiam. Ista enim sunt ipsa vulnera, quæ non possum tractare sine maximo gemitu. Moderare igitur, quæso, ut potes. Neque enim a te plus, quam potes, postulo: potes autem, quid veri sit, perpiciere tu unus. De Rutilia, quoniam videris dubitare, scribes ad me, cum scies. Sed quam primum; & num Clodia D. Bruto Consulari filio suo mortuo vixerit. Id de Marcello, aut certe de Postumia sciri potest; illud autem de

¹ *Rutilia*] Vide supra, epist. 20.

de M. Cotta, aut de Syro, aut de Satyro. De hortis etiam atque etiam te rogo. Omnibus meis, eorumque, quos scio mihi non defuturos, facultatibus (sed potero possim) enitendum mihi est. Sunt etiam quæ vendere facile possim: sed, ² ut non vendam, eique usuram pendam, a quo emero, ³ non plus annum, possum assequi, quod volo, ⁴ si tu me adjuvas. ⁵ Paratissimi sunt Drusi: cupit enim vendere. Proximos puto Lamia: sed abest. Tu tamen, si quid potes, odorare. Ne Silius quidem quidquam utitur, & is usuris facillime sustentabitur. ⁷ Habe tuum negotium; nec, quid res mea familiaris postulet, quam ego non curo, sed quid velim, & cur velim, existima.

² *Ut non vendam*] Sunt, inquit, que non leviter possum vendere, ut habeam unde honores amari. Sed, si tu me adjuvas, possum assequi, quod volo, ut nihil vendam, eique, a quo emero, usuram tantummodo annuam pendam. *Man.*

³ *Non plus annum*] Tale illud est ep. 6. lib. VI. *Nunc est hoc, non plus annum obtinere provinciam?* Dixisset etiam eleganter, *Non plus annuam. Idem.*

⁴ *Si tu me adjuvas*] Si tuo studio consequi potes, ut pecuniam ab iis, qui debent,

exigamus. Hoc enim non ad facultates Attici, sed ad operam & diligentiam perinet. Et refertur ad illud, *Possum assequi. Idem.*

⁵ *Paratissimi*] Horti. *Idem.*

⁶ *Sustentabitur*] Facile tanquam dives utaris tibi patietur satisfacere, dilata fortis solutione. *Grævius.*

⁷ *Habe tuum negotium*] Existima tuum esse negotium. Hac res tibi curæ sit, item ut si tua res esset. Genus loquendi perelegans: quo & infra utitur, lib. XIV. epist. 2. *Manus.*

CICERO ATTICO SAL.

XXIII. **P**UTARAM te aliquid novi; quod ejusmodi fuerat initium literarum; ¹ quamvis non curarem quid in Hispania fieret, tamen te scripturum: sed videlicet meis literis respondisti, ut ² de foro, & de Curia. Sed ³ domus est, ut ais, forum. Quid ipsa domo mihi opus est, carenti foro? occidimus, occidimus, Attice, jam pridem nos quidem, sed nunc fatemur, postea quam ⁴ unum, quo tenebamur,

¹ *Quamvis*] Atticus proximis literis ita scripserat Cicero: *Quamvis de Hispania non curares, tamen ad te sum scripturus.* Itaque putavit se Cicero in iis literis aliquid novi de Hispania esse reperiturum, &c. *Manus.*

² *De foro*] Supra, epist. 21.

³ *Domus est*] Scripserat Atticus: cum Romæ eris, si versari in foro non libebit, at domi esse poteris, que tibi erit pro foro. Ita & iis satisfacies, qui a te postulant ut Romæ sis, & assequeris quod tu vis, ut forum ne frequentes. *Manus.*

⁴ *Unum*] Tulliam. *Corrad.*

bamur, amifimus. Itaque folitudines fequor: & tamen, fi qua me res ifto adduxerit, enitar, fi quo modo potero (potero autem) ut³ prater me nemo dolorem meum fen- tiat: fi ullo modo poterit, ne tu quidem. Atque etiam⁶ illa caufa eft non veniendi. Meminifti, quid ex te⁷ Aledius⁸ quaerit: quin etiam nunc molefti funt: quid exiftimas, fi venero? De Terentia ita cura ut fcribis; meque hac ad maximas agritudines acceffione nunc maxima libera. Et ut fcias me ita dolere, ut non jaceam: quibus Confulibus⁹ Car- neades, & ea legatio Roman venierit, fcriptum eft in tuo annali. Hac nunc quaero, qua caufa fuerit: de Oropo, opi- nor; fed certum nefcio: &, fi ita eft, qua controversia¹⁰ praeterea, qui eo tempore nobilis Epicureus fuerit Athenis, qui praefuerit hortis; qui etiam Athenis¹¹ ποδῖτινος fuerint illuftres: qua te etiam ex¹² Apollodori puto poffe invenire. De Attica moleftum; fed quoniam leviter, recte efle confi- do. De Gamala¹³ dubium mihi non erat: unde enim tam felix Ligus pater? nam quid de me dicam, cui ut omnia contingant, qua volo, levati non poffum? De Drufi hortis, quanti licuiffe tu fcribis, id ego quoque audiveram, &, ut opinor, heri ad te fcripferam: fed quanti quanti, bene emi- tur quod necesse eft. Mihi, quoquo modo tu exiftimas, (fcio enim ego ipfe, quid de me exiftimem) levatio qua- dam eft, fi minus, doloris, at¹⁴ officii debiti. Ad Sicam fcripti, quod utitur L. Cotta. Si nihil conficeretur de Tran- fiberinis, habet in Offienfi Cotta celeberrimo loco, fed pu- fillum loci. Ad hanc¹⁵ rem tamen plus etiam fatis. Id ve- lim

³ Praeter me] Omnino, ut opinio mea fert, aptius quiddam, & concinnius acce- ferit ad fenentiam, fi legatur, Praeter te, Manutius.

⁶ Illa] Quae proxime fequitur. Idem.

⁷ Aledius] Cafarianus nefcio quis, qui Romae tunc erat, ep. feq. cum Cafar effet in Hispania, Corrad.

⁸ Quaerit] Ut in fenatum venire, & ipforum de Republica confilii vellet inter- reffe, Manut.

⁹ Carneades] Vide Orat. II. 37.

¹⁰ In officio] Republica moderatores.

¹¹ Apollodori] Subaudi, libris: figura

Graeca, qua Cicero etiam alibi ufus eft, ut cum dixit, ad Moxis, in Scyptis, per Le- culla. Subintelligitur enim, alieni, heritor, fundam, Manut.

¹² Dubium] Sabincellae, qua ex eo morbo moriturus effet. Idem. Gamala: ac- lit, Megala: nomen utrumque incognitum. Sed videtur fuiffe Liguris filius aut filia; nam fequitur: Unde tam felix effet pater? Anonymus.

¹³ Officiu debiti] Quafi ex voto, & pro- miffio. Vide epift. 18.

¹⁴ Rem] Fanum extruendum. Man.

lim cogites, nec tamen ifta pretia hortorum pertimeris. Nec mihi jam argento, nec veftis opus eft, nec quibusquam amoenis locis: hoc opus eft. Video etiam, a quibus adjuvari poffim. Sed loquere cum Silio: nihil enim eft melius. Man- davi etiam Sica. Refcripfit, conftitutum fe cum eo habere. Scribat igitur ad me, quid egerit,¹⁵ &, ut tu videbis.

¹⁵ Et, ut tu] Latet aliquid vult. Foete: Scribat igitur ad me quid egerit: ut quanti, tu videbis, Gracivus.

CICERO ATTICO SAL.

XXIV. **B**ENE fecit A. Silius, qui tranfegerit: neque e- nim ei deefle volebam, &, quid poffem, time- bam. De¹ Ovia confice, ut fcribis. De Cicerone tempus efle jam videtur. Sed quaero, quod illi opus erit Athe- nis, permutare poffit, an ipfi ferendum fit; de totaque re quemadmodum, & quando placeat, velim confideres. Publius iturufne fit in Africam, & quando, ex Aledio fcire poteris: quaeras, & ad me fcribas velim. Et ut ad meas ineptias re- deam, velim me certiozem facias, P. Craffus, Venuleja fi- lius, vivone P. Craffo Confulari, patre fuo, mortuus fit, ut ego meminiffe videor, an post. Item quaero de Regillo,² Lepidi filio, rectene meminerim, patre vivo mortuum.³ Cifpiana explicabis, itemque Pratiiana. De Attica optime it. Ei falutem dices, & Pilia.

¹ Naves una] Bene fecit Silius, qui de-

ciderit de ifto quum cum nefcio quo habebat. Conftitueram enim ei praefo efle ut ad-

vincatus: & tamen verebar ne a me impe-

trare poffem, ut amiffa folitudine quam fe-

mina, hoc eft, debitam mihi a Cifpicio, & quaero, me turbar darem, & Roman veni-

rem. J. F. Gronov.

² Ovia] Vide fupra, epift. 21.

³ Lepidi] Confulis cum Q. Carulo.

⁴ Cifpiana, & Pratiiana explicabis] No-

Pratio pecuniam. Manut.

CICERO ATTICO SAL.

XXV. **S**CRIPSIT ad me diligenter Sica de Silio, feque ad te rem detuliffe: quod tu idem fcribis. Mini & res & conditio placet, fed ita, ut numerato¹ malim, quam

Q q q 2

¹ Malim] Malim emere hortos praefenti pecunia, quam dare in folutum aliquam rem affinatam ex lege Julia. Ref.

estimatione: voluptarias enim possessiones nolet Silius. Vestigalibus autem ut his possum esse contentus, quæ habeo, sic vix minoribus. Unde ergo numerato? H-S de exprimes ab Hermogene, cum præsertim necesse erit: & domi video esse H-S de. Reliquæ pecuniæ vel usuram Silio pendemus, dum a Faberio, vel ab aliquo, qui Faberio debet, repræsentabimus. Erit etiam aliquid alicunde. Sed totam rem tu gubernabis. Drusianis vero hos hortis multo antepono: neque sunt unquam comparati. Mihi crede, una me causa movet, in qua scio me τερφῶμαι. Sed, ut facis, obsequere huic errori meo. Nam quod scribis ἑγγύρα; actum jam de isto est: alia magis quæro.

² Comparati] Quasi dicat: semper enim Silius celeberrimos atque amoeniores habitos sunt. *Manus.*

³ Τερφῶμαι] Gloriosa studio ducor.

⁴ ἑγγύρα] Sessivatis requies, occupatio. Quod scribis ἑγγύρα τῆς νομῆς, optimum senectutis oblectamentum esse respiciat tractationem, quod dictum

fuit Prisel Catonis, mihi præsertim homini anhelat in negotiis semper versato, eoque me revocas in forum & curiam, sordo canis: illud ἑγγύρα, id est, respiciat fuit & sibi & mihi: neque ipsa superet, nec quod ejus superet me tangit aut ducere potest. Eodem respicere epist. 29. & 44. hujus libri. J. F. Gron.

CICERO ATTICO SAL.

XXVI. SICA, ut scribit, etiam si nihil confecerit cum A. Silio, tamen se scribit x Kal. esse venturum. Tuis occupationibus ignosco; eaque mihi sunt notæ. De voluntate tua ut simul simus, vel studio potius & cupiditate non dubito. De Nicia quod scribis, si ita me haberem, ut ejus humanitate frui possem, in primis vellem illum mecum habere: sed mihi solitudo & recessus provincia est. Quod quia facile ferebat Sica, eo magis illum desidero. Præterea nostri Niciæ nostri imbecillitatem, mollitiam, consuetudinem victus. Cur ego illi molestus velim, cum mihi ille jucundus esse non possit? Voluntas tamen ejus mihi grata est. Unam rem ad me scripsisti, de qua decrevi nihil tibi rescribere:

¹ Nicia] Hic est Nicias Grammaticus, de quo Suetonius in libello de claris Grammaticis qui etiam docuisse videtur Plancum

Bursam. *Fam. X. 9. Manus.*
² Unam rem] De Terentia scilicet. *Idem.*
Vide supra, epist. 22, & 23.

re: spero enim me a te impetrasse, ut privares me ista molestia. Piliæ, & Atticæ salutem.

CICERO ATTICO SAL.

XXVII. DE Siliano negotio, etsi mihi non est ignota conditio, tamen hodie me ex Sica arbitror omnia cognituram. Cotta quod negas te nosse; ultra Silianam villam est, quam puto tibi notam esse: villula fordida, & valde pusilla: nihil agri; ad aliam rem loci nihil; satis ad eam, quam quæro. Sequor celebritatem. Sed, si perficitur de hortis Sili, hoc est, si perficis, (est enim totum positum in te) nihil est scilicet, quod de Cotta cogitemus. De Cicerone, ut scribis, ita faciam: ipsi permittam de tempore: nummorum quantum opus erit ut permittetur, tu videbis. Ex Aledio, quod scribis, si quid inveniis, scribes. Et ego ex tuis animadverto literis, & profecto tu ex meis, nihil habere nos, quod scribamus: eadem quotidie, quæ jam, jamque ipsa contrita sunt: tamen facere non possum, quin quotidie ad te mittam, ut tuas accipiam. De Bruto tamen, si quid habebis. Scire enim jam puto, ubi Panfam expectet. Si, ut consuetudo est, in prima provincia, circiter Kal. affuturus videtur. Vellem tardius: valde enim urbem fugio multas ob causas. Itaque id ipsum dubito, an excusationem aliquam ad illum parem; quod quidem video facile esse. Sed habemus satis temporis ad cogitandum. Piliæ, Atticæ salutem.

¹ Cotta] Subintellige, villam. *Manus.* ut Athenas ear studiorum causa. *Idem.*
² De tempore] Quando velit discodere; ³ Provincia] Gallia. *Idem.*

CICERO ATTICO SAL.

XXVIII. DE Silio nihilo plura cognovi ex præsentē Sica, quam ex literis ejus: scriperat enim diligenter. Si igitur tu illum conveneris, scribes ad me, si quid vide-

videbitur. De quo putas ad me ¹ missum esse, sit missum necne nescio; dictum quidem mihi certe nihil est. Tu igitur, ut coepisti; & si quid ita conficies, (quod equidem non arbitror fieri posse) ut illi probetur, Ciceronem, si tibi placebit, adhibebis. Ejus aliquid interest, videri illius causa voluisse: mea quidem nihil, nisi ² id, quod tu scis: quod ego magni aestimo. Quod me ad consuetudinem revocas; fuit ³ meum quidem jam pridem Republicam lugere; quod facebam, sed mitius: erat enim ⁴ ubi acquiescerem. Nunc plane nec ego victum, nec vitam illam colere possum: nec in ea re quid aliis videatur, mihi puro curandum. Mea mihi conscientia pluris est, quam omnium sermo. Quod me ipse per literas consolatus sum, non poenitet me quantum profecerim. ⁵ Mcerorem minui: dolorem nec potui, nec, si possem, vellem. De ⁶ Triario bene interpretaris voluntatem meam. Tu vero nihil, nisi ut illi voleat. Amo illum mortuum: tutor sum liberis: totam domum diligo. De Castriciano negotio, si Castricius ⁷ pro mancipiis pecuniam accipere volet, eamque ei solvi, ut nunc solvitur; certe nihil est commodius. Sin autem ita actum est, ut ipsa mancipia abduceret, non mihi videtur esse equum. Rogas enim me, ut tibi scribam, quid mihi videatur. Nolo enim negotii Quintum fratrem quidquam habere: quod, videor mihi intellexisse, tibi idem videri. Publius, si aequinoctium expectat, ut scribis Aledium dicere, ⁸ navigaturus videtur. Mihi autem dixerat per Siciliam. Utrum & quando, velim scire. Et velim aliquando,

¹ Missum esse] A Terentia. Corv.

² Id] Officium. Vide supra, ep. 19.

³ Meum] Nam graviorem, quam ceteri, animo dolorem accipiebam de mississimo Republicae dno, quod quam ipse ab incerto servatum, eam aliorum flagitiis, scelereque precipitem ferri ad exitum viderem. *Bohus.*

⁴ Ubi acquiescerem] Cum haberet filiam, cupis in sermone, & suavitate conquirere solium esse *Mamer.*

⁵ Mcerorem] Quo differant *maria* & *debor*, habet *Tull.* IV. R. Mceror, *agritudo* *sollicitudo*, *dolor*, *agritudo* *crucians*.

⁶ Triario] De quo, lib. I. de *Florent.*

⁷ Pro mancipiis] Q. Ciceronem considerat Castricio cui debebat, mancipia, que postea voluit sibi retinere, & debitum solvere prout tunc solvabatur ex *lege Julia*, datis in solutum rebus adimatis. Sed cum ita actum esset, ut Castricius ipsa mancipia abduceret, non erat equum cogit illum ad *adimariorem* accipere. Quod enim actum est, ex solo contractu valet, ut loquitur *Ulp.* Rhemeticorum. *Poppus.*

⁸ Navigaturus] Romae se consistit ad *mare*, recta, non per Siciliam.

do, cum erit tuum commodum, ⁹ Lentulum puerum vilas, eique de mancipiis, quae tibi videbitur, attribuas. Piliae, Atticae, salutem.

⁹ Lentulum] Cornelio Dolabella duo fuerunt cognomina, alterum Lentuli, alterum Dolabellae. Ideo scribit Plurarchus Tulliam apud Lentulum virum ex parte decessisse. *E-*

rat ergo hic Lentulus filius Dolabellae & Tulliae, qui matris superstes fuerat, quem supra Ciceronem nepotem appellat. *Bohus.*

CICERO ATTICO SAL.

XXIX. SILIUS, ut scribis, ¹ hodie. Cras igitur, vel potius cum poteris, scribes, si quid erit, cum videris. Nec ego Brutum vito, nec tamen ab eo levationem ullam expecto: sed erant causae, cur hoc tempore istic esse nollem: quae si manebant, quaerenda erit excusatio ad Brutum; & ut nunc est, mansura videntur. De hortis quaso explica. ² Caput illud est, quod scis. Sequitur, ut etiam mihi ipsi quiddam ³ opus sit: nec enim esse in turba possum, nec a vobis abesse. Huic meo consilio nihil reperio isto loco aptius: & de hac re quid tui consilii sit, mihi persuasum est, & eo magis, quod idem intellexi tibi videri, me ab Oppio & Balbo valde diligi. Cum iis communices quanto opere & quare velim hortos; sed id ita posse, si expediatur illud Faberianum. Sintne igitur ⁴ auctores futuri; si qua etiam iactura facienda sit in representando, quoad possunt adduci: totum enim illud desperatum. Denique intelliges, equid inclinat ad hoc meum consilium adiuvandum. Si quid erit, magnam est adjumentum: si minus, quacunque ratione con-

¹ Hodie] Hoc subsaudi: Tecum de hortis, quos ab eo emere vellemus, loquere. Id enim Atticus ad Ciceronem scripserat. *Bohus.*

² Caput] Prima & praecipua causa, quod sanum celebri loco fieri velim. *Poppus.*

³ Opus sit] Quodam loco, ubi manere possum, & in hortis prope urbem esse ita, ut sto in turba sim, & te sepe, & alios amicos mecum habeam. *Corv.*

⁴ Auctores] Fuisse in nominibus Faberii

Oppium & Balbum consilii possessi ex hoc loco; Nam eos Faberius Ciceroni volebat delegare. Quare ergo Ciceronem, num iis futuri sint auctores, ut hortos emat, hoc est, num soluturi sint Faberii nomine pretium horrorum: & si pecuniam representare nequeant, ideoque opus sit aliunde eam sibi usuris, & juri rei causa, sumere, quam iacturam usurarum illarum nomine facere velint. Nam desperatum erat, ut omnem in se iacturam susciperent. *Bohus.*

contendamus. Vetus illud ⁵ ἔγγραμμος, quemadmodum scripsisti, vel ⁶ ἐπιγράμμιον putato. De illo Ostiensi nihil est cogitandum. Si hoc non assequimur; (a Lamia non puto posse) ⁷ Damassippi experiendum est.

⁵ ἔγγραμμος] Vide supra, epist. 25.
⁶ ἐπιγράμμιον] Perizonius ad Aelian. V. H. l. 16. docet, ἐπιγράμμιον esse quodcumque ornamentum mortui, quo in atriis exponitur, sepulchrum: unde, ἐπιγράμμιον dicitur tota illa cura, quae curando; condidendo; condidendoque mortui adhibetur. Hoc loco ipse J. F. Gronovius interpretatur sepulchrum. Horti illi, inquit, erunt non modo requies senectutis, seu ἔγγραμμος, ut tu aliquando scripsisti, sed ἐπιγράμμιον adeo, requies mortui. Non absurde, quia sensum, modo verbum Graecum eum patere. Constat, Graecorum mo-

re non mortuos solum magnificis vestibus ornatos, sed saepe etiam mortuos. Hinc Apollodorus Socratis discipulus Socrati offerbat magnificam vestem, qua induta demum circum iberet. Nondum enim mortuus erat, etsiunctiones proprie post mortem fiebant. Hic ergo est loci huius, mea sententia, sensus: In his hortis ego non solum suavis agere senectutem, sed etiam honeste succundaque mori me posse confido. Ernestus.

⁷ Damassippi experiendum est] Subaudi, ut hortos habere possimus. Manut.

CICERO ATTICO SAL.

XXX. QUERO, quid ad te scribam: sed nihil est. Eadem quotidie. Quod Lentulum invisit, valde gratum. Pueros attribue ei, quot, & quos videbitur. De Silii voluntate vendendi, & de eo quanti, tu vereri videris, primum ne nolit, deinde ne tanti. Sica aliter: sed tibi assentior. Quare, ut ei placuit, scripsi ad Egnatium. Quod Silius te cum Clodio loqui vult; potes id mea voluntate facere: commodiusque est, quam, quod ille a me petit, me ipsum scribere ad Clodium. De mancipiis Castricianis, commodissimum esse credo, transigere Egnatium: quod scribis te ita futurum putare. Cum Ovia, quaeso vide ut concipiatur. Quoniam, ut scribis, nox erat, in hodierna epistola plura expecto.

CICERO ATTICO SAL.

XXXI. SILIUM mutasse sententiam Sica mirabatur. Equidem magis miror, quod, cum in filium causam

conterret, quae mihi non iniusta videretur; (habet enim qualem vult) ais te putare, si addiderimus aliud, a quo refugiat, cum ab ipso id fuerit destinatum, venditurum. Quaris a me, quod summum pretium constituam, & quantum antequam istos hortos Drusi; accessi nunquam: Coponianam villam & veterem & non magnam novi; silvam nobilem; fructum autem neutrius: quod tamen puto nos scire oportere. Sed mihi utrius istorum tempore magis meo, quam ratione aestimandi sunt. Possim autem assequi necne, tu velim cogites. Si enim Faberianam venderem; explicare vel representatione non dubitarem de Silianis, si modo adduceretur ut venderet: si venales non haberet, transirem ad Drusum, vel tanti, quanti Egnatius illum velle tibi dixit. Magno etiam adjumento nobis Hermogenes potest esse in representatione. At tu concede mihi, quaeso, ut eo animo sim, quo is debeat esse, qui emere cupiat: & tamen servio ita cupiditati & dolori meo, ut a te regi velim. Egnatius mihi scripsit. Is si quid tecum locutus erit, (commodissime enim per eum agi potest) ad me scribes: & id agendum puto. Nam cum Silio non video confici posse, Pilae & Atticae salutem. Haec ad te mea manu. Vide, quaeso, quid agendum sit.

¹ Non iniusta] Quia filio velit obsequi, roganti ne vendat: cum eum habeat, quaerit, ut vendat nobis. hoc est, plane ex animi sui sententia, quem quit abicere & alienare, ubi ab ipso hunc emerimus, & illum, quem obsequatur. Man.

haec est: Si una cum eo loco quem petimus, ab eo desideraverimus, ut vendat nobis. litem, quem quit abicere & alienare, ubi ab ipso hunc emerimus, & illum, quem obsequatur. Man.

² A quo refugiat] Huius loci sententia

CICERO ATTICO SAL.

XXXII. PUBLILIA ad me scripsit, matrem suam cum Publilio loqui, eam ad me cum illo venturam, & se una, si ego paterer: orat multis & supplicibus verbis ut liceat, & ut sibi rescribam. Res quam molesta sit, vides. Rescripsi, me etiam gravius esse affectum, quam tum, cum

Tom. VIII.

R r r illi

¹ Publilia] Altera Ciceronis uxor, quam post Terentiae divorcium, virginem duxit; in Cicerone, Quintilianus lib. VI. Dio lib. XLVI. Man.

illi dixissem, me solum esse velle; quare nolle me hoc tempore eam ad me venire. Putabam, si nihil rescripisssem, illam cum matre venturam: nunc non puto. Apparebat enim illas literas non esse ipsius. Illud autem, quod fore video, ipsum volo vitare, ne illa ad me veniant: & una est vitatio, ut ego nollem. Sed necesse est. Te hoc nunc rogo ut explores, ad quam diem hic ita possim esse, ut ne opprimar. Ages, ut scribis, temperate. Ciceroni velim hoc proponas, ita tamen, si tibi non iniquum videbitur, ut sumptus hujus peregrinationis, quibus, si Romae esset, domumque conduceret, quod facere cogitabat, facile contentus futurus erat, accommodet ad mercedes Argileti, & Aventini: & cum ei proposueris, ipse velim reliqua moderere, quemadmodum ex iis mercedibus suppeditemus ei quod opus sit. Praestabo, nec Bibulum, nec Acidinum, nec Messallam, quos Athenis futuros audio, majores sumptus facturos, quam quod ex eis mercedibus recipietur. Itaque velim videas primum, conductores qui sint, & quanti; deinde ut sit qui ad diem solvat; & quid viatici, quid instrumenti satis sit. Jumento certe Athenis nihil opus est. Quibus autem in via utatur, domi sunt plura, quam opus erat: quod etiam tu animadvertis.

² Non esse ipsius] Apparet, a matre scriptas, aut dictatas. Idem.

³ Ut ego nollem] Sensus est: una est ratio vitandi, nun ego invitus utor, ut hinc ex Antiatii discendam. Sed video non aliter effugere me illas posse. Itaque oro cognoscas quo die moturae sint, & quousque manere hic possim, ut tamen abierim, cum aderunt. J. F. Gronov.

⁴ Ne opprimar] Quia, si scisset, quo die illae Roma profecturae essent, ut ad se ve-

nirent; ipso ante illum diem Romam ad eas profectici potuisset: quod facere cogitabat. Manut.

⁵ Quod facere cogitabat] Ne soecrum ferret. Ep. 1. lib. XVI. Corrad.

⁶ Argileti] Argiletum & Aventinus montes Romae, in quibus locare volebat tabernas quasdam aut domos, earumque mercedem pro sumptu assignare filio Athenas profectiscenti. Poppo.

⁷ Quanti] Quanti conducant. Cor.

CICERO ATTICO SAL.

XXXIII. EGO, ut heri ad te scripsi, si & Silius is fuerit, quem tu putas, nec Drusus facilem se praebuerit; Damaspippum velim aggrediare. Is, opinor, ita partes

res fecit in ripa nescio quotenorum jugerum, ut certa pretia constitueret; quae mihi nota non sunt. Scribes ad me igitur, quidquid egeris. Vehementer me sollicitat Atticae nostrae valetudo: ut verear etiam ne qua culpa sit. Sed & paedagogi probitas, & medici assiduitas, & tota domus in omni genere diligens, me rursus id suspicari vetat. Cura igitur: Plura enim non possum.

CICERO ATTICO SAL.

XXXIV. EGO hic vel sine Sica (Tironi enim melius est) facillime possem esse, ut in malis. Sed, cum scribas videndum mihi esse ne opprimar, ex quo intelligam, te certum diem illius profectiois non habere; putavi esse commodius, me istuc venire; quod idem video tibi placere. Gras igitur in Sica suburbano: inde, quemadmodum suades, puto me in Ficulenti fore. Quibus de rebus ad me scripsisti, quoniam ipse venio, coram videbimus. Tuam quidem & in agendis nostris rebus, & in consiliis ineundis, mihiq; dandis, in ipsis literis, quas mittis, benevolentiam, diligentiam, prudentiam mirifice diligo.

CICERO ATTICO SAL.

XXXV. TU tamen, si quid cum Silio, vel illo ipso die, quo ad Sicam venturus ero, certiorum me velim facias, & maxime cujus loci detractionem fieri velit; quod enim scribis, extremi, vide, ne is ipse locus sit, cujus causa de tota re, ut scis, est a nobis cogitatum. Hirtii epistolam tibi misi, & recentem, & benevole scriptam. Ante, quam a te proxime discessi, nunquam mihi venit in mentem, quo plus insumptum in monumentum esset, quam necesse quid, quod lege conceditur, tantundem populo dandum esse:

¹ Detractionem] Cum Silius dixisset, hortos suos se esse venditurum, sed velle quendam locum excipere: Vide, inquit, Cicero, ne velit eum totum locum excipere in venditione hortorum, cujus loci causa hortos ipsos emere cogitamus. Manutius.

² Lege] Hoc, ni fallor, de lege Julia sumptuaria debet intelligi; quae verissime est C. Caesarem aliquando sanxisset de sumptu fuseram minuendo. Dio, lib. XLIII, scribit eum generatim omnes sumptus minuisse. Boiss.

esse: quod non magnopere moveret, nisi nescio quomodo, ³ ἀλόγως fortasse, nollem illud ullo nomine, nisi fani, appellari. Quod si volumus, vercor ne assequi non possimus, nisi ⁴ mutato loco. Hoc quale sit, quæso considera. Nam etsi minus urgeor, meque ipse propemodum collegi: tamen indigeo tui consilii. Itaque te vehementer etiam atque etiam rogo, magis quam a me vis, aut pateris te rogari, ut hanc cogitationem toto pectore amplectare.

³ *Αλόγως* Sine ratione, stulte. ⁴ *Μutato* Si assequi volumus, ut fani nomine appellentur. In hortis enim si faceremus, ubi multa multorum sunt sepulera; sepulcri nomine potius appellaretur, quam fani. *Manur.*

CICERO ATTICO SAL.

XXXVI. **F**ANUM fieri volo; neque hoc mihi erui potest: sepulcri similitudinem effugere non tam propter pœnam legis studeo, quam ut maxime assequar ¹ *Νεκρῶν*: quod poteram, si in ipsa villa facerem. Sed, ut sæpe locutus sum, commutationes dominorum reformido. In agro ubicunque fecero, ² mihi videor assequi posse, ut posteritas habeat religionem. Hæ meæ tibi ineptiæ (fateor enim) ferendæ sunt. Non habeo, ne me quidem ipsum, quicum tam audacter communicem, quam te. Si tibi res, si locus, si institutum placet, lege, quæso, legem, mihiq; eam mitte. Si quid in mentem veniet, quo modo eam effugere possimus, utemur. Ad Brutum si quid scribes, nisi alienum putabis, objurgato eum, quod in Cumano esse noluerit propter eam causam, quam tibi ³ dixit. Cogitanti enim mihi nihil tam videtur potuisse facere rustice. Et, si tibi placebit sic agere de fano ut cœpimus, velim cohortere & exacuas ⁴ Cluatiū: nam, etiam si alio loco placebit, illius nobis opera consilioque utendum puto. Tu ad villam fortasse eras.

¹ *Νεκρῶν* Consecrationem. ³ *Δixit* Vid. Man. Lamb. *δixi*.
² *Μibi videor* Balliol. codex Mf. habet, ⁴ *Cluatiū* De quo supra, epist. 18.
mibi videor, &c. Grav.

CICERO ATTICO SAL.

XXXVII. **A**TE heri duas epistolas accepi, alteram pridie datam Hilario, alteram eodem die tabellario; accepique ab Ægypta liberto eodem die, Piliam & Atticum plane belle se habere. Hæ literæ mihi reddi: sunt tertio decimo die. ¹ Quod mihi Bruti literas, gratum: ad me quoque misit. Eam ipsam ad te epistolam misi, & ad eam exemplum mearum literarum. De fano, si nihil mihi hortorum invenis (qui quidem tibi inveniendi sunt, si me tanti facis, quanti certe facis) valde probo rationem tuam de Tullulano. Quamvis prudens ad cogitandum sis, sicut es, tamen, nisi magnæ curæ tibi esset, ut ego consequer id quod magnopere vellem, nunquam ea res tibi tam belle in mentem venire potuisset. Sed nescio quo pacto celebritatem requiro. Itaque hortos mihi conscias, necesse est. Maxima est in Scapula celebritas; ² propinquitas præterea ubi sis, ne totum diem ³ in villam. Quare, antequam discedis, Orthonem, si Romæ est, convenias pervelim. Si nihil erit, etsi tu meam stultitiam consulti ferre, eò tamen progrediar, uti stomachare. Drusus enim certe vendere vult. Si ergo aliud erit, non mea erit culpa, nisi emero; qua in re ne labar, quæso provide. Providendi autem una ratio est, si quid de Scapulanis possumus. Et velim me certiores facias, quam diu in suburbano sis futurus. Apud Terentiam gratia opus est nobis tua, tuæque auctoritate: sed facies, ut videbitur: scio enim, si quid mea interfit, tibi majori curæ solere esse, quam mihi. Hirtius ad me scripsit, Sex. Pompejum Corduba exisse, & fugisse in Hispaniam citeriorem, Cnæum fugisse nescio quo. Neque enim curo. Nihil præterea novi. Literas Narbone dedit xiv Kal. Maj. Tu mihi de ⁴ Caninii naufragio, quasi

¹ *Quod mihi Bruti literas* Misisti, quas ad te scripserat. *Cerradur.* ³ *In villam* In itinere conscienlo, ut ad villam te conferas.
² *Propinquitas* Est præterea propinquitas loci ubi sis. Nam si horci prope Romam inſca, epist. 43.
⁴ *Caninii* De quo Hirtius, lib. VI. & sunt, ubi fere semper solemus esse. *Dofus.*

quasi dubia misisti. Scribas igitur, si quid erit certius. Quod me a mœstitia avocas, multum levaris, si locum sano dederis. Multa mihi *eis* *domini* in mentem veniunt. Sed loco valde opus est. Quare etiam Othonem vide.

CICERO ATTICO SAL.

XXXVIII. **N**ON dubito, quin occupatissimus fueris, qui ad me nihil literarum. Sed homo nequam, qui tuum commodum non expectarit, cum ob eam unam causam missus esset. Nunc quidem, nisi quid te tenuit, suspicor te esse in suburbano. At ego hic scribendo dies totos nihil equidem levor, sed tamen aberro. Afinius Pollio ad me scripsit de impuro nostro ¹ cognato. Quod Balbus minor nuper satis plane, Dolabella obscure, hic apertissime. Ferrem graviter, si novæ agrimonie locus esset. Sed tamen equid impurius? O hominem cavendum! quanquam ² mihi quidem... Sed tenendus dolor est. Tu, quoniam necesse nihil est, sic scribes aliquid, si vacabis. Quod putas oportere pervideri jam animi mei firmitatem, graviusque quosdam scribis de me loqui, quam aut te scribere, aut Brutum: si, qui me fractum esse animo, & debilitatum putant, sciant quid literarum, & cuius generis conficiam; credo, si modo homines sint, existiment me, sive ita levatus sim, ut animum vacuum ad res difficiles scribendas asseram, reprehendendum non esse; sive hanc aberrationem a dolore delegerim, quæ ³ maxime liberalissima, doctroque homine dignissima, laudari me etiam oportere. Sed cum ego faciam omnia, quæ facere possim ad me adjuvandum: tu effice id, quod video te non minus, quam me, laborare. Hoc mihi debere videor, neque levari posse, nisi solvero, aut videro me posseolvere; id est, locum, qualem volo, invenero. Heredes Scapula,

¹ Cognata] Mei fratris, & tuæ sororis filio, qui nunc est in Hispania. Corr.

² Mihi quidem] A. M. M. M. M.

³ Maxime liberalissima] Ut suspectus hic sit locus, negare tamen non possumus alios sic loqui. Columelle est lib. X. cap. 3. Apis si

seviat, maxime pessimo est. Agellius VIII. 15. Hi sunt vel maxime humanissimi. Vossius, de Construct. cap. 17. Edendum curavi, libris omnibus innotis, delegerim maxime, que liberalissima, &c. Lamb.

la, si istos hortos, ut scribis tibi Othonem dixisse, partibus quatuor factis, liceri cogitant: nihil est scilicet emptori loci. Sin veniunt, quid fieri possit, videbimus. Nam ille locus ⁴ publicatus, qui est Trebonii, & Cusinii, erat ad me allatus: sed scis aream esse: nullo pacto probo. Clodia sane placent; sed non puto esse venales. De Drusi hortis, quamvis ab iis abhorreas, ut scribis, tamen eo confugiam, nisi quid inveneris. Edificatio me non movet: nihil enim aliud ædificabo, nisi id quod etiam si illos non habuero. ⁵ Kyp. d. e, mihi sic placuit, ut cætera Antisthenis, hominis acuti magis, quam eruditi.

⁴ Publicatus] Alii legunt Publicanus, qui scilicet esset ad viam Publiciam Romæ in clivo Publicio, de quo Varro & Ovidius. Sed Cicero non voluit in urbe sanum silis extruere, ut satis constat. Publicatus autem est publice ventis propositus, proscriptus. Pappus.

⁵ Kyp. d. e,] Diogenes Laertius An-

tisthenem refert duos libros Cyri nomine inscriptisse, quorum unus quarto tono operum Antisthenis continetur, alter quinto. Itaque utrumque totum Cicero Græcis literis, more Græcorum, notavit. Scribit ergo Cyrum quarti & quinti toni ita sibi placuisse, ut cætera Antisthenis. Bosius.

CICERO ATTICO SAL.

XXXIX. **T**ABELLARIUS ad me cum sine literis tuis venisset, existimavi tibi eam causam non scribendi fuisse, quod pridie scripsisses ea ipsa, ad quæ rescripti hac epistola. Expectaram tamen aliquid de literis Afinii Polionis. Sed nimium ex meo otio tuum spectro. Quanquam tibi remitto, nisi quid necesse erit, necesse ne habeas scribere, nisi eris valde otiosus. De tabellariis facerem quod suades, si essent ullæ necessariæ literæ, ut erant olim, cum brevioribus diebus, tamen quotidie respondebant temporibus tabellarii; & erat aliquid, Silius, Drusus alia quædam. Nunc, nisi Otho extitisset, quod scriberemus non erat. Id ipsum dilatum est: tamen allevor, cum loquor tecum absens, & multo etiam magis, cum tuas literas lego. Sed quoniam & abes (sic enim arbitror) & scribendi necessitas nulla est, conquescent literæ, nisi quid novi extiterit.

CICERO ATTICO SAL.

XL. **Q**UALIS futura sit^a Caesaris vituperatio contra laudationem meam perpexi^b ex eo libro, quem Hir-
tius ad me misit, in quo colligit vitia Catonis, sed cum
maximis laudibus meis. Itaque misi librum ad Muscam, ut
tuis librariis daret. Volo enim eum divulgari: quod quo fa-
cilius fiat, imperabis tuis. *Συμβουλιτικὸν* saepe conor: ni-
hil reperio: & quidem mecum habeo & *Ἀριστοῦ* & *Θεο-
πόμου* *πρὸς Ἀλέξανδρον*: sed quid simile? illi & quæ ipsis
honestæ essent scribebant, & grata Alexandro. Ecquid tu e-
jusmodi reperis? mihi quidem nihil in mentem venit. Quod
scribis te vereri, ne & gratia & auctoritas nostra hoc meo
mœrore minuatur: ego, quid homines aut reprehendant, aut
postulent, nescio; ne doleam? qui potest? ne jaceam? quis
unquam minus? dum tua me domus levabat, quis a me ex-
clusus? quis venit, qui offenderet? Asturam sum a te pro-
fusus: legere isti lati, qui me reprehendant, tam multa
non possunt, quam ego scripsi. Quam bene, nihil ad rem.
Sed genus scribendi id fuit, quod nemo abjecto animo facere
posset. Triginta dies in hortis fui: quis aut congressum meum,
aut facilitatem sermonis desideravit? nunc ipsum, ea lego,
ea scribo, ut ii, qui mecum sunt, difficilius otium ferant,
quam ego laborem. Si quis requirit, cur Roma non sim;
quia^c discessus est. Cur non sim in his meis prædiolis, quæ
sunt hujus temporis: quia frequentiam illam non facile fer-
rem. Ibi sum igitur, ubi^d is, qui optimas Bajas habebat,
quotannis hoc tempus consumere solebat. Cum Romam ve-
nero,

^a *Caesaris*] Qui scripsit contra Cato-
nem, Ciceronis libro laudatum. *Man.*

^b *Ex eo libro*] Ex Hirtili libro conjectu-
ram Cicero capiebat, Caesarem acerbius in
se nihil scripsisse in suo libro, cujus laudes
in alieno probasset. *Idem.*

^c *Quia discessus est*] Saepe conor aliquid ad
Caesarem scribere de ordinanda republica:
συμβουλιτικὸν, consilii plenum, quod delibera-
tionem continet. *Idem.*

^d *Ubi is*] *Ἀριστοῦ* & *Θεοπόμου* li-
bros ad Alexandrum.

^e *Discessus est*] Tempus est, quo senato-
ribus discedere licet, & rus perire. *Cor-
dus.*

^f *Is*] Qui se tamen hoc, suis Bajas o-
mittit, quotannis conferebat: quod hunc re-
cessum amaret. Bajam illam frequentiam
figeret. Quem significet, divinare non facile
est. *Manus.*

nero, nec vultu, nec oratione reprehendar. Hilaritatem il-
lam, qua hanc tristitiam temporum condiebamus, in perpetuum amisi. Constantia, & firmitas nec animi, nec orationis
requiretur. De hortis Scapulanis hoc videtur effici posse, ⁷ aliud tua gratia, aliud nostra, ut praeroni subjiciantur. Id nisi fit, excludemur. Sin ad ⁸ tabulam venimus, vincemus
facultates ⁹ Othonis nostra cupiditate. Nam quod ad me
¹⁰ de Lentulo scribis, non est in eo. ¹¹ Faberiana modo res
certa fit, tuque enitare, quod facis; quod volumus, conse-
quemur. Quod quæris, quam diu hic; paucos dies. Sed cer-
tum non habeo. Simul ac constituero; ad te scribam: & tu
ad me, quam diu in suburbano sis futurus. Quo die ego ad
te hæc misi, de Pilia, & Attica mihi quoque eadem, quæ
scribis, & scribantur, & nuntiantur.

⁷ *Aliud tua gratia, aliud*] Partim tua

gratia, partim nostra. *Idem.*

⁸ *Tabulam*] Posuit pro auctione; quod
auctoris signum tabula figebatur. *Idem.*

⁹ *Othonis*] Scapulae heredis, qui & ipse
ad hortorum emptionem animum adiecerat.

¹⁰ *Quod ad me*] Inquit; locuples fit Orho: ta-
men mea cupiditas efficiet, ut cum in au-

ctione vincam. *Idem.*

¹¹ *De Lentulo scribis*] Verendum ne is

hortos mihi eripiat, cum eos valde appe-
tar; non est in eo positum, ut auctione vin-
cere me possit, novi enim ejus facultates.

Bofus.

¹² *Faberiana*] Vide supra, epist. 18.

CICERO ATTICO SAL.

XLI. **N**IHL erat quod scriberem. Scire tamen volebam,
ubi esses; si abes, aut absfuturus es, quando re-
diturus esses. Facies igitur me certiores. Et quod tu scire
volebas, ego quando ex loco; posttridie Idus Lanuvii consti-
tui manere: inde posttridie in Tulculano, aut Romæ. Utrum
sim facturus, eo ipso die scies. Scis, quam sit ¹ *φιλαιτος*
συμφορὰ, minime in te quidem: sed tamen avide sum affe-
ctus de fano: quod nisi, non dico, effectum erit, sed fieri
videro; (audebo hoc dicere; & tu, ut soles, accipies) in-
cursabit in te dolor meus, non jure ille quidem; sed tamen
feres hoc ipsum, quod scribo, ut omnia mea fers, ac tulli-
sti. Omnes tuas consolationes unam hanc in rem velim conse-
Tom. VIII. S f f ras,

¹ *φιλαιτος*] Querula res calamitas.

ras, si quaeris, quid optem: primum Scapulae, deinde Clodiae; postea, si Silius nolet, Drusus aget injuste, Cusinii & Trebonii. Puto Terentium esse dominum; Rebilum fuisse certe scio. Sin autem tibi Tusculanum placet, ut significasti quibusdam literis, tibi assentiar. Hoc quidem utique perquis, si me levari vis; quem jam etiam gravius accusas, quam patitur tua consuetudo: sed facis summo amore, & victus fortasse vitio meo: sed tamen, si me levari vis, haec est summa levatio: vel (si verum scire vis) una. Hirtii epistolam si legeris, quae mihi quasi πρόκλησμα videtur ejus vituperationis, quam Caesar scripsit de Catone; facies me, quid tibi visum sit, si tibi erit commodum, certiore. Redeo ad sanum. Nisi hac aetate absolutum erit, quam vides integram restare, scelere me liberatum non putabo.

² *Epistolatum*] Specimen.

CICERO ATTICO SAL.

XLII. **N**ULLUM a te desideravi diem literarum. Videbam enim¹ quae scribis; & tamen suspicabar, vel potius intelligebam, nihil fuisse, quod scriberes. A. d. vi Id. vero abesse te putabam, & plane videbam nihil te habere. Ego tamen ad te fere quotidie mittam. Malo enim frustra, quam te non habere, cui des; si quid forte sit, quod putes me scire oportere. Itaque accepi vi Id. literas tuas inanes: quid enim habebas, quod scriberes? Mi tamen illud, quidquid erat, non molestum fuit, nihil aliud; scire me, novi te nihil habere. Scripsisti tamen nescio quid de Clodia. Ubi ergo ea est? aut quando ventura? placet mihi res sic, ut secundum Orthonem nihil magis. Sed neque hanc vendituram puto. Delectatur enim, & copiosa est: & illud alterum quam sit difficile, te non fugit. Sed obsecro enitmur,

¹ *Quae scribit*] Te scilicet esse occupatissimum. Nullum a te desideravi diem literarum, hoc est, nunquam desideravi, nunquam expectavi: tuas literas. *Man.*

² *Nihil aliud*] Ita scripsit Atticus, Ni-

hil aliud. Scie enim novi me nihil habere. Quae verba paulum immutata hic refert Cicero, atque sibi fuisse non molesta. Bosius. Lege: mihi aliud scire me, nisi novi te nihil habere. J. F. Gronov.

mur, ut aliquid ad id, quod cupio, excogitemus. Ego me hinc postridie exiturum puto, sed aut in Tusculanum, aut domum; inde fortasse Arpinum. Cum certum sciero, scribam ad te. Venerat mihi in mentem monere te, ut id ipsum, quod facis, faceres. Putabam enim commodius te idem istud domi agere posse, interpellatione sublata.

³ *Ut id ipsum*] Ut domi te includeres rationum causa. Contulerat enim se Atticus in suburbanum, ut rationes suas commodius posset conficere, interpellatione sublata. Deinde venit in mentem, idem illud Romae posse facere, si se domi includeret. Itaque fecit. Epist. 43. 44. 45. & 46. *Manutius.*

CICERO ATTICO SAL.

XLIII. **E**GO postridie Idus, ut scripsi ad te ante, Lanuvii manere constitui; inde aut Romae, aut in Tusculano. Scies ante utrumque. Quod siles recte mi illam rem fore levamento; bene facis; cum id esset, mihi crede, perinde, ut existimare tu non posses. Res indicat, quanto opere id cupiam, cum tibi audeam confiteri; quem id non ita valde probare arbitrer. Sed ferendus tibi in hoc meus error: ferendus? immo vero etiam adjuvandum. De Orhone, diffido; fortasse, quia cupio. Sed tamen major etiam res est, quam facultates nostrae, praesertim adversarie & cupido, & loquente, & herede. Proximum est, ut velim Clodiae. Sed, si ista minus confici possunt, effice quidvis. Ego me majore religione, quam quisquam fuit ullius voti, obstrictum puto. Videbis etiam Trebomanos: etsi absunt domini. Sed ut ad te heri scripsi, considerabis etiam de Tusculano; ne aetas effluat: quod certe non est committendum.

¹ *Quod siles*] Quod, inquit, non scribis, sed taces istam tanti sollicitationem recte fore levamento dolori meo, bene facis; quia satis existimare non posses, nedum oratione consequi, quantum illa res hanc meam molestiam levatura esset. *Bosius.* Recte quidem hunc locum restituit Bosius, sed male interpretatur. Sensus hic est: Quod dissimulas a-

pul eos, quibuscum agis de hortis consilium meum, & me ex consecrata Tullia levationem doloris petere, laudo. Nam tu ipse, quam hoc ita sit, quamque penitus ego imberberim, judicare nescis, qui nec sentias, nec sentieris parem dolorem. *J. F. Gronov.* Facit cum Bosio Mongaltus.

CICERO ATTICO SAL.

XLIV. **E**T Hirium aliquid ad te ¹ συμπαθῶς de me scripsisse facile patior; (fecit enim humane) & te ejus epistolam ad me non misisse, multo facilius: tu enim etiam humanius. Illius librum, quem ad me misit de Catone, propterea volo divulgari a tuis, ut ex istorum vituperatione fit illius major laudatio. Quod per Mustellam agis, habes hominem valde idoneum, meique sane studiosum jam inde ² a Pontiano. Perfice igitur aliquid. Quid autem aliud, nisi ut aditus sit emptori? quod per quemvis heredem potest effici: sed Mustellam id perfecturum, si rogaris, puto. Mihi vero & locum, quem opto, ad id, quod volumus, dederis, & præterea ³ εγγήραμα. Nam illa Siliæ, & Drusi non satis ⁴ οἰκὸς τοῦ τῶνδ. mihi videntur. Quid enim sedere totos dies in villa ista? Igitur malum primum Othonis, deinde Clodiæ. Si nihil fiet, aut ⁵ Druso ludus est suggerendus, aut utendum Tuscetano. Quod domi te inclusisti, ratione fecisti: sed, quæso, confice, & te vacuum redde nobis. Ego hinc, ut scripsi antea, postridie Id. Lanuvium, deinde postridie in Tusculano. Contudi enim animum, & fortasse vici, si modo permansero. Scies igitur fortasse cras, summum perendie. Sed quid est quæso? Philotimus nec ⁶ Cartejæ Pompejum teneri, (qua de re literarum ad Clodium Patavinum missarum exemplum mihi Oppius, & Balbus miserant; se id factum arbitrari) bellumque narrat reliquum satis magnum. Solet omnino esse ⁷ Fulviaster. Sed tamen, si quid habes. Volo etiam de naufragio ⁸ Caniano scire, quid fit.

¹ Συμπαθῶς] Ad indicandum similem animi affectionem accommodate.
² Ἀ Ποντιῶν] A quo tempore ejus amicum, vel amicum defendi. Manu.
³ Ἐγγήραμα] Supra. epist. 25.
⁴ Οἰκὸς τοῦ τῶνδ.] Non satis apta pariter familiaris officio. Villæ Siliæ & Drusi adeo pusillæ erant, ut bono patrifamilias deesset, in quo posset occupari. Badius.

⁵ Δρῦσο λυδῶν] Aliquod malitiae genus est excogitandum, ut suos nobis hortos Drusus vendat æquiore pretio. Manu.
⁶ Καρτεῖα] In extrema Bætica, ad mare Ibericum. Idem.
⁷ Φουλβίαστρον] Fulvio similis: solet Fulvium imitari, qui pro Pompejo facile meciebatur. Idem. Alii Fulviaster.
⁸ Κανιανῶν] Supra. ep. 26.

CICERO ATTICO SAL.

XLV. **E**GO hic duo magna ¹ συμπάγμετα absolvi: nullo enim alio modo a miseria quasi aberrare possum. Tu mihi, etiam si nihil erit, quod scribas, (quod fore ita video) tamen id ipsum scribas velim, te nihil habuisse, quod scriberes, dum modo ne his verbis. De Attica, optime. ² Ἀχρηδία tua me movet: etsi scribis nihil esse. In Tusculano eo commodius ero, quod & crebrius tuas literas accipiam, & te ipsum nonnunquam videbo. Nam cæteroqui ³ ἀπὸ τῶν περὶ erant Asturæ: nec hæc, quæ refricant, hic me magis angunt: etsi tamen, ubicunque sum, illa sunt mecum. De Cæsare vicino scriperam ad te, quia cognoram ex tuis literis. Eum ⁴ σὺ μωρὸν Quirini malo, quam Salutis. Tu vero per vulga ⁵ Hirium. Id enim ipsum putaram, quod scribis; ut, cum ingenium amici nostri probaretur, ⁶ ὑπερβόητος vituperandi Catonis irriteretur.

¹ Συμπάγμετα] Volumina, libri.
² Ἀχρηδία] Turpe cum miseria.
³ Ἀπὸ τῶν περὶ] Tolerabiliora.
⁴ Σὺ μωρὸν] Considerandum. Sic ipse hanc vocem interpretatur XIII. 28. Quantum autem ad historiam, quæ totam hanc rem aperiet, traditum est nobis, Romanos Cæsaris didactoris imaginem in templo Quirini dedicasse, quæ Deo invisibile inscriptum habebat: quod nunc Cicero breviter tangit. Do-

mus autem Attici scimus fuisse in colle Quirinali. Villarius. Dicit Ciceroniani, quo Cæsarem movit Quirini, quem Salutis foveat, hæc vis est: nullæ se Cæsarem propter tyrannidem, ut Romulam propter severiora impéria, interficere, quam saluum diu esse. Ernest.
⁵ Hirium] Librum ab Hirtio scriptum contra Catonem. Manu.
⁶ ὑπερβόητος] Argumentum.

CICERO ATTICO SAL.

XLVI. **V**INCAM, opinor, animum, & Lanuvio pergam fundo illo carendum est: (nam dolor idem manebit, tantum mediocrius) aut nescio quid intersit, utrum illuc nunc veniam, an ad decem annos. Neque enim ista major ¹ admontio,

¹ Ἀδμῶντιον] An, quod tibi aliquid esset, nisi conjectura fallor, aliquid erat, quod illi memoriam sui doloris renovaret? ad Tulliolæ obitum pertinebat. Sulpiciæ car eam

tio, quam quibus assidue conficior, & dies & noctes. Quid ergo? inquis: nihil litera? In hac quidem re, vereor ne etiam contra: nam essem fortasse durior: exculto enim animo nihil agreste, nihil inhumanum est.

CICERO ATTICO SAL.

XLVII. **T**U¹ igitur, ut scripsisti; nec id incommodum tuo.² Vel binæ enim poterunt literæ.³ Occurrant etiam, si necesse erit. Ergo id quidem, ut poteris. De Mustella, ut scribis: etsi⁴ magnum opus est. Eo magis delabor ad Clodium. Quamquam in utroque Faberianum nomen explorandum est: de quo, nihil nocuerit, si aliquid cum Balbo eris locutus; & quidem, ut res est, emere nos velle, nec posse sine isto nomine, nec audere re incerta. Sed quando Clodia Romæ futura est, & quia tanti rem æstimas, eo profus specto; non quin illud malim; sed & magna res est, & difficile certamen⁵ cum cupido, cum locuplete, cum herede: etsi de cupiditate nemini concedam: cæteris rebus inferiores sumus. Sed hæc coram. Hirtii librum, ut facis, divulga. De Philotimo idem & ego arbitrabar. Domum tuam⁶ pluris video futuram vicino Casare. Tabellarium meum hodie expectamus. Nos de Pilia & Attica certiores faciet.

eam ibi siem suam oblitte, nisi scirem Blotarchum & Alconium etiam tradere, eam apud secundum vicum mortuam esse ex parte. Verum illi optimi auctores fortasse intelligere voluerunt, quod verum est, eam quo tempore obiit, in conjugio Dolabella fuisse. Nam & alium conjugem habuit, ut ambo illi crederentur, Pisonem, & fortasse duos, ut ex plurimis Cicerois locis videtur colligi & affirmari possit; neque de loco intellexerunt: ut non renouaret, quin credi possit, eam in Tusculano patris degentem, inorte correptam fuisse; præsertim cum peregre vir esset. Eo enim tempore Dolabella in Hispania cum Casare, adversus Cn. Pompeii liberos bellum gerente, erat. Neque tamen hoc affirmo. Sed cum cogitarem quid esse potuerit, quod ei vulnus sui doloris re-

fricaturum esset, si eo proficisceretur: nil aliud mihi occurrit, & hoc valde quadrare visum est. Hæc enim præcipue res dolorem renovare poterat, quæ cum in maximo merore & luctu tenerat. *Victorius.*

¹ Tu igitur] Subaudi, ad me venies. *Manutius.*

² Vel binæ] Prius quam ad me venias, vel binas uterque dare literas poterimus. *Idem.*

³ Occurrant] Veniam ipse ad te, si tu ad me minus commode poteris. *Idem.*

⁴ Magnum opus est] Ut Scæpulos horos habeamus: supra ep. 37. *Idem.*

⁵ Cum cupido] Cum Orthono, Ep. 39. 41.

⁶ Pluris] Video fore ut pluris æstimeretur. *Jocatur. Vide supra. Manutius.*

CI-

CICERO ATTICO SAL.

XLVIII. **D**OMI te libenter esse, facile credo. Sed velim scire, quid tibi restet, aut jamne confeceris. Ego te in Tusculano expecto, eoque magis, quod Tironi statim te venturum scripsisti, & addidisti, te putare opus esse. Senticbam omnino, quantum mihi præsens profectus; sed multo magis post discessum tuum sentio. Quamobrem, ut ante ad te scripsi, aut ego ad te totus, aut tu ad me; quod licebit.

CICERO ATTICO SAL.

XLIX. **H**ERI non multo post quam tu a me discessisti, puto, quidam urbani, ut videntur, ad me mandata & literas attulerunt a C. Mario¹ C. F. C. N. Multis verbis agere mecum per² cognationem, quæ mihi secum esset, per eum Marium, quem scripsissem, per eloquentiam³ L. Crassi, avi sui, ut se defenderem: causamque suam mihi perscripsit. Rescripsi patrono illi nihil opus esse, quoniam Casaris, propinqui ejus, omnis potestas esset, viri optimi, & hominis liberalissimi: me tamen ei fautorum. O-

tem-

¹ C. F. C. N.] Id est. *Cæii filii, Cæii nepotes.* Ut scilicet neque libertum se esse ostenderet, neque libertinum; cui pater erat, & avas. Hic si fuisset C. Marii junioris filius; avam matrem habuisset L. Crassum oratorem clarissimum: si nepos C. Marii septiles Consulis, cognatione attingisset Cicero-

nem, cuius avus in matrimonio habuerat amitam Marii, ut est lib. III. De Legibus, & propinquus fuisset Casaris ex eo; quod idem Marius uxorem habuerat Juliam Casaris amitam. Sed fuit Pseudomarius, & vero nomine Herophilus quidam medicus æquarius: quem agnatum Casar extra Italiam relegaverat: deinde post mortem Casaris carceri impactus & necatus est, quod de trucidando Senatu cogitasset: ep. 8. lib. XIV. Philipp.

² Cognationem] Quia Cicerois avus amitam C. Marii septies consulis in matrimonio habuerat. lib. III. de legibus. *Manutius.*

³ Quem scripsissem] Cicero scripsit veribus librum de C. Mario, eumque inscripte Marius, lib. I. de legibus. *Idem.*

⁴ L. Crassi, avi sui] L. Licinius Crassus, oratoris eloquentissimus, qui consul fuit cum Q. Murtio Scævola, avi sui materis. Etiam ep. 8. lib. XIII. appellat eum L. Crassi nepotem. *Idem.*

⁵ Ut se defenderem] Contra eos, qui negabant C. Marii nepotem esse. *Idem.*

⁶ Propinquus ejus] C. Marius ille septem consulatus insignis, uxorem duxit Juliam Casaris amitam. *Idem.*

I. Valerius Max. XV. 9. Populus.

2. Cognationem] Quia Cicerois avus amitam C. Marii septies consulis in matrimonio habuerat. lib. III. de legibus. *Manutius.*

3. Quem scripsissem] Cicero scripsit veribus librum de C. Mario, eumque inscripte Marius, lib. I. de legibus. *Idem.*

4. L. Crassi, avi sui] L. Licinius Crassus, oratoris eloquentissimus, qui consul fuit cum Q. Murtio Scævola, avi sui materis. Etiam ep. 8. lib. XIII. appellat eum L. Crassi nepotem. *Idem.*

5. Ut se defenderem] Contra eos, qui negabant C. Marii nepotem esse. *Idem.*

6. Propinquus ejus] C. Marius ille septem consulatus insignis, uxorem duxit Juliam Casaris amitam. *Idem.*

tempora fore, cum dubitet Curtius Consulatum petere? Sed hæc hæcenus. De Tirone, mihi curæ est: sed jam sciam, quid agat: heri enim mihi, qui videret: cui etiam ad te literas dedi. Epistolam ad Cæsarem tibi dedi. Horti quam in diem proscripti sint, velim ad me scribas.

⁷ *Con dubites Curvæz*] Quali incertum esse, possit, necne Consulatum petere. At Republica bene constituta non dubitasset, sed pro certo & explorato habuisset, sibi ad petitionem Consulatus nullam aditum pare-

re. Miserrima igitur erant tempora, quibus homines flagitiosissimi spem quandam haberent summorum honorum adipiscendocum. Nam qui dubitant, partim sunt in spe, partim in metu. *Hofius.*

CICERO ATTICO SAL.

L. **U**T me levarat tuus adventus, sic discessus affixit. Quare cum poteris, id est, cum Sexti auctio operam dederis, revises nos. Vel unus dies mihi erit utilis; quid dicam, gratus? Ipse Romam venirem, ut una essemus, si satis consilium quadam de re haberem.

CICERO ATTICO SAL.

LI. **T**IRONEM habeo citius, quam verebar. Venit etiam Nicias: & Valerium hodie audiebam esse venturum. Quamvis multi sint, magis tamen ero solus, quam si unus esses. Sed expecto te, a Pедуceo utique. Tu autem significas aliquid etiam ante. Verum id quidem, ut poteris. De Virgilio, ut scribis. Hoc tamen velim scire, quando auctio. Epistolam ad Cæsarem mitti video tibi placere. Quid quæris? mihi quoque hoc idem maxime placuit, & eo magis, quod nihil est in ea, nisi optimi civis; sed ita optimi, ut tempora, quibus parere omnes ² πολιτικοὶ præcipiunt. Sed scis ita nobis esse visum, ut ³ isti ante legerent. Tu igitur id curabis. Sed, nisi plane iis intelliges placere, mittenda non est. Id autem utrum illi sentiant, ane simulent, tu intelliges. Mihi

¹ *A. Pедуceo*] A Sexti. Pедуcei auctio. mines Republice administranda periti.
Ep. 1. lib. XIII. *Corradus.*
² *Hofius*] Libri de Republica, vel ho-

³ *Isti*] Balbus, Oppius, &c. *Corr.*

Mihi simulatio pro repudiatione fuerit. ⁴ Τὸν δὲ μετρώθη. De Carellia quid tibi placeret, Tiro mihi narravit: debere, non esse dignitatis meæ: ⁵ percriptionem tibi placere: ⁶ hoc metuere, alterum in metu non ponere. Sed & hæc, & multa alia coram. ⁷ Sustinenda tamen, si tibi videbitur, solutio est nominis Carelliani, dum & de ⁸ Metone, & de Faberio sciamus.

⁴ *Tiro*] *μετρώθη*] Sed hoc tu videris. Proverbialiter dici videtur, cum cedere quis vult, alium se melius rem explorare & dijudicare posse. *Μετῶν* est a *μετῶν*, quod est instrumentum chirurgicum, quo solent vulnera quam profunda sint, & quid in eis lateat, quod extrahendum sit, percutari. *Ερωτήθη*.

⁵ *Percriptionem*] Affignationem ad tractatam, ut vulgo loquuntur. *Græc.*

⁶ *Hæc*] Ne sit contra dignitatem meam, debere. *Alterum* : ne non sit, unde solvamus. *Μετῶν*.

⁷ *Sustinenda*] Quasi differenda. *Corr.*
⁸ *Metone*] Suspicabatur Mongaltus hos nomine designari Cæsarem, qui Romanis annum correxerat, quod suis præstitit civibus Meto Atheniensis, ut dictum est supra, epist. 3. *Olivæus.*

CICERO ATTICO SAL.

LII. **L**UCIUM Tullium Montanum nosti, qui cum Cicerone profectus est. Ab ejus sororis viro literas accepi, Montanum Planco debere, quod præ pro Flaminio sit, H-S xxv: de ea re nescio quid te a Montano rogatum. Sane velim, si Plancus est rogandus, si qua re potes illum juvare, juves. Pertinet ad nostrum officium. Si res tibi forte notior est, quam mihi; aut si Plancum rogandum putas; scribas ad me velim: ut, quid rei sit, & quid rogandum sciam. De epistola ad Cæsarem quid egeris expecto. De Silio non ita sane laboro. Tu mi aut ¹ Scapulanos, aut Clodianos efficias necesse est. Sed nescio quid videris dubitare de Clodia: utrum quando veniat, an sintne venales? Sed quid est, quod audio, Spitherem fecisse divortium? De lingua Latina securi es animi, dicēs, qui ² talia conscribis. ³ Ἄπ' ἄργων sunt: minore labore fiunt: verba tantum affero, quibus abundo.

Tom. VIII.

T t t

GI-

¹ *Scapulanos, aut Clodianos*] Hortos.
² *Talia*] De philosophia; cum Græcorum verborum vim exprimere Latini verbis co-

peretur; atque idcirco verbis uti non admodum consuetudine tritis. *Man.*
³ Ἄπ' ἄργων *Exempla, res descriptæ.*

CICERO ATTICO SAL.

LIII. **E**GO, etsi nihil habeo, quod ad te scribam, scribo tamen, quia tecum loqui videor. Hic nobiscum sunt Nicias, & Valerius. Hodie tuas literas expectabamus matutinas. Erunt fortasse alteræ postmeridianæ, nisi te ¹ Epirotica litera impedient: quas ego non interpello. Misi ad te epistolas ad Marcianum, & ad Montanum. Eas in eundem ² fasciculum velim addas, nisi forte jam dedisti.

¹ *Epirotica litera*] Quas in Epirum scribis eorum negotiorum causa. Forte autem, *Litera*, abundat. Aptius certe ad breviterem videretur. *Manus.*

² *Fasciculum*] Quem in Epirum mitis, ut ex Epiro deinde Athenas deleratur. Nam Athenis erant Marcianus, & Montanus cum Cicero filio. *Idem.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE BUENOS AIRES

DIRECCIÓN GENERAL DE EPI-

EPISTOLARUM

AD ATTICUM

LIBER XIII.

CICERO ATTICO SAL.

I. **A**D Ciceronem ita scripsisti, ulli ut neque ¹ severius, neque temperatius scribi potuerit, nec magis, quemadmodum ego maxime vellem: prudentissime etiam ad ² Tullios: quare aut ista proficient, aut aliud agamus. De pecunia vero video a te omnem diligentiam adhiberi, vel potius jam adhibitam: quod si efficis, a te hortos habeo. Nec vero ullum genus possessionis est, quod malim, maxime scilicet ³ ob eam causam, quæ suscepta est; cujus festinationem mihi tollis, quoniam de estate polliceris, vel potius recipis: deinde etiam ad ⁴ *καταλιών*, molitiamque minuendam nihil mihi reperiri potest aptius. Cujus rei cupiditas impellit me interdum, ut te hortari velim: sed me ipse revoco: non enim dubito, quin, quod me valde velle putes, in eo tu me ipsum cupiditate vincas. Itaque istuc jam pro facto habeo. Expecto quid ⁵ illis placeat de epistola ad Cesarem. Nicias te, ut debet, amat, vehementerque tua sui memoria delectatur. Ego vero Peduceum nostrum vehementer diligo. Nam æquanti patrem feci, totum in hunc: ipsum per te æque amo, atque illum amavi: te vero plurimum, qui hoc ab utroque nostrum fieri velis. Si hortos in-spexeris, & si de epistola certiozem me feceris, dederis mihi

T t t 2 quod

¹ *Severius*] Oburgans eum, quod immoderans sumptus faceret. Quod indicat libri huius ex. 46. *Manus.*

³ *Ob eam causam*] Ob sanum, quo filiam consecrare deliberatum est. *Idem.*

² *Tullius*] Marcianum, & Montanum, qui cum Cicero filio Athenis erant. *Idem.*

⁴ *Καταλιών*] Reliquum vitæ decursus.

⁵ *Illis placeat*] Oppio & aliis. Vide superius libri epist. 49.

CICERO ATTICO SAL.

LIII. **E**GO, etsi nihil habeo, quod ad te scribam, scribo tamen, quia tecum loqui videor. Hic nobiscum sunt Nicias, & Valerius. Hodie tuas literas expectabamus matutinas. Erunt fortasse alteræ postmeridianæ, nisi te ¹ Epirotica litera impedient: quas ego non interpello. Misi ad te epistolas ad Marcianum, & ad Montanum. Eas in eundem ² fasciculum velim addas, nisi forte jam dedisti.

¹ *Epirotica litera*] Quas in Epirum scribis eorum negotiorum causa. Forte autem, *Litera*, abundat. Aptius certe ad breviterem videretur. *Manus.*

² *Fasciculum*] Quem in Epirum mitis, ut ex Epiro deinde Athenas deleratur. Nam Athenis erant Marcianus, & Montanus cum Cicero filio. *Idem.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE BUENOS AIRES

DIRECCIÓN GENERAL DE EPI-

EPISTOLARUM

AD ATTICUM

LIBER XIII.

CICERO ATTICO SAL.

I. **A**D Ciceronem ita scripsisti, ulli ut neque ¹ severius, neque temperatius scribi potuerit, nec magis, quemadmodum ego maxime vellem: prudentissime etiam ad ² Tullios: quare aut ista proficient, aut aliud agamus. De pecunia vero video a te omnem diligentiam adhiberi, vel potius jam adhibitam: quod si efficis, a te hortos habeo. Nec vero ullum genus possessionis est, quod malim, maxime scilicet ³ ob eam causam, quæ suscepta est; cujus festinationem mihi tollis, quoniam de estate polliceris, vel potius recipis: deinde etiam ad ⁴ *καταλιών*, molitiamque minuendam nihil mihi reperiri potest aptius. Cujus rei cupiditas impellit me interdum, ut te hortari velim: sed me ipse revoco: non enim dubito, quin, quod me valde velle putes, in eo tu me ipsum cupiditate vincas. Itaque istuc jam pro facto habeo. Expecto quid ⁵ illis placeat de epistola ad Cesarem. Nicias te, ut debet, amat, vehementerque tua sui memoria delectatur. Ego vero Peduceum nostrum vehementer diligo. Nam æquanti patrem feci, totum in hunc: ipsum per se æque amo, atque illum amavi: te vero plurimum, qui hoc ab utroque nostrum fieri velis. Si hortos in-spexeris, & si de epistola certiozem me feceris, dederis mihi

T t t 2 quod

¹ *Severius*] Oburgans eum, quod immoderans sumptus faceret. Quod indicat libri huius ex. 46. *Manus.*

² *Tullius*] Marcianum, & Montanum, qui cum Cicero filio Athenis erant. *Idem.*

³ *Ob eam causam*] Ob sanum, quo filiam consecrare deliberatum est. *Idem.*

⁴ *Καταλιών*] Reliquum vitæ decursus.

⁵ *Illis placeat*] Oppio & aliis. Vide supra periculis libri epist. 49.

quod ad te scribam: sin minus, scribam tamen aliquid: nunquam enim deerit.

CICERO ATTICO SAL.

II. **G**RATIOR mihi celeritas tua, quam ipsa res. Quid enim indignius? Sed jam ad ista obdurimus, & humanitatem omnem exuimus. Tuas literas hodie expectabam, nihil equidem ut ex iis novi: quid enim? Veruntamen. Oppio & Balbo epistolas deferri jubebis, & tamen Pisonem sicubi de auro. Faberius si venerit, videbis ut tantum attribuetur, si modo attribuetur, quantum debetur. Accipies ab Erote. Ariarathes Ariobarzani filius Romam venit. Vult, opinor, regnum aliquod emere a Cesare: nam, quo modo nunc est, pedem ubi ponat in suo non habet. Omnino eum Sextius noster parochus publicus occupavit: quod quidem facile patior. Veruntamen, quod mihi, summo beneficio meo, magna cum fratribus illius necessitudo est, invito eum per literas, ut apud me diversetur. Ad eam rem cum mitterem Alexandrum, has ei dedi literas. Cras igitur auctio Peducei. Cum poteris ergo: est impedit fortasse Faberius: sed tamen, cum licebit, Dionysius noster graviter queritur, & tamen jure, a discipulis abesse tamdiu. Multis verbis scripsit ad me, credo item ad te. Mihi quidem videtur etiam diutius absturdo: ac nollem: valde enim hominem desidero.

¹ Veruntamen] Expectabam. Et est figuratum, quod usus est XIV. 8. *Manus.*

² Pisonem] Argentarium. Sicubi, Conventus, sicubi poteris.

³ Accipietur] Attribuetur in re pecuniaria est assignare. *Papma.*

⁴ Accipies] Cognosces ab Erote, quantum nobis a Faberio debeatur. *Manus.*

⁵ Parochus] Parochus erat qui laicis praebebat legatis exterarum nationum, ut intel-

ligitur ex interpretatione Graecae vocis lautorum, in Senatus-consulto facto. Q. Lutatius, M. Emilio Consulibus, in gratiam Asclepiadis Clazomenii, Polystrati Carystii, & Menisii Mileisii. Quod S. C. Graecis verbis explicatum cum fragmento quodam Lepidorum, quibus primum conceptum fuerat. Videtur institutum in postrema editione harum epistolarum. *Bef.*

CICERO ATTICO SAL.

III. **A**TE literas expectabam; nondum scilicet: nam has mane rescribebam. Ego vero ista nomina sic probo, ut nihil aliud me moveat, nisi quod tu videris dubitare. Illud enim non accipio in bonam partem, quod ad me refers: qui si ipse negotium meum gererem, nihil gererem, nisi consilio tuo. Sed tamen intelligo, magis te id facere diligentia, qua semper uteris, quam quod dubites de nominibus istis. Etenim Caelium non probas: plura non vis. Urumque laudo. His igitur utendum est. Pras aliquando factus es, & in his quidem tabulis. A me igitur omnia. Quod dies longior est, teneamus modo quod volumus) puto fore istam etiam a pracone diem, certe ab heredibus. De Crispo & Mustella videbis: & velim scire, qua sit pars duorum. De

¹ Nondum] Tabellarii enim Roma profecti, nondum ea hora, qua scribo ad te, pervenire in Tusulanum potuissent. *Corradus.*

² Ista nomina] De quibus ad me scribis. Cicero, cum pecuniam non haberet, unde horum emeret, Attico mandaverat, ut aliquid venderet. Atticus in venditione non pecuniam accepit ab eo, qui emit, sed nomina, ita tamen, si ea nomina Cicero probasset, ad quem de ea re scripturus erat. *Manus.*

³ Caelium non probas] Deceverat Cicero jam ante mortem Tulliae, metu belli civilis, quicquid domi habebat auri, argentei scilicet vel infestis cum pecunia commutare, ut intelligitur ex epistola ultima libri XI. quod postea fecit. Nam argenti aurive, quod erat in suppellectile, magnam partem cum Caelio nummulario quibus aereis permutavit. Idcirco rogabat Atticum epistola 9. libri XII. ut videret de Caelio, ne qua locutus esset in auro. Quia vero valde exibat pecunia ad hortos emendandos, negotium dedit Attico, ut si non posset ea vendere, quae profecti jussisset, quod domi superesset auri argentei cum Caelio pecunia permutaret. Cui mandato ita rescripsit Atticus, se non probare, quod ille scripsisset de auro argenteoque commutando cum Caelio, cujus fraudes antea expertus fuerat, suaderetque ne plura

ex suppellectile distraheret. Id ergo Attici consilium scribit se probare in utraque re, & ne scilicet cum Caelio sibi negotii quicquam sit, nec de suppellectile plura commutet, sed illis nominibus utatur ad hortos emendandos. *Bogus.*

⁴ His igitur] Nominibus. *Corradus.*

⁵ Pras] Nisi haberemus hae nomina, necesse fuisset, ut pro me pras fieres: nunc omnia sunt a me. *Idem.* Illudit Tullius Attico, quod illi constitutum erat, quamdiu vixit, nunquam praedem pro altero, neque mancipem esse, ut auctor est Cornelius Nepos. Prepses, inquit, consilium illud cum causa mea. Sed postea subiicit, *A me igitur nomina praefabuntur; ne te praedem fieri ita causa postulare me putet.* Caetera sunt perspicua. *Juvius.*

⁶ Quod dies longior est] Quantum ad id attinet quod dies meorum nominum longior est quam ut pecuniam representare possim, spero praconem in tam longam diem, quam illa nostrorum nominum sit, solutionem destinatum: aut, si id a pracone impetrare non possum, certe ab heredibus Scapularia horum illos nobis elati ne sinamus. Haec enim verba, *teneamus modo quod volumus, ut ne majorem tibi legenda.* *Bogus.*

De Bruti adventu eram factus certior : attulerat enim ab eo Ægypta libertus literas . Misi ad te epistolam , quia commo- de scripta erat .

CICERO ATTICO SAL.

IV. **H**ABEO¹ munus a te elaboratum decem legatorum , & quidem puto : nam filius anno post Quæstor fuit , quam Consul Mummius . Sed quoniam sæpius de² nominibus quæris quid placeat ; ego quoque tibi sæpius respon- deo placere . Si quid poteris cum Pifone , conficies :⁴ Aulus enim videtur in officio futurus . Velim³ ante possis : si minus , utique simul simus cum Brutus veniet in Tusculanum . Ma- gni interest mea , una nos esse . Scies autem , qui dies is fu- turus sit , si puero negotium dederis ut quærat .

¹ *Munus*] Infra epist. 26. ita scribit : Sicunde poterit erueri , qui decem legatis Mum- mio fuerint . Polybius non agnominat . Eorum nomina Atticus invenit , inventa misit ad Ciceroem . Et hic perspicuum est , lapsum esse in ordine qui has epistolas resultit in vo- lumina : cum infra de nominibus decem le- gatorum Atticum roget , hic autem ea se

dicat accepisse . *Munus* .
² *Et quidem puto*] Vetus codex , velle Pi- ghio , rectius legit , Et quidem se puto .
³ *Nominibus*] De quibus epist. super .
⁴ *Aulus*] De quo XII. s. Utrouque Aulæ legunt Vistorius & Bosius .
⁵ *Ante*] Velim ante , quam Brutus ve- niat , mecum esse possit . *Coraxius* .

CICERO ATTICO SAL.

V. **S**PURIUM Mummium putaram in decem legatis fuisse : sed videlicet . Etenim¹ *Διογος* fratri fuisse : fuit e- nim

¹ *Sed videlicet*] Hoc sensu : Sed videli- cet vere existimas cum legatum quidem fuisse bello Achaico , sed non fuisse in decem illis legatis , qui Corinthum missi sunt : ad res Achæicas componendas . Etenim verisimi- le est cum C. Mummius fratri legatum ex- traxit , *Διογος* . Hanc suspitionem afferunt quo- que Bithol. & Helmut. sed omittunt *erovim* . Mihi videtur hæc verba non esse sana . Con- cise in his epistolis loquitur quidem Cicero , non tamen tam abrupte . Facile mihi affra- tietur , qui genium Ciceronianæ dictionis non ignorat , & hæc accuratius pendere- rint . Opinor autem loci huius corruptelam certam esse ex ratione & parum trita consue-

ritudine non videlicet . Ciceroem enim scri- psisse puto : Spurius Mummius putaram in decem legatis fuisse : sed videlicet eum legatum fratri fuisse . Nimièna scilicet videlicet saepe cum infinitivis junguntur . Putabam Sp. Mum- mium in decem legatis fuisse , sed ex tuis literis videre mihi licuit , eum fuisse legatum fratris . Cum non intelligerent immerito , quid esse legatum fratris esse , nec viderent unde penderet infinitivus fuisse , mire hanc locum perverserunt , & pro Latinis , ut sensum ali- quem eruerent , Græca supposuerunt . *Cre- tivus* .
² *Διογος*] Verisimile .

nim ad Corinthum . Misi tibi³ Torquatum . Colloquere tu quidem cum Silio ut scribis , & urge . Illam⁴ diem negabat esse mensè Majo , ista non negabat . Sed tu , ut omnia , istuc quoque ages diligenter . De Crispo & Mustella , scilicet cum quid egeris . Quoniam ad Bruti adventum fore te nobiscum polliceris , satis est , præsertim cum hi tibi dies in magno nostro⁵ negotio consumantur .

³ *Torquatum*] Librum IV. De finibus .
⁴ *Diem*] Solutiois . Lib. XII. ep. 24 .

⁵ *Negotio*] De hortis scilicet . *Man* .

CICERO ATTICO SAL.

VI. **D**E aquæductu probe fecisti .¹ Columnarium vide ne nullum debeamus . Quanquam mihi videor audisse a Camillo , commutatam esse legem .² Pisoni quid est quod honestius respondere possimus , quam³ solitudinem Catonis ? nec coheredibus solum Herennianis , sed etiam , ut scis , (tu enim mecum egisti) de puero Lucullo : quam pecuniam tuor (nam hoc quoque⁴ ad rem pertinet) in Achaja sumpse- rat . Sed agit liberaliter , quoniam negat se quidquam factu- rum contra nostram voluntatem . Coram igitur , ut scribis , con-

¹ *Columnarium*] Quod hic Cicero scribit de columnario , hoc est , de tributo in singulis columnis referentium arbitror : quasi Caesar singulis columnis , que postea erigerentur , tributum imposuerit , ut hæc pena Romano- rum avocaret ab infantis ædificiorum sumptibus reuocaret . Antea monimus eadem lege minutus fuisse sumptus sepulchrorum . *Bosius* .

² *Pisoni*] Cato puer , hereditatis paternæ nomine , pecuniam quandam hereditibus Heren- nii debebat , quorum unus erat Pifo . Hic & reliqui coheredes cum eam pecuniam saepe frustra petissent , minabantur se postulaturos a Prætorè , ut in bonorum Catonis possessionem mitterentur . Quod cum Atticus Cicero- ni tutori significasset , rescriptis Cicero , se nihil habere quod honestius petitioni Pifo- nis , & reliquorum coheredum Herenniano- rum responderet tunc posset , quam , puerum

Catonem solum esse , hoc est , destitutum esse præsidio tutorum : se enim & reliquos tuto- res abesse : simileque responsum eidem Pifo- ni dandum parabat de pecunia quam petebat a puero Lucullo , cuius scilicet tutores aberant . Isteque postquam , qui eam pecu- niam mutam sumpserat in Asia . Proinde expectandum esse reditum utriusque pueri tu- torum . *Bosius* .

³ *Solitudinem Catonis*] Pupillus soli esse dicitur , cui tutores , a quibus defendatur , prælo non sunt . Ideo Cicero solitudinem Catonis vocat absentiam ejus tutorum . Fuit Cicero , ut hinc coniecimus , unus de tuto- ribus puero Catonis , & Luculli : ac quid- dem Luculli tutela meminit libro III. de finibus . *Idem* .

⁴ *Ad rem pertinet*] Ut solutio non urgeat : cum is tutor , non adfit , qui eam pecu- niam mutam sumpserat in Asia . *Idem* .

constituemus, quemadmodum rem explicemus. ⁵ Quod reliquos coheredes convenisti, plane bene fecisti. Quod epistolam meam ad Brutum poscis, non habeo ejus exemplum, sed tamen salvum est, & ait Tiro te habere oportere: &, ut recorder, una cum illius ⁶ objurgatoria tibi meam quoque, quam ad eum rescripseram, misi. ⁷ Judiciali molestia ut caream, videbis. Tuditanum istum, proavum Hortensii, plane non noram; & filium, qui tunc non potuerat esse ⁸ legatus, fuisse putaram. Mummius fuisse ad Corinthum pro certo habeo: saepe enim hic Spurius, qui nuper est mortuus, epistolam mihi pronuntiabat versiculis facietis, ad familiares missas a Corintho. Sed non dubito quin fratri fuerit legatus, ⁹ non in decem. Atque hoc etiam accepi, non solitos majores nostros legare in decem, qui essent imperatorum necessarii, ut nos ignari pulcherrimorum institutorum, aut negligentes potius, M. Lucullum, & L. Murenam, & ceteros conjunctissimos ad L. Lucullum misimus. Illudque ¹⁰ εὐλογώτατον, illum fratri in primis ejus legatis fuisse. Operam tuam multam! qui & hæc cures, & mea expedias, & sis in tuis multo minus diligens, quam in meis.

⁵ Quod reliquos coheredes. Bene fecisti, quod collocatus es cum reliquis coheredibus Herennianis, & ab his imperasti ne prius solutionem irgerent, quam aut ego adessem, aut alii tutores Catonis. Ceterum edidi, ut erat in Decuratio & Tornesiano, plane bene fecisti. Nam verbum, fecisti, a vulgaris abest. Idem.

⁶ Objurgatoria. Qua Brutus cum objurgaverat, quod interitum filie mollius ferret, quam virum deceret. Inque ipse Brutum solus in morte matris, Est, inquit, alienum

quanto vivo, &c. Epist. ad Brutum. Manut. ⁷ Judiciali molestia. Judiciali. Poterat providere vel ne fors ejus educeretur, vel si esset eadem, ut aliquis ejus loco judicaret. Corrad.

⁸ Legatus. Vide supra, ep. 4. ⁹ Nos in decem. Proficiscentibus ad bellum legari dabantur: postea, ut vicia provinciae componeretur, decem legati decernebantur. Fuit igitur Mummius in primis fratri legatus, in decem non fuit. Manutius. ¹⁰ Εὐλογώτατον. Maxime probabile.

CICERO ATTICO SAL.

VII. **S**EXTIUS apud me fuit, & Theopompus pridie: venisse a Caesare narrabat literas; hoc scribere, sibi certum esse Romæ manere; causamque eam adscribere, quæ erat in epistola nostra, ne se absente leges suæ negligenter, sicut

sicut esset neglecta sumptuaria. Est εὐλογώτατον: idque eram suspicatus. Sed istis mos gerendus est; nisi placet hanc ipsam sententiam nos persequi. ⁴ Et Lentulum cum Metella certe fecisse divortium. Hæc omnia tu melius. Rescribes igitur quidquid voles, dum modo quid. Jam enim non reperio, quid te rescripturum putem, nisi forte de Mustella, aut Silium videris. Brutus heri venit in Tusculanum post horam decimam. Hodie igitur me videbit: ac vellem cum adesses. Nisi equidem ei nuntiari, te, quoad potuisses, expectasse ejus adventum, venturumque, si audisses, meque, ut facio, continuo te certiore esse facturum.

¹ Εὐλογώτατον. Consentaneum. ut omnino scriptam epistolam ad Caesarem ² (Iste) Quibus eam epistolam mitti non mittamus. Idem. ³ Nisi placet. Nisi tu in hac opinione es, illud, Sextius narrabat. Idem. ⁴ Et Lentulum cum Metella. Referunt ad placeat. Hult. 28. Manut. ⁵ Nisi placet. Nisi tu in hac opinione es, illud, Sextius narrabat. Idem.

CICERO ATTICO SAL.

VIII. **P**LANE nihil erat, quod ad te scriberem. Modo enim discesseras, & paulo post triplices remiseras. Velim cures fasciculum ad Vestorium deferendum: & alicui des negotium, qui quærat, Q. Faberii fundus num quis in Pompejano, Nolanove venalis sit. Epitomen Bruti ² Calianorum velim mihi mittas, & a Philoxeno ³ Παναθῆνης & προτοίας. Te Idib. videbo cum tuis.

¹ Triplices. Id est, tabellas trium paginarum, in quibus ad te scripseram, cum responso remiseras. Videtur intelligi codicillos. J. F. Gronov.

² Calianorum. Ut Fannianorum, XII. 7. De hoc Calio, Brui. 26. ³ Παναθῆνης & προτοίας. Pausanias de Providentia librum.

CICERO ATTICO SAL.

IX. **C**OMMODUM discesseras heri, cum Trebatius venit, paulo post Curtius; hic salutandi causa: sed mansit invitatus. Trebatium nobiscum habemus. Hodie mane Dabella. Multus sermo ad multum diem. Nihil possum dicere ¹ Tom. VIII. V u u ² ex.

¹ ἔπειτα, nihil ² φιλοσοφώμενος. Ventum est tamen ad
³ Quintum: multa ⁴ ἀφ᾽ αὐτοῦ, ἀδύνατον: sed unum ejusmodi,
 quod nisi exercitus sciret, non modo Tironi dictare, sed ne
 ipse quidem auderem scribere. Sed hæcenus. ⁵ Ἐπιτάφιος ad
 me venit, cum haberem Dolabellam, Torquatus; humanissi-
 meque Dolabella, quibus verbis secum egissem, expulit.
 Commodum enim egeram diligentissime: quæ diligentia grata
 est visa Torquato. A te expecto, ⁶ si quid de Bruto. Quan-
 quam Nicias confectum putabat: sed divortium non probari.
 Quo etiam magis ⁷ laboro idem, quod tu: si quid est enim
 offensionis, ⁸ hæc res mederi potest. Mihi Arpinum eundem
 est: nam & opus est constitui a nobis illa prædiola; & ve-
 reor ne exendi potestas non sit, cum Cæsar venerit: de cu-
 jus adventu eam opinionem Dolabella habet, quam tu con-
 jecturam faciebas ex literis Messallæ. Cum illuc venero, in-
 tellexeroque quid negotii sit; tum, ad quos dies rediturus
 sim, scribam ad te.

¹ Ἐπιτάφιος] Cuius visio significatio
 brevioris. Et subintelligi perspicuum est,
 illius sermone. *Mantua.*

² Φιλοσοφώμενος] Amanius.

³ Quintum] Ciceronem puerum, cuius
 multa gravia scelera Dolabella narrabat,
 perpetrata ab eo in castris, dum comes Cæ-
 saris esset contra liberos Cn. Pompeii bellum
 gerentis. *Philorus.*

⁴ Ἄφ᾽ αὐτοῦ] Non dicenda. Ἀδύνατον, non
 narranda.

⁵ Ἐπιτάφιος] Opportune.

⁶ Si quid de Bruto] Quid significat? Bruti
 novæ nuptias. Nam, dimissa Claudia, Ap-
 pii filia, de qua *Famil.* III. 4. Porciam du-

xit Catonis Uvicensis filiam. *Mantua.*

⁷ Laboro] Ut Porciam duocet, Catonis fi-
 liam, in quo fallitur Plutarchus, qui Bru-
 tum aut eam uxorem accepisse a Catone avun-
 culo; eam hæc scripta sint post devotum avun-
 tum Catonis. *Idem.*

⁸ Hæc res] Nuptiæ Catonis filie. Quos
 enim offendit Claudie divorcio, eos sibi re-
 conciliabit Porcie conjugio. Erat enim Ca-
 tonis nomen maxime populare, quod nemo
 unquam a libertate confusum fecisset, us-
 que eo, ut sibi mortem conficere malue-
 rit, quam sequire. *Idem.*

CICERO ATTICO SAL.

X. **M**INIME miror te & graviter ferre ¹ de Marcello,
 & plura vereri periculi genera. Quis enim hoc ti-
 meret, quod neque acciderat antea, nec videbatur natura fer-
 re, ut accidere posset? Omnia igitur metuenda. Sed illud

¹ De Marcello] M. Marcello interfecto. Vide *Fam.* IV. 12.

² Ἐὰν τὴν ἰσοπέδον, tu præsertim: me reliquum consularem.
 Quid? tibi Sævius quid videtur? Quanquam hoc nullam ad
 partem valet scilicet, mihi præsertim, qui non minus bene
 actum ³ cum illis putem. Quid enim sumus? aut quid esse
 possumus? domine, an foris? Quod nisi mihi hoc venisset in
 mentem, scribere ⁴ ista nescio quæ; quo verterem me, non
 haberem. Ad Dolabellam, ut scribis, ita puto faciendum,
⁵ γωνόπερα quædam, & πωδῶν ἰσοπέδον. Faciendum certe aliquid
 est: valde enim desiderat. Brutus ⁶ si quid, curabis ut sciam:
 cui quidem quamprimum agendum puto, præsertim si statuit.
⁷ Sermunculum enim omnem aut retinuerit, aut sedarit. Sunt
 enim qui loquantur etiam mecum. Sed hæc ipse optime, præ-
 sertim si etiam tecum loquetur. Mihi est in animo proficisci
 XI Kalendas: hic enim nihil habeo quod agam, ne hercule
 illic quidem, nec usquam; sed tamen aliquid illic. Hodie
 Spintherem expecto. Misit enim Brutus ad me: per literas
 purgat Cæsarem de interitu Marcelli: in quem, ne si infidiis
 quidem ille interfectus esset, caderet ulla suspicio. Nunc vero
 cum de Magio constet, nonne furor ejus ⁸ causam omnem
 sustinet? Plane quid sit non intelligo: explanabis igitur. Quan-
 quam nihil habeo quod dubitem, nisi, ipsi Magio quæ fue-
 rit causa amentia: pro quo quidem etiam sponso Sunii fa-
 ctus est. Nimirum id fuit: solvendo enim non erat. Credo

V u u z eum

² Ἐὰν τὴν ἰσοπέδον] *Frater historiam.* Scri-
 pserat Atticus Ciceroni, ut se diligentissime
 custodiret, præsertim reliquum consularem.
 Hoc, inquit, est præter historiam; contra ver-
 ritatem. Quid enim? Ser. Sulpitios non &
 ipse consularis? Tu præsertim, qui errare
 non soles in historia. *Mantua.*

³ Hoc] Consularem esse iam parum re-
 fert, nec fructum ullum afferit, aut digni-
 tatem, uno Cæsare tenente omnia. *Græco-
 vici.*

⁴ Cum illis] Qui moritur sunt. *Cor.*

⁵ Ista nescio quæ] Philosophica. *Idem.*

⁶ Mantua] *Communiura, & ad Respubli-
 cam administrandam magis accommodata.* Sub-
 audi, mitemda. Puto, inquit, quemadmo-
 dum tu scribis, librum aliquem ad Dolabel-
 lam vobiscum mittendum, qui continet non
 tantum *πολιτικὰ*, sed porius *ναυτικά* quædam
 & *πρωτόπερα*. Quod ejus generis scripta

magis viderentur Dolabella convenire, qui
 non in stultis doctrinarum, sed in republi-
 ca, & in communi quodam literarum gene-
 re versatus esset. *Mantua.*

⁷ Si quid] *Supplet, aperit: quod Lam-
 & Bassus addiderunt, & abesse tamen a Mss.
 restantur Victorius & Grævius.*

⁸ Sermunculum] *Erant, qui divorcium
 Claudie reprehendebant. Mantua.*

⁹ Causam sustinet] *Ἄνεστι τὸ ἔργον, id
 est, Nonne in eum iustissimum omne crimen
 verti debet? Ad verbum enim transfuit, quod
 Græci *ἀνεστι τὸ ἔργον*, & *ἀνεστι τὸ ἔργον* dicunt,
 hoc est, suspensum esse, & criminis premit-
 tere videtur. Et esse *ἀνεστι τὸ ἔργον* videtur
 Gaudet enim Cicero Græca quædam *ἀνεστι*
 ἀλλοτρίᾳ, præsertim eam apud Latinos & libe-
 ritatis honoribus. Et esse *ἀνεστι τὸ ἔργον*
 est *ἀνεστι τὸ ἔργον*, quod Cicero causam sa-
 tis dicit. *Mantua.**

eum petiisse a Marcello aliquid, & illum, ut erat, constantius respondisse. ¹¹ Οἱ πάντων εἶδος.

¹⁰ Constantius Negantem se daturum i eo Marcellum in iram, & amicitiam prolongam, illum occidisse. Hinc Cicero, coequebam secutus, opinabatur. *Mans.*
¹¹ Οἱ πάντων εἶδος.] Suppletur ex Heripidis Ione, *gubernat, &c. non videri facit*

apparet, cum res praesent sunt, & cum prope commovetur. Hinc verba proflus ad initium sequentis epistolae spectantur, non ad finem istius. Nihil hoc certius, nihil verius. Mans.

CICERO ATTICO SAL.

XI. CREDEBAM esse facile. Totum est aliud, posteaquam sum a te diiunctior. Sed fuit faciendum, ut & constituerem mercedulas praediorum, & ne magnam onus observantiae Bruto nostro imponerem. Posthac enim poterimus commodius colere inter nos in Tusculano. Hoc autem tempore, cum ille me quotidie videre vellet, ego ad illum ire non possem, privabatur omni delectatione Tusculani. Tu igitur, si Servilia venerit, si Brutus quid egerit, etiam si constituerit, quando obviam: quidquid denique erit quod scire me oporteat, scribes. Pisonem, si poteris, convenies. Vides quam maturum sit. Sed tamen quod commodo tuo fiat.

¹ Facile] Longius abesse a te. Nam hac scripsit Argenti, quo se ex Tusculano contulerat. *Mans.*
² Tusculani] Sui, quo, me quotidie volens visitare, & ob id ad me veniens, frui non poterat. *Idem.*

³ Servilia] M. Bruti mater. *Idem. I.*
⁴ Quid] De divortio, & nuptiis. *dem.*
⁵ Quando obviam] Caesari sic iturus. *Idem.*
⁶ Convenies] Ep. 2. Pisonem secuti de avro. *Mans.*

CICERO ATTICO SAL.

XII. VALDE me momorderunt epistolae tuae de Attica nostra: eadem tamen sanaverunt. Quod enim te ipse consolabare eisdem literis, id mihi erat satis firmum ad leniendam agritudinem. Ligariana praclare vendidisti. Posthac

¹ Vendidisti] Metaphora sumpta de his, qui, quod vendere cupiunt, petus laudant, de illi, tuam auctoritatem, tumque iudicium secuti, eam probare coeperunt. *Mans.*

rio: hoc est, ita meam orationem laudasti, ut illi, tuam auctoritatem, tumque iudicium secuti, eam probare coeperint. Mans.

hac quidquid scripsero, tibi praconium deferam. Quod ad me de Varrone scribis, scis me ante orationes, aut aliquid id genus solitum scribere, ut Varronem nusquam possem interere. Postea autem quam haec cepei ² φιλολογώτερα, iam Varro mihi denuntiaverat magnam sane, & gravem ³ προσφώνησιν. Biennium praeterit, cum ille ⁴ Καλλιπιδος assiduo cursu cubitum nullum processerit. Ego autem me parabam ad id, quod ille mihi misisset, ut ⁵ ἀπὸ τῶ μέγιστο & νέον, si modo potuissem. Nam hoc etiam Hesiodus adscribit, ⁶ ἀρετὴ διυλῆς. Nunc illam ⁷ ἀπὸ πρῶτον συντάξω, sane mihi probatam, Bruto, ut tibi placuit, despondimus: idque tu eum non nosse mihi scripisti. Ergo illam ⁸ Ἀκαδημαϊκῶν, in qua homines, nobiles illi quidem, sed nullo modo philologi, nigris acute loquuntur, ad Varronem transferamus. Brevis sunt ⁹ Ἀντιόχεια; quae iste valde probat. Catulo & Lucullo alibi reponemus; ita tamen, si tu hos probas: deque eo mihi rescribas velim. De Brunniana auctione accepi a Vestorio literas. Ait, sine ulla controversia rem ad me esse collatam (Romae videlicet, aut in Tusculano me fore putaverunt) a. d. viii. Kal. Quintiles. Dices igitur vel amico tuo, Sp. Vettio coheredi meo, vel Labeoni nostro, paulum proferant auctionem; me circiter Nonas in Tusculano fore. Cum Pisonem Erotem habes. De Scapularis hortis toto pectore cogitemus. ¹¹ Dies adest.

² Φιλολογώτερα] Eruditiona.
³ Προσφώνησιν] Libri destinationem, aditatio, ut nunc loquuntur, exirenti Graco verbo, quod Latino non potuit. *Mans.*
⁴ Καλλιπιδος] Callipides fuit aliquis in studio cursor; vide Graecum Anthol. tit. 45. *Idem.*
⁵ ἀπὸ τῶ μέγιστο & νέον] Eadem mensura & cumularum. *Idem.*
⁶ ἀρετὴ διυλῆς] *Idem.*
⁷ ἀπὸ πρῶτον συντάξω] De huius bonorum

& malorum, *epit.*
⁸ Ἀκαδημαϊκῶν] Suppletur *Idem.* *Academicum* commentationem, seu libros data, quorum prior *Catulo*, posterior *Lucullo* dicebatur.
⁹ Ἀντιόχεια] Hoc est, sententiam Antiochi de Academia completurum.
¹⁰ Rem ad me] Coheredam omnium sententia magistratum auctionis me esse constitutum. *Mans.*
¹¹ Dies] Quo in auctione veniant. *Idem.*

DE BIBLIOTECAS CI.

CICERO ATTICO SAL.

XIII. **C**OMMOTUS tuis literis, quod ad me de Varrone scriperas, totam Academiam ab hominibus nobilissimis abstuli, transtuli ad nostrum sodalem, & ex duobus libris contuli in quatuor. Grandiores sunt omnino, quam erant illi; sed tamen multa detracta. Tu autem mihi pervelim scribas, qui intellexeris illum velle. Illud vero utique scire cupio; quem intellexeris ab eo? *Ἐπιδοκίμασαι*, nisi forte Brutum: id hercle restabat: sed tamen scire pervelim. Libri quidem ita exierunt, (nisi forte me communis *ἡ φιλαντία* decipit) ut in tali genere ne apud Græcos quidem simile quidquam. Tu illam iacturam feres æquo animo, quod illa, quæ habes de Academicis, frustra descripta sunt. Multo tamen hæc erunt splendidiora, breviora, meliora. Nunc autem *ἔστω*, quo me verum. Volo Dolabellæ valde desideranti. Non reperio quid: & simul *ἠδρόμαι* *Ἰσῆος*: neque, si aliquid, qui potero *ἢ μέμνη* effugere? Aut cessandum igitur, aut aliquid excogitandum. Sed quid hæc levia curamus? Attica mea, obsecro te, quid agit? quæ me valde angit. Sed crebro regusto tuas literas: in his acquiesco: tamen expecto novas.

1 *Illum velle*] Varronem velle, ut ego cum meis omnem scripsit. *Manut.*

2 *Ἐπιδοκίμασαι*] Invideri.

3 *Exierunt*] Effecti sunt. *J. F. Gron.*

4 *ἡ φιλαντία*] Amor sui ipsius.

5 *Ἄπειρος*] Dubito.

6 *Ἄλλοιαν*] Vide lib. II. ep. 5.

7 *Μέμνη*] Reprehensionem.

CICERO ATTICO SAL.

XIV. **B**RINNII libertus, coheres noster, scripsit ad me, velle, si mihi placeret, coheredes, se & Sabinum Albium ad me venire. Id ego plane nolo: hereditas tanti non est: & tamen obire auctoris diem facile poterunt, (est enim III Id.) si me in Tusculano postridie Nonas mane convenerint. Quod si laxius volent proferre diem, poterunt vel

bi-

biduum, vel triduum, vel ut videbitur: nihil enim interest. Quare, nisi jam profecti sunt, retinebis homines. De Bruto, si quid erit: de Cæsare, si quid scies; si quid erit præterea, scribes. Illud etiam atque etiam consideres velim, placeatne tibi mitti ad Varronem quod scripsimus. Esti etiam ad te aliquid pertinet. Nam scito, te ei dialogo adjunctum esse tertium. Opinor igitur consideremus: estis nomina jam facta sunt. Sed vel induci, vel mutari possunt.

CICERO ATTICO SAL.

XV. **Q**UID agit, obsecro te, Attica nostra? nam triduo abs te nullas acceperam. Nec mirum: nemo enim venerat: nec fortasse causa fuerat. Itaque ipse quid scriberem, non habebam. Quo autem die has Valerio dabam, expectabam aliquem meorum: qui si venisset, & a te quid attulisset, videbam non defuturum quod scriberem.

CICERO ATTICO SAL.

XVI. **N**OS, cum flumina, & solitudines sequeremur, quo facilius sustentare nos possemus, pedem e villa adhuc egressi non sumus; ita magnos, & assiduos imbres habebamus. Illam Academicen *ἑπιδοκίμασαι* totam ad Varronem traduximus. Primo fuit Catuli, Luculli, Hortensii. Deinde, quia *ἡ ἐπιδοκίμασαι* videbatur, quod erat hominibus nota, non illa quidem *ἡ ἀπειρία*, sed in iis rebus *ἡ ἀπειρία*, simul ac veni ad villam, eisdem illos sermones ad Catonem, Brutumque transtuli. Ecce tuæ literæ de Varrone. Nemi nisi viâ est aptior *ἡ ἀπειρία* ratio. Sed tamen velim scribas ad me, primum placeatne tibi aliquid ad illum; deinde, si placebit, hocne potissimum. Quid Servilia, jamne venit? Brutus ecquid agit, ecquando? De Cæsare quid auditur? Ego ad Nonas quemadmodum dixi. Tu cum Pisone, si quid poteris.

C-

1 *Ἐπιδοκίμασαι*] Commentationem.

2 *ἡ ἀπειρία*] Præter dictorum.

3 *ἡ ἀπειρία*] Ignorantia.

4 *ἡ ἀπειρία*] Ulter nullus.

5 *ἡ ἀπειρία*] Vide supra ep. 12.

6 *Ad Nonas*] Ero in Tusculano. *Corr.*

CICERO ATTICO SAL.

XVII. QUINTO Kalend. expectabam Roma aliquid; non quo imperassem. Igitur aliquid tuis. Nunc eadem illa, quid Brutus cogitet, aut si aliquid egit, ecquid a Caesare. Sed quid ista, quae minus curo? Attica nostra quid agat, scire cupio. Esti tuae literae (sed jam nimis veteres sunt) recte sperare iubent. Tamen expecto recens aliquid.

CICERO ATTICO SAL.

XVIII. VIDES propinquitas quid habeat. Nos vero conficiamus hortos. Colloqui videbamur, in Tusculano cum essem, tanta erat crebritas literarum. Sed id quidem jam erit. Ego interea admonitu tuo perfecit sane argutulos libros ad Varronem: sed tamen expecto, quid ad ea, quae scripsi ad te: primum, qui intellexeris eum desiderare a me, cum ipse homo πολυπραγματος nunquam me lacerasset: deinde, quem ἐλοτυπέει, nisi forte Brutum: quem si non ἐλοτυπέει, multo Hortensium minus, aut eos qui de Republica loquuntur. Plane hoc mihi explices velim: in primis, maneatne in sententia, ut mittam ad eum, quae scripsi; an nihil necesse putes. Sed haec coram.

1 *Vides*] Nunc, cum longe absumus.3 *Zoharuto*] Invidere.2 *Πολυπραγματος*] Multa scribens.4 *Zoharota*] Invidet.

CICERO ATTICO SAL.

XIX. COMMODUM discesserat Hilarus librarius IV Kal. cui dederam literas ad te, cum venit tabellarius cum tuis literis pridie datis: in quibus illud mihi gratissimum fuit, quod Attica nostra rogat te, ne tristis sis, quodque tu ἀξιόμυς esse scribis. Ligarianam, ut video, praeclare auctoritas tua commendavit. Scripsit enim ad me Balbus, &

1 *Αξιόμυς*] Non periculosa.2 *Ligarianam*] De qua supra, ep. 12.

Oppius, mirifice se probare; ob eamque causam ad Caesarem eam se oratiunculam misisse. Hoc igitur idem tu mihi antea scripseras. In Varrone ista causa me non moveret, ne viderer φιλοφρονης: sic enim constituebam, neminem includere in dialogos eorum, qui viverent: sed qui scribis & desiderari a Varrone, & magni illum aestimare, eos confeci: & absolvi nescio quam bene, sed ita accurate, ut nihil posset supra, Academicam omnem quaestionem libris quatuor. In eis, quae erant contra ἀκαταληκτῶν praeclare collecta ab Antiocho, Varroni dedi, ad ea ipse respondeo: tu es tertius in sermone nostro. Si Cottam, & Varronem fecissem inter se disputantes, ut a te proximis literis admoneor; meum καφὸν πρόσωπον esset. Hoc in antiquis personis suaviter fit, ut & Heraclides in multis, & nos sex de Republica libris fecimus. Sunt etiam de Oratore nostri tres, mihi vehementer probati: in eis quoque ex personae sunt, ut mihi tacendum fuerit. Crassus enim loquitur, Antonius, Catulus senex, C. Julius, frater Catuli, Cotta, Sulpicius. Puer me hic sermo inducit, ut nullae esse possent partes meae. Quae autem his temporibus scripsi, Ἀριστοτέλους morem habent; in quo sermo ita inducitur ceterorum, ut penes ipsum sit principatus. Ita confeci quinque libros ἀπὸ τῶν, ut Epicurea L. Torquato, Stoica M. Catoni, Ἰσοκράτους M. Piloni darem. Ἀζχοτυπέων id fore putaram, quod omnes illi decesserant. Haec Academicam, ut scis, cum Catulo, Lucullo, Hortensio contuleram. Sane in personis non cadebant. Erant enim λογικότερα, quam ut illi de iis somniasse unquam viderentur. Itaque, ut legi tuas de

Tom. VIII.

X x x

Var-

3 *φιλοφρονης*] Amicitiosus, illustrium virorum amator. Scripserat Atticus, non semper Cicero quaequos esse Catulos, & Lucillos, Africanos, & Laelios, aut huiusmodi viros, quibus sermonem tribueret in suis libris; ne nimis ambitiosus in claros viros videretur; sed etiam dandum esse aliquid iis, qui minus illustres essent; proptereaque de Varrone cogitandum. Respondet:

Academicas quaestiones ad Varronem non ideo transtuli, ne viderer φιλοφρονης, (nam ista causa me non moveret: si quidem idcirco ego de Varrone minus cogitabam, non quod

esset φιλοφρονης, verum quia constituebam, eorum, qui viverent, neminem in dialogos includere) sed quia scribis, & desiderare illum, & magni aestimare, magnus.

4 *Αριστοτέλους*] Opinionem eorum, qui nihil comprehendi posse dicunt.5 *καφὸν πρόσωπον*] Muta persona.6 *Προσωπον*] De finibus, supple, finium & maiorum.7 *Περικατωτων*] Peripateticis, Peripateticorum philosophorum partes.8 *Αζχοτυπεων*] Sine invidia.9 *λογικότερα*] Bruditoria.

Varrone, tanquam ¹⁰ ἐρημίον arripui. Aptius esse nihil potuit ad id philosophiæ genus, quo ille maxime mihi delectari videtur, ¹¹ easque partes, ut non sim consecutus, ut superior mea causa videatur. Sunt enim vehementer ¹² πικρὰ Antiochia: quæ diligenter a me expressa, acumen habent Antiochii, nitorem orationis nostrum: si modo is est aliquis in nobis. Sed tu, dandosne putes hos libros Varroni, etiam atque etiam videbis. Mihi quædam occurrunt: sed ea coram.

¹⁰ Ἐρημίον] Insperatum lucrum.

¹¹ Ἐαίςque partes] Pendent e superioribus, aptius ad eas partes. Corradus, forte legendum: easque partes sumpti, ut non sim consecutus. Lamb. legendum, ut est in multiscriptis nostris, easque partes. Nihil, inquit, aptius fuit ad eas partes, quas tueor,

namque Philonis, quam ut inducerem Varronem, qui Antiochii sententiam defenderet, ut melius cuique persuaderetur, potissimumque ipsi Varroni, id me consequi noluisset, ut superior mea sententia videretur. Bosius.

¹² Πικρὰ] Probabilia.

CICERO ATTICO SAL.

XX. **A** CÆSARE literas accepi ¹ consolatorias datas prid. Kal. Maj. Hispali. De urbe ² augenda quid sit promulgatum, non intellexi: id sane scire velim. Torquato nostra officia grata esse facile patior: eaque augere non desinam. Ad Ligarianam ³ de uxore Tuberonis, & privigna, neque possum jam addere; est enim res perulgata: neque Tuberonom volo defendere: mirifice est enim ⁴ φιδάστειδον. ⁵ Theatrum quidem sane bellum habuisti. Ego, etsi hoc loco facillime sustentor, tamen te videre cupio. Itaque, ut consistui, adero. Fratrem credo a te esse conventum: scire igitur studeo quid egeris. ⁶ De fama nihil sane laboro: etsi scri-

ps-

¹ Consolatorias] In Tullioz morte. Ep. 22. Minutius.

² Augenda] Infra, epist. 33. & 35.

³ De uxore] Monuerat Atticus Ciceronem, ut orationi, quam habuerat pro Q. Ligario, quædam adderet de uxore Tuberonis & de privigna. Et Cicero nunc respondet, atque sibi, ut id addat, inextremum non esse, cum oratio illa perulgata sit. Bosius.

⁴ φιδάστειδον] Querulus.

⁵ Theatrum] Habuisti: quod, tanquam in theatro, spectare possis cum voluptate.

Quid autem spectare? Rixam scilicet inter uxorem Tuberonis, & privignam. Minutius. Id est, locum & occasionem commodam habuisti exereudæ & explicandæ virtutis aut facundie tue. Est novum caput epistolæ nihil commune habens cum superioribus. J. F. Gron.

⁶ De fama nihil laboro] Quid homines de me loquantur, & quam campan meam sine infirmitatem, sive desidiam, suscipere deque habeo. Idem.

peram ad te ⁷ tunc stulte, nihil melius. Curandum enim non est. ⁸ Atque hoc, In omni vita sua quemque a recta conscientia transversum unquam non oportet discere. Viden' quam ⁹ λοσόφως? an tu nos frustra existimas ¹⁰ hæc in manibus habere? ¹¹ Δεδύχθαι te nollem, quod nihil erat. Redeo enim rursus eodem. Quidquam me putas curare ¹² in toto, nisi ut ei ne desim? id ago scilicet ut judicia videam ¹³ tenere. ¹⁴ Μη γδ αὐτῆς. Vellem ¹⁵ tam domestica ferre possem, quam ista contemnere. Putas autem ¹⁶ me voluisse aliquid, quod perfectum non sit? ¹⁷ Non licet scilicet sententiam suam: sed tamen quæ ¹⁸ tam acta sunt, non possum non probare: & tamen non curare, ¹⁹ pulchre possum, sicuti facio. Sed nimiam multa de nugis.

⁷ Tunc] Alia quædam epistola, stulte scripseram, nihil esse melius, quam laborare de fama.

⁸ Atque hoc] Subintelligitur, Curandum. Malim autem, Quæquam, pro, Quæquam. Minutius.

⁹ Λοσόφως] Philosophice.

¹⁰ Μη γδ αὐτῆς] Libros de philosophia tractare? Nam hoc tempora philosophiam Cicero Latinis literis explicabat. Minutius.

¹¹ Δεδύχθαι] Moniam esse, esse nulli. Videtur tamen, qui dixerit tempore Ciceroni, si pro amico in foro periclitante non contemderet, & causam ejus egeret. J. F. Gronov.

¹² In toto] In tota scilicet hoc negotio, ut ei, cui volebant homines Tullium patrocinari, sim advocatus, etiam non sim patronus & loquar. Idem.

¹³ Tenere] Sentis est, quasi vero id mi-

hi cure sit ut in foro dominet, & primus Oratorum esse videat. Sic sermo tenere dixit in Bruto 27. Idem.

¹⁴ Μη γδ αὐτῆς] Neque enim illis, supple, nunc deteclor. Idem.

¹⁵ Ταῦτα ἀσκήσια] Que passas sum a fratre & filio ejus, ab uxore Terentia, in morte filiz. Idem.

¹⁶ Μη ποιεῖσθαι] Jam olim scilicet excellere in foro, & iam ipsum morari vetera vota, & memoriam desiderare. Idem.

¹⁷ Non licet scilicet fraccatione suam] Scilicet mutare: & olim quidem ita sensisset, nunc vero aliter. Idem.

¹⁸ Tamen] Cum quasi habitarem in foro, altissimum operam amicis darem, eorum me non pariter. Idem.

¹⁹ Pulchre possum] Possam actionibus altissimè causarum, quando aliter scilicet tempus fert. Idem.

CICERO ATTICO SAL.

XXI. **A**D Hirtium dederam epistolam sane grandem, quam scripseram proxime in Tullulano. Huic, quam tum mihi misisti, rescribam alias; nunc alius malo. Quid possum de Torquato, nisi aliquid a Dolabella? quod ¹ simul

X x x z

ac;

¹ Simul ac] Simul ac scripsisset ad me quati re, continuo rescribam. Minutius. Dolabella quid egerit cum Cæsare de Tor-

ac; continuo sciatis. Expectabam hodie, aut summum cras ab eo tabellarios: qui simul ac venerint, mittentur ad te. A Quinto expecto: proficiens enim e Tusculano VIII Kal. ut scis, nisi ad eum tabellarios. Nunc, ad rem ut redeam, ² *inhibere* illud tuum, quod valde mihi arriserat, vehementer displicet. Est enim verbum totum nauticum. Quanquam id quidem sciebam: sed arbitrabar sustineri remos, cum inhibere essent remiges iussi. Id non esse ejusmodi didici heri, cum ad villam nostram navis appelleretur: non enim sustinent, sed alio modo remigant. Id ³ ab *επιχειρηματισμῷ* remotissimum est. Quare facies, ut ita sit ⁴ in libro, quemadmodum fuit. Dices hoc idem Varroni, si forte mutavit. Nec est melius quidquam, quam, ut ⁵ Lucilius:

Sustineat currum, ut bonus saepe agitator, equosque.
semperque Carneades, ⁶ *αποβολῆς* pugilis, & retentionem aurigae, similem facit *επιχειρηματισμῷ*. Inhibitio autem remigum, motum habet, & vehementiorem quidem, remigationis navem convertentis ad puppim. Vides quanto hoc diligentius curem, quam aut ⁷ de rumore, aut ⁸ de Pollione: de Panfa etiam, si quid certius; credo enim palam factum esse: de Critonio, si quid esset: certene de Metello & Balbino? Dic mihi, placentne tibi primum ⁹ edere injussi meo? hoc ne Hermodorus quidem faciebat, is qui Platonis libros solitus est divulgare; ex quo ¹⁰ *λογιστῶν* *Ερμωδου*. Quid illud? rectissime existimas cuiquam ante, quam Bruto? cui, te auctore, ¹¹ *αποστα-*

² *Inhibere illud tuum*] Qui putas *επιχειρηματισμῷ* reddi Latine posse per verbum *inhibere*.
Corrad. De hoc toto loco multis disputat J. F. Gronovius lib. IV. *Observ.* cap. 26.

³ *Ab εἰρημῷ*] Ab attentionis retentione. Inhibitio, inquit, non idem est, quod retentionis. Nam retinere, illud est, quod aurigae faciunt, equorum cursum adductis habentibus fixentibus, inhibere autem, non cum remiges navem fixant; sed cum, alio modo remigantes, eam convertunt ad puppim.
Μαντινῶν.

⁴ *In libro*] Acad. Quasi. sed primae editionis. Alii librum de Oratore, (L. 33.) significari volunt. Corradus.

⁵ *Lucilius*] Merique, Lucollus.

⁶ *Παραβολῆς*] Est, interprete Badzio in

Comm. Gr. L. *Stator pugilis*, in praesentia stantis, occasioneque inferenda plaga insinuat, & agitatoris in carceribus equos currumque sustinentis. Ernestus.

⁷ *De rumore*] Quem Atticus scripsit de Cicerone non esse bonum, quod Urbein & forum salidiret fugerique. Gronovius.

⁸ *De Pollione*] Qui erat cum Cratore in Hispania, *que de eo*, quod Pollio ad Ciceronem scripsit de Quinto filio, lib. XII. ep. 38. sine Pollionis aliquid accidisse adversi. *Idem*.

⁹ *Edere*] Libros a me scriptos.

¹⁰ *Ad eum Ερμωδου*] Supple. *Λογιστῶν*: scripsit Hermodorus mercator, proveri.

¹¹ *Αποστα*] Librum dico.

Quarō. Scripsit enim Balbus ad me, se a te quintum de finibus librum descripsisse: in quo non sane multa mutavi: sed tamen quaedam. Tu autem commode feceris, si reliquos continueris, ne & ¹² *ἀποστα* habeat Balbus, & ¹³ *ἐὰν* Brutus. Sed haec haec, ne videar ¹⁴ *οὐκ ἔγωγε ἀποστα*. Et si nunc quidem maxima mihi sunt haec. Quid est enim aliud? Varroni quidem quae scripsi te auctore, ita proprio mittere, ut jam Romam miserim describenda. Ea si voles, statim habebis. Scripsi enim ad libarios, ut fieret tuis, si tu velles, describendi potestas. Ea vero continebis, quoad ipse te videam: quod diligentissime facere soles, cum a me tibi dictum est. Cum autem fugit me tibi dicere; mirifice Caecilia, studio videlicet philosophiae flagrans, describit a tuis: istos ipsos de finibus habet. Ego autem tibi confirmo, (postum salvi, ut humanus) a meis eam non habere. Nunquam enim ab oculis meis absuerunt. Tantum porro aberat ut binos scriberent; vix singulos confecerunt. Tuorum tamen ego nullum delictum arbitror; idemque te volo existimare; a me enim praetermissum est, ut dicerem, me eos exire nondum velle. Huius quam diu de nugis? De re enim nihil habeo, quod loquar. De Dolabella tibi assentior. Coheredes, ut scribis, in Tusculano. De Caesaris adventu scripsit ad me Balbus, non ante Kal. Sext. De Attica optime, quod levius, ac lenius, & quod fert ¹⁵ *ἀποστα*. Quod autem de illa nostra ¹⁶ cogitatione scribis, in qua nihil tibi cedo; ea, quae novi, valde probo, hominem, domum, facultates. Quod caput est, ipsum non novi: sed audio laudabilia de Scrofa. Etiam ¹⁷ proxime accedit, si quid hoc ad rem: ¹⁸ *εὐχρηστος* est etiam, quam pater. Coram igitur, & quidem proposito animo ad probandum. Accedit enim, quod patrem, ut scire te puto, plus etiam, quam non modo tu, sed quam ipse scit, amo, idque & merito, & jam diu.

CI.

¹² *Αποστα*] Non emendata.

¹³ *Εὰν*] Obsolete.

¹⁴ *Οὐκ ἔγωγε ἀποστα*] In parvis rebus

multam illi ponere.

¹⁵ *Εὐχρηστος*] Placide.

¹⁶ *Κοιτάξω*] Cuiam in matrimonio

Attica collocetur, cum fore iam sit nullis. *Μαντινῶν*.

¹⁷ *Προξίμω*] Prope Attici sedes. *Εὐχρηστος*]

Λαμβ. ἡσυχία. *Βόλιος*, accedit.

¹⁸ *Εὐχρηστος*] *Νοβίλιος*, quod est genus attingit, propter maternos amnes. *Μαντινῶν*.

CICERO ATTICO SAL.

XXII. DE Varrone non sine causa quid tibi placeat, tam diligenter exquiro. Occurrunt mihi quaedam: sed ea coram. Te autem ¹ ut ² ³ ⁴ ⁵ ⁶ ⁷ ⁸ ⁹ ¹⁰ ¹¹ ¹² ¹³ ¹⁴ ¹⁵ ¹⁶ ¹⁷ ¹⁸ ¹⁹ ²⁰ ²¹ ²² ²³ ²⁴ ²⁵ ²⁶ ²⁷ ²⁸ ²⁹ ³⁰ ³¹ ³² ³³ ³⁴ ³⁵ ³⁶ ³⁷ ³⁸ ³⁹ ⁴⁰ ⁴¹ ⁴² ⁴³ ⁴⁴ ⁴⁵ ⁴⁶ ⁴⁷ ⁴⁸ ⁴⁹ ⁵⁰ ⁵¹ ⁵² ⁵³ ⁵⁴ ⁵⁵ ⁵⁶ ⁵⁷ ⁵⁸ ⁵⁹ ⁶⁰ ⁶¹ ⁶² ⁶³ ⁶⁴ ⁶⁵ ⁶⁶ ⁶⁷ ⁶⁸ ⁶⁹ ⁷⁰ ⁷¹ ⁷² ⁷³ ⁷⁴ ⁷⁵ ⁷⁶ ⁷⁷ ⁷⁸ ⁷⁹ ⁸⁰ ⁸¹ ⁸² ⁸³ ⁸⁴ ⁸⁵ ⁸⁶ ⁸⁷ ⁸⁸ ⁸⁹ ⁹⁰ ⁹¹ ⁹² ⁹³ ⁹⁴ ⁹⁵ ⁹⁶ ⁹⁷ ⁹⁸ ⁹⁹ ¹⁰⁰ ¹⁰¹ ¹⁰² ¹⁰³ ¹⁰⁴ ¹⁰⁵ ¹⁰⁶ ¹⁰⁷ ¹⁰⁸ ¹⁰⁹ ¹¹⁰ ¹¹¹ ¹¹² ¹¹³ ¹¹⁴ ¹¹⁵ ¹¹⁶ ¹¹⁷ ¹¹⁸ ¹¹⁹ ¹²⁰ ¹²¹ ¹²² ¹²³ ¹²⁴ ¹²⁵ ¹²⁶ ¹²⁷ ¹²⁸ ¹²⁹ ¹³⁰ ¹³¹ ¹³² ¹³³ ¹³⁴ ¹³⁵ ¹³⁶ ¹³⁷ ¹³⁸ ¹³⁹ ¹⁴⁰ ¹⁴¹ ¹⁴² ¹⁴³ ¹⁴⁴ ¹⁴⁵ ¹⁴⁶ ¹⁴⁷ ¹⁴⁸ ¹⁴⁹ ¹⁵⁰ ¹⁵¹ ¹⁵² ¹⁵³ ¹⁵⁴ ¹⁵⁵ ¹⁵⁶ ¹⁵⁷ ¹⁵⁸ ¹⁵⁹ ¹⁶⁰ ¹⁶¹ ¹⁶² ¹⁶³ ¹⁶⁴ ¹⁶⁵ ¹⁶⁶ ¹⁶⁷ ¹⁶⁸ ¹⁶⁹ ¹⁷⁰ ¹⁷¹ ¹⁷² ¹⁷³ ¹⁷⁴ ¹⁷⁵ ¹⁷⁶ ¹⁷⁷ ¹⁷⁸ ¹⁷⁹ ¹⁸⁰ ¹⁸¹ ¹⁸² ¹⁸³ ¹⁸⁴ ¹⁸⁵ ¹⁸⁶ ¹⁸⁷ ¹⁸⁸ ¹⁸⁹ ¹⁹⁰ ¹⁹¹ ¹⁹² ¹⁹³ ¹⁹⁴ ¹⁹⁵ ¹⁹⁶ ¹⁹⁷ ¹⁹⁸ ¹⁹⁹ ²⁰⁰ ²⁰¹ ²⁰² ²⁰³ ²⁰⁴ ²⁰⁵ ²⁰⁶ ²⁰⁷ ²⁰⁸ ²⁰⁹ ²¹⁰ ²¹¹ ²¹² ²¹³ ²¹⁴ ²¹⁵ ²¹⁶ ²¹⁷ ²¹⁸ ²¹⁹ ²²⁰ ²²¹ ²²² ²²³ ²²⁴ ²²⁵ ²²⁶ ²²⁷ ²²⁸ ²²⁹ ²³⁰ ²³¹ ²³² ²³³ ²³⁴ ²³⁵ ²³⁶ ²³⁷ ²³⁸ ²³⁹ ²⁴⁰ ²⁴¹ ²⁴² ²⁴³ ²⁴⁴ ²⁴⁵ ²⁴⁶ ²⁴⁷ ²⁴⁸ ²⁴⁹ ²⁵⁰ ²⁵¹ ²⁵² ²⁵³ ²⁵⁴ ²⁵⁵ ²⁵⁶ ²⁵⁷ ²⁵⁸ ²⁵⁹ ²⁶⁰ ²⁶¹ ²⁶² ²⁶³ ²⁶⁴ ²⁶⁵ ²⁶⁶ ²⁶⁷ ²⁶⁸ ²⁶⁹ ²⁷⁰ ²⁷¹ ²⁷² ²⁷³ ²⁷⁴ ²⁷⁵ ²⁷⁶ ²⁷⁷ ²⁷⁸ ²⁷⁹ ²⁸⁰ ²⁸¹ ²⁸² ²⁸³ ²⁸⁴ ²⁸⁵ ²⁸⁶ ²⁸⁷ ²⁸⁸ ²⁸⁹ ²⁹⁰ ²⁹¹ ²⁹² ²⁹³ ²⁹⁴ ²⁹⁵ ²⁹⁶ ²⁹⁷ ²⁹⁸ ²⁹⁹ ³⁰⁰ ³⁰¹ ³⁰² ³⁰³ ³⁰⁴ ³⁰⁵ ³⁰⁶ ³⁰⁷ ³⁰⁸ ³⁰⁹ ³¹⁰ ³¹¹ ³¹² ³¹³ ³¹⁴ ³¹⁵ ³¹⁶ ³¹⁷ ³¹⁸ ³¹⁹ ³²⁰ ³²¹ ³²² ³²³ ³²⁴ ³²⁵ ³²⁶ ³²⁷ ³²⁸ ³²⁹ ³³⁰ ³³¹ ³³² ³³³ ³³⁴ ³³⁵ ³³⁶ ³³⁷ ³³⁸ ³³⁹ ³⁴⁰ ³⁴¹ ³⁴² ³⁴³ ³⁴⁴ ³⁴⁵ ³⁴⁶ ³⁴⁷ ³⁴⁸ ³⁴⁹ ³⁵⁰ ³⁵¹ ³⁵² ³⁵³ ³⁵⁴ ³⁵⁵ ³⁵⁶ ³⁵⁷ ³⁵⁸ ³⁵⁹ ³⁶⁰ ³⁶¹ ³⁶² ³⁶³ ³⁶⁴ ³⁶⁵ ³⁶⁶ ³⁶⁷ ³⁶⁸ ³⁶⁹ ³⁷⁰ ³⁷¹ ³⁷² ³⁷³ ³⁷⁴ ³⁷⁵ ³⁷⁶ ³⁷⁷ ³⁷⁸ ³⁷⁹ ³⁸⁰ ³⁸¹ ³⁸² ³⁸³ ³⁸⁴ ³⁸⁵ ³⁸⁶ ³⁸⁷ ³⁸⁸ ³⁸⁹ ³⁹⁰ ³⁹¹ ³⁹² ³⁹³ ³⁹⁴ ³⁹⁵ ³⁹⁶ ³⁹⁷ ³⁹⁸ ³⁹⁹ ⁴⁰⁰ ⁴⁰¹ ⁴⁰² ⁴⁰³ ⁴⁰⁴ ⁴⁰⁵ ⁴⁰⁶ ⁴⁰⁷ ⁴⁰⁸ ⁴⁰⁹ ⁴¹⁰ ⁴¹¹ ⁴¹² ⁴¹³ ⁴¹⁴ ⁴¹⁵ ⁴¹⁶ ⁴¹⁷ ⁴¹⁸ ⁴¹⁹ ⁴²⁰ ⁴²¹ ⁴²² ⁴²³ ⁴²⁴ ⁴²⁵ ⁴²⁶ ⁴²⁷ ⁴²⁸ ⁴²⁹ ⁴³⁰ ⁴³¹ ⁴³² ⁴³³ ⁴³⁴ ⁴³⁵ ⁴³⁶ ⁴³⁷ ⁴³⁸ ⁴³⁹ ⁴⁴⁰ ⁴⁴¹ ⁴⁴² ⁴⁴³ ⁴⁴⁴ ⁴⁴⁵ ⁴⁴⁶ ⁴⁴⁷ ⁴⁴⁸ ⁴⁴⁹ ⁴⁵⁰ ⁴⁵¹ ⁴⁵² ⁴⁵³ ⁴⁵⁴ ⁴⁵⁵ ⁴⁵⁶ ⁴⁵⁷ ⁴⁵⁸ ⁴⁵⁹ ⁴⁶⁰ ⁴⁶¹ ⁴⁶² ⁴⁶³ ⁴⁶⁴ ⁴⁶⁵ ⁴⁶⁶ ⁴⁶⁷ ⁴⁶⁸ ⁴⁶⁹ ⁴⁷⁰ ⁴⁷¹ ⁴⁷² ⁴⁷³ ⁴⁷⁴ ⁴⁷⁵ ⁴⁷⁶ ⁴⁷⁷ ⁴⁷⁸ ⁴⁷⁹ ⁴⁸⁰ ⁴⁸¹ ⁴⁸² ⁴⁸³ ⁴⁸⁴ ⁴⁸⁵ ⁴⁸⁶ ⁴⁸⁷ ⁴⁸⁸ ⁴⁸⁹ ⁴⁹⁰ ⁴⁹¹ ⁴⁹² ⁴⁹³ ⁴⁹⁴ ⁴⁹⁵ ⁴⁹⁶ ⁴⁹⁷ ⁴⁹⁸ ⁴⁹⁹ ⁵⁰⁰ ⁵⁰¹ ⁵⁰² ⁵⁰³ ⁵⁰⁴ ⁵⁰⁵ ⁵⁰⁶ ⁵⁰⁷ ⁵⁰⁸ ⁵⁰⁹ ⁵¹⁰ ⁵¹¹ ⁵¹² ⁵¹³ ⁵¹⁴ ⁵¹⁵ ⁵¹⁶ ⁵¹⁷ ⁵¹⁸ ⁵¹⁹ ⁵²⁰ ⁵²¹ ⁵²² ⁵²³ ⁵²⁴ ⁵²⁵ ⁵²⁶ ⁵²⁷ ⁵²⁸ ⁵²⁹ ⁵³⁰ ⁵³¹ ⁵³² ⁵³³ ⁵³⁴ ⁵³⁵ ⁵³⁶ ⁵³⁷ ⁵³⁸ ⁵³⁹ ⁵⁴⁰ ⁵⁴¹ ⁵⁴² ⁵⁴³ ⁵⁴⁴ ⁵⁴⁵ ⁵⁴⁶ ⁵⁴⁷ ⁵⁴⁸ ⁵⁴⁹ ⁵⁵⁰ ⁵⁵¹ ⁵⁵² ⁵⁵³ ⁵⁵⁴ ⁵⁵⁵ ⁵⁵⁶ ⁵⁵⁷ ⁵⁵⁸ ⁵⁵⁹ ⁵⁶⁰ ⁵⁶¹ ⁵⁶² ⁵⁶³ ⁵⁶⁴ ⁵⁶⁵ ⁵⁶⁶ ⁵⁶⁷ ⁵⁶⁸ ⁵⁶⁹ ⁵⁷⁰ ⁵⁷¹ ⁵⁷² ⁵⁷³ ⁵⁷⁴ ⁵⁷⁵ ⁵⁷⁶ ⁵⁷⁷ ⁵⁷⁸ ⁵⁷⁹ ⁵⁸⁰ ⁵⁸¹ ⁵⁸² ⁵⁸³ ⁵⁸⁴ ⁵⁸⁵ ⁵⁸⁶ ⁵⁸⁷ ⁵⁸⁸ ⁵⁸⁹ ⁵⁹⁰ ⁵⁹¹ ⁵⁹² ⁵⁹³ ⁵⁹⁴ ⁵⁹⁵ ⁵⁹⁶ ⁵⁹⁷ ⁵⁹⁸ ⁵⁹⁹ ⁶⁰⁰ ⁶⁰¹ ⁶⁰² ⁶⁰³ ⁶⁰⁴ ⁶⁰⁵ ⁶⁰⁶ ⁶⁰⁷ ⁶⁰⁸ ⁶⁰⁹ ⁶¹⁰ ⁶¹¹ ⁶¹² ⁶¹³ ⁶¹⁴ ⁶¹⁵ ⁶¹⁶ ⁶¹⁷ ⁶¹⁸ ⁶¹⁹ ⁶²⁰ ⁶²¹ ⁶²² ⁶²³ ⁶²⁴ ⁶²⁵ ⁶²⁶ ⁶²⁷ ⁶²⁸ ⁶²⁹ ⁶³⁰ ⁶³¹ ⁶³² ⁶³³ ⁶³⁴ ⁶³⁵ ⁶³⁶ ⁶³⁷ ⁶³⁸ ⁶³⁹ ⁶⁴⁰ ⁶⁴¹ ⁶⁴² ⁶⁴³ ⁶⁴⁴ ⁶⁴⁵ ⁶⁴⁶ ⁶⁴⁷ ⁶⁴⁸ ⁶⁴⁹ ⁶⁵⁰ ⁶⁵¹ ⁶⁵² ⁶⁵³ ⁶⁵⁴ ⁶⁵⁵ ⁶⁵⁶ ⁶⁵⁷ ⁶⁵⁸ ⁶⁵⁹ ⁶⁶⁰ ⁶⁶¹ ⁶⁶² ⁶⁶³ ⁶⁶⁴ ⁶⁶⁵ ⁶⁶⁶ ⁶⁶⁷ ⁶⁶⁸ ⁶⁶⁹ ⁶⁷⁰ ⁶⁷¹ ⁶⁷² ⁶⁷³ ⁶⁷⁴ ⁶⁷⁵ ⁶⁷⁶ ⁶⁷⁷ ⁶⁷⁸ ⁶⁷⁹ ⁶⁸⁰ ⁶⁸¹ ⁶⁸² ⁶⁸³ ⁶⁸⁴ ⁶⁸⁵ ⁶⁸⁶ ⁶⁸⁷ ⁶⁸⁸ ⁶⁸⁹ ⁶⁹⁰ ⁶⁹¹ ⁶⁹² ⁶⁹³ ⁶⁹⁴ ⁶⁹⁵ ⁶⁹⁶ ⁶⁹⁷ ⁶⁹⁸ ⁶⁹⁹ ⁷⁰⁰ ⁷⁰¹ ⁷⁰² ⁷⁰³ ⁷⁰⁴ ⁷⁰⁵ ⁷⁰⁶ ⁷⁰⁷ ⁷⁰⁸ ⁷⁰⁹ ⁷¹⁰ ⁷¹¹ ⁷¹² ⁷¹³ ⁷¹⁴ ⁷¹⁵ ⁷¹⁶ ⁷¹⁷ ⁷¹⁸ ⁷¹⁹ ⁷²⁰ ⁷²¹ ⁷²² ⁷²³ ⁷²⁴ ⁷²⁵ ⁷²⁶ ⁷²⁷ ⁷²⁸ ⁷²⁹ ⁷³⁰ ⁷³¹ ⁷³² ⁷³³ ⁷³⁴ ⁷³⁵ ⁷³⁶ ⁷³⁷ ⁷³⁸ ⁷³⁹ ⁷⁴⁰ ⁷⁴¹ ⁷⁴² ⁷⁴³ ⁷⁴⁴ ⁷⁴⁵ ⁷⁴⁶ ⁷⁴⁷ ⁷⁴⁸ ⁷⁴⁹ ⁷⁵⁰ ⁷⁵¹ ⁷⁵² ⁷⁵³ ⁷⁵⁴ ⁷⁵⁵ ⁷⁵⁶ ⁷⁵⁷ ⁷⁵⁸ ⁷⁵⁹ ⁷⁶⁰ ⁷⁶¹ ⁷⁶² ⁷⁶³ ⁷⁶⁴ ⁷⁶⁵ ⁷⁶⁶ ⁷⁶⁷ ⁷⁶⁸ ⁷⁶⁹ ⁷⁷⁰ ⁷⁷¹ ⁷⁷² ⁷⁷³ ⁷⁷⁴ ⁷⁷⁵ ⁷⁷⁶ ⁷⁷⁷ ⁷⁷⁸ ⁷⁷⁹ ⁷⁸⁰ ⁷⁸¹ ⁷⁸² ⁷⁸³ ⁷⁸⁴ ⁷⁸⁵ ⁷⁸⁶ ⁷⁸⁷ ⁷⁸⁸ ⁷⁸⁹ ⁷⁹⁰ ⁷⁹¹ ⁷⁹² ⁷⁹³ ⁷⁹⁴ ⁷⁹⁵ ⁷⁹⁶ ⁷⁹⁷ ⁷⁹⁸ ⁷⁹⁹ ⁸⁰⁰ ⁸⁰¹ ⁸⁰² ⁸⁰³ ⁸⁰⁴ ⁸⁰⁵ ⁸⁰⁶ ⁸⁰⁷ ⁸⁰⁸ ⁸⁰⁹ ⁸¹⁰ ⁸¹¹ ⁸¹² ⁸¹³ ⁸¹⁴ ⁸¹⁵ ⁸¹⁶ ⁸¹⁷ ⁸¹⁸ ⁸¹⁹ ⁸²⁰ ⁸²¹ ⁸²² ⁸²³ ⁸²⁴ ⁸²⁵ ⁸²⁶ ⁸²⁷ ⁸²⁸ ⁸²⁹ ⁸³⁰ ⁸³¹ ⁸³² ⁸³³ ⁸³⁴ ⁸³⁵ ⁸³⁶ ⁸³⁷ ⁸³⁸ ⁸³⁹ ⁸⁴⁰ ⁸⁴¹ ⁸⁴² ⁸⁴³ ⁸⁴⁴ ⁸⁴⁵ ⁸⁴⁶ ⁸⁴⁷ ⁸⁴⁸ ⁸⁴⁹ ⁸⁵⁰ ⁸⁵¹ ⁸⁵² ⁸⁵³ ⁸⁵⁴ ⁸⁵⁵ ⁸⁵⁶ ⁸⁵⁷ ⁸⁵⁸ ⁸⁵⁹ ⁸⁶⁰ ⁸⁶¹ ⁸⁶² ⁸⁶³ ⁸⁶⁴ ⁸⁶⁵ ⁸⁶⁶ ⁸⁶⁷ ⁸⁶⁸ ⁸⁶⁹ ⁸⁷⁰ ⁸⁷¹ ⁸⁷² ⁸⁷³ ⁸⁷⁴ ⁸⁷⁵ ⁸⁷⁶ ⁸⁷⁷ ⁸⁷⁸ ⁸⁷⁹ ⁸⁸⁰ ⁸⁸¹ ⁸⁸² ⁸⁸³ ⁸⁸⁴ ⁸⁸⁵ ⁸⁸⁶ ⁸⁸⁷ ⁸⁸⁸ ⁸⁸⁹ ⁸⁹⁰ ⁸⁹¹ ⁸⁹² ⁸⁹³ ⁸⁹⁴ ⁸⁹⁵ ⁸⁹⁶ ⁸⁹⁷ ⁸⁹⁸ ⁸⁹⁹ ⁹⁰⁰ ⁹⁰¹ ⁹⁰² ⁹⁰³ ⁹⁰⁴ ⁹⁰⁵ ⁹⁰⁶ ⁹⁰⁷ ⁹⁰⁸ ⁹⁰⁹ ⁹¹⁰ ⁹¹¹ ⁹¹² ⁹¹³ ⁹¹⁴ ⁹¹⁵ ⁹¹⁶ ⁹¹⁷ ⁹¹⁸ ⁹¹⁹ ⁹²⁰ ⁹²¹ ⁹²² ⁹²³ ⁹²⁴ ⁹²⁵ ⁹²⁶ ⁹²⁷ ⁹²⁸ ⁹²⁹ ⁹³⁰ ⁹³¹ ⁹³² ⁹³³ ⁹³⁴ ⁹³⁵ ⁹³⁶ ⁹³⁷ ⁹³⁸ ⁹³⁹ ⁹⁴⁰ ⁹⁴¹ ⁹⁴² ⁹⁴³ ⁹⁴⁴ ⁹⁴⁵ ⁹⁴⁶ ⁹⁴⁷ ⁹⁴⁸ ⁹⁴⁹ ⁹⁵⁰ ⁹⁵¹ ⁹⁵² ⁹⁵³ ⁹⁵⁴ ⁹⁵⁵ ⁹⁵⁶ ⁹⁵⁷ ⁹⁵⁸ ⁹⁵⁹ ⁹⁶⁰ ⁹⁶¹ ⁹⁶² ⁹⁶³ ⁹⁶⁴ ⁹⁶⁵ ⁹⁶⁶ ⁹⁶⁷ ⁹⁶⁸ ⁹⁶⁹ ⁹⁷⁰ ⁹⁷¹ ⁹⁷² ⁹⁷³ ⁹⁷⁴ ⁹⁷⁵ ⁹⁷⁶ ⁹⁷⁷ ⁹⁷⁸ ⁹⁷⁹ ⁹⁸⁰ ⁹⁸¹ ⁹⁸² ⁹⁸³ ⁹⁸⁴ ⁹⁸⁵ ⁹⁸⁶ ⁹⁸⁷ ⁹⁸⁸ ⁹⁸⁹ ⁹⁹⁰ ⁹⁹¹ ⁹⁹² ⁹⁹³ ⁹⁹⁴ ⁹⁹⁵ ⁹⁹⁶ ⁹⁹⁷ ⁹⁹⁸ ⁹⁹⁹ ¹⁰⁰⁰

1. *Libentissime*.
 2. *Te* *ut* *intexui*.
 3. *Attributos*.
 4. *Valde probe*.
 5. *De pradio avia*.
 6. *Perdidiſſim*.
 7. *Mulieris*.
 8. *Tullium ſcribam*.
 9. *Nomine veri*.
 10. *Dixi*.
 11. *Libentissime*.
 12. *Particularia*.
 13. *Debitores*.
 14. *Facis*.
 15. *De pradio avia*.
 16. *Quod Bruto*.
 17. *In mulieribus*.
 18. *Hic est M. Tullius*.
 19. *Ad tantum*.
 20. *Dixi*.
 21. *Libentissime*.
 22. *Particularia*.
 23. *Debitores*.
 24. *Facis*.
 25. *De pradio avia*.
 26. *Quod Bruto*.
 27. *In mulieribus*.
 28. *Hic est M. Tullius*.
 29. *Ad tantum*.
 30. *Dixi*.
 31. *Libentissime*.
 32. *Particularia*.
 33. *Debitores*.
 34. *Facis*.
 35. *De pradio avia*.
 36. *Quod Bruto*.
 37. *In mulieribus*.
 38. *Hic est M. Tullius*.
 39. *Ad tantum*.
 40. *Dixi*.
 41. *Libentissime*.
 42. *Particularia*.
 43. *Debitores*.
 44. *Facis*.
 45. *De pradio avia*.
 46. *Quod Bruto*.
 47. *In mulieribus*.
 48. *Hic est M. Tullius*.
 49. *Ad tantum*.
 50. *Dixi*.
 51. *Libentissime*.
 52. *Particularia*.
 53. *Debitores*.
 54. *Facis*.
 55. *De pradio avia*.
 56. *Quod Bruto*.
 57. *In mulieribus*.
 58. *Hic est M. Tullius*.
 59. *Ad tantum*.
 60. *Dixi*.
 61. *Libentissime*.
 62. *Particularia*.
 63. *Debitores*.
 64. *Facis*.
 65. *De pradio avia*.
 66. *Quod Bruto*.
 67. *In mulieribus*.
 68. *Hic est M. Tullius*.
 69. *Ad tantum*.
 70. *Dixi*.
 71. *Libentissime*.
 72. *Particularia*.
 73. *Debitores*.
 74. *Facis*.
 75. *De pradio avia*.
 76. *Quod Bruto*.
 77. *In mulieribus*.
 78. *Hic est M. Tullius*.
 79. *Ad tantum*.
 80. *Dixi*.
 81. *Libentissime*.
 82. *Particularia*.
 83. *Debitores*.
 84. *Facis*.
 85. *De pradio avia*.
 86. *Quod Bruto*.
 87. *In mulieribus*.
 88. *Hic est M. Tullius*.
 89. *Ad tantum*.
 90. *Dixi*.
 91. *Libentissime*.
 92. *Particularia*.
 93. *Debitores*.
 94. *Facis*.
 95. *De pradio avia*.
 96. *Quod Bruto*.
 97. *In mulieribus*.
 98. *Hic est M. Tullius*.
 99. *Ad tantum*.
 100. *Dixi*.
 101. *Libentissime*.
 102. *Particularia*.
 103. *Debitores*.
 104. *Facis*.
 105. *De pradio avia*.
 106. *Quod Bruto*.
 107. *In mulieribus*.
 108. *Hic est M. Tullius*.
 109. *Ad tantum*.
 110. *Dixi*.
 111. *Libentissime*.
 112. *Particularia*.
 113. *Debitores*.
 114. *Facis*.
 115. *De pradio avia*.
 116. *Quod Bruto*.
 117. *In mulieribus*.
 118. *Hic est M. Tullius*.
 119. *Ad tantum*.
 120. *Dixi*.
 121. *Libentissime*.
 122. *Particularia*.
 123. *Debitores*.
 124. *Facis*.
 125. *De pradio avia*.
 126. *Quod Bruto*.
 127. *In mulieribus*.
 128. *Hic est M. Tullius*.
 129. *Ad tantum*.
 130. *Dixi*.
 131. *Libentissime*.
 132. *Particularia*.
 133. *Debitores*.
 134. *Facis*.
 135. *De pradio avia*.
 136. *Quod Bruto*.
 137. *In mulieribus*.
 138. *Hic est M. Tullius*.
 139. *Ad tantum*.
 140. *Dixi*.
 141. *Libentissime*.
 142. *Particularia*.
 143. *Debitores*.
 144. *Facis*.
 145. *De pradio avia*.
 146. *Quod Bruto*.
 147. *In mulieribus*.
 148. *Hic est M. Tullius*.
 149. *Ad tantum*.
 150. *Dixi*.
 151. *Libentissime*.
 152. *Particularia*.
 153. *Debitores*.
 154. *Facis*.
 155. *De pradio avia*.
 156. *Quod Bruto*.
 157. *In mulieribus*.
 158. *Hic est M. Tullius*.
 159. *Ad tantum*.
 160. *Dixi*.
 161. *Libentissime*.
 162. *Particularia*.
 163. *Debitores*.
 164. *Facis*.
 165. *De pradio avia*.
 166. *Quod Bruto*.
 167. *In mulieribus*.
 168. *Hic est M. Tullius*.
 169. *Ad tantum*.
 170. *Dixi*.
 171. *Libentissime*.
 172. *Particularia*.
 173. *Debitores*

quantum ista retentione omnes ait uti Trebatius: quid tu istos putas? nosti domum: quare confice *ἄριστος*. Incredibile est, quam ego ista non curem. Omni tibi asseveratione affirmo, quod mihi credas velim, mihi majori offensionem esse, quam delectationem, possessionemque meas. Magis enim doleo, me non habere cui tradam, quam habere qui utar. Atque illud Trebatius se tibi dixisse narrabat: tu autem veritus es fortasse, ne ego invitus audirem. Fuit id quidem humanitatis: sed, mihi crede, jam ista non curo. Quare da te in sermonem, & perfecta, & confice, excita, compella, loquere, ut te cum illo Scæva loqui putes. Ne existimes eos, qui non debita consecrari soleant, quod debeatur, remissuros. De die tantum videro, & id ipsum bono modo.

⁵ Retentio.] Ut partem scilicet de solvenda pecunia non solvant. Poterant enim solvere admittam ex lege Cæsaris, & deducta summe, quod in utraque salutarum erat, sic ut quarta pars crediti periret. Suet. Jul. c. 42. J. F. Gronov.

⁶ Iste.] Homines tam artentos & lucri nullius negligentes. Idem.

⁷ E. 7.] Quam commodissima ratione poteris.

⁸ Quam habere qui utar.] Hoc est, habere in pecunia qua utar in sumptus honestos. Sic & superius loquitur II. ep. 22. Sed videtur non posse præcedere, quod id doloat. Idcirco vel addendum est labor, sive reudico, inter quam & habere, vel tollendum

⁹ habere, ut intelligatur non habere ex procedenti. Si sensus tum esset, Non ita me afficeret me non habere in sumptum: quam afficit me non habere bonum heredem. Idem.

⁹ Cum illo Scæva.] Cassio Scæva Cæsariano; acerrimo Cæsaris defensore, cum quo non est contendendum, sed moderate agendum. Ep. 20. Trebatium hoc cognomine designari censent alii; de quo lib. IX. ep. 13. Poppo.

¹⁰ De die.] De retentione reculandum nobis non est: de die, quam illi ad solvendum permitti velimus, videndum: neque id ipsum tamen vehementer est agendum. Confini enim prolixus volo; si non licebit, qua die volumus; ea, qua licet. Manut.

CICERO ATTICO SAL.

XXIV. QUID est, quod Hermogenes mihi Clodius, Andromenem sibi dixisse, se Ciceronem vidisse Corcyra? ego enim audita tibi putaram. Nil igitur ne ei quidem literarum? an non vidit? facies ergo ut sciam. Quid tibi ego de Varrone rescribam? quatuor *ἰδιώματα* sunt in tua potestate. Quod egeris, id probabo. Nec tamen *αἰδέομαι*

ἄριστος

¹ ἀριστος.] Liber, sic illi, quod membranis, & pellibus contingerentur.

² Αἰδέομαι.] Vide H. 15.

ἄριστος: quid enim? sed ipsi quam res illa probaretur, magis verebar. Sed quoniam tu suscipis; in alteram autem.

³ In alteram autem.] Dormio. Securi suscipis, fore ut Varroni placeant. Manut. si sum de Academicis; quando tu hoc fu-

CICERO ATTICO SAL.

XXV. DE retentione rescripsi ad tuas accurate scriptas literas. Conficies igitur, & quidem sine ulla dubitatione, aut retractatione. Hoc fieri & oportet, & opus est. De Andromene ut scribis, ita putaram: scisses enim: mihi que dixisses. Tu tamen ita mihi de Bruto scribis, ut de te nihil. Quando autem illum putas? nam ego Romam pridie Idus Bruto ita volui scribere, (sed quoniam tu te legisse scribis, fui fortasse *ἀρῶν*) me ex tuis literis intellexisse, nolle eum, me quasi prosequendi sui causa Romam nunc venire. Sed quoniam jam adest meus adventus, fac quaso, ne quid eum Idus impediunt, quo minus suo commodo in Tusculano sit. Nec enim ad tabulam eam desideraturus eram: in tali enim negotio cur tu unus non satis es? sed et ad testamentum volebam: quod jam malo alio die; ne ob eam causam Romam venisse videar. Scripsi igitur ad Brutum, jam illud, quod putassem, Idibus nihil opus esse. Velim ergo totum hoc ita gubernes, ut ne minima quidem re ulla Bruti commodum impediamus. Sed quid est tandem, quod perhorrescas, quia tuo periculo jubeam libros dari Varroni? Etiam nunc si dubitas, fac ut sciamus. Nihil est enim illis elegantius. Volo Varronem, præsertim cum ille desideret: sed est, ut scis,

ἄριστος ἀπὸ τῆς καὶ ἐξ ἀπαιτοῦ ἀττικῶν.

Tom. VIII.

Y y y

Ita

¹ Retentio.] Supra, ep. 23.

² Illam.] In Tusculanum eam. Manut.

³ Ita volui.] Sed non video, fortasse ita scripsisse, quia obscure scripsi. Cov.

⁴ Ἀρῶν.] Obscurior.

⁵ Nec enim ad tabulam.] Brutum cupiebam idibus esse Romæ, non ut auctio in-

tereret, sed ut ad obsequendum testamentum

adhilire possem. Manut.

⁶ Ad testamentum.] Veteres facto testamento obligatos ex lege adhibebant: adhibebant autem amicos sere, aut homines auctoritate præstantes: quo magis ratum haberetur id, quod annis clariorum virorum esset obligatum. Vide ep. 2. lib. VII. Idem.

⁷ ἄριστος.] Vehemens vir, & qui vel inforem accusare audeat. *Illud*. A. 633.

Ita mihi saepe occurrit vultus ejus, querentis fortasse vel hoc, meas partes in iis libris copiosius defendas esse, quam suas: quod mehercule non esse intelliges, si quando in Epirum veneris: nam nunc Alexionis epistolis cedimus. Sed tamen ego non despero probatum iri Varro: & id, quoniam impensam fecimus in macrocolla, facile patior teneri. Sed etiam atque etiam dico, tuo periculo fiet. Quare, si addubitas, ad Brutum transeamus: est enim is quoque Antiochius. O Academiā volaticam, & sui similem, modo huc, modo illuc. Sed, quæso, epistola mea ad Varronem valdene tibi placuit? Male sit, si unquam quidquam tam enitar. At ego ne Tironi quidem dictavi, qui totas persequi solet, sed Spintharo syllabatim.



8 Si quædam] Nunc enim te Alexionis epistola occupatum habent, quas te nolo abdicere, tuis de rebus ex Epiro scriptas. Manus.
 9 Macrocolla] Vide Plinium, XIII. 12. ubi Haridinus chartæ, inquit, olim inter se jungebantur, & plura compingebantur. Majoræ modulò compingatam chartam vocant. Hæ chartæ majores apud Suetonium, in Augusto, & apud Martialem. 1. 45.
 10 Antiochius] Probat Antiochi partes, quas Varro defendit in Academicis; ut eas a Varro ad ipsam transferre non absurde

possimus. Manus.
 11 Volaticam] Quasi volavit a Cæculo, Lucullo, & Hortensio ad Caronem, & Brutum primo, deinde ab his ad Varronem, ep. 15. hujus libri, & nunc eas ad Brutum volare cogit. Corrad.
 12 Sui similem] Non confidentem, & nihil affirmantem. Idem.
 13 Epistola] Quæ legitur Fam. 1X. 8.
 14 Epiro] Opus.
 15 Persequas] Comprehensiones, collectiones verborum.

CICERO ATTICO SAL.

XXVI. DE Virgilio parte valde probo. Sic ages igitur, & quidem id erit, primum; proximum Clodia; quod si neutrum, metuo ne turbem, & irruam in Drusum. Intemperans sum in ejus rei cupiditate, quam nosti; itaque revol-

1 Virgilius] Virgilius unus erat ex cohereditibus Scapularis, qui fortasse Attico dixerat, se suam partem Scapulariorum horrorum Cicero concederetur: ut ei locus esset, si fortasse coheredes non in auctoritate horros vendere, sed inter se liceri cogitarent. Vide lib. II. ep. 37. & 42. Quo in loco debuit hæc epistola collocari. Manus.
 2 Primum; proximum] Scapularis heredes primum capio; secundum eos, Clodia. Virg. de XL. 40. 41. 42. Idem.
 3 Turbem] Scilicet rationes, vel certum, hoc est, decoquam: ne vel impensio, & infans proxi enim Drusianos, asseo ne mihi decoquendum sit. J. F. Gven.

revolvor eisdem in Tusculanum: quidvis enim potius; quam ut non hac ætate absolvatur. Ego, ut tempus est nostrum, locum habeo nullum, ubi facilius esse possim, quam Asturæ. Sed quia qui mecum sunt (credo, quod maestritiam meam non ferunt) domum properant; est poteram remanere, tamen, ut scripsi tibi, proficiscar hinc, ne relictus videar. Quo autem? Lanuvium? Honor equidem in Tusculanum: sed faciam te statim certiorē. Tu literas conficies. Equidem, credibile non est, quantum scribam die, quin etiam noctibus: nihil enim somni. Hæc etiam effeci epistolam ad Cæsarem: tibi enim placebat: quam non fuit malum scribi, si forte opus esse putares. Ut quidem nunc est, nihil sane est necesse mittere: sed id quidem, ut tibi videbitur. Mittam tamen ad te exemplum fortasse Lanuvio, nisi forte Romam. Sed cras fietis.

4 Tu literas conficies] Dicit hoc, Tu ad lib. XI. Curad. ut velim sepe scribas. Manus. Vel a quibus 5 Romam] Venero: nam ipse epistolam videbitur conficies meo nomine, ut ep. 5. mecum afferam. Manus.

CICERO ATTICO SAL.

XXVII. DE epistola ad Cæsarem, nobis vero semper restissime placuit, ut isti ante legerent. Aliter enim fuisset & in hos inofficiosi; & in nosmetipsos, si illum offensuri fuimus, pene periculosi. Isti autem ingenue; mihiq; gratum, quod, quid sentirent, non reticuerunt: illud vero vel optime, quod ita multa mutari volunt, ut mihi de integro scribendi causa non sit: quanquam de Parthico bello quid spectare debui, nisi quod illum velle arbitrabar? Quod enim aliud argumentum epistolæ nostræ, nisi καλαρία, fuit? An, si ea, quæ optima putaram, suadere voluissent, oratio mihi defuisset? Totis igitur literis nihil opus est. Ubi enim *κατασκευαστα* magnam nullam fieri possit, *κατασκευαστα* vel non *κατασκευαστα* non magis. Y y 2

1 Isti] Balbus, Oppius, &c. inquit, nemo dixerit.
 2 Κατασκευαστα] Assentatio. Hactenus fuerat. 3 Κατασκευαστα] Profecer successus. in vulgaris omnibus καλαρία: quod cur est. 4 Κατασκευαστα] Erratum, offensio.

magnum, molestum futurum sit; quid opus est ⁵ παρακινδυνάσειν? presertim cum illud occurrat, illum, cum antea nihil scripserim, existimatum, me, nisi toto bello confecto, nihil scripturum fuisse. Atque etiam vereor, ne puter, me hoc quasi Catonis ⁶ μέθυμυε esse voluisse. Quid quæris? valde me penitebat, nec mihi in hac quidem re quidquam magis ut vellem accidere potuit, quam quod ⁷ σπαδὴ nostra non est probata. Incidissetus etiam ⁸ in illos; in eis in cognatum tuum. Sed redeo ad hortos. Plane illuc te ire, nisi tuo magno commodo, nolo: nihil enim urget. Quidquid erit, operam in ⁹ Faberio ponamus. De die tamen auctionis, si quid scies. Eum, qui e Cumano venerat, quod & plane valere Atticam nuntiabat, & literas se habere aiebat, statim ad te misi.

⁵ Παρακινδυνάσειν] Se temere periculo obijcere.

⁶ Μέθυμυε] Lamentatum. Ne puter me ob eam causam tunc sibi epistolam misisse, ut hoc quasi munere tui placarem, alienatum eo libro, quem scripsi de laudibus Ca-

tonis. Manur.

⁷ Σπαδὴ] Stadium.

⁸ In illos] In calumniatores, qui apud Cæsarem sunt, inter quos Q. Cicero fororis tuæ filius, *Papana*.

⁹ Faberio] Vide ep. 29. lib. XII.

CICERO ATTICO SAL.

XXVIII. **H**ORTOS quoniam hodie eras inspecturus, quid visum tibi sit, eras scilicet. De Faberio autem, cum venerit. De epistola ad Cæsarem, jurato mihi crede, non possum; nec me turpitudine deterret: etsi maxime debeat. Quam enim turpis est assentatio, cum vivere ipsum turpe sit nobis? Sed ut cœpi, non me hoc turpe deterret: ac vellem quidem: essem enim, ¹ qui esse debeam: sed in mentem nihil venit. Nam, quæ sunt ad Alexandrum hominum eloquentiam, & doctorum suasiones, vides quibus in rebus verentur. Adolescentem, incensum cupiditate, verissimæ gloriæ, cupientem sibi aliquid consilii dari, quod ad laudem sempiternam valeret, cohortantur. Ad decus non deest oratio: ego quid possum? Tamen nescio quid e quercu exculpseram,

¹ Qui esse debeam] Cœsars, vere philosophus, non adulator. *Carrad.*

ram, quod videretur simile simulacri. In eo quia nonnulla erant paulo meliora, quam ea, quæ sunt & facta sunt, reprehenduntur: quod me minime penitet. Si enim pervenissent ista litera, mihi crede, nos peniteret. Quid? tu non vides ipsum illum Aristotelis discipulum, summo ingenio, summa modestia, posteaquam rex appellatus sit, superbum, crudelem, immoderatum fuisse? quid? tu hunc de pompa, Quirini contubernalem, his nostris moderatis epistolis lataturum putas? ille vero potius non scripta desideret, quam scripta non probet. Postremo, ut voler. Abiit illud, quod tum me stimulabat, quod tibi dabam, ² παράδειμυ ἀρχιμυθεῖου. Multo mehercule magis nunc opto casum illum, quam tum timebam, vel quem libebit. Nisi quid te aliud impedit, mi optato veneris. Nicias a Dolabella magno opere accessit, (legi enim literas) etsi invito me, tamen eodem me auctore profectus est. Hoc manu mea.

² Simile simulacri] Vult ostendere, quem admodum e quercu simulacrum facere difficile sit, durioris materia, quam ut circumcidat, aut excolat possit; ideoque potius simulacri quiddam simile, quam simulacrum efficitur: sic se, cum ad Cæsarem scriberet, argumento admodum angusto, (neque enim, quod & ipsi honestum esset, & Cæsari gratum, scribere licebat; itaque difficulti in loco verlabatur, ut quasi e quercu videretur exculperet) perfectum opus non potuisse facere, sed fecisse nescio quid, quod

operis tamen simile videretur. *Manur.*

³ Hunc de pompa] Dio lib. XLIII. *Dereconum*, ut *sternua Cæsaris facta*, & *curios etiam salutaris*, quo *die curios equorum in circo spectantur*, inter *Deorum imagines in pompa gestantur*; & ut alia præterea *statua in Quirini templo poneretur, cum hac inscriptione, Deo iuvicto*. Ideoque eum appellat Cicero *Quirini contubernalem*: ut supra XII. 44. *Item*.

⁴ Παράδειμυ ἀρχιμυθεῖου] XII. 4.

CICERO ATTICO SAL.

XXIX. **C**UM quasi alias res quærerem de philologis e Nicias, incidimus in Talam. Ille de ingenio nihil nimis; modestum & frugi. Sed hoc mihi non placuit. Se scire aiebat ab eo nuper petitam Cornificiam, Q. filiam, vetulam sane, & multarum nuptiarum: non esse probatum mulieribus, quod ita reperirent, rem non majorem deesse. Hoc putavi te scire oportere. De hortis ex tuis literis cognovi.

vi, & Chryſippo. In villa cuius inſulſitatem bene noram, video nihil, aut pauca mutata. Balnearia tamen laudat majora: de minoribus ait hiberna effici poſſe. Teſta igitur ambulatiuncula addenda eſt: quam ut tantam faciamus, quantum in Tuſculano fecimus, prope dimidio minoris contabit iſto loco. Ad id autem, quod volumus, ² *ἐπιδραμας*, nihil aptius videtur, quam lucus, quem ego noram: ſed celebritatem nullam tum habebat: nunc audio maximam. Nihil eſt, quod ego malim. In hoc ³ *τὴν τύχην μὲν πρὸς θεῶν προνοίας*. Reliquum eſt; ſi Faberius nobis nomen illud explicat, noli quarere, quanti. Othonem vincas volo. Nec tamen inſaniturum illum puto: noſſe enim mihi hominem videor. Ita male autem audio ipſum eſſe tractatum, ut mihi ille emptor ⁴ non eſſe videatur: quid enim? ⁵ pateretur? Sed quid argumentor? ſi Faberianum explicas, emamus vel magno: ſi minus, ne parvo quidem poſſumus. Clodiam igitur; a qua ipſa ob eam cauſam ſperare videor, quod & multo minoris ſunt, & Dolabella nomen jam expeditum videtur, ut etiam repræſentatione conſidam. De hortis ſatis. Cras aut te, aut ⁶ cauſam: quam quidem futuram Faberianam. Sed; ſi poteris.



1 Chryſippo] Architecto. Fam. VII. 24.
 2 Ἀποδραμα] Sacellum, ſanum.
 3 Τὴν τύχην] Inſolenti & vane ambitioni meæ, per Deos, indulgē.
 4 Non eſt] Futurus. Corrad.
 5 Pateretur?] Nefcio quid fieri, quod

nummis ſolimere poſſet, ſi nummos haberet. J. F. Gronov.
 6 Cauſam] Cui non veneris. Cauſam autem, quæ te moeretur, hanc puto fore: ut pecuniam exigas a Faberio. Manut.

CICERO ATTICO SAL.

XXX. CICERONIS epistolam tibi remiſi. O te ferreum, qui illius periculis non moveris! Me quoque accuſat. Eam tibi epistolam ¹ miſiſſem. Nam ² illam alteram de

1 Miſiſſem] Scilicet niſi tu illam, quæ ad te ſua erat, ante miſiſſem ad me, ut alteram quam mihi ſcripſi zanganam ejoſdem argumenti, eandemque querelas complectente cætere poſſis. Græv.

2 Illam alteram] Senſus eſt. Nam quæ præterea ſunt in epistoſa ad me miſſa, de ſortibus ſcilicet ejus factis, & pugnis, ea ſcito eſſe eandem, quæ ad te ſcripſit. J. F. Gronovius.


de rebus geſtis eodem exemplo puto. In Gumanum hodie miſi tabellarium: ei dedi tuas ad Veſtorium, quas Pharnacæ dederas. Commodum ad te miſeram Demeam, cum Eros ad me venit: ſed in ejus epistoſa nihil erat novi, niſi actionem biduum. ¹ Ab ea igitur, ut ſcribis: & velim, conſectio negotio Faberiano: quem quidem ² negat Eros hodie: cras mane putat. ³ A te colendus eſt. Iſta autem ⁴ *κατακρίαι* non longe abſunt a ſcelere. Te, ut ſpero, perendie. Mi, ſi unde poteris, erues, qui ⁵ decem legati Mummio fuerint. Polybius non nominat. Ego memini Albinum Conſularem, & Sp. Mummium. Videor auდიſſe ex Hortenſio, Tuditanum: ſed in ⁶ Libonis annali, xiv. annis poſt Prætor eſt factus Tuditanus, quam Conſul Mummii: ⁷ non ſane quadrat. Volo aliquem Olympiæ, aut ubi viſum, ⁸ *κατακρίαι πάλλογοι*, more Dicæarchi, familiaris tui.

1 Ab ea] Poſt eam huc venies.
 2 Negat] Venturum. Corrad.
 3 A te colendus eſt] Faberius ut Caſſianus, ut ſolvar libertatis. Idem.
 4 Κατακρίαι] Affuritates. Tē non delectus enim hic eſt. Nam ſic aſſentari licet, nempe ut a deſtitore potente pecuniam recipiamus. J. F. Gronov.
 5 Decem legati] Supra, ep. 4.
 6 Libonis] De quo in Bruo, cap. 23.
 7 Non ſane quadrat] Quoniam ſic annis xiv. ante, numq. Prætor eſt factus, legatus eſſe poſſiſſet. Corrad.
 8 Κατακρίαι πάλλογοι] Caventum & ſermone de Republica. Cicero fingere volebat diſputationem illam, quam iſtutuebat de Republica ordinanda, habitam fuiſſe Olympiæ. Quo exemplo fortaſſe Dicæarchus Oλυμπιακῶν ſcripſerat. Fertur enim librum hoc titulo ediſſiſſe. Boſior.

CICERO ATTICO SAL.

XXXI. QUINTO Kal. mane accepi a Demea literas pridie datas, ex quibus aut hodie, aut cras te expectare deberem. Sed, ut opinor, idem ego, qui expecto tuum adventum, morabor te. Non enim puto tam expeditum Faberianum negotium futurum, etiam ſi eſt futurum, ut non habeat aliquid more. Cum poteris igitur, ¹ quoniam etiamdum abes. Dicæarchi, quos ſcribis, libros ſane velim mihi mittas: addas etiam ² *κατακρίαι*. De epistoſa ad Cæ-

1 Quoniam etiamdum abes] Nondum in eam te dediſti. Manut. Mallem: quoniam eorum de deſerſu an antrum Trophonii. diu habes. Murel.



farem, ³ κενύσικα. Atque id ipsum, quod isti ajunt illum scribere, se, nisi constitutis rebus, non iturum in Parthos; idem ego suadebam in illa epistola: fin; utrum liberet, facere posse, auctore me. Hoc enim ille expectat videlicet, neque est facturus quidquam, nisi de meo consilio. Obsecro abiciamus ista, & semi-liberi saltem simus: quod assequemur & tacendo, & latendo. Sed & aggredere Othonem, ut scribis: confice, mi Artice, istam rem; nihil enim aliud reperio, ubi & in foro non sim, & tecum esse possim. Quanti autem, hoc mihi venit in mentem. C. Albanius proximus est vicinus; is est jugerum de M. Pilio emit, ut mea memoria est, H.S. cxv. Omnia scilicet nunc minoris: sed accedit cupiditas; in qua, prater Othonem, non puto nos ullum ad verlarium habituros. Sed eum ipsum tu poteris movere: facilius etiam, si ⁴ Canum haberes. O gulam insulam! ⁵ Pudet me patris. Rescribes, si quid voles.

³ Κενύσικα] In cubi & tessera modum nec confirmati, firmissime sit, certum habes & constitutum, quid scribam. Sed rectius, eodem sensu, Græviانا habet, κενύσικα. Ernestus.

⁴ Canum] Q. Gellius Canus, de quo Nepos in Attici vita cap. 10.

⁵ Pudet me patris] Ita V.R. Man. Lamb. Quod habent Græc. & Grævianna, pudet me patris, nihil est. Illud autem, O gulam insulam? dictum intelligunt de Othone, qui tantummodo ut bibacris haberet domicilium, hortos emere illos volebat, quos alium honestiorem in usum appetebat Cice-

ro. Ego de Q. filio interpretor. Nam & ille aliquid tunc temporis commune habuit cum Clæo, ut mox dicitur epist. 21. Pudet me patris, hoc est, Q. patris. Quod si facias cum Mongato, qui de M. filio interpretatur, legendum erit: Pudet me patris? Athenis enim, ut supra dictum est, strenuum agebat M. filius. sanctorum. Ad eum literas dederat Atticus severas ac temperatas, quibus responderat adolescens parum decenter. Hinc illa indignatio: O insulam belluam! Eumne ergo pudet, quod me patrem habeat? adeo fudet mei esse dimittis. Othone.

CICERO ATTICO SAL.

XXXII. ALTERAM a te epistolam cum hodie accepissem, nolui te una mea contentum. Tu vero age, quod scribis, de Faberio: in eo enim totum est positum id, quod cogitamus: quæ cogitatio si non incidisset, (michi crede istuc, ut cætera) non laborarem. Quamobrem, ut facis (istuc enim addi nihil potest) urge, instâ, perfice. Dicaarchi

Dicaarchi ¹ πάλιν φέρω utrosque velim mitas, & ² κενύσικα. ³ Τριπολιτικοί non invenio, & epistolam ejus, quam ad Aristoxenum misit. Tres eos libros maxime nunc vellem: apti essent ad id, quod cogito. ⁴ Torquatus Romæ est. Justi ut tibi daretur. ⁵ Catulum & Lucullum, ut opinor, antea. His libris nova proœmia sunt addita, quibus eorum uterque laudatur. ⁶ Eas literas volo habeas: & sunt quædam alia. Et, quod ad te de decem legatis scripti, parum intellexi; credo, quia ⁷ διὰ συνήθειαν scripseram. De C. Tuditano enim querebam, quem ex Hortensio audieram fuisse in decem: eum video ⁸ in Libonis Prætozem P. Popilio, P. Rupilio Consulibus: annis xiv ante, quam Prætor factus est, legatus esse potuisset? nisi admodum sero Quæstor est factus: quod non arbitror: video enim Curules magistratus eum legitimis annis perfacile cepisse. Postumium autem, cujus statuum in Isthmo meminisse te dicis, in iis ⁹ sciebam fuisse. Is autem est, qui cum Lucullo fuit; quem tu mihi addidisti, sane ad illum ¹⁰ σύλλογον personam idoneam. Videbis igitur, si poteris, cæteros; ut possimus ¹¹ ποιητέσθαι & τις προσάποιος.

¹ Ηρόδοτος] De animo: quem quidem Dicaarchus ipse vult efficere esse mortalem. Tusc. l. 10. 18. 21.

² Υποψυχή] Muretus, utique.

³ Κενύσικα] Supra, ep. 21.

⁴ Τριπολιτικοί] Scripsit Dicaarchus librum, cui titulus, τριπολιτικός, ex quo quædam adducit Athenæus, lib. IV. 172.

⁵ Torquatus] Liber l. de Finibus, in quo Torquatus disputat.

⁶ Catulum, & Lucullum] Academicos libros, quos primum scripserat: quorum alterum, Catulus, alterum, Lucullus, inscri-

pserat. Vide illud epist. 23. Man. ⁷ Eas literas] Es proœmia. Quandoque enim literæ pro scriptis ponuntur. Idem.

⁸ Διά συνήθειαν] Per notas. Exat de notis Romanorum veterum liber Tyronis & Senecæ nomen præ se ferens, editus a Jano Gruterio, & magno inscriptionum corpori subiectus. Grævianna.

⁹ In Libonis] Supple, annuali.

¹⁰ Σύλλογον] Lege νεστέριαν. Muretus.

¹¹ Ποιητέσθαι & τις προσάποιος] Ex personarum dignitate quasi pompam agere.

CICERO ATTICO SAL.

XXXIII. NEGLIGENTIAM miram! semelne putas mihi dixisse Balbum, & Faberium, ¹ professionem ®

Tom. VIII.

Z z z

¹ Professionem relaxam] Quovis lustro, cum agebatur census populi Romani, quilibet civium profitebatur, quantum in bonis habere.

ret. Conditio lustro, si quid accedebat ad possessiones, id quoque publicas in tabulis apud Prætozem referri oportebat. Prior illa pro-

nem relatum? Quinetiam eorum iussu miseram, qui profite-
retur: ita enim oportere dicebant: professus est Philotimus li-
bertus. Nosti credo² librarium: sed scribes, & quidem con-
fessum. Ad Faberium, ut tibi placet, literas misi. Cum Bal-
bo autem puto te aliquid fecisse hodie in Capitolio. In Vir-
gilio mihi nulla est³ *δοσωνια*. Nec enim ejus causa sane de-
beo: & si emero, quid erit, quod postulet? Sed videbis,
ne is cum sit in Africa, ut Cælius. De nomine tu videbis
cum Cispio: sed, si Plancus⁴ destinat, tum habet res diffi-
cultatem. Te ad me venire uterque nostrum cupit: sed ista
res nullo modo relinquenda est. Othonem quod speras posse
vinci, sane bene narras. De affirmatione, ut scribis, cum
agere coeperimus: et si nihil scripsit, nisi de modo agri.
Cum Pisonem, si quid poteris. Dicaarchi librum accepi: &
⁷ *καταβάσεις* expecto. Negotium⁸ dederis; reperit ex eo
libro, in quo sunt senatus-consulta Cn. Cornelio, L. Mum-
mio Coss. De Tuditano autem, quod putas, ⁹ *εὐλογον* est,
tum illum, quoniam fuit ad Corinthum, (non enim teme-
re dixit Hortensius) aut Quæstorem, aut Tribunum militum:
idque potius fuisse credo. Tu de¹⁰ Antiocho scire poteris.

Vide

professio dici possit *confessus*: hanc posterior,
quædæm. De censuali hic ass. plerique
volunt interpretes: ego de altera, quem-
admodum *Fam. XVI. 23*. Adum enim esse
centum a Cætare non vidi usquam, neque
illi demonstrant. Tum, cur hic appellatur
Faberius, nisi quia ejus de negotio agitur?
Monasterium.

² *Librarium*] Eam, qui cuilibet profes-
sionem in tabulis publicis referebat. *Man.*
³ *δοσωνια*] *δωσωνια*. C. Virgilius in
Africa adversus Cæsaarem militavit, & Tha-
pilo præsidio fuerat, ut auctor belli Africani
tradit cap. 78. 79. 86. Videtur post victoriam
Cæsaribus evasisse aliquo, & latuisse, neque
ejus libi eius mentione fit vel interfecti, vel
doli. Erat autem is Virgilius in Scapulani
fidei hereditibus. Fortasse pro ejus parte con-
siliis interveniebant procuratores Cæsaribus.
Dicitur igitur Cicero: non inani verecundia
aliteriorum de Virgilius parte emenda. Acce-
dit quod hic Virgilius epæ, Cicero nem exu-
lem parum imbecile se notat, ut patet ex
orig. Bro. Plancio, cap. 40. J. F. Gron.

⁴ *Ue Cælius*] Verbanus Cicero, ne fæ-
te, quemadmodum C. Cælius Caudas (de
quo supra, X. 22.) in Italia Marianarum
partium reliquias collegerat, ita hic Vir-
gilius in Africa novis Pompejanis faces sub-
jiceret, insurrexeratque bello, viam sibi ad fu-
niores pacis conditiones muniret. Tunc e-
nim exigere potuisset, sua sibi prædæ ut
redderentur ipsa, non modo pretium, quo
venierant, conditusque esset Cicero eam re-
stituere partem hororum, quæ ad Virgilium
& Scapulana hereditate pervenerat. *Mon-*
asterium.

⁵ *Destinat*] Statuit hortos emere. *Man.*
⁶ *Esti nihil scripsit*] Cæsar in lege, vel
Balbus ad me: etsi videri potest Otho de
hortis aliquid, sed de affirmatione nihil
scripsisse. *Cæsar*.

⁷ *Καταβάσεις*] Supra, ep. 31.
⁸ *Dederis*] Cui videbitur ex tuis servis,
ut quæras de decem L. Mummi legatis in
eo libro, &c. *Man.*
⁹ *Εὐλογον*] *Εὐλοβία*.
¹⁰ *Antiocho*] Servo tuo literato. *Man.*

Vide etiam quo anno Quæstor, aut Tribunus militum fuerit.
Si neutrum quadret, in præfatis, an in contubernaliibus fue-
rit, modo fuerit in eo bello. De Varrone loquebamur; lu-
pus in fabula. Venit enim ad me, & quidem id temporis,
ut retinendus esset. Sed ego ita egi, ut non scinderem penu-
lam. Memini enim¹¹ tuum: & multi erant, nosque impa-
rati. Quid refert? paulo post C. Capito cum T. Carrinate.
Horum ego vix attigi penulam; tamen remanserunt: ceci-
ditque belle. Sed casu sermo a Capitone de urbe augenda.
A ponte Mulvio Tiberim¹² duci secundum montes Vatica-
nos; campum Martium coardificari; illum autem campum
Vaticanum fieri, quasi Martium campum. Quid ais? inquam:
at ego¹³ ad tabulam, ut, si recte possem, Scapulanos hor-
tos. Cave facias, inquit: nam ista lex perferetur: vult e-
nim Cæsar. Audire me facile passus sum: fieri autem mole-
ste fero. Sed tu quid ais? quanquam quid quæro? nosti di-
ligentiam Capitonis in rebus novis perquirendis: non conce-
dit Camillo. Facies me igitur certiore de Idibus. Ista e-
nim me res adducebat. Eo adjunxeram cæteras; quas conse-
qui tamen biduo, aut triduo post facile potero. Te tamen
¹⁴ in via confici minime volo. Quin etiam Dionysio igno-
sco. De Bruto quod scribis, feci ut ei liberum esset, quod
ad me attineret. Scripsi enim ad eum heri, ¹⁵ Idib. Maj.
ejus opera mihi nihil opus esse.

¹¹ *Tuum*] Feci, inquit, quod memini
te solere; qui sic intercedi ad eam non iovi-
tas, ut penulam tamen non scindas. *Man-*
ster. *Κατ' ἐξουσίαν* dixit enim, cum morem,
aut institutum recte intelligeret. Sic Teren-
tius, *Pal. Criso. autem non potuit*. *Bullus*.

¹² *Duci*] *Perditi*. *Bofus Balavianus*.
¹³ *Ad tabulam*] *Iturus eram, ut emerem*
Scapulanos hortos, si recte, id est equo præ-
tioso possem. Tabula proponebatur inscriptis
nominibus earum rerum, de quibus auctio
futura erat. *Manster*.

¹⁴ *In via*] Id est, dum ad me accessis,
in itinere minimum laborare & defatigari.
Manster.

¹⁵ *Idibus Maji*] Manifestum mendium.
Nec dubito, quin legendum sit, *Idibus Ju-*
lii: vel, *Idibus*, mente subindiro. Nam de
Majo absuetum est intelligi: cum e Tufcu-
lano profectus esset Arpinium VIII. Kal. Quirit.
& recurrere Nonis Binnianæ auctoris cau-
sa cogitaret, Nonis inquam Quintilis. *Ma-*
ster.

CICERO ATTICO SAL.

XXXIV. **A**STURAM veni VIII Kal. Vitandi enim calor causa, Lanuvii III horas acquieveram. Tu velim, si grave non erit, efficias, ne ante Nonas mihi illuc veniendum sit. Id potes per Egnatium Maximum. Illud in primis, ut cum Pablitio, me pene absente, conficias: de quo quæ fama sit scribes. Id populus curat scilicet. Non mehercule arbitror. Etenim hæc decantata erat fabula. Sed complere paginam volui. Quid plura? ipse enim adsum, nisi quid tu prorogas. Scripsi enim ad te de hortis.

¹ *Cum Pablitio*] Fratre Pablitii uxoris, cui restituitio dotis debebatur post divortium; quod non arbitrabatur populum improbatum, cum vulgo jam ante jactatum fuisset.

² *Id populus curat scilicet*] Terent. And. Sc. 2. Act. 1. *Cerrad.*

CICERO ATTICO SAL.

XXXV. **O**REM indignam! gentilis tuus urbem auget; quam hoc biennio primum vidit: & ei parum magna visa est, quæ etiam ipsum capere poterit. Hac de re igitur expecto literas tuas. Varroni, scribis, te simul ac venerit. Dati igitur jam sunt; nec tibi integrum est: hui, si scias quanto periculo tuo. Aut fortasse literæ meæ te retardarunt. Sed eas nondum legeras, cum has proximas scripsisti. Scire igitur aveo, quo modo res se habeat.

¹ *Gentilis*] Aliquis eodem nomine quo tu es, hoc est, Atticus vel Atheniensis artifex Geometres, a Cæsare adhibitus designando spatium profertendi pomarii. Proprie gentilis est, qui habet idem nomen familiae, & est ejusdem gentis, sed postea qui habet idem cognomen. Cic. Tusc. I. 16. J. F. Gronov.

² *Simul ac venerit*] Subaudi, datarum quatuor Academicos. *Masur.*

CICERO ATTICO SAL.

XXXVI. **D**E Bruti amore, vestraque ambulatione, etsi mihi nihil novi affers, sed idem, quod sæpe; tamen

tamen hoc audio libentius, quo sapius: eoque mihi jucundius est, quod tu eo letaris; certiusque eo est, quod a te dicitur.

CICERO ATTICO SAL.

XXXVII. **H**AS alteras hodie literas. De Xenonis nomine, & de Epiroticis XI, nihil potest fieri nec commodius, nec aptius, quam ut scribis. Id erat locutus mecum eodem modo Balbus minor. Novi nihil sane, nisi Hirrium cum Quinto acerrime pro me litigasse: omnibus eum locis facere, maximeque in conviviis: cum multa de me, tum redire ad patrem: nihil autem ab eo tam ² *Epiroticis* dicei, quam alienissimos nos esse a Cæsare: fidem nobis habendam non esse: me vero etiam cavendum: (³ *εὐσεβὲς ἦν*, nisi viderem scire regem, me animi nihil habere) Ciceronem vero meum ⁴ vexari. Sed id quidem arbitrato suo. ⁵ Laudationem Porciæ gaudeo me ante dedisse Lepæ tabellario, quam tuas acceperim literas. Eam tu igitur, si me amas, curabis, ⁷ si modo mittetur, isto modo mittendam Domitio, & Bruto. De gladiatoribus, de cæteris quæ scribis ⁸ *ἀγαστότητα*, facies me quotidie certiozem. Velim, si tibi videtur, appelles Balbum, & Offilium de ⁹ auctione profcribenda. Equidem locutus sum cum Balbo. Placebat. Puto conscripta habere Offilium ¹⁰ omnia; habet & Balbus: sed Balbo placebat, propinquum diem, & ¹¹ Romæ: si Cæsar moraretur, posse diem

¹ *De Xenonis nomine*] Pecuniam quam Xenon tibi debet, & sceleris quadraginta quæ in Epiro habes in nominibus, bene fecisti quod Ciceroni filio Athenis curasti. Ep. 16. lib. XIV. *Papina.*

² *Epiroticis*] Fide dignum.

³ *εὐσεβὲς ἦν*] Formidabile erat.

⁴ *Regem*] Cæsarem, insidiosè. *Cerr.*

⁵ *Vexari*] Filium a me male & indigne haberi, sic ut hoc quoque fit inter crimina Q. filii in M. patrem. J. F. Gronovius.

⁶ *Laudationem*] Mortuos Romani veteres in funere laudabant, præsertim ortos illustri familia. Laudabant autem non in modo propinqui, sed & amicitia conjuncti. Cicero

Porciam laudavit, Catonis forentem, laudatione non habita, sed scripta. *Masur.*

⁷ *Si modo mittetur*] Ut nunc est, non adhibita hinc illa, quam tu desideras. J. F. Gronovius. Immo adhibita illa. Vide infra ep. 48. que hanc præcedit. *Mong.*

⁸ *ἀγαστότητα*] Digna, que sentis feratur; inanis, levis.

⁹ *Auctione*] Cluviarum bonorum. Vide infra, lib. XVI. epist. 9. *Masur.*

¹⁰ *Omnia*] Cluviaria bona, que in auctione veniant. *Idem.*

¹¹ *Romæ*] Profcribi auctione Romæ, non Puteolis. *Idem.*

diem differri . Sed is quidem adesse videtur . Totum igitur considera . Placet enim Vestorio .

CICERO ATTICO SAL.

XXXVIII. ANTE lucem cum scriberem contra Epicureos, de eodem oleo & opera exaravi nescio quid ad te, & ante lucem dedi. Deinde cum, somno repetito, simul cum sole expectatus essem, datur mi epistola a sororis tuae filio, quam ipsam tibi misi; cujus est principium non sine maxima contumelia: sed fortasse ¹ ἐκ ἐπειγόντων. Est autem sic: Ego enim non probo quidquid non belle in te dici potest. Possit vult in me multa dici non belle, sed ea se negat approbare. Hoc quidquam pote ² impurius? Jam caetera leges: mihi enim ad te: iudicabilique, Bruti nostri quotidianis assiduisque laudibus, quas ab eo de nobis haberi permulsi mihi renuntiaverunt, commotum istum aliquando, scripsisse aliquid ad me: credo & ad te: idque ut sciam, facies; nam, ad patrem de me quid scripserit, nescio; de matre quam pie? Volueram, inquit, ut quam plurimum tecum essem, conduci mihi domum; & id ad te scripseram: neglexisti. Ita minus multum una erimus. Nam ego istam domum videre non possum: qua de causa, scis. Hanc autem causam pater odium matris esse dicebat. Nunc me iuva, mi Attice, consilio, ³ πρόπορ δίχως τείχος ἰδίων, id est, utrum aperte hominem asperner, & respiciam, ⁴ ἢ σφοδρῶς ἀπάτας. Ut enim Pindaro, sic ⁵ δίχως μοι γόος, ἀτρέχων εἶπεν. Omnino moribus meis illud aptius, sed hoc fortasse temporibus. Tu autem, quod ipse tibi suaveris, idem



1 Ose *impertus*] Non animadvertit, non satis contemnerit scripsit.
2 Pate] Ita, Victorios & Bosius. Sed habent *pauci esse*. Man. & Lamb.
3 Πρόπορ δίχως τείχος ἰδίων] Supplendum ex Platone, qui hac itidem refert: *ἀπάτας, utrum expresso alio muro iustitia*. Alludit Cicero ad locum Pindari ex libro deperdito, quo iam usus erat, sed alio, quam Cicero, sensu Plato lib. II. de Republica. Verba Pindari apud Platonem inserta hac sunt: Πρόπορ δίχως τείχος ἰδίων

4 ἢ σφοδρῶς ἀπάτας] utrum velis & in his verbis, an dolis fraudibusque utaris, etc. Cicero ad aliam rem transiit. Sero cupit ex Attico, quid sibi fassent, utrum prius te se ferendam esse iustam iram in Quintum filium, quam oburgando parum apud Caesarem meruerat, an dissimulandam. Ernestus.
5 ἢ σφοδρῶς] Vide notam superiorem, & infra epist. 30.
6 Δίχως μοι γόος] *Amicitia animis ad verum dicendum*. Pind. ibid.

idem mihi persuasum putato. Equidem vereor maxime, ne in Tusculano ⁶ opprimar. In turba hæc essent faciliora. Utrum igitur Astura? Quid, si ⁷ Cæsar subito? Juva me, quaeso, consilio. utar eo, quod tu decreveris.

6 Opprimar] Q. filii repentino adventu cum Cæsare ex Hispania. Epistola libri huius apud Ciceronem canavit. Epist. 4. lib. XIV. Manut.
7 Cæsar] Asturam Cæsar cum venisset, apud Ciceronem canavit. Epist. 4. lib. XIV. Manut.

CICERO ATTICO SAL.

XXXIX. O CREDIBLEM vanitatem! ad patrem, domo sibi carendum propter matrem: plena pietatis. Hic autem jam languescit, & ait sibi illum iure iratum. Sed utar tuo consilio: ¹ σφοδρῶς enim tibi video placere. Romam, ut censes, veniam, sed invitus: valde enim in scribendo ² hæreo. Brutum, inquis, ³ eadem scilicet. Sed nisi hoc esset, res me ista non cogeret. ⁴ Nec enim inde venit, unde mallem; neque diu absuit; neque ullam literam ad me. Sed tamen scire aveo, qualis ei totius itineris summa fuerit. Libros mihi, de quibus ad te antea scripti, velim mittas, & maxime ⁵ Φυλῶς περὶ τῶν, & Εὐνάδου.

1 σφοδρῶς] Obliqua, simulatione.
2 Hæreo] Totus in scribendo sum. Scribebat autem quaestiones Tusculanas. Manutius.
3 Eadem] Adverbium est, significatque eadem via, ut ex Charifio alias docuit. Tu, inquit, scribis me, cum Romam veniam, eadem via Brutum scilicet visurum. Sed nisi Romam ire decrevissem Quinti vitandi causa, occasio illa Brutum visendi me hinc non inoveret. Brutus Cæsari tunc valde fa-


millaris erat; idcirco eum videre Cicero nolebat. Bosj.
4 Nec inde venit] Non inde venit, ubi sunt boni viri, qui, quod inimicum habeant Cæsarem, patria exulant. Item.
5 Φυλῶς περὶ τῶν, & Εὐνάδου] Videtur hic verbis duo libri Dicaarchi significari: sed manifeste, inquit Ernestus, corrupti sunt. Alii aliter emendant. Vide in primis Th. Keinesium, *Var. Lect.* III. 3.

CICERO ATTICO SAL.

XL. ITA-NE nuntiat Brutus, ¹ illum ad bonos viros ² Λαγυγῶς? sed ³ ubi eos? nisi forte se suspendit. Hic ⁴ autem

1 Illam] Cæsarem. Manutius.
2 Λαγυγῶς] Vide II. 3, & 12.
3 Ubi eos] Ubi bonos viros inveniet, nisi

forte ipse se suspendit, ut eos apud inferos visat? nam eju scelere omnes boni perierunt. *Regius.*



autem ⁴ ut fultum est! ubi igitur ³ *φύσιν* illud tuum; quod vidi ⁶ in Parthenone, Ahalam, & Brutum? Sed quid faciat? Illud optime, ⁸ *sed ne is quidem qui omnium flagitiorum auctor, bene de nostro*. At ego verebar, ne etiam Brutus eum diligeret. Ita enim significarat iis, quas ¹⁰ ad meas. At vellem aliquid ¹¹ degustasse de fabulis. Sed coram, ut scribis. Etsi, quid mi auctor es? Advolone, an maneo? Equidem & in libris hæreo, & illum hic excipere nolo: ad quem, ut audio, pater hodie ad Saxa ¹² Acronoma. Mirum quam inimicus ibat; ut ego objurgarem. Sed ego ipse ¹³ *κεῖθεν*. Itaque ¹⁴ posthac. Tu tamen vide, quid de adventu meo censeas; & ¹⁵ *τὸ ὄρα*, cras si perspici poterint, mane statim ut sciam.

⁴ *Ut fultum est*] Scilicet ejus imperiam, militie, amicis, pecunia. *Sec. Græc.*

⁵ *Μετὰ τὴν*] *Opus imperiosæ, strenuæque fuit elaboratum, castigatissimè exant. Itaque Ahala, & Bruti affectuum libertatis populi Romani, quas Atticus habebat in Parthenone.* Ubi, inquit, est opus illud artificiosum, quod ipse vidi in Parthenone tuo, cum Brutus diceret se moveri & excitari ejus aspectu ad liberandam tyrannide Rempublicam, exemplis gentilis sui L. Junii Bruti, & Servilii Ahala? *Boiss.* Intellegi firmam Bruti ab Attico compositionem, in quo M. Brutus a L. Bruto, qui Tarquinium expulit, & Servilio Ahala, qui Spurium Maelium occidit, deducebatur quasi a duobus tyrannicidis. *J. F. Gronov.*

⁶ *In Parthenone*] Parthenon dicebatur templum Minervæ in arce Athenarum, de quo vide Meursii Cætopiam cap. 14. Sed hic haud dubie est pars ædium Attici, aut prætorii alicujus, vel ville lautioris. *Idem.*

⁷ *Sed quid faciat?*] Quasi dicat, nihil. Neque enim possit. Itaque foro utendum est, cum nequeat, quod induerat, emicere. Hic Brutum excusat. *Boiss.*

⁸ *Sed ne is quidem*] Verba sunt Attici ex ejus ad Ciceronem epistola reperita. *Tillem.*

⁹ *Auctor*] Hirtius potius, quam Cæsar.

Nam is ad Cæsarem Quinto filio aditum aperuit. (ep. 20. lib. XI.) ut quæcumque flagitia Quintus committit, Cæsaris gratia fretus, Hirtio adscribi jure possint. *Manut.*

¹⁰ *Ad meas*] Rescriptis. *Supple. literas.* *Corrad.* *Rede ad me*, scilicet deit Quintus filius. *Vide sup. ep. 38. Græc.*

¹¹ *Degustasse*] Vellem Brutus aliquid degustasset de fabulis & fictis sermonibus, quos Q. filius de me & te habuit; certe illum non amarem. *Poppo.* Scribe: *degustasse*, scilicet tu patre, Marco Cicero, vellem gustasse aliquid de suavitate sermonum, quos cum Bruto habui, dum una in Hispania sumus. *Gronovius.* Facit cum Gronovio Montpaluis; neque alteram tamen interpretationem proferri repudiat.

¹² *Acronoma*] Quod nomen, est proprium sit alicujus loci, videtur tamen ex eo fictum, quod summa pars eorum favorum a pectore depasta esset. *Boiss.* P. Philenus marginem notaverat ex ingenio, an ex veteri libro non liquet, legendam: *Ad saxa Atherousia.* *Græc.*

¹³ *Κεῖθεν*] Fluctuo, animo suspensio illic impellor.

¹⁴ *Posthac*] Nihil illi dicam. *Corrad.*

¹⁵ *Τὸ ὄρα*] Omnia.

CICERO ATTICO SAL.

XLI. EGO vero Quinto epistolam ad forem misi. Cum ille quereretur filio cum matre bellum, & se ob eam causam domo cessurum filio diceret; dixi illum commodas ad matrem literas, ad te nullas: ille alterum mirabatur: de te autem culpam, quod sæpe graviter ad filium scripisset de tua in illum injuria. Quod autem relanguisse se dicit; ego ei, tuis literis lectis ² *συχολίας ἀπάρας* significavi, me non fore. Tum enim mentio ³ Canæ. Omnino, si id consilium placeret, esset ⁴ necesse. Sed, ut scribis, ratio est habenda gravitatis; & utriusque nostrum idem consilium esse debet: etsi in me graviore injuria, & certe notiore. Si vero etiam Brutus aliquid afferet, ⁵ nulla dubitatio est. Sed coram. Magna enim res, & multa cautionis. Cras igitur, nisi quid a te ⁶ commeatus.

¹ *Alterum mirabatur*] *Commodas ad matrem literas misisse. Manut.*

² *συχολίας*] *Vide supra, epist. 38. Jam locum hunc omnem sic putat Montpaluis esse intelligendum. Quis vero dicit Quintus frater, se jam minus esse itatum filio; lectis ego tuis literis, quibus me a sinceritate revocatus, dissimulata mente significavi, me quoque non fore itatum. Hoc itatum later in verbo relanguisse. Cicero non vocem respexit, sed ejus vim. Ab eo genere loquendi non abhorret epistolæ familiaritatis. *Ulcovius.**

³ *Canæ*] Significat filiam Gellii Cani, (cujus mentio supra, epist. 31.) de qua nuntius danda Q. Ciceroni filio nescio quid adum fuerat. *Boiss.*

⁴ *Necesse*] Ut placeret ei. *Poppo.*

⁵ *Nulla dubitatio*] Quin placatos Quinto filio nos precebamur. *Manut.*

⁶ *Commeatus*] Est permittio ac venia domo abeundi, aut perire proficiscendi, aut, diutius, si profectus fueris domo, remanendi. *Suet. Tib. 10. Tunc autem horum spectatorem, ac requiem laborum præstentem commensura perit.* Hoc est, dicens: potestatem. Et cap. 12. *Censurorum a comessu castra poterat.* A comessu, est, elapso tempore, quo illis, indulto imperatoris, castris licebat abesse. Hoc ipsum quoque voluit Cicero. Cras, inquit, ad te veniam, nisi mihi scripseris me nondum desiderari, licere mihi diutius abesse. Tuae literæ mihi comessum faciunt, hoc est, longius manendi in agro poterat. *Gronov.*

XLII. VENIT ille ad me, ¹ *καὶ μέγα χαρῆς*; & ego, ² *σὺ δὲ δὴ τί σέβεις*; Rogas? inquit, quo iter Tom. VIII. A a a a instet,

¹ *Καὶ μέγα*] *Et admirandum existis.*

² *τί σε τί*] *Tu vero quid cogitabas?*

& iter ad bellum, idque cum periculosum, tum etiam turpe. Quæ vis igitur, inquam? *Es*, inquit, alienum: & tamen ne vitium quidem. Hoc loco ego sumpsi quiddam de tua eloquentia: nam tacui. At ille: sed me maxime angit avunculus. Quidnam? inquam. Quod mihi, inquit, iratus est. Cur pateris? inquam: malo enim ita dicere, quam cur committis? Non patiar, inquit; causam enim tollam. Et ego, rectissime quidem. Sed si grave non est, velim scire quid sit cause. Quia, dum dubitabam quam dicerem, non satisfaciebam matri, ita ne illi quidem. Nunc nihil mihi tanti est: faciam quod volunt. Feliciter velim, inquam, teque laudo. Sed quando? Nihil ad me, inquit, de tempore, quoniam rem probo. At ego, inquam, censeo, priusquam proficiscaris. Ita patri quoque morem gesseris. Faciam, inquit, ut censes. Hic dialogus sic conclusus est. Sed heus tu, ³ diem meum scis esse ¹¹¹ Non. Jan. Aderis igitur. Scripleram jam; ecce tibi, orat Lepidus ut veniam. Opinor Augures nil habere ad templum ⁴ effandum. Eatur ⁵ *πύτος κόρδω*. Videbimus te igitur.

³ *Diem meum*] Natalem. Ep. 5. lib. VII.
⁴ *Effandum*] Augurate & religiosam veterum: nempe *agata sua augurium precor*, teste Servio. Ratum ex parte desolabit Varro lib. VI. *fronius*.
⁵ *M'is t'p'is*] Cum fiat in Commentariis multa, nihil est quod delinam. Itaque & h'istorum parcam tempori, & honori in-

terpretum. Ancepit remedio, ut in morbo desperato, suscitabatur Franc. Odiens, magister meus, levi posse: *Eatur*. M'is t'p'is *videtur te igitur*. Sensus valde comodo, & aperto. Eamus vero. Eadem via, eadem ratione video te denique. Nam *igitur*, ut monet Donatus, non raro est *denique*. O. liverus.

CICERO ATTICO SAL.

XLIII. EGO vero ¹ utar prorogatione diei: tuque humanissime fecisti, qui me certiores feceris, atque ita, ut eo tempore acciperem literas, quo non expectarem: tuque ut ab ludis scriberes. Sunt omnino mihi quædam agenda Romæ: sed consequemur biduo post.

¹ *Utar prorogatione diei*] Adero tibi n. huius libri. Vel certe propter ferias concessit Lepido, vel potius a te prorogatum; ep. 34. sum, ep. 4. huius libri. *Corr.*

CICERO ATTICO SAL.

XLIV. SUAVES tuas literas! etsi acerba ¹ pompa. Verum tamen scire omnia non acerbum est, ² vel de Cotta. Populum vero præclarum, quod propter malum vicinum, ne ³ Victoriz quidem plauditur. Brutus apud me fuit: cui quidem valde placebat, me aliquid ad Cæsarem. Annueram; ⁴ sed pompam videret. Tu tamen ausus es Varroni ⁵ dare? Expecto quid iudicet. Quando autem perleget? De Attica ⁶ probo. Est quiddam etiam animum levare cum spectatione, tum etiam religionis opinione, & fama. ⁷ Cottam mihi velim mittas. ⁸ Libonem mecum habeo, & habueram ante ⁹ Cæsam. Brutus mihi T. Ligarii verbis nuntiavit, quod appelletur L. Cursidius in oratione Ligariana, erratum esse meum; sed, ut ajunt, ¹⁰ *ἠγωνισκὸν ἀνεστῆκε*. Sciebam Cursidium perneccesarium Ligariorum: sed eum video ante esse mortuum. Da igitur, quæso, negotium ¹¹ Pharnaci, Anteo, Salvio, ut id nomen ex omnibus libris tollatur.

¹ *Pompa*] Pompam intelligit Circensem, qua Cæsar signum inter Deorum signum gestatum est decreto Senatus. Dio lib. XLIII. & Sueton. in Julio. *Mam.*

² *Vel de Cotta*] Vel *M.*, quod scribit de Cotta perhibere. Perhibere enim, ut ait Suetonius in Julio, L. Cottam xviriim sententiam discussam proximo senatu, ut, quotiens libris fatalibus contineretur, Parthos nisi a rege non posse vinci, Cæsar rex appellaretur. Quæ causa conjuratis matrandi fuit destinata negotia, ne advenire necesse esset. Vide *Divin.* II. 56. *Idem.*

³ *Victorie*] Quia prope *Cis.* signum gestabatur signum Cæsaris, mali vicini. *Pompa*, Deorum autem signis plauditur. Naves, Negotio, milites Marti, amicos Veneti, totus populus plaudet Victoriz. Vide *Ovid.* III. Am. eleg. 2. *Grev.*

⁴ *Sed pompam videret*] Opinor hoc intelligi: Non videtur ad eum esse scribendum, qui jam colatur ut Deus, cum in fo-

lenni pompa inter Deorum faras ejus quoque faras plectitur. Quod quidem enim scripsero, solidior. In eandem sententiam scripsit ep. 18. *Quid tu*, inquit, *hinc de pompa, Quiriti contubernalem, hic vestri moderatæ epistolæ locutionem patet? Manutius.*

⁵ *Dare*] Libros Academicos.

⁶ *Probo*] Quod illos spectarit. *Idem.*

⁷ *Cottam*] Librum Cottæ, qui, cum Cæsar esset legatus, *epist. de Pontico* *epist. ad M.* *Greece scripsit.* *Attic.* lib. VII. *Idem.*

⁸ *Libonem*] Eius annales. *Idem.*

⁹ *Cæsam*] Cæsa librum, quavis ex de re nihil scriptam viderimus. Illud quidem scimus, duos Servilios Cæsas in Cæsarem posse conjurasse. *Phil.* 2. *Idem.*

¹⁰ *Μονωστικὸν*] *Μονωστικὸν*.

¹¹ *Pharnaci, Anteo, Salvio*] Libris suis. *Mam.*

Appellatur *epist. 11*. Neque enim Tullio morem librorum gesserunt. Vide *Jac. Perizonii Animad.* *Hist.* cap. 1.

Idem.

CICERO ATTICO SAL.

XLV. **F**UIT apud me Lamia post discessum tuum; epistolamque ad me attulit missam sibi a Casare: quæ quamquam ante data erat, quam illa¹ Diocharina, tamen plane declarabat illum ante ludos Romanos esse venturum. In qua extrema scriptum erat, ut ad ludos omnia pararet, neve committeret, ut frustra ipse properasset. Prorsus ex his literis non videbatur esse dubium, quin ante eam diem venturus esset: idemque Balbo, cum eam epistolam legisset, videri Lamia dicebat. Dies feriarum mihi additos video: sed quam multos fac, si me amas, sciam. De Bæbio² poteris, & de altero vicino Egnatio. Quod me hortaris, ut eos dies consumam in philosophia explicanda; currentem tu quidem: sed cum Dolabella vivendum esse istis diebus vides. Quod nisi me³ Torquati causa teneret, satis erat dierum, ut⁴ Puteolos excurrere possem, &⁵ ad tempus redire. Lamia quidem a Balbo (ut videbatur) audiverat, multos⁶ nummos domi esse numeratos, quos oporteret quamprimum⁷ dividi: magnum pondus argenti, præter prædia: auctionem primo quoque tempore fieri oportere. Scribas ad me velim quid tibi placeat. Equidem, si ex omnibus esset eligendum, nec diligentior, nec officiosior, nec nostri studiosior facile delegissem Vestorio: ad quem accuratissimas literas dedi, quod idem te fecisse arbitror. Mihi quidem hoc satis videtur. Tu quid dicis? Unum enim pungit, ne⁸ negligentiores esse videamur. Expectabo igitur tuas literas.

¹ *Diocharina*] A Diochare scripta, Cæsaris liberto. Ep. 6. lib. XI. *Man.*

² *Poteris*] Scire. Sic epist. 34. huius libri. *Corrad.*

³ *Torquati causa*] Ut agam de ejus re cum Dolabella. Vide ep. 9. & 21. *Man.*

⁴ *Puteolos*] Ut cretionem Cluvii Puteolani, (de quo *Fam.* XIII. 56.) & ratio-

nem testamenti cognoscere. Vide supra, ep. 46. *Idem.*

⁵ *Ad tempus*] Ut advenientem Casarem possim excipere. *Idem.*

⁶ *Nummos*] A Cluvio relictos. *Idem.*

⁷ *Dividi*] Cohercibus. *Idem.*

⁸ *Negligentiores*] Qui nostram rem non agamus, alteri mandantes. *Idem.*

CICERO ATTICO SAL.

XLVI. **P**OLLEX quidem, ut dixerat, ad Idus Sext. ita mihi Lanuvii pridie Idus præsto fuit; sed¹ plane pollex, non index. Cognosces igitur ex ipso. Balbum conveni: Leptra enim de² sua vi³ in curatione laborans, me ad eum perduxerat. In eo autem Lanuvino, quod Lepido tradidit, ex eo⁴ hoc primum: *Paulo ante acceperam eas literas, in quibus magnopere⁵ confirmat, ante ludos Romanos.* Legi epistolam: multa de meo Catone, quo sæpissime legendo se dicit copiosorem factum: Bruti Catone lecto, se sibi visum disertum.⁶ Ex eo cognovi cretionem Cluvii (o Vestorium negligentem!)⁷ liberam cretionem, testibus presentibus, sexaginta diebus. Metuebam ne ille⁸ arcendus esset: nunc mittendum est, ut meo jussu cernat. Idem igitur⁹ Pollex. Etiam de hortis Cluvianis egi¹⁰ cum Balbo: liberalius: se enim statim ad Casarem scripturum: Cluvium autem a Tito Hordeonio legare & Terentia H-S 1000, & sepulcro, multisque rebus; nihil a nobis. Subaccusa quæso Vestorium. Quid minus probandum, quam Plotium unguentarium per suos pueros omnia tanto ante Balbo, illum mi ne per meos quidem?¹¹ De Coffinio doleo; dilexi hominem. Quinto de-
lega-

¹ *Plane pollex*] Nullas a Vestorio literas attulit, ut cognosceret quidquam possem de cretione Cluvii. Itaque fuit *plane pollex, non index*. Jocus in ambiguitate ponentis. Pollex enim etiam digitus in manu: quem index pone sequitur. *Man.*

² *Sua vi*] Sua facultate, quam velle in curatione ludorum ostendere. *Cæc.* Sic etiam locum est *Ovat. l. 49. Philosophi ... qui de sua vi, ac sapientia nunquam omnia posse profiteri, &c. Anonymus.*

³ *In curatione*] Cugiebat enim Leptra sibi tradi curationem ludorum, quos Casar parabat ex Hispania revertens: utebaturque opera Ciceronis, qui cum Balbo & Oppio familiaribus Cæsaris conficeret, ut hoc negotium sibi committeretur. De quo agit etiam in epistola ad Leptra ipsam scripta, *Fam. VI. 20. Fick.*

⁴ *Hoc primum*] Supple. cognovi.

⁵ *Confirmat*] Casar, se venturum.

⁶ *Ex eo*] Id est, ex Balbo.

⁷ *Liberam cretionem*] Libera cretio est, cum heres habet possessionem cernendi vel per semetipsum, vel per alium, vel per epistolam. *Popma.*

⁸ *Arcendus*] Est *arcere*, ut notat Festus, *continere, reprimere*. Prius, inquit, metuebam, ne Vestorius, ut est diligens, officiosus, melique studiosissimus, in lacedæmonis cretione precipitaret nimium: & ante cerneret, quam mature considerasset omnia: contra nunc video, mittendum esse aliquam, qui ipsum excitet. *Moag.*

⁹ *Pollex*] Puteolos remittendus. *Man.*

¹⁰ *Cum Balbo*] Hic interpunge: nam quod sequitur, *Liberalius*, per se conficit: ut sit, *Liberalius respondit. Idem.*

¹¹ *De Coffinio*] Mortuo. *Idem.*

legabo, si quid tui meo alieno¹² superabit, & emptionibus; ex quibus mi etiam as alienum faciendum puto. De domo Arpini nihil scio.

Vestorium nihil est quod accuset. Jam enim obsignata hac epistola, noctu tabellarius noster venit, & ab eo literas diligenter scriptas attulit, & exemplum testamenti.

¹² Superabit] Et nummis hereditatis.

CICERO ATTICO SAL.

XLVII. **P**OSTEAQUAM¹ abs te Agememno, non ut venirem (nam id quoque fecissem, nisi Torquatus esset) sed ut scriberem, tetigit; omisi, ea, quae in manibus habebam, abieci; quod iusseras, edolavi. Tu velim e Pollice cognoscas² rationes nostras sumptuarias. Turpe est enim nobis illum, qualiscunque est, hoc primo anno egere: post moderabimur diligentius. Idem Pollex remittendus est, ut ille cernat. Plane Puteolos non fuit eundem, cum ob ea quae ad te scripsi, tum quod Caesar adest. Dolabella scribit se ad me postridie Idus. O³ magistrum molestum! Lepidus ad me heri vespere literas misit Antio; nam ibi erat: habet enim domum, quam nos vendidimus: rogat magnopere ut sis Kal. in Senatu; me & sibi, & Caesari vehementer gratum esse facturum. Puto equidem nihil esse: dixisset enim tibi fortasse aliquid Oppius; quoniam Balbus est aeger. Sed tamen malim venire frustra, quam desiderari, si opus

¹ Abs te] Versum poetae veteris trochaicum, quo Cicero hic per parodiam utitur, talen hinc: Postquam abs te, Agememno, ut venirem tetigit quoniam, docet Gasp. Scioppius. Gravivus.

² Nisi Torquatus esset] Cujus causa hic me tenet. Ep. 44. Manut.

³ Abieci] Faeruo redundare videbatur abieci: Gravivus, omisi.

⁴ Rationes] Rationes sumptuum, quos fecimus Athenis in Marcum filium. Nolo enim illum primo anno egere, oranti prodigius sit & sanata pecunia non sufficit. Ep. 1. Poppo.

⁵ Ille] Veltorius, supra.

⁶ Magistrum] Sic etiam appellat eum in Fam. ep. 7. lib. IX. quia docebat Cicero-ntem, etiam in modo se secreti aditus Caesarum, & quibus maxime nobis pollex illius animum excollegeret. Multum, quod apud Cicero-ntem frequentior erat, quam ille, uti cupidus, voluisset. Manut. Interceptor, magistrum coenandi, qui me docebit quo coena apparatu Caesarem accipiam. In epistola ad Pisonem: Hicium ego & Dolabellam dicendi discipulus habeo, coenandi magister. Poppo. Facit cum Manutio Gravivus; cum Poppo Mongaltus.

opus esset: moleste ferrem postea. Itaque hodie Antii: cras ante meridiem domi. Tu velim, nisi te impedivisti, apud nos pridie Kal. cum Pilia. Te spero cum Publilio consecisse. Equidem Kal. in Tusculanum recurram: me enim absente omnia cum illis⁷ transigi malo. Q. fratris epistolam ad te misi, non satis humane illam quidem respondentem meis literis, sed tamen quod tibi satis sit, ut equidem existimo. Tu videbis.

⁷ Apud nos] Caenae, ut epist. 2. lib. II. Corrad.

⁸ Transigi] De dote reddenda. Man.

CICERO ATTICO SAL.

XLVIII. **H**ERI nescio quid in strepitu videor exaudisse, cum diceres te in Tusculanum venturum: quod utinam; iterum utinam; tuo tamen commodo. Lepta me rogat, ut, si quid sibi opus sit, accurram. Mortuus enim Babullius. Caesar, opinor, ex uncia: etsi nihil adhuc: sed Lepra ex triente. Veretur autem ne non liceat tenere hereditatem, ad hoc omnino; sed veretur tamen. Is igitur si accierit, accurram: si minus, antequam necesse erit. Tu Pollicem, cum poteris. Laudationem Porciae tibi misi correctam: ac eo properavi, ut si forte aut Domitio filio, aut Bruto mitteretur, hac mitteretur. Id si tibi erit commodum, magnopere cures velim: & velim M. Varronis, & Lollii mittas laudationem: Lollii utique. Nam illam legi: volo tamen regutare: quaedam enim vix mihi credo legisse me.

¹ Ex uncia] Est heres. Corrad.

² Nihil adhuc] Certe scio. Idem.

³ Ad hoc] Sine ratione.

⁴ Sine minor, antequam] Sententia postulat ut legamus: si minus, non antequam necesse erit. Gravivus.

CICERO ATTICO SAL.

XLIX. **A**TTICAE primum salutem, quam equidem ruri esse arbitror. Multam igitur salutem & Piliae, De

De Tigellio, si quid novi: qui quidem, ut mihi Gallus Fabius scripsit, ¹ *μὲν οὖν ἀνθρώποις* mihi quandam iniquissimam, me Phameæ defuisse, cum ejus causam recepissem: quam quidem receperam contra pueros Octavio Cn. filios non libenter: sed & Phameæ causa volebam. Erat enim, si meministi, in Consulatus petitione per te mihi pollicitus, si quid opus esset: quod ego perinde tuebar, ac si usus essem. Is ad me venit, dixitque judicem operam dare sibi constituisse eo die ipso, quo de Sextio nostro lege Pompeja in consilium iri necesse erat. Scis enim dies illorum judiciorum præstitutos fuisse. Respondi, non ignorare eum, quid ego deberem Sextio: quem vellet, alium diem si sumpisset, me ei non defuturum. Ita tum ille discessit iratus. Puto me tibi narrasse. Non laboravi scilicet, nec hominis alieni injustissimam iracundiam mihi curandam putavi. Gallo autem narravi, cum proxime Romæ fui, quid audissem; neque nominavi Balbum minorem. ² Habuit suum negotium Gallus, ut scribit. Ait illum, me animi conscientia, quod Phameam destituissem, de se suspicari. Quare tibi hæcenus mando, ³ de illo nostro, si quid poteris, exquiras: de me ne quid labores. Est bellum, aliquem libenter odisse; est, quemadmodum non omnibus servire. Esti mehercule, ut tu intelligis, magis mihi isti serviunt: si observare, servire est.

¹ *Mihi in dicitur] Accusationem intendit.*

Vide Fam. VII. 24.

² *Habuit suum negotium Gallus] Hac de modo fatigat, quid sentiat dicatque de nomine illo juvent.* A quo autem exquirat? A Tigellio, quicum acturus erat Atticus, ut apparet ex epistola, quæ hæc sequitur. est ep. 22. *Maur.*

³ *De illo nostro] Q. fratris filium sic jam*

designavit antea. Hoc unum, inquit, tibi mando, ut exquiras, & co. noscere omni modo fatigat, quid sentiat dicatque de nomine illo juvent. A quo autem exquirat? A Tigellio, quicum acturus erat Atticus, ut apparet ex epistola, quæ hæc sequitur. est ep. 22. *Maur.*

Mongatus.

CICERO ATTICO SAL.

L. A. DMONITUS quibusdam tuis literis, ut ad Cæsarem uberioris literas mittere instituerem, cum mihi Balbus nuper in Lanuvino dixisset, se & Oppium scripsisse ad Cæsarem, me legisse libros contra Catonem, & vehementer probasse, conscripsi de his libris epistolam Cæsari, quæ deferretur

retur ad Dolabellam. Sed ejus exemplum misi ad Oppium, & Balbum; scripsique ad eos, ut tum deferri ad Dolabellam juberent meas literas, si ipsi exemplum probassent. Ita mihi rescripserunt, nihil unquam se legisse melius, epistolamque meam jusserunt dari Dolabellæ. Vestorius ad me scripsit, ut juberem ¹ mancipio dari servo suo, pro mea parte, Heterejo cuidam fundum Brinnianum; ut ipse ei Puteolis recte mancipio dare posset. Eum servum, si tibi videbitur, ad me mittes: opinor enim ad te etiam scripsisse Vestorium. De adventu Cæsaris idem, quod a te, mihi scriptum est ab Oppio, & Balbo. Miror te nihilum cum Tigellio, vel ut hoc ipsum, quantum acceperit: prorsus aveo scire, nec tamen floci facio. Quæris quid cogitem de obviam itione; quid censes, nisi Alsum? & quidem ad Murenam de hospitio scripseram: sed opinor cum Matio profectum. Sallustius igitur urgebitur.

Scripto jam superiore versiculo, Eros mihi dixit, sibi Murenam liberalissime respondisse. Eo igitur utamur: nam ² Silius culcitra non habet. Dida autem, opinor, hospitibus totam villam concessit.

¹ *Mancipio dari] Vendi lege mancipii.* *Maurus.*
Pro mea parte:] nam etiam ad alios, quos ² *Silius] Sallustius, legendum videtur:*
heredes cum Cicerone Brinnius reliquerat, cum proxime dixerit, *Sallustius igitur urge-*
bitur: vel utrobique, *Silius.* Idem.

CICERO ATTICO SAL.

LI. A. D. Cæsarem quam misi epistolam, ejus exemplum fugit me tum tibi mittere; nec id fuit quod suspicaris, ut me puderet tui, ne ridicule ¹ Micillus: nec mehercule

Tom. VIII. *B b b b* *cule*
¹ *Micillus] Bosius, approbante Grutero,* tenia facili sane, & aperta. Si ejus, in-
respondit Hemistilus, quod interpretatur se- quit Cicero, epistolam, quam dedi ad Cæsa-
missus. Admittere, si quis vult, atque ex- rem, tibi exemplum non misi, non ea feci
hac emendatione ceteras admittet, quibus causa, quam tu suspicaris quod me puderet
describendis abstinere. Cum igitur non habe- tui, nollemque a te videri sic ad Cæsaris
rem quos hic sequeretur, volui a dolere meo abjectus pedes, & *videtur* parvulus. Non
Franc. Odino per literas expiscari, quoniam enim summi memet, neque ita scripsi ut
modo possem ex difficili loco emergere. Is inferior ad superiorem, sed omnino ut æ-
ubi *Micillus* est, putat Ciceronem scripsisse qualis ad æqualem. Conjectura hæc, opi-
videtur, parvulus, humilis, demissus:] sen- nor, Criticus valde arridebit. *Oliverus.*

cule scripti aliter, ac si ² *καὶ τὸν αὐτὸν* quod scriberem. Bene enim existimo de illis libris ut tibi coram. Itaque scripti, & ³ *ἀποδοτέως*, & tamen sic, ut nihil eum existimem lecturum libentius. De Attica nunc demum mihi est exploratum: itaque ei de integro gratulare. Tigellium totum mihi, & quidem quamprimum: nam pendeo animi. Narro tibi, ⁴ Quintus cras: sed ad me, an ad te nescio. Mi scripsit ⁵ Romam VIII Kal. sed mihi, qui invitaret: etsi hercle jam Romam veniendum est, ne ille ante advolet.

² *Καὶ τὸν αὐτὸν*] Ad aequalem similitudinem.

³ *Ἀποδοτέως*] Citra assentationem.

⁴ *Quintus cras*] Quinti filius cras venturus est. *Corrad.*

⁵ *Romam*] Se venturum. *Idem.*

CICERO ATTICO SAL.

LII. **○** HOSPITEM mihi tam ¹ gravem! *ἀμεταμέλητος*: fuit enim perjurande. Sed cum secundis Saturnalibus ad Philippum vesperi venisset, villa ita completa militibus est, ut vix triclinium, ubi coenaturus ipse Caesar esset, vacaret: quippe hominum *εἶς εἶς*. Sane ² sum commotus, quid futurum esset postridie: ac mihi ³ Barba Cassius subvenit: custodes dedit. Castra in agro: villa defensa est. Ille tertiis Saturnalibus apud Philippum ad horam VII, nec quemquam admisit. Rationes opinor cum Balbo. Inde ambulavit in litore. Post horam VIII, in balneum: tum audit de ⁴ Mamurra: vultum non mutavit. Unctus est; accubuit, ⁵ *ἐμετιζῶν* agebat. Itaque & edit, & bibit ⁶ *ἀδελῶς*, & jucunde; opipare sane, & apparate: nec id solum, ⁷ sed ba-

¹ *Gravem*] Timebat Cicero, ne Caesar, quem hospitium excepturus erat, sibi gravis & molestus hospes esset. Sed periculo facto, eum facilem agnovit. Idcirco ait, *O mihi hospitem tam gravem!* quasi dicat, quem mihi valde gravem fore putabam, is mihi minime molestus fuit. Itaque subiungit, *ἀμεταμέλητος*, quod cum non pariter hospitium illum accepisset. *Bogus.*

² *Sum commotus*] Quia Caesar postridie apud me coenaturus erat. *Maur.*

³ *Barba Cassius*] Philippo. XIII. *Corr.*

⁴ *Mamurra*] Cum & Mamurram, & scriptum a Catullo versibus pertristiam intellexit, non est tamen perturbatus. *Suet. Idem.* Vide Catulli Epigr. XXV.

⁵ *Ἐμετιζῶν*] Hoc est, vomere volebat. Vide Orat. pro Dejotaro, cap. 7.

⁶ *Ἀδελῶς*] Fidenter, copiose.

⁷ *Sed bene colto*] Verba Lucilii poetae, quae adducuntur lib. II. de *Fin.* cap. 8.

na colto, & condito sermone bono, & si ⁸ *quæri*? libenter. Præterea tribus tricliniis accepti, ⁹ *οὐ μὲν αὐτῶ* valde copiose. Libertis minus lautis, servisque nihil defuit: nam lautiores eleganter accepti. Quid multa? homines ¹⁰ *ἰσὶ* sumus. Ispes tamen non is, cui diceret, Amabo te, eodem ad me cum revertere. Semel fatis est. ¹¹ *Σατυρίου ἑδῆς* in sermone: ¹² *φιδόλογα* multa. Quid quæris? delectatus est, & libenter fuit. Puteolis se agebat unum diem fore, alterum ad Bajas. Habes hospitium, sive ¹³ *ἐπισημίαν* odiosam, mihi, dixi, non molestam. Ego paulisper hic, deinde in Tusculanum. Dolabellæ villam cum præteriret, omnis armatorum copia, dextro sinistra ad æquum, nec ulquam alibi. ¹⁴ Hoc ex Nicia.

⁸ *Quæri*] Pro, *quæris*. Postrema licita, ut carminis ratio constet, eliditur: cuiusmodi multa apud veteres. *Maur.*

⁹ *Οὐ μὲν αὐτῶ*] Qui in ejus comitatu.

¹⁰ *Σατυρίου ἑδῆς*] Serium nihil.

¹¹ *Φιδόλογα*] Erudita.

¹² *Ἐπισημίαν*] Hospitii procuratorum. Habes, inquit, odiosam *ἐπισημίαν*, id est, quam ego initio, ut gravem, oderam & fugiebam; que tamen mihi, ut dixi, molestam non fuit. *Bogus.*

¹³ *Hoc ex Nicia*] Audivi. *Corrad.*



EPISTOLARUM
AD ATTICUM

LIBER XIV.

CICERO ATTICO SAL.

DIVERTI ad illum, de quo tecum mane.
Nihil perditius: explicari rem non posse.
Etenim si ille tali ingenio exitum non re-
periebat, quis nunc reperiet? Quid quæris?
peruisse omnia aiebat, quod haud scio an ita
sit: verum ille gaudens: affirmatque minus
diebus xx tumultum Gallicum: in sermonem se post Idus
Mart. præterquam Lepidi venisse neminis: ad summam, non
posse isthæc sic abire. O prudentem Oppium, qui nihilo mi-
nus illum desiderat: sed loquitur nihil, quod quemquam bo-
num offendant. Sed hæc hæctenus. Tu, quæso, quidquid novi
(multa autem expecto) scribere ne pigresce. In his, de Sex-
to satine certum; maxime autem de Bruto nostro; de quo
quidem ille, ad quem diverti, Cæsarem solitum dicere, *Ma-
gni referi hic quid velis: sed quidquid vult, valde vult*: idque
eum animadvertisse, cum pro Dejotaro Nicæa dixerit, val-
de vehementer eum visum, & libere dicere: atque etiam
(ut enim quidque succurrit, libet scribere) proxime cum
Sextii rogatu apud eum fuisset, expectaremque sedens quo-

¹ Ad illum] Sine dubio Martium intelli-
git: quem aperte nominat duabus epistolis,
que post proximam inferiorem leguntur. Et,
si loca confusas inter se, Matium hic signifi-
ficari, non obscure videbis; quem quidem &
Calvenam, & Madarum, ficto nomine, ap-
pellat ep. 5. & 9. *Manus*.

² Nihil perditius] Aiebat, subintelligitur:
ut sit sentus: & publica nihil aiebat esse per-
ditius, nihil desperatius: peritisse omnia. I.

des.

³ Ille] Cæsar, interfectus Id. Mart.

⁴ De Sexto] Pompejo; eum in armis esse
Ep. 4. & 13. *Pepma*.

⁵ Nicæa] Quo Casari obviam profectus
videtur ep. 37. lib. XIII. Quæ civitas in Li-
guribus ponitur a Plin. lib. V. cap. 32. *Cor-
rad*.

⁶ Apud eum] Cum ad Cæsarem venissem,
ut agerem cum eo de P. Sextio. *Manutius*.

ad vocarer, dixisse eum, *Ego dubitem quin summo in odio sim,*
cum M. Cicero sedeat, nec suo commodo me convenire possit: At-
qui si quisquam est facilis, hic est: tamen non dubito, quin me
male oderit. Hæc, & ejusmodi multa. Sed ad propositum.
Quidquid erit non modo magnum, sed etiam parvum, scri-
bes. Equidem nihil intermittam.

CICERO ATTICO SAL.

DUAS a te accepi epistolas heri. Ex priore thea-
trum, Publiumque cognovi; bona signa consentien-
tis multitudinis. Plautus vero L. Cassio datus, etiam face-
tus mihi quidem visus est. Altera epistola de Madaro scri-
pta, apud quem nullum *κατάχρημα*: ut putas. Proceffi enim,
sed minus: diutius sermone enim sum retentus. Quod autem
adscripteram, obscure fortasse, id ejusmodi est; aiebat Cæsa-
rem secum, quo tempore Sextii rogatu veni ad eum, cum
expectarem sedens dixisse: *Ego nunc tam sum stultus, ut hunc*
ipsum facilem hominem, putem mihi esse amicum, cum tandem
sedens meum commodum expectet? Habes igitur *κατάχρημα* ini-
micissimum otii, id est, Bruti. In Tulculanum hodie; La-
nu-

¹ Theatrum, Publiumque] Hoc est, Thea-
tri plautum, & Publii mimi ædila. De Pu-
bilio Macrobius, *Satur.* lib. II. & Gellius,
XVII. 22.

² L. Cassio] Tribunus plebis, C. Cassii fra-
ter, ejus, qui Cæsarem occiderat. *Manus*.

³ Madaro] Id est, Matio, qui erat Cal-
vus. Hoc autem Græcis *κατάχρημα*, *Jan*.

⁴ *κατάχρημα*] Bis in eadem epistola hoc
verbo usus est: apud Madarum nullum est
κατάχρημα. Post: habes *κατάχρημα* inimicissi-
mum otii. Jam in posteriori loco *κατάχρημα*

esse ipsum Matium; quem propter caliditatem
ita appellat, facile intelligitur. In priori
autem non ita facile patere, vel doctorum
de ea re disputationes demonstrant. Alii
ad Matii calvitium, si vera est lectio, de
quo non dubito, manifestum est. Atticus scri-
pserat, apud eum *κατάχρημα* fore; id negat
se Cicero reperisse, ex quo intelligitur, non
esse calvitium hoc loco *κατάχρημα*, & ludi
ambiguitate verbi. Porro paulo post dicit

κατάχρημα, hoc est, Matium esse inimicum
otii. Ex quo colligo, Atticum scripsisse,
Matium pacis otiique amicum & studiosum
fore. Recte igitur nullum *κατάχρημα* inter-
pretatur, *κατάχρημα* studium. Calvorum ce-
pita similia caelo sereno & tranquillo. Unde
apud Suidam est *κατάχρημα* *αἰθέρος*, quod
iam et Demetrii Phaleri libello de Elocutio-
ne laudavit Bofius. Hinc *κατάχρημα* pro tran-
quillitate, otio dici potuit. J. F. Gronovii
κατάχρημα non placet. Manifestum enim
est, Cicero nem & Atticum pro more suo in
Matii calvitie ludere voluisse. *Ernstus*.

⁵ *Putas*] Alii, *putas*.

⁶ Proceffi] A Matio, ad quem divertere-
ram, ulterius progressus sum: quantum tan-
tum in via procedere nequivi, quantum vo-
luissem; nam ille me diutius suo sermone
remoratus est. *Bofius*.

⁷ Facilem] Scribe, tam facilem hominem.
Murex. Sed non est necesse.

mvii cras; inde Astura cogitabam. Pilia paratum est hospitium: sed vellem Atticam; (verum⁸ tibi ignosco) quarum utique salutem.

⁸ Tibi ignosco] Si tam dulcem filiam tecum vis retinere. Idem.

CICERO ATTICO SAL.

III. TRANQUILLÆ tuæ quidem literæ; quod utinam diutius; nam Matus posse negabat. Ecce autem¹ structores nostri ad frumentum profecti, cum inanes rediissent, rumorem afferunt magnum, Romæ domum ad Antonium frumentum omne portari: ² τῶνδὲν certe, scripsisses enim. ³ Corumbus Balbi nullus adhuc; & mihi notum nomen: bellus enim esse dicitur architectus. ⁴ Ad obsequendum tu adhibitus non sine causa videris. Volunt enim nos ita putare: ⁵ nescio cur non animo quoque sentiant. Sed quid hæc ad nos? Odorare tamen Antonii ⁶ ἀσπέρου: quem quidem ego epularum magis arbitror rationem habere, quam quidquam mali cogitare: Tu, si quid pragmaticon habes, scribe: fin minus, populi ⁷ ἐπισημειώσῃ, & mimorum dicta perscribito. Piliæ, & Atticæ salutem.

¹ Structores nostri] Ii, quorum hic utor opera ad villam retinendam. Manut.

² Nescio] Inanis sermo.

³ Corumbus Balbi] Subintellige, servus. Nullus adhuc; non venerat. Idem.

⁴ Ad obsequendum] Testamenta. Tu adhibetur: a quibusdam Cæsarianis. Non sine causa: Ut mihi indices. Corrad.

⁵ Nescio cur] Cum isti me heredem faciunt, & hæc se se mihi amicos esse ostendunt, nescio, cur non animo quoque idem sentiant, & ita vere sint amici. Hoc, inquam, nos voluit putare. Idem.

⁶ ἀσπέρου] Antonium, & quæ voluntatem.

⁷ ἐπισημειώσῃ] Significationem.

CICERO ATTICO SAL.

IV. NUNC quid¹ putas me Lanuvii? At ego istic quotidie aliquid novi suspicor. Tument negotia. Nam² cum Matus, quid censet ceteros? Equidem doleo, quod nun-

¹ Putas me Lanuvii] Novi habere. Man. ad me venit, homo, ut mihi visus est, rem-

² Cum Matus] Lib. IX. ep. 6. Matus peritus, & prudens: existimatus quidem est sen-

nunquam in ulla civitate accidit, non una cum libertate Rempublicam recuperatam. Horribile est quæ loquantur, quæ minitentur; ac vereor Gallica etiam bella; ipse³ Sextus quo evadat. Sed omnia licet concurrant, ⁴ Idus Martiæ consolantur. Nostri autem ⁵ ἥρως, quod per ipsos confici potuit, gloriosissime & magnificentissime confecerunt. Reliquæ res, opes & copias desiderant, quas nullas habemus. Hæc ego ad te, ut si quid novi (nam quotidie aliquid expecto) confestim ad me: & si novi nihil, nostro more tamen ne patiamur intermitteri literulas. Equidem non committam.

semper aulior otii. Dicit igitur: cum Matus, quem studiosum reipublica putabamus, is nunc inimicissimus otii sit; quid censet ceteros? Idem.

³ Sextus] Sextus Pompejus. ⁴ Idus Martiæ] Quod in his interfessus sit tyrannus. Corrad. ⁵ ἥρως] Heroæ, Brutus, Cassius, &c.

CICERO ATTICO SAL.

V. SPERO tibi jam esse ut volumus; quoniam quidem¹ ἠσίσθας, cum leviter commotus esses: sed tamen velim scire quid agas. Signa bella, quod² Calvena moleste fert, se suspectum esse Bruto. Illa signa non bona, si³ cum signis legiones veniunt e Gallia. Quid tu illas putas, quæ fuerunt in Hispania, nonne⁴ idem postulaturus? quid, quas Annius⁵ transportavit? Caninium volui, sed⁶ μαθημονὸς ἀμείστημα. ⁷ Ab aleatore⁸ φουρὸς τοῦδ'ε. Nam ista quidem Cæsaris libertorum⁹ conjuratio facile opprimeretur, si recta saperet Antonius. Meam stultam verecundiam, qui legari noluerim ante

¹ ἠσίσθας] A cibo abstinentiâ.

² Calvena] Matus. Suspectum: quasi Cæsarianum, & reipublicæ, id est, libertati non amicum. Cur autem signa bella dicit esse, quod Matus moleste ferret, se suspectum esse Bruto? quia, cum de Bruti gratia Matus laboraret, apparebat eum Cæsarianorum partibus distidere, ut infirmis. Manut.

³ Cum signis] Hoc, quod ad sententiam spectat; minime necessarium videbatur: (quis nescit sua cuique legioni esse signa?) sed addidit, ut quasi loqueretur ambigua Signorum nomine. Idem.

⁴ Idem] Rumor enim erat, legiones, quæ in Gallia fuerant præditi causa, Romam venire, postulaturas, ut promissum sibi a Cæsare solveretur. Idem.

⁵ Transportavit] In Germaniam iusto Cæsaris expeditionem in Dacos, & inde in Parthos destinantis. Idem.

⁶ Μαθημονὸς] Peccatum memoria.

⁷ Ἀμείστημα] A M. Antonio. Causale.

⁸ Φουρὸς τοῦδ'ε] Perurbanis magus.

⁹ Conjuratio] In sepultura, & bullo faciendo. Corrad. Vide Philipp. I.

te res prolatas, ne deserere viderer hunc rerum tumorem; cui certe si possem mederi, deesse non deberem: sed vides magistratus, si quidem illi magistratus: vides tamen tyranni fatellites in imperiis; vides ejusdem exercitus¹⁰ in latere veteranos; quæ sunt¹¹ *εὐεργετα* omnia: ¹² eos autem qui orbis terræ custodis non modo septi, verum etiam magni esse debent, tantum non laudari, atque amari, sed parietibus contineri. Atqui illi quoquo modo beati; civitas misera. Sed velim scire quid adventus Octavii: num qui concursus ad eum, num quæ¹³ *κατὰ τὸν αἰῶνα* suspicio. Hæc scripsi ad te proficiscens Astura 11 Idus.

¹⁰ *In latere*] Nam agri Campani partem incolabant a Cesare assignatam. Hos quingenis denariis Octavianus in suas postea partes tradidit. ep. 7. lib. XVI. *Mans.*
¹¹ *Εὐεργετα*] *Μοιβιαι*, qualis Euripus, &

fortuna, quæ *τοῖς ἀγροῖς* proverbio dicitur. *Corrad.* Leg. *ἐπιτομα* *αἰῶνα*. *Mans.*
¹² *Est*] Maxime Brutum, & Cassium.
¹³ *Νοῦνη*] Rerum novarum.

CICERO ATTICO SAL.

VI. PRIDIE Idus Fundis accepi tuas literas cœnans. Primum igitur¹ melius esse: deinde meliora te nuntiare. Odiosa illa enim fuerant, legiones venire. Nam de Octavio² susque deque. Expecto quid³ de Mario: quem quidem ego sublatus rebar a Cesare. Antonii colloquium cum heroibus nostris⁴ pro re nata non incommodum: sed tamen adhuc me nihil delectat præter Idus Mart. Nam, quoniam Fundis sum cum Ligure nostro, discurior, Sextilii⁵ fundum a verberone Curtilio possideri: quod cum dico, de toto genere dico. Quid enim miserius, quam ea nos tueri, propter quæ illum oderamus? Etiamne Consules & Tribunos plebis in biennium⁶ quos ille voluit? Nullo modo reperio quemadmodum possim⁷ *παλιπέσθαι*. Nihil enim tam⁸ *σκληρόν*, quam

¹ *Melius*] Te redius valere. *Mans.*
² *Susque deque*] Supple, habeo. Id est, non labore. *Idem.*
³ *De Mario*] Infra, epist. 8.
⁴ *Pro re nata*] Ut se res habeant.
⁵ *Fundum*] Quem Cesar ademptum Sextilio, qui Pompejanas partes secutus erat,

Curtilio tradiderat. *Mans.*
⁶ *Quos ille*] Quos Cesar designavit? Cesar enim, contra Parribus profectus, consules & tribunos plebis designavit in biennium. *Dis* lib. XLIII. *Idem.*
⁷ *Παλιπέσθαι*] *Ρεμπ.* administrare.
⁸ *Σκληρόν*] Vitiosum, absurdum.

⁹ *τυραννοκτοίας* in calo esse, tyranni facta defendi. Sed vides Consules, vides reliquos magistratus, si isti magistratus: vides languorem bonorum. Exultant lætitia in municipiis: dici enim non potest quanto opere gaudeant, ut ad me concurrant, ut audire cupiant verba ea¹⁰ de re; nec ulla interea decreta. Sic enim¹¹ *πεπολιτευμένα*, ut victos metueremus. Hæc ad te scripsi apposita secunda mensa: plura, & ¹² *πολιτικώτερη* postea: & tu, quid agas, quidque agatur.

⁹ *Τυραννοκτοίας*] Tyrannicide.
¹⁰ *De re*] De necē Cesaris. *Mans.*
¹¹ *Πεπολιτευμένα*] Republicanam gestimus.

¹² *Πολιτικώτερη*] Ad Republicæ administrationem magis pertinentia.

CICERO ATTICO SAL.

VII. POSTRIDIE Idus Paulum¹ in Cajeta vidi. Is mihi de Mario, & de Republica alia quadam sane pessima. A te scilicet² nihil: nemo enim meorum. Sed Brutum nostrum audio visum sub Lanuvio. Ubi tandem est futurus? nam cum reliqua, tum de hoc scire aveo omnia. Ego e Formiano exiens xvii Kal. ut inde altero die in Puteolanum, scripsi hæc. A Cicerone mihi literæ sane³ *πεπρωμένα*, & bene longæ. Cætera autem vel fingi possunt: ⁴ *πρω* literarum significat doctiorem. Nunc magnopere a te peto, de quo sum nuper tecum locutus, ut videas ne quid ei desit. Id cum ad officium nostrum pertinet, tum ad existimationem, & dignitatem: quod idem intellexi tibi videri omnino. Si ergo est, volo mensē Quintili in Graciam. Sint omnia faciliora. Sed cum sint ea tempora, ut certi nihil esse possit, quid honestum mihi sit, quid liceat, quid expediat; quæsto da operam, ut illum quam honestissime copiosissimeque tueamur. Hæc & cætera, quæ ad nos pertinebunt, ut soles, cogitabis: ad meque aut quod ad rem pertineat, aut, si nihil erit, quod in buccam venerit, scribes.

Tom. VIII.

C c c c

CI-[®]

¹ *In Cajeta*] Alii, *Cajeta*: alii, in *Cajeta*.
² *Nihil*] De his rebus tu nihil ad me didisti literarum: nec mirum: nemo enim meo-

rum Roma profectus est, cui dare posses. *Mans.*
³ *Πεπρωμένα*] Elegantes.
⁴ *πρω*] *πρω* Nitor, elegantia dictionis.

CICERO ATTICO SAL.

VIII. TU me jam rebare, cum scribebas, ¹ in actis esse nostris: & ego accepi XVII Kal. in diversorio loco Sinuessano tuas literas. De ² Mario probe: etsi ³ doleo L. Crassi nepotem. Optime tam etiam Bruto nostro probari ⁴ Antonium. Nam quod Juniam scribis moderate, & amice ⁵ scriptas literas attulisse, mihi Paulus dedit ad se a fratre missas: quibus in extremis erat, sibi insidias fieri; se id certis auctoribus comperisse. Hoc ⁶ nec mihi placebat, & multo illi minus. ⁷ Regina fuga mihi non molesta: sed ⁸ Clodia quid egerit, scribas ad me velim. De Byzantiis curabis, ut cetera; & ⁹ Pelopem ad te accesses. Ego, ut postulas, ¹⁰ Bajana negotia, ¹¹ chorumque illum, de quo scire vis, cum perspexero, tum scribam; ne quid ignores. Quid Galli, quid Hispani, quid Sextus agat, vehementer expecto. Ea scilicet tu declarabis, qui cetera. Nauseolam tibi tum causam orti dedisse facile patiebar: ¹² videbare enim mihi legenti tuas literas requiesse paulisper. De Bruto semper ad me omnia perscribito, ubi sit, quid cogitet: quem quidem ego spe-

¹ In actis] id est, in litteris nostris. Cicero enim praeda habebat mari finitima, ut Pompeianum, & Cumanum, Bogus, Maluisset, Muretus, in agris esse nostris.

² Mario] Pseudomarium intelligit, qui ab Antonio interfectus est. Idem.

³ Doleo] Etesius, quasi Pseudomarius nepos fuerit L. Crassi, quod pro certo habendum erat, si is ipse C. Marii filius existisset. Idem.

⁴ Antonium] Factum Antonii in tollendo isto Mario. Philips, I. Cicerad.

⁵ Scriptas] A. M. Lepido, Junia Bruti sororis marito, fratre L. Emilii Pauli: ex Gallia transalpina, ubi cum exercitu erat. Fam. X. 34. Poppo.

⁶ Nec mihi placebat] Cicero interpretatur hoc fingere Lepidum, ut causam tumultuandi & succedendi a bonis haberet. J. F. Gronovius.

⁷ Regina] Cleopatra, Aegypti regina:

quam Caesar amavit, filiumque narum appellare suo nomine passus est. Man.

⁸ Clodia] Ep. 37. lib. II. Cicerad.

⁹ Pelopem] Byzantinum, ad quem Cicero Graece scripsit. Plut. in Cicer. Tunc fortasse Byzantium negotia Romae procurabat. Idem.

¹⁰ Bajana negotia] Haec dicitur ironiam. Nulla ibi negotia: sed est civitas otiosorum. Suet. Aug. 68. J. F. Gron.

¹¹ Chorumque] Turbam quae illic versatur voluptatis causa. Nam chorus proprie symphoniacorum, aut saltantium in sacris. Idem.

¹² Videbare] Sententia haec est. Te fastidio ciborum & propensione ad vomitum leviter restatum abstinuisse propterea a negotiis, & corpori curando vacasse non agere ferebam. Videbar enim mihi agnoscere in tuis literis, te novo quadam impetu post receptas vires ad scribendum venisse. Idem.

spero jam tuto vel solum, tota urbe vagari posse. ¹³ Veruntamen.

¹³ Veruntamen] Ne nimis fidat. Idem. Subaudi, scribito ad me. Manut.

CICERO ATTICO SAL.

IX. DE republica multa cognovi ex tuis literis, quas quidem ¹ multijuges accepi uno tempore a Vestorii liberto. Ad ea autem quae requiris, brevi respondebo. Primum vehementer me ² Cluviana delectant. Sed quod quaeris quid accesserim ³ Chrysippum; tabernae mihi duae coeuerunt, reliquaeque rimas agunt: itaque non solum inquilini, sed mures etiam migraverunt. Hanc ceteri calamitatem vocant: ego ne incommodum quidem. O Socrates, & Socratici viri! nunquam vobis gratiam referam. Dii immortales, quam mihi ista pro nihilo! Sed tamen ea ratio aedificandi initur, consiliario quidem, & auctore Vestorio, ut hoc damnum quaestuosum sit. Hic turba magna est, eritque, ut audio, major. Duo quidem quasi designati Consules. O Dii boni! vivit tyrannis, Tyrannus occidit! ejus interfecti morte letamur, cuius facta defendimus! Itaque quam severe nos ⁴ M. Curtius accusat; ut pudeat vivere: neque injuria: nam mori millies praestitit, quam haec pati, quae mihi videtur habitura etiam vetustatem. Et Balbus hic est, multumque mecum: ad quem a Vetere litera date pridie Kal. Januar. cum a se ⁵ Caecilius circumfunderetur, & jam teneretur; venisse cum maximis copiis Pacorum Parthum: ita sibi esse eum creptum, multis suis amissis: in qua re accusat Volcatium. Ita mihi videtur bellum illud instare: sed ⁶ Dolabella, & Nicias viderint. I-
G o c c e z dem

¹ Multijuges] Hoc est, plures.

² Cluviana] A Cluvio relicta, quae erant in Puteolano. Cicerad.

³ Chrysippum] Architectum.

⁴ M. Curtius] De quo supra, XII. 49.

⁵ Caecilius] Q. Caecilius Bassum, qui Pompejum Magnum secutus fuerat, excitasse bellum in Syria, & a C. Antiocho Vetere Apameae circumfessum, tamen, Parthi auxi-

liantibus, maximeque Alchamandio Arabe, obtusione esse liberatum, scribit Dio, lib. XLVII. Manut.

⁶ Dolabella & Nicias] Dolabellae enim Syria provincia & Parthicum bellum erat decretum, ad quod Curium Nicias Grammaticum familiarem suum secum duxit epist. 26. lib. XIII. & a C. Antiocho Vetere Apameae circumfessum, tamen, Parthi auxi-

dem Balbus meliora de Gallia XXI die literas habebat; Germanos, illasque nationes re audita de Casare, legatos misisse ad Aurelium, qui est prapositus ab Hirtio, se, quod imperatum esset, esse facturos. Quid queris? omnia plena pacis, aliter ac mihi? Calvena dixerat.

7 Calvena] Matius: qui dixerat, omnia perisise, epist. 46. lib. XIII. Manut.

CICERO ATTICO SAL.

X. ITA-NE vero? hoc meus, & tuus Brutus egit, ut Lanuvii esset? ut Trebonius itineribus devius proficisceretur in provinciam? ut omnia facta, scripta, dicta, promissa, cogitata Casaris plus valerent, quam si ipse viveret? Meministi me clamare; illo ipso primo Capitolino die, Senatum, in Capitolium a Pratoribus vocari? Dii immortales, quæ tum opera effici potuerunt, latantibus omnibus bonis, etiam fat bonis, fractis latronibus? Liberalia tu accusas. Quid fieri tum potuit? jam pridem perieramus. Meministine te clamare, causam perisise, si funere elatus esset? At ille etiam in foro combustus, laudatusque miserabiliter: fervique, & e- gentes in tecta nostra cum facibus immissi. Quæ deinde? ut audeant dicere, Tunc contra Casaris nutum? Hæc & alia ferre non possum. Itaque $\gamma\lambda\omega$ $\pi\rho\sigma$ $\gamma\eta\varsigma$ cogito. Tua tamen

1 Ita-ne vero] Hæc cum indignatione sunt scripta. Ideone, iniquè, Brutus Casarem occidit, ut deinde Lanuvii esset? ut in urbe tuto esse non posset? ut Trebonius, &c. Manut.

2 Vocari] Vocandum esse, vocari debere. Et est figura, quæ propretationem significat: ut hoc loco, nam dixit, Ille ipso primo Capitolino die. Brutus autem & Cassius magnam occasionem amiserunt, cum primo Capitolino die fenatam in Capitolium non vocarent. Itaque & infra epist. 12. & 14. reprehendit Cicero sessionem illam, id est, moram Capitolinam. Studio vehementius inveniunt, totam suscipere venepublicam. Idem.

3 Liberalia] Quo die factum est Senatus-consultum de præmiis veteranorum (epist. 14.) multaque alia in sede Telluris decreta, &c.

lipp. I. Idem.

4 $\gamma\lambda\omega$ $\pi\rho\sigma$ $\gamma\eta\varsigma$, cogito. Tua tamen immobis nausea jamne plane abiit?] Jam in hac verborum interpunctione $\gamma\lambda\omega$ $\pi\rho\sigma$ referunt ad nauseam, quoniam referunt interpretes, & explicant de nausea levi, & non durabili, qualis hæc ipsa Attici nausea fuit, quam appellat noncalena ep. 13. $\gamma\lambda\omega$ $\pi\rho\sigma$ dicitur, quicquid inano est & futile, cui rationem verus in- dicit. Sed quicquid sit, mihi $\gamma\lambda\omega$ non videtur commode iungi nausea. Græci enim semper dicunt de his rebus, quæ speciem aliam quam habent, sed vi desunt, ut, semperque in deteriorem partem adhibent. Itaque mihi videbatur interpungendum esse post $\gamma\lambda\omega$ $\pi\rho\sigma$ ita. Tua tamen immobis nausea plane abiit? Nausebat etiam illud, jamne, quod ad antecedentem relationem habet, per-

ἴπῃ

ἴπῃ. nausea jamne plane abiit? mihi quidem ex suis literis conjectanti ita videbatur. Redeo ad Tebassos, Scævas, Frangones. Hoc tu existimas confidere se illa habituros, stantibus nobis? in quibus plus virtutis putarunt, quam experti sunt. Pacis isti scilicet amatores, & non latrociniis auctores? At ego cum tibi de Curtilio scripsi, Sestilianoque fundo, scripsi de Censorino, de Messala, de Planco, de Postumio, de genere toto. Melius fuit perisise illo interfecto, quod nunquam accidisset, quam hæc videre. Octavius Neapolim venit XIV Kalendas: ibi eum Balbus mane postridie; eodemque die mecum in Cumano illum hereditatem aditurum. Sed, ut scribis, $\mu\iota\sigma\theta\epsilon\mu\alpha$ magnam cum Antonio. Buthrotia mihi tua res est, ut debet, erique cura. Quod queris, jamne ad centena Cluvianum: adventare videtur: sed

pri-

pe ad hæc: itaque $\gamma\lambda\omega$ $\pi\rho\sigma$ $\gamma\eta\varsigma$ cogito. Tua tamen immobis nausea, intellige terra, $\gamma\lambda\omega$ est. Atticus erat in Græcia & habebat prædia in Epiro. Eo invitaverat Ciceronem, eo etiam ire Cicero cogitabat intendum. Sed dubitabat tamen. Cogito quidem de mutanda terra, sed tam tamen $\gamma\lambda\omega$ est arbitror. $\gamma\lambda\omega$ illic hoc loco est, quod $\gamma\lambda\omega$, nisi fortis se $\gamma\lambda\omega$ legendum, hoc est, vento exposita, aperta, in loco aperto posita, quales sunt nisi $\gamma\lambda\omega$, non in terra, aut cava arborum positi, sed in libero aere, ubi non sunt pulli a vi tempestatis, ventorumque tuti. Tua tamen $\gamma\lambda\omega$, ergo mihi videbatur hæc vim habere? Sed etiam Græcia, in quam ire volebam, non esse mihi tuta satis videatur, ibi quoque obnoxius esse videor hostibus meis. Hæc mihi in mentem de hoc loco veniebat. Reße an fecus, doctiores viderint. Evulsi.

5 Tebassos, Scævas, Frangones] Nomina veteranorum qui ex Casaris largitione Pompejanorum bona possidebant. Cassium quidem Sævum centurionem, insigni fortitudine vigentem, nominat Plutarchus in Casare, & Florus lib. IV. Frangones quoque esse, quem Dio lib. XLVIII. C. Fuffium Frangentem vocat, cui regendam Africam cum Numidia Octavianus dedit. Manut.

6 Illa] Agros a Casare donatos. Cupiunt igitur omnia misceri. Idem.

7 De Curtilio] Cum scripsi, indignum esse, quod Sextilli fundum Curtilio verbo

possideret, significavi etiam de fundo Censorini, de Messala, de Planci, de Postumii: quorum fundos Casariani, a Casare donatos, possiderent. Idem.

8 Messala] Contra veteres libros opinor legendum esse, $\mu\iota\sigma\theta\epsilon\mu\alpha$. Nam neque mutatio magna sit; & inter Antonii sodales Messalam, non Messalam invenio. Pith. II. 4. V. 6. Idem.

9 Quod utinam accessisset, & illa verba parentibus include. J. F. Gronov.

10 $\mu\iota\sigma\theta\epsilon\mu\alpha$] Litæ, concertationem. Subintellige, futuram combat. Manut.

11 $\mu\iota\sigma\theta\epsilon\mu\alpha$ mihi tua res] Buthrotii cum pecunia imperatam non solvere, Casareorum agrum proficiis. Atticus, qui civitatem conservatam cuperet, pecuniam numeravit de suo; & Casare decretum abstitit, quo Buthrotii liberabantur. Illud decretum Atticus interfecto Casare cum a consulis confirmari vellet, quibus & senatus-consultum, & lex cognitionem dabat earum rerum, quas Casar statisset, decrevisset, egisset: Ciceronis autem ea res cum gratia, tunc auctoritate utebatur. Epist. 14. hujus libri, & 15. lib. XVI. Idem.

12 Ad centena] Subsidi, perducatur. Ut sensus hic sit: Quod scire vis, nam ego hic Cluviana bona ita constituerim, ut ex his posthac centena HS. quotannis capere possim. Idem.

primo anno LXXX¹³ deterimus. Quintus pater ad me gravia de filio, maxime quod matri nunc indulgeat, cui antea bene merenti fuerit inimicus. Ardentes in eum literas ad me misit. ¹⁴ Ille autem quid agat, si scis, neque dum Roma es profectus, scribas ad me velim; & hercule, si quid aliud. Vehementer delector tuis literis.

¹³ Deterimus] Ex illa summa detraximus & diminimus LXXX. H. S., que impendimus ad ea rescindenda, que erant ruinosa. Sic enim hunc locum interpretor ex

epistola p. hujus libri, & ea que proxime sequitur. *Repost.*

¹⁴ Ille autem] Quintus filius.

CICERO ATTICO SAL.

XI. **N**UDIUS tertius dedi ad te epistolam longiorem: nunc ad ea, que proxime. Velim mehercule, Astura Brutus. ¹ *Αξιοτάτω* istorum scribis, an censebas aliter? equidem etiam majora expecto. Cum equidem concionem lego, ² *de tanto viro, de clarissimo civi*, ferre non queo: est ista jam ad risum. Sed memento: sic aliter consuetudo perditur concionum; ut nostri illi, non heroes, sed dii, futuri quidem in gloria sempiterna sint, sed non sine invidia, ne sine periculo quidem. Verum illis magna consolatio, conscientia maximi & clarissimi facti: nobis que, qui interfecto rege liberi non sumus? Sed hæc fortuna viderit, quoniam ratio non gubernat. De Cicerone, que scribis, jucunda mihi sunt: velim, sint prospera. Quod vero cura tibi est, ut ei succederetur ad usum & cultum copiose, per mihi gratum est; idque ut facias, te etiam rogo. De Buthrotiis & tu recte cogitas, & ego non dimitto istam curam. Sicipiam omnem etiam actionem; quam video quotidie faciliorem. De Cluviano, quoniam in re mea me ipsum diligentia vincis, res ad centena perducitur. Ruina rem non fecit deteriolem, haud scio an jam fructuosorem. Hic mecum Balbus, Hirtius, Panfa. Modo venit Octavius, & quidem in proximam villam Philippi, mihi totus deditus. Lentulus Spinther hodie apud me: cras mane vadit.

¹ *Αξιοτάτω*] Intemperantiam.

² *De tanto*] Verba sunt ex Antonii con-

cione, quibus Casarem appellaverat. *Μακρότις*.

CICERO ATTICO SAL.

XII. **O** MI Attice, vereor, ne nobis Idus Mart. nihil derint præter lætitiã, & odii pœnam ac doloris. Quæ mihi istinc afferuntur? quæ hic video? ¹ *Ως & δεσποτὰς κατὰς τὴν ἀνδρῶν δέ.* Scis quam diligam Siculos, & quam illam clientelam honestam judicem. Multa illis Casar, neque me invito: erit ² Latinitas erat non ferenda: veruntamen. Ecce autem Antonius, accepta grandi pecunia, fixit legem, ³ a Dictatore comitiis latam, qua Siculi cives Romani: cuius rei, vivo illo, mentio nulla. Quid? Dejotari nostri causa non similis? dignus ille quidem omni regno, sed non ⁴ per Fulviam. Sexcenta similia. Verum ⁵ illoc referor: tam clarã, tamque testatam rem, tamque justam Buthrotiam non tenebimus aliqua ex parte? & eo quidem magis, quo iste plura? Nobiscum hic perhonorifice, & amice Octavius: quem quidem sui Casarem salutabant, ⁶ Philippus non; itaque ne nos quidem; quem nego ⁷ posse bonum civem, ita multi circumstant, qui quidem nostris mortem minitantur. Negant hæc ferri posse. Quid censes, cum Romam puer venerit, ubi nostri liberatores tuti esse non possunt? qui quidem semper erunt clari; conscientia vero facti sui etiam beati: sed nos, nisi me fallit, jacebimus. Itaque exire aveo, ubi *nec Pelopidarum*,

⁸ in-

¹ *Ως & δεσποτὰς κατὰς τὴν ἀνδρῶν δέ.*] O factum præclarum quidem, sed imperfectum.

² *Latinitas*] Aliud est, habere jus Latii: aliud, civitatem Romanam, Casar Siculos, non civitatem Romanam, sed Latinitate, donavit: quod ipsum vix ferendum. Ciceroni videbatur: Antonius post etiam civitatem dedit: quod gravissimum, nec ullo modo ferendum, Cicero significat. *Μακρότις.*

³ *A dictatore*] Impedens Antonii mendaciam. Nam Casar non modo legem comitiis non tulerat de civitate Siculis danda, sed nec mentionem ejus rei ullam fecerat. Quoniam autem Casaris acta senatus rata esse volebat; Antonius, ut ostenderet legem esse Casaris, non suam, incidit in tabula eam legem, & fixit, ut a dictatore, & comitiis latam, id est, ut jure latam, & a dictato-

re, & comitiis. *Idem.*

⁴ *Per Fulviam*] Ad hoc spectavit in V. Philipp. cum dixit: *Mulier sibi felicitur, quoniam viro, subditum provinciarum, regno tamque faciebat.* *Idem.*

⁵ *Ille*] Hæc ideo dico, ut ostendam; cum hæc de Siculis & Dejotaro facta, que sunt iniquissima; rem jure non ferendam. Si nos tam testatam rem, tamque justam Buthrotiam non reosamus. Quoniam autem rei esset Buthrocia, supra diximus. *Idem.*

⁶ *Philippus*] Vitricus Octavii. *Non:* Quia lege curiata de ejus adoptione nondum lata, quam postea tulit Octavianus ipse consul, cognomen Casaris jure sibi adscribere non poterat. *Die*, lib. XXI. *Idem.*

⁷ *Posse bonum*] Esse Octavianum. *Idem.*

* inquit. Haud amo vel hos designatos, qui etiam declamare me coegerunt; ut ne apud aquas quidem acquiescere liceret. Sed hoc meae nimiae facilitatis. Nam id erat quondam quasi necesse: nunc, quoquo modo se res habet, non est item. Quam dudum nihil habeo, quod ad te scribam: scribo tamen, non ut delectem his literis, sed ut eliciam tuas. Tu, si quid erit de ceteris; de Bruto utique, quidquid. Hæc conscripsi x Kal. accubans apud Vestorium, hominem remotum a dialecticis, in arithmeticis satis exercitatum.

8 Inquit] Supple. Accius. Versum integrum recitat infra. XV. 11.
9 Declamare] Nunc ep. 26. hujus libri & ante, ep. 34. lib. VII. Fam. & ep. 18. lib. IX. Fam. item.
10 Vestorium] Nummulatium Patulanum; & ideo magis exercitatum in numeraria pecunia & rationibus subducendis, quam dissertationibus instruis. Poppus.

CICERO ATTICO SAL.

XIII. SEPTIMO denique die literæ mihi reddita sunt, quæ erant a te XIII Kal. datæ: quibus quæris, atque etiam me ipsam nescire arbitraris, utrum magis tumultis profectuque, an ambulatione ¹ *ἀδρανεία* delecter. Est mehercule, ut dicis, utriusque loci tanta amœnitas, ut dubitem, utra anteposenda sit.

² *Ἄλλ' ἢ δαυτὸς ἐτηράτα ἔργα μὲνιδεν.*
Ἄλλα δὲ πῶς μέγα σήμερον, διοτρεφέας, εἰσπορόντας
Δειδύμεν ἢ δὴν δὲ σαώσμεθα, ἢ ἄπολλομεθα.

Quamvis enim tu magna, & mihi jucunda scripseris de D. Bruti adventu ad suas legiones, in quo spem maximam video: tamen, si est bellum civile futurum, quod certe erit, si Sextus in armis permanebit, quem permanurum esse certe scio, quid nobis faciendum est, ignoro. Neque enim jam licebit, quod Cæsaris bello licuit, neque huc, neque illuc. Quemcumque enim hæc pars perditorum lætatum morte Cæsaris

1 *Ἄδρανεία*] Plans & humilis.
2 *Ἄλλ' ἢ ἐσπέρεις*] Sed nobis curæ non est convivio suavi operam dare: verum magnam cladem a Jove immittam intuentes eximisciimus; incertumque est, salvine futuri, an interituri simus. *lib. I. 228.*

ris putabit, (lætitiâ autem apertissime tulimus omnes) hunc in hostium numero habebit: quæ res ad eadem maximam spectat. Restat, ut in castra Sexti, aut, si forte, Bruti nos conferamus. Res odiosa, & aliena nostris ætatibus, & incerto exitu belli: & nescio quo pacto tibi ego possim, mihi tu dicere,

³ *Τέρον ἐμὸν ἢ τοῖς δέδοται τοῦδε αἰῶνα ἔργα.*
Ἄλλα σὺ γ' ἰσχυρόντα μετέρχοο ἔργα γόρωο.

Sed hæc fors viderit, ea, quæ talibus in rebus plus, quam ratio, potest. Nos autem id videamus, quod in nobis ipsis esse debet, ut quidquid acciderit, fortiter & sapienter feramus, & accidisse hominibus meminimus; nosque cum fulum literæ, tum non minimum Idus quoque Mart. contolentur. Sulkipe nunc meam deliberationem, qua sollicitor: ita multa veniunt in mentem in utramque partem. Proficitor, ut constitueram, legatus in Græciam? cædis impendentis periculum nonnihil vitare videor, sed casurus in aliquam vituperationem, quod Reipublicæ defuerim tam gravi tempore. Sin autem mansero, fore me quidem video in discrimine; sed accidere posse suspicor, ut prodesse possim Reipublicæ. Jam illa consilia privata sunt, quod sentio valde esse utile ad confirmationem Ciceronis, me illuc venire: nec alia causa professionis mihi ulla fuit tum, cum consilium cepi ⁴ legari ab Cæsare. Tota igitur hæc de re, ut soles, si quid ad me pertinere putas, cogitabis. Redeo nunc ad epistolam tuam. Scribis enim esse rumores, ⁵ ad lacum quod habeo venditurum: minusculam vero villam utique Quinto traditurum, vel ⁶ impento pretio, ⁷ quo introducatur, ut tibi Q. filius dixerit, dotata Aquillia:

Tom. VIII.

D d d d

lia:

3 *Τέρον αἰῶνα*] Non tibi, nata mea, data sunt opera felicia, verum tu placida persequere munita eloquentia. Verba sunt Jovis ad Venerem, *lib. E. 428.* nisi quod pro γόρωο, nuptiarum, Cicero, ut interseret scilicet personæ, dixit ἄβυσσος, eloquentia. Manut.
4 *Legari ab Cæsare*] Nam etiam vivo Cæsare liberam legationem ab eo cogitaverat; hæc ubam ob causam, ut in Græciam filii causa proficisceretur. *idem.*
5 *Ad lacum quod habeo*] Prædium in agro Camano ad lacum Lucrium. Poppus.
6 *Impento*] Impensum pretium est ingeniosum, immoderatum: cuius scilicet magnitudinem emptor non expendit, nec reformidat. Horat. II. Sat. 3. *Loquitur soliti impento prodesse sonant.* *idem.*
7 *Quo introducatur*] Ut eo domum ducatur locuples & dotata Aquillia: quam Q. patre ducere cogitabat post dimissam Pompeianam, ut constat ex epist. 17. *idem.*

lia. Ego vero de venditione nihil cogito, nisi quid, quod magis me delectet, invenero. Quintus autem de emendo nihil curat hoc tempore: satis enim torquetur debitione dotis: in qua mirificas⁸ Egnatio gratias agit. A ducenda autem uxore sic abhorret, ut libero lectulo neget esse quidquam jucundius. Sed hæc quoque hætenus. Redeo enim ad miseram, seu nullam potius Republicanam. M. Antonius ad me scripsit de⁹ restitutione Sex. Clodii: quam honorifice, quod ad me attinet, ex ipsius literis cognosces; (nisi enim tibi exemplum) quam dissolute, quam turpiter, quamque ita perniciose, ut nonnunquam Cæsar desiderandus esse videatur, facile existimabis. Quæ enim Cæsar nunquam neque fecisset, neque passus esset, ea nunc ex falsis ejus commentariis proferuntur. Ego autem Antonio facillimum me præbui. Etenim ille, quoniam semel induxit animum sibi licere quod vellet, fecisset nihilo minus me invito. Itaque mearum quoque literarum misi tibi exemplum.

⁸ Egnatio] Trapezita: quod ipsi obtulerit pecuniam ad solutionem dotis, quam Pompeia, mulier morosa, acerbè exigebat. De Egnatio, lib. II. epistola 3. Pappus.

⁹ Restitutione] Ab exilio, quo fuerat multatus, quod P. Clodii corpus in curiam intulerat. Ascen. in orat. pro Mil. Corradus.

ANTONIUS CONSUL S. D. M. CICERONI.

OCCUPATIONIBUS est factum meis, & subita tua profectione, ne tecum coram de hac re agerem. Quam ob causam vereor, ne absentia mea levior sit apud te. Quod si bonitas tua responderit judicio meo, quod semper habui de te; gaudebo. A Cæsare petii, ut Sex. Clodium restitueret: impetravi. Erat mihi in animo etiam tum sic uti beneficio ejus, si tu concessisses. Quo magis laboro, ut tua voluntate id per me facere nunc liceat. Quod si duriorum te ejus miseræ, & afflictæ fortunæ præbes, non contendam ego adversus te: quanquam videor debere tueri commentarium Cæsaris: sed mehercule, si humaniter, & sapienter, & amabiliter in me cogi-

cogitare vis, facilem profecto te præbebis: & voles¹ P. Clodium, in optima spe puerum repositum, exillimare, non te insectatum esse, cum potueris, amicos paternos. Patere, obsecro te, pro Republica videri gessisse similitatem cum patre ejus: non contempseris hanc familiam: honestius enim, & libentius deponimus inimicitias Reipublicæ nomine susceptas, quam contumaciæ. Me deinde sine ad hanc opinionem jam nunc dirigere puerum, & tenero animo ejus persuadere, non esse tradendas posteris inimicitias. Quanquam tuam fortunam, Cicero, ab omni periculo abesse certum habeo: tamen arbitrator malle te quietam senectutem, & honorificam potius agere, quam sollicitam. Postremo meo jure te hoc beneficium rogo: nihil enim non² tua causa feci. Quod si non impetro, per me Clodio daturus non sum: ut intelligas, quanti apud me auctoritas tua sit, atque eo te placabiliorem præbeas.

¹ P. Clodium] Antonii privignum, P. Fulviam ejus matrem Antonius duxerat uxorem Clodii filium, quo-cum inimicitias Cicero rem. Manut.
gravissimas gesserat: privignum autem, quia ² Tua causa] Philipp. II.

CICERO ANTONIO COS. S.

QUOD mecum per literas agis, unam ob causam mallet coram egisse. Non enim solum ex oratione, sed etiam ex vultu, & oculis, & fronte (ut ajunt) meum erga te amorem perspicere potuisses. Nam cum te semper amavi, primum tuo studio, post etiam beneficio provocatus; tum his temporibus Republica te mihi ita commendavit, ut cariorem habeam neminem. Literæ vero tuæ, cum amantissime, tum honorificentissime scriptæ sic me affecerunt, ut non dare tibi beneficium viderer, sed accipere a te, ita petente, ut inimicum meum necessarium tuum, me invito servare nolles, cum id nullo negotio facere posses. Ego vero tibi istuc, mi Antonii, remitto; atque ita, ut me a te, cum his verbis scripseris, liberalissime atque honorificentissime tractatum existimem: idque cum totum, quoquo modo se res haberet, tibi dandum putarem; tum de etiam humanitati & naturæ meæ.

Nihil enim unquam non modo acerbum in me fuit, sed ne paulo quidem tristius, aut severius, quam necessitas Reipublicæ postulavit. Accedit, ut ne in ipsum quidem Clodium meum insigne odium fuerit unquam: semperque ita statui, non esse infestandos inimicorum amicos, præsertim humiliores, nec his præfidiis nosmetipsos esse spoliandos. Nam de puero Clodio tuas partes esse arbitror, ut ejus animum tenerem, quemadmodum scribis, his opinionibus imbuas, ut ne quas inimicitias residere in familiis nostris arbitretur. Contendi cum P. Clodio, cum ego publicam causam, ille suam defenderet. Nostras concertationes Respublica dijudicavit. Si viveret, mihi cum illo nulla contentio jam maneret. Quare, quoniam hoc a me se petis, ut, quæ tua potestas est, ea neges te me invito uturum; puero quoque hoc a me dabis, si tibi videbitur: non quo aut ætas nostra ab illius ætate quidquam debeat periculi suspicari, aut dignitas mea ullam contentionem extimescat: sed ut nosmetipsi inter nos conjunctiores simus, quam adhuc fuimus. Interpellantibus enim his inimicitias animus tuus mihi magis patuit, quam domus. Sed hæc hæc. Illud extremum; ego, quæ te velle, quæque ad te pertinere arbitrabor, semper sine ulla dabitatione summo studio faciam. Hoc velim tibi penitus persuadeas.

CICERO ATTICO SAL.

XIV. ITERADUM eadem ista mihi. Coronatus Quintus noster Parilibus? Parilibus? solusne? etsi addis Lamiam: quod demiror equidem: sed scire cupio, qui fuerunt alii: quanquam satis scio, nisi improbum neminem. Explanabis igitur hoc diligentius. Ego autem casu cum dedissem ad te literas vi Kalend. satis multis verbis, tribus fere horis post accepi tuas, & magni quidem ponderis. Itaque joca tua plena face-

1 Iteradum] Hoc est, repetere quæso & rursus dic, quæ dixisti: sunt enim talia, ut vis credam me audisse. Formula dicendi quæ usabatur in rebus nec cognatis ex Iliona Ennii Cic. IV. Acad. 27. Sic iteradum, Plaut. Pœn. IV. 2. 44. J. F. Gronov.

2 Coronatus] Infra, epist. 17.

3 Parilibus] Puto Parilia illa significari, quæ decessit Octavianum suo sumptu, ut populum muneribus caperet, scribit Dio, lib. XLV. Monn.

tiarum, & de hæresi Vestoriana, & de Pheriorum more Puteolano, rixisse me satis, nihil est necesse scribere. Πόλιτικώτερα illa videamus. Ita Brutos Cassiumque defendis, quasi eos ego reprehendam: quos satis laudare non possum. Rerum ego vitia collegi, non hominum. Sublato enim tyranno, tyrannida manere video. Nam quæ ille facturus non fuit, ea sunt, ut de Clodio: de quo mihi exploratum est, illum non modo non facturum, sed etiam ne passurum quidem fuisse. Sequetur Rufio Vestorianus, Victor? nunquam scriptus, ceteri, quis non? Cui servire ipsi non potuimus, ejus libellis paremus. Nam Liberalibus quis potuit in Senatum non venire? Fac id potuisse aliquo modo: num, etiam cum venissemus, libere potuimus sententiam dicere? nonne omni ratione veterani, qui armati aderant, cum præfidiis nos nihil haberemus, defendendi fuerant? illam sessionem Capitolinam mihi non placuisse, tu testis es. Quid ergo? ista culpa Brutorum? minime illorum quidem, sed aliorum brutorum: qui se cautos, ac sapientes putant: quibus satis fuit letari; nonnullis etiam, gratulari; nullis, permanere. Sed præterita omittamus: istos omni cura præsidioque tueamur; &, quemadmodum tu præcipis, contenti Idibus Mart. simus: quæ quidem nostris amicis, divinis viris, aditum ad cælum dederunt; libertatem populo R. non dederunt. Recordare tua: nonne meministi clamare

4 De hæresi Vestoriana] Quia, cum ego ad te scripsissem, Vestorianum a discessit venientem, de vestoriana satis exercitatum; ipse eos, qui pecunia studiosiores essent, quam doctrina, hæretum Vestorianum appellasti. Idem.

5 Pheriorum] Fecit Jac. Gronovius, non sic primus edidit. Gruterus Pheriorum, ceteri Pheriorum. Neutrum ita quidem explicat, ut possit intelligi. Simplex est atque apertum id quod admittit. Societas hominum ex eadem tribu ad sacra & epulas, dicebantur Pheria, & Pheria, ut notavit Maufficus ad Harprocraton, verbo πόλις. Posterior ætas dixit Pheria, quæ vox in populari sermone nostro vim eandem retinet. Strabo lib. V. narrat, Neapoli, ac vicinis in urbibus, alioque Puteolis fuisse, Græcorum institutione, Pheria, Horum quis Puteola-

nus mos esset, frustra curiositas inquireret. Tantum hinc intelligimus, aliqua fuisse ritibus, quæ Atticus fuerat cavillans. De tribulibus conviviis, quæ Romanis id erant, quod Græcis Pheria, joculari Horatius lib. I. ep. XIII. 25. Olivorum.

6 Nonquam scriptus] Quæ ad Reipublicæ administrationem magis pertinent.

7 Nonquam scriptus] Quæm Caesar nunquam in commentariis scriptis se velle retulit. Idem.

8 Non venire] Venimus enim coacti ab Antonio consule. Idem.

9 Sessionem] Moram, & ignaviam. Nam, federe, quandoque valet nihil agere, tempus otiose terere. Idem.

10 Aliorum brutorum] Non M. Bruti, non D. Bruti, sed aliorum qui vere sunt bruti, id est, insidiosi & stupidi. Bosius.

te, omnia periisse, si ille funere elatus esset? Sapienter id quidem: itaque ex eo quae manarint vides. Quae scribis Kal. Junias Antonium de provinciis relaturum, ut & ipse Gallias habeat, & utrisque dies prorogetur: licebitne decerni libere? Si licuerit, libertatem esse recuperatam letabor: si non licuerit; quid mihi attulerit ista domini mutatio praeter latitium, quam oculis cepi iusto interitu tyranni? Rapinas scribis ²¹ ad Opis fieri: quas nos quoque tum videbamus. Nae nos & liberati ab egregiis viris, nec liberi sumus: ita laus illorum est, culpa nostra. Et hortaris me, ut historias scribam? ut colligam tanta eorum scelera, a quibus etiam nunc obsidemur? Poterone eos ipsos non laudare, qui te ²² obsequatorem adhibuerunt? Nec mehercule me raudisculum movet: sed homines benevolos, qualescunque sunt, grave est insequi contumelia. Sed de omnibus meis consiliis, ut scribis, existimo exploratius nos ad Kalendas Junias statuere posse: ad quas adeo, & omni ope, atque opera enitar, adjuvante me scilicet auctoritate tua, & gratia, & summa aequitate causa, ut de Buthrotis senatus-consultum quale scribis, fiat. Quod me cogitare jubes, cogitabo equidem: etsi tibi dederam superiore epistola cogitandum. Tu autem, quasi jam recuperata Republica, ²³ vicinis tuis Massiliensibus sua ²⁴ reddis. Haec armis, quae, quam firma habeamus ignoro, restitui fortasse possunt, auctoritate non possunt.

²¹ Ad Opis] Antonius Caesaris pecunias, in Opis templo positas, ad se transtulit. Vide Philipp. I. & II. Manu.

²² Obsequatorem] Ciceroni aliquid testimonio restitutum fuerat a quibusdam, qui Caesaris partes forebant; quod intellexerat ab Attico, qui adhibitus fuerat ad obliganda eorum testamenta. Ea ergo beneficium cum illis observatum esset, non poterat illos in historiis non laudare, nisi omnino ingratus videri vellet. *Bohus.* Vide supra ep. 3.

²³ Vicinis tuis] Massilienses vicini dicuntur Attici, vel quod Atticus praedium aliquod in Allobrogibus aut Gallia propter Massiliensium fines possideret, vel, quod magis puto, quod Massiliensium legati in vicinia aedium Attici in urbe versarentur, & domum conductam haberent. *J. F. Gronov.*

²⁴ Reddis] Ita de his scribis, quasi praedium hunc sit ut illis adempta a Cesare, senatus-consulto restituantur. *Bohus.* XIII. 25. *Idem.*

CICERO ATTICO SAL.

XV. **E**PISTOLA brevis, quae postea a te scripta est, sane mihi fuit iacunda. De Bruto ad Antonium, & de ejusdem ad te literis, posse videntur esse meliora, quam adhuc fuerunt. Sed nobis ubi sumus, & quo jam nunc nos conferamus, providendum est. O mirificum Dolabellam meum! jam enim dico meum; antea, crede mihi, subdubitabam. Magnam ¹ *ἡνὶ θεῶν* res habet: ² de saxo; ³ in cruce; columnam tollere; locum illum sternendum locare. Quid quaeris? heroica; sustulisse mihi videtur simulationem desiderii, adhuc quae serpebat in dies, & inveterata, verebar, ne periculosa nostris tyrannocionis esset. Nunc prorsus assentior tuis literis, speroque meliora: quanquam istos ferre non possum, qui, dum se pacem velle simulant, ⁴ acta nefaria defendant. Sed ⁵ non possunt omnia simul. Incipit res melius ire, quam putaram. Nec vero discedam, nisi cum tu me id honeste putabis facere posse. Bruto certe meo nullo loco deero: idque etiam si mihi cum illo nihil fuisset, facerem propter ejus singulari, incredibilemque virtutem. Piliae nostrae villam totam, quaeque in villa sunt, trado, in Pompejanum ipse proficiscens Kalend. Majis. Quam velim Bruto persuadeas, ut Astura sit.

¹ *ἡνὶ θεῶν*] Animadversionem. eos Dolabella, de saxo Capitolino deiecit: ² De saxo] Sabaudi, praecitoare eos, qui sercos in cruce inquit. *Idem.* ³ In cruce] Tollere. Nam ex illa ferre non possum. ⁴ Acta] Caesaris. *Idem.* ⁵ Non possunt] Explicari eodem tempore ditiorum manu, qui liberi homines fuerunt, omnia non possunt. *Idem.*

CICERO ATTICO SAL.

XVI. **Q**UINTO Non. conscendens ab hortis Cluvianis in phaselum ¹ epicopum has dedi literas, cum Piliae nostrae villam ad Lucrinum, villicosque, & procuratores tradidisset. Ipse autem eo die in Partii nostri ² tyrotarichum im-

¹ Epicopum] Qui remis agitatur. ² Tyrotarichum] Obsonium, ex casco & salamentis. Vide Fam. IX. 16.

minebam; perpaucis diebus in Pompejanum: post in hæc Pa-
teolana, & Cumana regna renavigaro. O loca cateroqui val-
de expetenda, interpellantium autem multitudine pene fugien-
da! Sed ad rem ut veniam, o Dolabella nostri magnam
³ *desiderio!* quanta est *vis desiderii?* Equidem laudare eum &
hortari non desisso. Recte tu omnibus epistolis significas, quid
de re, quid de viro sentias. Mihi quidem videtur Brutus nos-
ter jam vel coronam auream per forum ferre posse: quis e-
nim audeat violare, proposita cruce, aut saxo? præsertim
tantis plausibus, tanta approbatione infimorum? Nunc, mi
Attice, me fac ut expedias. Cæpio, cum Bruto nostro affa-
tim satisfecerim, excurrere in Græciam. Magni interest Cice-
ronis, vel mea potius, vel mehercule utriusque, me interve-
nire discenti. Nam epistola Leonidæ, quam ad me misisti,
quid habet, quæso, in quo magnopere lætemur? Nunquam
ille mihi satis laudari videbitur, cum ita laudabitur, ⁴ *quo-*
modo nunc est. Non fidentis hoc testimonium, sed potius ti-
mentis. Herodiæ autem mandaram, ut mihi ⁵ *quædam* scriberet:
a quo adhuc nulla litera est. Vereor, ne nihil habue-
rit, quod mihi, cum cognossem, jucundum putaret fore.
Quod ad Xenonem scripsisti, valde mihi gratum est: nihil e-
nim deesse Ciceroni, cum ad officium, tum ad existimationem
meam pertinet. Flammam Flaminium audio Romæ esse. Ad
eum scripsi, me tibi mandasse per literas, ut ⁶ de Montani
negotio cum eo loquerere; & velim cures epistolam, quam
ad eum misi, reddendam; & ipse, quod commodo tuo fiat,
cum eo colloquere. Puto, si quid in homine pudoris est,
præstaturum eum, ⁷ ne pro se quodam modo dependatur.
De Attica pergratum mihi fecisti, quod curasti, ut ante sci-
rem recte esse, quam non belle fuisse.

³ *Aperitas*] Perclarum facinus.

⁴ *Quomodo nunc est*] Verba Leonidæ, qui
ita scribebat: quomodo nunc est, Cicero fi-
lius laudandus est: adhuc laudandus est, ad-
huc eum nos possum non laudare: aut nunc
simile. Ep. 18. hujus libri, & ep. 17. lib.
XV. Corrad.

⁵ *Quædam alia*] Per solum, singillatim.

⁶ *De Montani negotio*] Quid significet li-
pse declarat ep. 61. lib. XII. Manut.
⁷ *Ne pro se sit.*] Puto fore, ut ipse sol-
vat quod Flanco, debet: non ut Montanus
pro pro illo dependat. Idem.

CICERO ATTICO SAL.

XVII. **I**N Pompejanum veni v. Nonas Maj. cum pridie, ut
antea ad te scripsi, Piliam in Cumano collocavissem.
Ibi mihi cœnanti literæ tuæ sunt redditæ, quas dederas De-
metrio liberto prid. Kal. in quibus multa sapienter, sed ta-
men talia, quemadmodum tute scribebas, ut omne consilium
in fortuna positum videretur. Itaque his de rebus ex tempo-
re, & coram. De Buthrotio negotio, utinam quidem Anto-
nium conveniam: multum profecto proficiam: sed non arbi-
trantur eum a Capua declinaturum: quo quidem, metuo, ne
magno Reipublicæ malo venerit: quod idem L. Cæsari vide-
batur, quem pridie Neapoli affectum graviter videram. Quan-
obrem ista nobis ad Kal. Jun. tractanda & perficienda sunt.
Sed hætenus. Q. filius ad patrem acerbissimas literas misit:
quæ sunt ei redditæ, cum venissemus in Pompejanum; qua-
rum tamen erat caput, *Aquilam novercam non esse laturum.*
Sed hoc tolerabile fortasse: illud vero? *Se ab Cæsare habuisse*
omnia, nihil a patre, reliqua sperare ab Antonio. O perditum
hominem! sed ¹ *μελίσσει.* Ad Brutum nostrum, ad Cassium,
ad Dolabellam epistolas scripsi. Earum exempla tibi misi,
non ut deliberarem reddendane essent, (plane enim judico es-
se reddendas) sed quod non dubito, quin tu idem existima-
turus sis. Ciceroni meo, mi Attice, suppeditabis quantum vi-
debitur, meque hoc tibi onus imponere patiere. Quæ adhuc
fecisti, mihi sunt gratissima. Librum meum illum ² *πιστόδοτον*
nondum, ut volui, perpolivi. Ista vero, quæ tu contexi vis,
aliud quoddam separatam volumen expectant. Ego autem
(credas mihi velim) minore periculo existimo contra illas
nefaras partes, vivo tyranno, dici potuisse, quam mortuo:
ille enim nescio quo pacto ferebat me quidem mirabiliter.
Nunc, quacunq; nos commovimus, ad Cæsaris non modo
acta, verum etiam cœpitata revocamur. De Montano, quo-
niam Flamma venit, videbis. Puto rem meliore loco esse debere.

Tom. VIII.

E e e e

CI-

¹ *Μελίσσει*] Ipse videtur, ipse cogitet. ² *Πιστόδοτον*] Non editum.

CICERO DOLABELLÆ COS. SUO S.

ETSI contentus eram, mi Dolabella, tua gloria, fati-
que ex ea magnam lætitiã voluptatemque capiebam:
tamen non possum non confiteri, cumulari me maximo gau-
dio, quod vulgo hominum opinio socium me adscribat tuis
laudibus. Neminem conveni, (convenio autem quotidie plu-
rimos: sunt enim permulti optimi viri, qui valetudinis causa
in hæc loca veniant; præterea ex municipiis frequentes neces-
sarii mei) quin omnes, cum te summis laudibus ad cælum
extulerunt, mihi continuo maximas gratias agant. Negant e-
nim se dubitare, quin tu meis præceptis, & consiliis obtem-
perans, præstantissimum te civem, & singularem Consulem
præbeas. Quibus ego quanquam verissime possum respondere,
te, quæ facias, tuo iudicio, & tua sponte facere, nec cuius-
quam egere consilio: tamen neque plane assentior, ne immi-
nuam tuam laudem, si omnia a meis consiliis profecta videat-
ur; neque valde nego. Sum enim avidior, etiam quam sa-
tis est, gloriæ. Et tamen non alienum dignitate tua, quod
ipse Agamemnoni, regum regi, fuit honestum, habere aliquem
in consiliis capiendis Nestorem: mihi vero gloriosum, te ju-
venem Consulem, florere laudibus quasi alumnum disciplinæ
meæ. L. quidem Cæsar, cum ad eum ægrotum Neapolim ve-
nisssem, quanquam erat oppressus totius corporis doloribus, ta-
men antè, quam me plane salutavit, O mi Cicero, inquit,
gratulor tibi, cum tantum vales apud Dolabellam, quantum
si ego apud tororis filium valerem, jam salvi esse possemus.
Dolabellæ vero tuo & gratulor, & gratias ago: quem qui-
dem, post te Consulem, solum possumus vere Consulem di-
cere. Dein multa de facto, ac de re gesta. Tum nihil ma-
gnificentius, nihil præclarior actum unquam, nihil Reipubli-
cæ salutaris: atque hæc una vox omnium est. A te autem
peto, uti me hanc quasi falsam hereditatem alienæ gloriæ si-
nas cernere, meque aliqua ex parte in societatem tuarum lau-
dum

1. *Epist. J. Legitur Fam. IX. 14.*

dum venire patiari. Quanquam, mi Dolabella, (hæc enim
jocatus sum) libentius omnes meas, si modo sunt aliqua meæ
laudes, ad te transfuderim, quam aliquam partem exhaulerim
ex tuis. Nam cum te semper tantum dilexerim, quantum tu
intelligere potuisti; tum his tuis factis sic incensus sum, ut
nihil unquam in amore fuerit ardentius. Nihil est enim, mi-
hi crede, virtute formosius, nihil pulchrius, nihil amabilius.
Semper amavi, ut scis, M. Brutum, propter ejus summum
ingenium, suavissimos mores, singularem probitatem atque
constantiam: tamen Idibus Mart. tantum accessit ad amorem,
ut mirarer locum fuisse augendi in eo, quod mihi jampridem
cumulatam etiam videbatur. Quis erat, qui putaret ad eum
amorem, quem erga te habebam, posse aliquid accedere?
tantum accessit, ut mihi nunc denique amare videar, antea
dilexisse. Quare quid est, quod ego te hortor, ut dignitati
& gloriæ servias? proponam tibi claros viros, quod facere so-
lent, qui hortantur? neminem habeo clariorem, quam te ip-
sum. Te imitere oportet, tecum ipse certes. Ne licet qui-
dem tibi jam, tantis rebus gestis, non tui similem esse. Quod
cum ita sit, hortatio non est necessaria; gratulatione magis
utendum est. Contigit enim tibi, quod haud scio an nemi-
ni, ut summa severitas animadversionis non modo non invi-
diosa, sed etiam popularis esset, & cum bonis omnibus, tum
infimo cuique gratissima. Hoc si tibi fortuna quadam contigis-
set, gratularer felicitati tuæ: sed contigit magnitudine cum a-
nimi, tum etiam ingenii, atque consilii. Legi enim concio-
nem tuam. Nihil illa sapientius. Ita pedetentim & gradatim
tum accessus ad causam facti, tum recessus, ut res ipsa ma-
turitatem tibi animadvertendi omnium concessu daret. Libera-
sti igitur & urbem periculo, & civitatem metu: neque solum
ad tempus maximam utilitatem attulisti, sed etiam ad exem-
plum facti. Intelligere debes, in te positam esse Remp. tibi-
que non modo tuendos, sed etiam ornandos illos viros, a qui-
bus initium libertatis profectum est. Sed his de rebus coram
plura propediem, ut spero. Tu, quoniam Remp. nosque con-
servas, fac, ut diligentissime te ipsum, mi Dolabella, custodias.

CICERO ATTICO SAL.

XVIII. SÆPIUS me jam agitas, quod rem gestam Dolabellæ nimis in cælum videar efferre. Ego autem, quanquam sane probo factum, tamen ut tantopere laudarem, adductus sum tuis unis, & alteris literis. Sed totum se a te abalienavit Dolabella, ea de causa, qua me quoque sibi inimicissimum reddidit. O hominem pudentem! Kalend. Jan. debuit; adhuc non solvit, præsertim cum se maximo ære alieno¹ Faberii manu liberarit, & opem ab eo perierit. Licet enim joculari, ne me valde conturbatum putes. Atque ego ad eum VIII Idus literas dederam bene mane: eodem autem die tuas literas vesperti acceperam in Pompejano, sane celeriter, tertio abs te die. Sed, ut ad te eo ipso die scripseram, satis aculeatas ad Dolabellam literas dedi: quæ si nihil profecerint, puto fore, ut me præsentem non sustineat. Albianum te confecisse arbitror. De Petulciano nomine, quod² mihi suppeditatus es, gratissimum est, & simile tuorum omnium. Sed ego Erotem ad ista expedienda factum mihi videbar reliquisse: cuius non sine magna culpa vacillarant. Sed cum ipso videro. De Montano, ut sæpe ad te scripsi, erit tibi tota res curæ. Servius proficiscens, quod desperanter tecum locutus est, minime miror; neque ei quidquam in desperatione concedo. Brutus noster, singularis vir, si in Senatam non est Kal. Junii venturus, quid facturus sit in foro, nescio. Sed hoc ipse me-

¹ Faberii] Fuerat Cæsaris scriba, cuius manu Antonius abutebatur, & pro lubitu murabat aut addebat in Cæsaris Commentariis, qua occasione Dolabella magnam partem ejus pecunie, quam Cæsar in templo Opis custodire causa deposuerat, accepit, quasi a Cæsare ipsi adscriptam & attributam: cum tamen id Antonius manu Faberii scribere effecisset quo collegam magno ære alieno præstitum sibi obnoxium fidumque faceret. Hinc locus Ciceronis, Dolabellam se maximo ære alieno Faberii manu liberasse, & Opem ab eo perisse. Meminit ep. 14. lib. XVI. & in Philippicis. Popsma.

² Mihi suppeditatus es] Pro, mihi suppeditasti. Si tamen locus vacat mendo. Nam, Suppedijor, cum agendi significacione, injuratum. Ideo legendum putabat Montagnanus, Suppediatus es: pro subvenisti, tulisti opem: quo verbo Appulejus usus est. Manu. Et hic locus a me est integer. Quod tu, inquit, mihi reus debeodi suppeditatus es in locum Petulcii, & quod te ipse delegari ultro ab ipso voluisti in meum commodum, gratissimum est. Gr. Junias. Edidit Lamb. Quod quida abire suppeditatum est; verum, ut lateret ipse, ex ingenio.

melius. Ego ex his quæ parari video, non multum Idibus Martiis profectum judico. Itaque de Græcia quotidie magis & magis cogito. Nec enim Bruto meo, exilium, ut scribis ipse, meditati, video quid prodesse possim. Leonide me literæ non satis delectarunt. De Herode tibi assentior.³ Saufseji legisse vellem. Ego ex Pompejano VI Idus Maj. cogitabam.

³ Saufseji legisse] Supple, epistolam.

CICERO ATTICO SAL.

XIX. NON. Maj. cum essem in Pompejano, accepi binas a te literas, alteras sexto die, alteras quarto. Ad superiores igitur prius. Quam mihi jucundam, opportune tibi Barnæum literas reddidisse. Tu vero cum Cassio, ut cætera. Quam commode autem, quod id ipsum quod me moenes, quadrudo ante ad eum scripseram, exemplumque mearum literarum ad te miseram. Sed cum Dolabellæ¹ literis (sic enim tu ad me scripseras) magna desperatione affectus essem; ecce tibi & Bruti, & tuæ literæ. Ille exilium meditari. Nos autem² alium portum propiorem huic ætati videbamus; in quem mallet equidem pervahi florente Bruto nostro, constitutaque Republica: sed nunc quidem, ut scribis, non utrumvis: assentiris enim mihi, nostram ætatem a castris, præsertim civilibus, abhorrere. Antonius ad me tantum de Clodio rescripsit, meam lenitatem & clementiam & sibi esse gratam, & mihi voluptati magnæ fore. Sed Pansa firere videtur de Clodio, itemque de Dejotaro; & loquitur severe, si velis credere. Illud tamen non belle, ut mihi quidem videtur, quod factum Dolabellæ vehementer improbat,³ De coronatis, cum fororis tuæ filius a patre accusatus esset, rescripsit se coronam habuisse honoris Cæsaris causa; posuisse lu-

¹ A'ncio] Defectu solutionis.

² Alius portum] Mors portus proximus senectuti. Bene Cato Senex: Mors mihi quidam tam jucunda est, ut quo propius ad mor-

tem accedam, quasi terram videre viderem, ali-quantisque in portum ea longa navigatione esse venturum, Popsma.

³ De coronatis] Supra, epist. 14.

luctus gratia: postremo, se libenter vituperationem subire, quod amaret etiam mortuum Caesarem. Ad Dolabellam, quemadmodum tibi dicis placere, scripsi diligenter: ego etiam ad Sicam: tibi hoc oneris non impono: nolo te illum irarum habere. Servii orationem cognosco: in qua plus timoris video, quam consilii. Sed quoniam perterriti omnes sumus, assentio Servio. Publius tecum tricatus est. Huc enim Caerellia missa ab istis est legata ad me; cui facile persuasi, mihi id, quod rogaret, ne licere quidem, non modo non lubere. Antonium si videro, accurate agam de Buthroto. Venio ad recentiores literas: quanquam de Servio jam rescripti. ⁴ Me facere magnam Dolabella. Mihi mehercule ita videtur, non potuisse major tali re, talique tempore: sed tamen, quidquid ei tribuo, tribuo ex tuis literis. Tibi vero assentior, majorem ejus fore, si mihi, quod debuit, dissolverit. Brutus, velim, sit Astura. Quod autem laudas me, quod nihil ante de profectioe constituam, quam, ista quo evasura sint, videro, muto sententiam: neque quidquam tamen ante, quam te videro. Atticam meam gratias mihi agere de matre gaudeo: cui quidem ego totam villam, cellamque tradidi; eamque cogitabam v. Idus videre. Tu Atticæ salutem dices: nos Piliam diligenter tuebimur.

⁴ *Item*] Dolabellam.

⁵ *Ab istis*] Publio, matre, & sorore. Missa, ut ageret cum eo de reduenda Publiia. Epist. 43. lib. XIII. & 1. lib. XV. *Maurus*.

⁶ *Me facere*] Hac cum interrogatione lego. Respondet enim Attico scribenti, factum

illud Dolabellæ ea possimum de causa magnum videri, quod ipse id laudando magnum faceret. Itane scribis, inquit, me laudatione mea magnam facere Dolabellæ? *Bosus*. Interrogandi nota potuit carere hic locus.

⁷ *Idæto*] Actionem.

CICERO ATTICO SAL.

XX. **E** POMPEJANO navi advectus sum in Luculli nostri hospitium vi Idus, hora fere tertia: egressus autem e navi, accepi tuas literas, quas tuus tabellarius in Cumanum

¹ *Tuas literas*] Legendum forte: duas literas. Mox enim dicit, persolvi primæ epistolæ. Venio ad secundam. Et paulo post: *Ec-*

nis ad tertiam, que videtur fuisse illa, quam reddidit Lucullus, Nis. Rubinius.

num attulisse dicebatur, Nonis Maj. datas: a Lucullo postridie eadem fere hora, qua veni, vii Idus Lanuvio datas. Audi igitur ad omnes. Primum, quæ de re mea gesta & in solutione, & in Albiano negotio, grata. De tuo autem Buthroto, cum in Pompejano essem, Misenum venit Antonius: inde ante discessit, quam illum venisse audissem: a quo in Stannium: vide, quid speres. Romæ igitur de Buthroto. ³ L. Antonii horribilis concio, Dolabella præclara. Jam vel sibi habeat nummos, modo numeret ⁴ Idibus. ⁵ Tertullæ mollem abortum. Tam enim Cassii sunt jam, quam Brati ferendi. De ⁶ regina velim, atque etiam de ⁷ Cesare illo. Persolvi primæ epistola: venio ad secundam. ⁸ De Quintis, ac Buthroto, cum venero, ut scribis. Quod Ciceroam suppeditas, gratum. Quod errare me putas, qui Rempublicam putem pendere e Bruto: sic se res habet. Aut nulla erit, aut ab isto ititise fervabitur. Quod me hortaris, ut ⁹ scriptam concionem mittam; accipe a me, mi Attice ¹⁰ καὶ πολὺν ὄντο θέρων καὶ ἐξω καrum rerum, in quibus satis exercitati sumus. Nemo unquam neque poeta, neque orator fuit, qui quemquam meliorem quam se arbitraretur. Hoc etiam malis contingit. Quid tu Bruto putas, & ingenioso, & erudito? de quo etiam experti sumus nuper ¹¹ in edicto. Scripseram rogatu tuo. Meum mihi placebat, illi suam. Quin etiam, cum ipsius precibus pene adductus scripseram ad eum ¹² de optimo genere dicendi, non modo mihi, sed etiam tibi scripsit, sibi illud, quod mi-

² *Quid speres*] Hoc non ad Buthrotum, sed ad rempublicam referre. Nam Antonius curabat huc illuc, ut agros veteranis divideret, quibus beneficio derivandi uteretur adjutoribus ad omnia. Vide supra, ep. 17. *Maurus*.

³ *L. Antonii*] Qui tribunus erat plebis, Marci frater. *Idem*.

⁴ *Idibus*] Quibus fiebat pecuniæ debitæ solutio cum usuris. Horatius: *Omnes relegit Idibus pecuniam*. *Popma*.

⁵ *Tertullæ*] Junis Tertiz, uxoris Cassii, sororis Bruti. *Idem*.

⁶ *Regina*] Cleopatra, supra, ep. 8.

⁷ *Cesare*] Quem Cæsarionem, Cleopatra vocabat. *Dion. lib. XLVII. Cerr*.

⁸ *De Quintis*] De Quinto Ciceroe matre, inquit, & de Quinto ejus filio, de Buthroto etiam tuo videtur, cum venero. *Bosus*.

⁹ *Scriptam*] A me, sed tanquam a Bruto in Capitolio habitam epist. 1. & 3. l. XV. vel habendam paulo post. *Cerveter*.

¹⁰ *Καὶ πολὺν ὄντο θέρων*] Regiam generalem.

¹¹ *In edicto*] Brutus edictum composuit, quo postulat ab Antonio consule, ut sibi & Cassio prætoribus liceret ab urbe abesse: quod leges verabant. Quibus ille item edicto respondit mîmici, & contumeliosus. Epist. 3. lib. XI. Fam. *Maurus*.

¹² *De optimo*] Finitus libri quem ad Brutum scripsit, quique erat, *Orator*.

mihî placeret, non probari. Quare sine quaeso sibi quemque scribere. *Suam cuique sponsam, mibi meam; suum cuique amorem, mibi meum.*¹³ Non scite: hoc enim Atilius, poeta durissimus. Atque utinam liceat isti concionari; cui si esse in urbe tuto licebit, vicinus: ducem enim novi belli civilis aut nemo sequetur, aut ii sequentur, qui facile vincantur. Venio ad tertiam. Gratas fuisse meas literas Bruto, & Cassio gaudeo: itaque iis rescripti. Quod Hirtium per me meliorem fieri volunt: do equidem operam; & ille optime loquitur: sed vivit, habitatque cum Balbo, qui item bene loquitur. Quid credas, videris. Dolabellam valde placere tibi video: mihi quidem egregie. Cum Pansa vixi in Pompejano. Is plane mihi probabat se bene sentire, & cupere pacem. Causam armorum quari plane video. Edictum Bruti & Cassii probo. Quaris, ut suscipiam cogitationem, quidnam istis agendum putem: consilia temporum sunt; quæ in horas commutari vides. Dolabella & prima illa actio, & hæc contra Antonium concio mihi profecisse permultum videtur. Prorsus¹⁴ ibat res. Nunc autem videmur habituri ducem: quod unum municipia bonique desiderant. Epicuri mentionem facis, & audes dicere, *μη πολυτροχῶδες*? non te Bruti nostri vulticulus ab ista oratione deterret? Q. filius, ut scribis, Antonii est dextera. Per eum igitur,¹⁵ quod volumus, facile auferemus. Exspecto, si, ut putas, L. Antonius¹⁷ produxit Octavium, qualis¹⁸ concio fuerit. Hæc scripsi citatim: statim enim Cassii tabellarius. Eram continuo Piliam salutaturus: deinde ad epulas Vestorii, navicula. Atticæ plurimam salutem.

¹³ Non scite] Non elepante.

¹⁴ Ibat res] Erat, cur bene speraremus.

¹⁵ Incipit res melius ire. Man.

¹⁶ Μη πολυτροχῶδες] Accedendum non esse ad Rempublicam.

¹⁷ Quod volumus] Impetrare de Buthroto ab Antonio ep. 23. huj. lib. Carr.

¹⁸ Produxit] In concionem ut tribunus

plebis, nam Tribuni plebis in concionem

sæpe producebant (Orat. in Vatini) cum concionem habere privato non liceret, nisi magistratus aliquis dedisset.

Octavianum postea produxit Caninius Tribunus pl. Dion. lib. XLV. Idem.

¹⁸ Concio] Octavii ipsius. Idem.

CICERO ATTICO SAL.

XXI. CUM paulo ante dedissem ad te Cassii tabellario literas, v Idus venit noster tabellarius, & quidem portenti familie, sine tuis literis. Sed cito conieci Lanuvii te fuisse. Eros autem festinavit, ut ad me literæ Dolabellæ perferrentur, non de te mea (nondum enim meas acceperat) sed rescriptis ad eas quarum exemplum tibi miseram, sane luculente. Ad me autem, cum Cassii tabellarium dimissem, statim Balbus: O dii boni, quam facile perspiceres timere otium! & nosti virum: quam testus: sed tamen Antonii consilia narrabat; illum circumire veteranos, ut acta Caesaris fanerent: idque se facturos esse jurarent, ut rata omnes haberent: eaque Duumviri omnibus mensibus inspicerent. Questus est etiam de sua invidia; eaque omnis ejus oratio fuit, ut amare videretur Antonium. Quid quaris? nihil sinceri. Mihi autem non est dubium, quin res spectet ad castra. Acta enim illa res est animo virili; consilio puerili. Quis enim hoc non vidit, regni heredem relictum? quid autem absurdum? Hoc *metuere, alterum in metu non ponere?* Quin etiam hoc ipso tempore multa? *υποσολοιμα*.³ Pontii Neapolitanum a matre tyrannotonni possideri? Legendus mihi lapsus est. Cato major, ad te missus. Amariorem enim me senectus facit: stomachor omnia. Sed mihi quidem *βελωτα*: viderint juvenes. Tu mea curabis, ut curas. Hæc scripsi, seu dictavi, apposita secunda mensa apud Vestorium. Poltridie apud Hirtium cogitabam: & quidem *περὶ λοπτο*. Sed hominem traducere ad optimates

Tom. VIII.

F f f f

pa-

¹ Hoc metuere] Senarius est ex veteri quadam poeta sumptus, quem Cicero læge ad-

ducit suppresso auctoris nomine. *Bofus*.

² *υποσολοιμα*] Subabsurdum.

³ Pontii] Fuit Pontius Asula inter Caesaris conjuratos, qui postea Mutinensi pre-

lio cecidit, ut est etiam in epistola quadam

Pollionis: *Ibi Hirtium quoque perisse & Pon-*

tium Aquilam, ut hinc fortasse hoc gradum

Caesaris hactæ subiectum sit, quod ille Ser-

villæ matri Bruti dederit: cui amplissima

prædia ex auctionibus hactæ nummo addidit.

ut Suetonius tradidit. *Γραεικῶτες* nunc, &

subabsurdum videatur Ciceroi, Bruti matrem

prædia ejus possidere, quem hinc præclaris il-

lius facinoris socium habuerit. *Viborius*.

⁴ Cato major] De senectute.

⁵ *βελωτα*] Vita transacta est.

⁶ *Ηιρτιδωρον*] Qui de quibus *Ισπερθε*. Ita

vocare Hirtium videtur, qui de quinque Cæ-

sarianis restabat unus, quem ad optimates

traducere possent; quanquam alii aliter. *Er-*

nesius.

paro. ⁷ ἄψο πολὺς. Nemo est istorum, qui otium non timeat. Quare talaria videamus. Quidvis enim potius, quam castra. Atticæ salutem plurimam velim dicas. Exspecto Ostarvii concionem, & si quid aliud; maxime autem ecquid Doblabbella ⁸ tinniat: ⁹ an in meo nomine tabulas novas fecerit.

⁷ ἄψο πολὺς] Nugas multas.
⁸ Tinniat] An pecuniam otiosi debitam annumeret; qua tinnire ac sonare solet. J. F. Gronov.

⁹ An in meo nomine] An propter pecuniam, quam mihi debet, legem tulit de tabulis novis: qua creditæ pecunie debitoribus condonabantur. Manut.

CICERO ATTICO SAL.

XXII. CERTIOR a Pilia factus, mitti ad te Idibus tabularios, statim hoc nescio quid exaravi. Primum igitur scire te volui, me hinc Arpinum XVI Kalend. Jun. Eo igitur mittes, si quid erit posthac: quanquam ipse jam jamque adero. Cupio enim ante, quam Romam venio, odorari diligentius, quid futurum sit. Quanquam vereor, ne nihil conjectura aberrem: minime enim obscurum est, quid isti moliantur: (meus vero ¹ discipulus, qui hodie apud me cenat, valde amat illum, quem Brutus noster sauciavit:) & si quæris, (perpexi enim plane) timent otium: ² ὑποβῆσιν autem hanc habent, camque præ se ferunt, virum clarissimum interfectum, totam Rempublicam illius interitu perturbatam: irrita fore, quæ ille egisset, simul ac desitemus timere: clementiam illi malo fuisse: qua si usus non esset, nihil ei tale accidere potuisset. Mihi autem venit in mentem, si Pompejus cum exercitu firmo veniat, quod est ³ ἔλεος, certe fore bellum. Hæc me species cogitatioque perturbat: neque enim jam, ⁴ quod tibi tum licuit, nobis nunc licebit. Nam aperte lætari sumus. Deinde habent in ore, nos ingratos. Nullo modo licebit, quod tum & tibi licuit, & multis. ⁵ φρωσφοσωνητός ergo, & ⁶ ἴπῳ in castra? milles mori melius, huic præ-

¹ Discipulus] Hirtius, Hirtium & Dolabellam dicendi discipulus habet. Fam. IX. 16.
² ὑποβῆσιν] Prætextum, occasionem.
³ ἔλεος] Conscientaneum.
⁴ Quod tibi tum licuit] Cæsaribus bello, ut

neutram partem sequeretur. Manut.
⁵ φρωσφοσωνητός] Levato velo, posita dissimulatione, agendum.
⁶ ἴπῳ] Eundem.

ferim ætati. Itaque me Idus Mart. non tam consolantur, quam antea: magnum enim mendum continent. Etsi illi juvenes:

⁷ ἄλλοις ἐν ἰσθμῶν τῶν ἐπαθῆντα λόγῳ.

Sed, si tu melius quippiam speras, quod & plura audis, & interes consiliis; scribas ad me velim, simulque cogites, quid agendum nobis sit super legatione votiva. Equidem in his locis moneor a multis, ne in Senatu Kalend. Dicuntur enim occulte milites ad eam diem comparati, & quidem ⁸ in istos; qui mihi videntur ubivis tutius, quam in Senatu, fore.


⁷ ἄλλοις ἐν ἰσθμῶν] Alii in hanc causam non pertinent. Manut. effugiunt usurpationem. Hoc dicit: ita de ⁸ ἴπῳ] Brutum, & Cassium. republica meriti sunt, ut ad eos hoc dede-



EPISTOLARUM
AD ATTICUM

LIBER XV.

CICERO ATTICO SAL.

I.  FACTUM male de ¹ Alexione! Incredibile est, quanta me molestia affecerit; nec mehercule ex ea parte maxime, quod plerique ² mecum: Ad quem igitur te medicum confertes? Quid mihi jam medico? aut si opus est, tanta inopia est? Amorem erga me, humanitatem, suavitatemque desidero. Etiam illud: quid est, quod non pertimescendum sit; cum hominem temperantem, summum medicum, tantus improvise morbus oppresserit? Sed ad hæc omnia una consolatio est, quod ea conditione nati sumus, ut nihil, quod homini accidere possit, reculare debeamus. De Antonio, jam antea tibi scripsi, non esse enim a me conventum. Venit enim Misenum, cum ego essem in Pompejano: inde ante profectus est, quam ego eum venisse cognovi. Sed casu, cum legerem tuas literas, Hirtius erat apud me in Puteolano: ei legi; & egi: ³ primum quod attinet, nihil mihi concedebat: deinde ad summam, arbitrum me statuebat non modo hujus rei, sed totius Consulatus sui. Cum Antonio autem sic agemus, ut perspiciat, si in eo negotio nobis satisfecerit, totum me futurum suum. Dolabellam spero domi esse. Redeamus ad ⁴ nostros; de quibus tu bonam spem te significas habere propter ⁵ edictorum humanitatem. Ego autem

per-

¹ Alexione] Medico, qui perierat. nihil mihi concedebat, æque atque ego curare videbatur. *Peponis.* Eadem de re supra. *XIV. 30.*
² Mecum] Loquuntur. *Corrad.*
³ Primum quod attinet] Quod pertinet ad primum caput epistolæ tuæ, scilicet de te.
⁴ Nostros] Brutum & Cassium. *Mæc.*
⁵ Edictorum] Vide *Fam. XI. 3.*

perspexi, cum a me xvii Kalend. de Puteolano Neapolim Pante conveniendi causa proficisceretur Hirtius, omnem ejus sentum. Seduxi enim, & ad pacem sum cohortatus. Non poterat scilicet negare, se velle pacem: sed non minus se nostrorum arma timere, quam Antonii: & tamen utrosque non sine causa præsidium habere; se autem utraque arma metueret. Quid quaris? ⁶ *ὄχι οὐδὲν.* De Q. filio tibi affertur: patri quidem certe gravissimæ, & bellissimæ tuæ literæ fuerunt. Cærelliæ vero facile satisfeci: nec valde laborare mihi visa est: & si illa, ego certe non laborarem. ⁷ Istam vero, quam tibi molestam scribis esse, auditam a te esse omnino demiror. Nam quod eam collaudavi apud amicos; audientibus tribus filiis ejus, & filia, ⁸ *ὃ δὲ τὰυτὸ ἐν τῷ αὐτῷ:* ⁹ quid est hoc? Quid est autem, cur ego personatus ambulem? parumne fœda persona est ipsius senectutis? Quod Brutus rogat, ¹⁰ ut ante Kalendas, ad me quoque scripsit: & fortasse faciam. Sed plane quid velit, nescio: quid enim illi afferre consilii possum, cum ipse egeam consilio? & cum ille tux immortalitati melius, quam nostro otio consuluerit? De ¹¹ regina rumor extinguetur. De Flamma, obsecro te, si quid potes. Heri dederam ad te literas extensæ Puteolano, diventeramque in Cumanum. Ibi bene valentem videram Piliam. Quin etiam Baulos Cumis eam vidi: venerat enim in sinus: cui funeri ego quoque operam dedi. Cn. Lucullus, familiaris noster, matrem efferebat. Mansi igitur eo die in Sinuessiano: atque inde mane postridie Arpinum proficiscens hanc epistolam exaravi.

⁶ *ὄχι οὐδὲν*] Nihil scirei.

⁷ *Istam vero*] Fortasse Publiliæ matrem, vel ipsam Publiliam. *Corrad.*

⁸ *ὃ δὲ τὰυτὸ ἐν τῷ αὐτῷ*] *Non idem ex edictis:* elegantis sane sententia. Nam cum dixisset se eam mulierem, de qua sic agit, apud amicos collaudasse; statim subjicit se eandem probis & maledictis postea confecturam tribus ejus filiis & filia: id enim significare voluit, cum ait se non eandem ex eodem ore efflasse. Integrum procerbum non apposuit, sed ejus duntaxat partem, omittis suo more quosdam verbis, quæ facile extrinsecus assumi poterant. Explicite dixisset *ὃ τὰυτὸ ἐν τῷ αὐτῷ* copularet

*ἐκείνης, id est, non idem ex eodem ore efflavi, sed pro laudibus proba obiecti. Videtur autem allusum hoc procerbum ad fabulam Æsopiam de Satyro, qui mirabatur rusticum ex eodem ore calidum & frigidum efflare. *Boisac.**

⁹ *Quid est hoc?* Hoc a hitum est tanquam ex persona Attici, qui miraturus erat Ciceronem vituperasse, quæ paulo ante laudaverat. Est enim ingrobo viri, quod modo laudaverit, vituperare. *Idem.*

¹⁰ *Ut ante Kalend.*] Suple, veniam Romanam, vel potius Lanuvium. *Corrad.*

¹¹ *Regina*] Cleopatra. Epist. 8. lib. XIV. *Mæc.*

vi. Erat autem nihil novi, quod aut scriberem, aut ex te quarerem; nisi forte hoc ad rem putas pertinere: Brutus nos- ter misit ad me orationem suam, habitam in concione Capi- tolina; petivitque a me, ut eam¹² nec ambitiose corrigere ante, quam ederet. Est autem oratio scripta elegantissime sen- tentius, verbis, ut nihil possit ultra. Ego tamen, si illam causam habuisssem, scripsissem ardentius¹³ ὑποθέσεις. Vides, quæ sit persona dicentis. Itaque eam corrigere non potui. Quo enim in genere Brutus nos- ter esse vult, & quod iudicium habet de optimo genere dicendi, id ita consecutus est in ea oratione, ut elegantius esse nihil possit. Sed ego¹⁴ solus ali- um; sive hoc recte, sive non recte. Tu tamen velim oratio- nem legas, nisi forte jam legisti, certioreque me facias, quid iudices ipse. Quanquam vereor, ne cognomine tuo la- plus¹⁵ ἀνεπαρκῶς sis in iudicando. Sed si recordabere Δημο- σθένος fulmina, tum intelliges posse &¹⁶ ἀριζήτων gravissi- me dici. Sed hæc coram. Nunc nec sine epistola, nec cum inani epistola volui ad te Metrodorum venire.

12. Nec ambitiose] Est, non ambitiose, nul- la cum adulatione, sed libere, *Boissar.*

13. ὑποθέσεις] Argumenta.

14. Solus] Sic vulgati: sed maluit totus, & Malaspina, & Uesinus, & Grævius.

15. ἀνεπαρκῶς] *Abundantius Atticus*: hoc est, versor, ne, quia cognomen tibi est At- tico: valde propensio sis ad ea probanda, quæ sunt Attice scripta. Nam Brutus cum rationem scribendi in oratione sua secutus erat, quam Attici plerique oratores adama-

verant, id est puram, aptam ad docendum potius, quam ad movendam: quæ agnos- citur in orationibus Lyæ. Hunc igitur or- atorem & probabat Brutus, & imitabatur eum cum Cicero principem poneret, non qui uno in genere excelleret, ut Brutus, Calvus, & alii, qui se Atticos esse professabantur, sed qui parva summis, magna graviter, medio- cria temperate posset dicere. Qualis Demo- sthenes maxime fuerat. *Mansur.*

16. ἀριζήτων] Maxime Attica.

CICERO ATTICO SAL.

II. QUINTO decimo Kalendas e Sinuessano proficiscens, cum dedissem ad te literas, divertissemque a Cumis in Velciano, accepi a tabellario tuas literas: in quibus nimis multa de Buthroto. Non enim tibi ea res majori curæ aut est, aut erit, quam mihi. Sic enim decet, te mea curare, tua me. Quamobrem id quidem sic susceptum est mihi, ut nihil sim habiturus antiquius. L. Antonium concionatum esse

esse, cognovi tuis literis & aliis, sordide: sed, id quale fue- rit, nescio: nihil enim scripsisti. De Menedemo probe. Quintus certe ea dicitur, quæ scribis. Consilium meum a te pro- bari, quod ea non scribam, quæ tu a me postularis, facile patior; multoque magis id probabis, si orationem eam, de qua hodie ad te scripsi, legeris. Quæ¹ de legionibus scribis, ea vera sunt. Sed non satis hoc mihi videris tibi persuasisse, quid de Buthroto nostris per Senatum speres confici posse.² Quod puto, (tantum enim video) non videtur esse vi- cturi. Sed, si etiam nos hoc fallat, de Buthroto te non fal- let. De Octavii concione idem sentio, quod tu:³ ludorum- que ejus apparatus, & Matus, ac Postumius mihi procurato- res non placent. Saferna collega dignus. Sed isti omnes, quem- admodum sentis, non minus orium timent, quam nos arma. Balbum levare invidia per nos velim: sed ne ipse quidem id fieri posse confidit: itaque alia cogitat. Quod prima disputa- tio Tusculana te confirmat, sane gaudeo: neque enim ullum est periculum aut melius, aut paratius. Flamma quod bene loquitur, non moleste fero. Tyndaritanorum causa, de qua tam laboras, quæ sit ignoro.⁴ Hos tamen Πηλεδάριος mo- vere ista videntur, in primis erogatio⁵ pecunia. De Alexio- ne doleo: sed, quoniam incidit in ita gravem morbum, bene actum cum illo arbitror.⁶ Quos tamen secundos here- des, scire vellem, & diem testamenti.

1. De legionibus] Eas scilicet venire in It- aliam accitus Cass. Antonii, & fortasse, bel- lum bonis futurum. Sex legiones erant in Macedonia, (*Appian.* III.) a Cesare ad bel- lum Dacicum & Geticum gerendum præmis- se (*Dis.* XLV.) quas ad se Antonius pertra- xit. *J. F. Gron.*

2. Quod puto] Totus hic locus sic videtur esse constituendus: Sed non satis hoc mihi vi- deris tibi persuasisse, qui de Buthroto nostris per Senatum speres confici posse, haud puto. Quantum video, non videtur esse victuri. Sed, scitis an nos hoc fallat, de Buthroto te non fal- let. Sententia est. Ac tu ipse, qui hæc scri-

bis de legionibus, videris mihi ea non cre- dere, speras enim Buthroto periculo agri sui amittendi liberari posse a Senatu. Id e- go minime spero. Nam quantum proficere possum nihil est propius, quam ut pereamus armis Antonii. In hoc si vatus sum vates, tu rem Buthrotoam facile obtinebis. *Idem,*

3. Ludorum] Vide *Fam.* XI. 18.

4. Hos tamen] Supple, defendam.

5. Πηλεδάριος] Supra, XIV. 21.

6. Pecunia] Publicæ, quam Antonius ero- gavit ad arbitrium suum: cum ea periret ad populum Romanum. *Mansur.*

7. Quos] Supple, fecerit. *Corrad.*

CICERO ATTICO SAL.

III. UNDECIMO Kalend. accepi in Atinati duas epistolas tuas, quibus duabus meis respondisti. Una erat xv Kal. altera xii data. Ad superiorem igitur prius. Accurres in Tusculanum, ut scribis; quo me vi Kal. venturum arbitrabar. Quod scribis parendum victoribus: non mihi quidem, cui sunt multa potiora. Nam illa, quae recordaris¹ Lentulo & Marcello Coss. facta in aede Apollinis; nec causa eadem est, nec simile tempus; praesertim cum² Marcellum scribas, aliosque discedere. Erit igitur nobis coram odorandum, & constituendum, tutone Romae esse possimus. Novi conventus habitatores sane movent. In magnis enim versamur angustiis. Sed sint ista parvi. Quin & majora contemnimus. Calva testamentum cognovi, hominis turpis ac sordidi.³ Tabula Demonici quod tibi cura est, gratum. De⁴ Mario scripti jam pridem ad Dolabellam accuratissime; modo reddita litera sint. Ejus causa & cupio, & debeo. Venio⁵ ad propiorem. Cognovi de Alexione, quae desiderabam. Hirtius est tuus. Antonio quam est, volo pejus esse. De Quinto filio scribis, ut⁶ *vidis*. De patre coram agemus. Brutum omnire, qua possum, cupio juvare: cujus de oratiuncula idem te, quod me, sentire video: sed parum intelligo, quid me velis scribere, quasi a Bruto habita oratione, cum ille ediderit. Qui tandem convenit? an sic ut in tyrannum jure optimo casum? multa dicentur, multa scribentur a nobis; sed alio modo, & tempore. De sella Caesaris⁷ bene tribuni. Praecla-

¹ *Lentulo & Marcello Coss.* Illa quae acta sunt Lentulo & Marcello Consulibus non debent in exemplum trahi, ut Romani omnes boni vident, & Senatus-consulto facta negotia deest Consulibus, ut videatur, ne quid Republicae detrimenti capiat, quod actum est initio belli civilis illis Consulibus. *Bofius.*

² *Marcellum* Consularem. *Corrad.*
³ *Novi* Intelligit colonias proximis superioribus diebus ab Antonio in agrum Cam-

panum deductas. Philippo. *a. Manur.*

⁴ *Tabula* Auditoriarum.

⁵ *Mario* Hic est M. Marius, de quo ep. o. lib. II. ad Q. fr. & Fam. VII. t. Man.

⁶ *Ad propiorem* Epistolam.

⁷ *Vide* Concise dictum est pro *vide*

vidis. Significat enim a Q. filio *illidem*

malorum proficisci. Notum est proventum

habet *vidis*, *Bofius.*

⁸ *Bene tribuni* Resto factum a tribunis, qui Caesaris sellam in spectaculis apponi ve-

tue.

ros? etiam xiv ordines. Brutum apud me fuisse gaudeo: modo & libenter fuerit, & sat diu.

ruerunt. Quanquam vetuisse Antonium consulem, non tribunos, Appianus tradit: sed credendum potius Attico praesenti. De hac sella, Suetonius sic. *Amplius humanis fastigio sibi decerni passus est, sedem auream in curia, & pro tribunali coenava, & seculum*

Ciceroni pompa. Manur.

⁹ *Etiam xiv. ordines* Equites in theatro studium ergo compenditum significantes. Hi enim in xiv. ordinibus sedebant ex lege Romana theatri. *Papma.*

CICERO ATTICO SAL.

IV. DECIMO Kalend. hora viii fere a¹ Q. Fusio venit tabellarius: nescio quid ab eo literularum, uti me sibi restituerem, sane insulse, ut solet: xvi forte, quae non ames, omnia videntur insulse fieri. Scripsi ita, ut te probaturum existimem. Mihi duas a te epistolas reddidit, unam xi, alteram x. Ad recentiore prius.² Et legio? rem laudo. Si vero etiam Carfulenus,³ *ἀπὸ τῶν ἄλλων*. Antonii consilia narras turbulenta: atque utinam potius per populum agar, quam per Senatum; quod quidem ita credo. Sed mihi totum ejus consilium ad bellum spectare videtur, si quidem D. Bruto provincia eripitur. Quoquo modo ego de⁴ illius nervis existimo, non videtur fieri posse sine bello. Sed non cupio, quoniam⁵ cavetur Burthrotis. Rides? At ego doleo, Tom. VIII.

¹ *Q. Fusio* Caleno: Cicerois inimico jam inde a temporibus Clodiani, Alconius in Miloniana. Postea Cicerois acerbo Antonium in senatu accusanti, non minus acerba oratione respondit, quam recitat Dio libro XLVI. *Manur.*

² *Et legio* Hic Cicero responderet, quae Atticus ei scripserat de legionis cujusdam ad Octavianum defectione: & quia mox Carfuleni mentionem facit, puto legiones Martiani significari, qui in bello Mutinensi praesente Carfuleno scribit Appianus lib. III. belli civilis. *Bofius.*

³ *Carfulenus* Supple, ex Euripide,

ἄπὸ τῶν ἄλλων, συστον ἡμῶν, ἡμῶν

ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν

ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν

ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν

ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν

ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν

ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν

ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν

ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν

ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν

ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν

ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν

ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν

ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν

ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν

ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν

ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν

ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν

ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν

ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν

ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν

ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν

ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν

ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν

ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν

ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν

ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν, ἡμῶν

G g g g non

fumus suum vestis relabi. *Idem.*

⁴ *Hinc* D. Bruti.

⁵ *Cavetur* Hinc cavetur Mongalus intel-

ligi: sensu Junconfusionum, cuiusque Atti-

cum scripsisse Cicerois, autorem sibi esse

Antonium ac spondidisse, quamvis irrita fere-

rent acta Caesaris, ratur tamen fore id,

quod Burthrotis de agro eliceret. Videtur

haec interpretandi ratio cum iis, quae sequun-

tur, melius convenire, quam Manutiana, vel

Gronoviana, Hic vero quis Bomanum ferat?

Olron.

⁶ *Rides* Hic fingitur dici ab Attico.

Sane non poterat male Cicero, Galliam in

M. Antonii, quam in D. Bruti possitate esse.

Quare hoc uno verbo significat, neque

loqui se serio, neque serium satis videri;

quod agebat Atticus, qui Antonio, de Bu-

throtiorum securitate, malles credere, quam

Senatai. *Idem.*

UNIVERSIDAD

UNIVERSIDAD NACIONAL DE CHILE
DIRECCION GENERAL DE LIBROS

®

non mea potius assiduitate, diligentia, gratia perfici. Quod scribis te nescire, quid nostris faciendum sit: jam pridem me illa ⁷ *ἀπορία* sollicitat. Itaque stulta jam Iduum Martiarum est consolatō. Animis enim usi sumus virilibus; consiliis, mihi crede, puerilibus. Excisa enim est arbor, non evulsa: itaque quam frangitur, vides. Redeamus igitur, quoniam saepe usurpas, ad Tullianas disputationes. * Sauesum per te celemus: ego nunquam indicabo. Quod te a Bruto scribis; ut certior heret, quo die in Tullianam essem venturus: ut ad te ante scripsi, vi Kal. & quidem ibi te quamprimum pervidere velim. Puto enim nobis Lannivium eundem, & quidem non sine multo ⁸ sermone: sed ¹⁰ *μὲν ἄρα*. Redeo ad superiorē: ex qua pratero illa prima de Buthrotis: quae mihi sunt inclusa medullis; sit modo, ut scribis, locus agendi. De oratione Bruti prorsus ¹¹ contendis, cum iterum tam multis verbis agis. Egone ut eam causam, quam is scripsit? ego scribam non rogatus ab eo? nulla ¹² *παρεγχαρίσσις* fieri potest contumeliosior. At, inquis, ¹³ *Ἡρακλείδιον* aliquod. Non recuso id quidem; sed & componendum argumentum est, & scribendi expectandum tempus maturius. Licet enim de me, ut libet, existimes (velim quidem quam optime) si haec ita manent, ut videntur (feres quod dicam) me Idus Martiae non defestant. Ille enim ¹⁴ nunquam revertisset: nos timor confirmare ejus acta non coegisset: ¹⁵ aut (ut in Sauesii eam, relin-

⁷ *ἀπορία*] Dubitatio.

⁸ *Sauesium*] Tua causa, inquit, quoniam videri non vis ab Epicuri secta deficere, Sauesium Epicureum celemus, tibi valde probabili Tullianus. *Sauesius*.

⁹ *Sermone*] Dabit enim sermonem hic meus cum Bruto congressus. *Manus*.

¹⁰ *Μὲν ἄρα*] Curae erit.

¹¹ *Contentis*] Fortasse, *contundis*.

¹² *Παρεγχαρίσσις*] *Μόστις* in opere alieno. Vide Turneb. *Advers.* XII. 12.

¹³ *Ἡρακλείδιον*] Opus simile iis quae scripsit Heraclides Ponticus.

¹⁴ *Nunquam revertisset*] Plerique sic intelligunt, quasi dicat Cicero: Nolim id a Bruto esse, quod Idibus Martiis, intersecto Caesare; eo enim sine caede & sanguine ca-

ruissemus, quippe nunquam e Partico, quod meditabatur, bello revertisset. At quam inconsiderate id dixisset? Quis de futuro eventu eum praemonerat? Aliud ergo voluit, atque huic loco petenda lux est ex illo: *usque iamur consilia puerilibus: excisa est arbor, non evulsa*. Si praesens, inquit, fecissent conjurati, Antonium simul cum Caesare sustulissent: quod si factum esset, nunc in Antonio Caesarem non haberemus, quasi ab inferis revertentem. Legunt alii, *revertisset*, sensu eodem. Fortasse dixit *revertisset*, quoniam fama tum erat; Antonium reverti Romam cum ingentibus copiis, ut Gallias sibi a Senatu extorqueret. *Manus*.

¹⁵ *Aut (ut in Sauesii)*] *Aut*, si tollere notebant Antonium, Caesarem non debebant: ut

linguamque Tullianas disputationes, ad quas tu etiam Veitorium hortaris) ita gratiosi eramus apud illum, quem dii mortuum perduint, ut nostrae aetati, quoniam intersecto domino liberi non sumus, non fuerit dominus ille fugendus. Rubeo, mihi crede: sed jam scripseram; delere nolui. De Menedemo, vellem verum fuisset. De regina, velim verum sit. Caetera coram, & maxime, quid nostris faciendum sit; quid etiam nobis, si Antonius militibus oblecturus est Senatū. Hanc epistolam si illius tabellario dedissem, veritus sum, ne solveret: itaque mihi data opera: erat enim rescribendum tuis. Quam vellem, Bruto studium tuum navare potuisses! ego igitur ad eum literas. Ad Dolabellam Tironem mihi cum mandatis, & literis. Eum ad te vocabis; &, si quid habebis, quod placeat, scribes. Ecce autem de traverso L. Caesare, ut veniam ad se, rogat, in ¹⁶ Nemo; aut scribam, quo se venire velim: Bruto enim placere, se a me conveniri. O rem odiosam & inexplicabilem! puto me ergo iturum, & inde Romam; nisi quid mutaro. Summatim adhuc ad te: nihil dum enim a Balbo: tuas igitur expecto, nec actorum solum, sed etiam futurorum.

ut enim in Sauesii Epicureorumque sectam abeam, qui dominatum ferre & servire maluit quam mori, relinquamque Tullianas disputationes, quae docent mortem esse servituti anteposendam, ita gratiosi eramus apud illum, ut nostrae senectutis, siquidem dominum habituri essemus, non fuerit dominus ille fugendus. *Popma*.
¹⁶ *Nemo*] Locum intelligit Dianae sacrum in agro Aricino. Eo loco praedium habitavit C. Caesare, quod inde Nemorensis dicebatur. *Boffius*.

CICERO ATTICO SAL.

V. A BRUTO tabellarius rediit: attulit & ab eo, & Cassio. Consilium meum magnopere exquirunt: Brutus quidem, ¹ utrum de duobus. O rem miseram! plane non habeo quid scribam. Itaque silentio puto me usuram; nisi quid aliud tibi videtur. Sin tibi quid venit in mentem, scribe quaeso, Cassius vero vehementer orat ac petit, ut Hirrimum ² quam

G g g g 2

¹ *Utrum de duobus*] Utrum Romam eant locis manentem periculi causa, de quo mox ut in Senatu Kal. Jun. adiat, an in iisdem infra. *Popma*.

quam optimum faciam. Sanum putas? ² *o' yuq' eis de' d'pax' eis*. Epistolam tibi misi. Ut tu de provincia Bruti, & Cassii per senatus-consultum, ita scribit & Balbus & Hirrius. Qui quidem, se ³ acturum: etenim jam in Tusculano est: mihi que, ut absim, vehementer auctor est: & ille quidem periculi causa; quod sibi etiam fuisse dicit. Ego autem, etiam ut nullum periculum sit: tantum abest, ut Antonii suspicionem fugere nunc curem, ne videar ejus secundis rebus non delectari, ut mihi causa sit, cur Romam venire nolum, ne illum videam. Varro autem noster ad me epistolam misit; sibi a nescio qui missam, (nomen enim deleat) in qua scriptum erat, veteranos eos, qui ⁴ rejiciantur (nam partem esse dimissam) improbissime loqui; ut magno periculo Romæ fiat futuri, qui ab eorum partibus dissentire videantur. Qui porro noster itus, reditus, vultus, incessus inter istos? Quod si, ut scribis, L. Antonius ⁵ in Decimum, reliqui in ⁶ nostros; ego quid faciam? aut quo me pacto geram? Mihi vero deliberatum est, ut nunc quidem est, abesse ex ea urbe, in qua non modo florui cum summa, verum etiam servivi cum aliqua dignitate: nec tam statui ex Italia exire, de quo tecum deliberabo, quam istuc non venire.

² *O' yuq' eis de' d'pax' eis*] Fullo carbonarius. Fullones e vestibus fordibus candidas faciunt: carbonarii autem nigri & sordidi sunt. Si igitur fullo idem sit carbonarius, frustra in vestibus purgandis laborabit. Hinc proverbium est *yuq' eis de' d'pax' eis* in eum, qui cum rem meliorem reddere sudet, eam deteriore rem facit. *Enchir.*

³ *Se acturum*] *Esse acturum* dictum est, pro, qui quidem ait se acturum, & statim iturum quo decrevit. Ideo mox subiicit, *etenim jam in Tusculano est*. Bolius. Alii, *Se acturum*.

Hirrius promittit se acturum ut illud S. C. fiat de provincia Bruto & Cassio mandanda. *Poppma.*

⁴ *Rejiciantur*] A portione publici agri. *Fam. ep. 2. lib. XI. Manut.*

⁵ *In Decimum*] In D. Brutum mittitur, vel proficiscitur. *Corrad.*

⁶ *Nostros*] Hac voce semper M. Brutum, & C. Cassium designat, ut epistola 4, *Scribit te nescire, quid noster faciendum sit*. Item epist. 7. lib. XIV. & 6. hujus libri. *Manut.*

CICERO ATTICO SAL.

VI. CUM ad me Brutus noster scripsisset & Cassius, ut Hirrium, quem adhuc bonum fuisse sciebant, neque eum confidebant fore, mea auctoritate meliorem facerem,

(An-

(Antonio est enim fortasse iratior, causa vero amicissimus) tamen ad eum scripti, eique dignitatem Bruti, & Cassii commendavi. Ille quid mihi rescripserit, scire te volui; si forte idem tu, quod ego, existimares, istos etiam nunc vereri, ne forte ipsi nostri plus animi habeant, quam habent.

HIRTIUS CICERONI SUO, S.

RURE jam redierim, quaris; an ego, cum omnes caleant, ignaviter aliquid faciam. ¹ Etiam ex urbe sum profectus: utilius enim statui abesse. Has tibi literas exiens in Tusculanum scripsi. Noli autem me tam strenuum putare, ut ad Nonas recurram. Nihil enim jam video opus esse nostra cura: quoniam ² praesidia sunt in tot annos provisa. Brutus, & Cassius utinam, quam facile a te de me impetrare possunt, ita per te exorentur, ne quod calidius ineanit consilium! ³ Cedentes enim hac ais scripsisse: quo? aut quare? Retine, obsecro te, Cicero, illos: & noli finire hæc omnia perire, quæ funditus mediusfidius rapinis, incendiis, cadibus pervertuntur. Tantum, si quid timent, caveant: nihil præterea moliantur. Non mediusfidius acerrimis consiliis plus quam etiam inertissimis, dum modo diligentibus, consequentur. Hæc enim, quæ fluunt, per se diuturna non sunt; in contentione præfentes ad nocendum habent vires. Quid spes de illis, in Tusculanum ad me scribe.

Habes Hirrii epistolam: cui rescripsi, nil illos calidius cogitare, idque confirmavi. Hoc quaecunque esset, te scire volui. Obfigurata jam epistola, Balbus ad me, Servilium rediisse, confirmare non discessuros. Nunc exspecto a te literas.

¹ *Etiam ex urbe*] Hoc vult dicere: non solum, mi Cicero, rure jam redii, sed etiam, postquam redii, ex urbe sum profectus. *videtur Hirrius hic consentire. Poppma.*

² *Praesidia*] Praesidia vocat magistratus quos Cæsar, paucis diebus antequam occide-

retur, designaverat in biennium, ut scribit Cicero lib. XIV. ep. 6. & Dio lib. XLII. sed Appianus lib. III. in quinquennium. Cui *Corrad.*

³ *Cedentes*] Discedentes. *Corrad.*

CI.

CICERO ATTICO SAL.

VII. GRATUM, quod mihi epistolas: quæ quidem me delectarunt, in primis¹ Sexti nostri. Dices, quia te laudat. Puto mehercule id quoque esse causæ; sed tamen etiam ante quam ad eum locum veni, valde mihi placebat, cum sensus ejus de Republica, tum scribendi cura. Servius vero pacificator cum librariolo suo videtur obijisse² legationem, & omnes³ captiuncululas pertimescere. Debuerat autem, * non ex jure manu confertum; sed quæ sequuntur. Tu quoque scribes.

¹ Sexti] Sexti Paolocæ. Popma.

² Legationem] Cum hunc, & illum conveniat pacis causæ, quasi legationem hanc de re suscepit. Manu. Ironicè: non enim erat lepatus. Popma.

³ Captiunculæ] Ut Jurisconsultus.

⁴ Non ex jure] Ennii versus: Non ex jure manu confertum, sed magis servo Rem repetunt; resonantque perant, viduæ spida vii. Quos versus apud Gellium licet videre lib. XXI. cap. 6. & Orat. pro Marcia. Manu.

CICERO ATTICO SAL.

VIII. POST tuum discessum binas a Balbo, nihil novi: itemque ab Hirtio; qui se scribit vehementer offensum esse veteranis. Expectat animus, quidnam agant¹ de Kal. Martiis. Mihi igitur Tironem, & cum Tirone plures, quibus singulis, ut quidque accidisset, dares literas: atque etiam scripsi ad Antonium de legatione: ne, si ad Dolabellam solum scripsissem, iracundus homo commoveretur. Quod autem aditus ad eum difficilior esse dicitur; scripsi ad² Eutrapelum, ut is ei meas literas redderet, legatione mihi opus esse. Honestior est votiva: sed licet uti³ utraque. De te, quanto, etiam atque etiam vide. Velim possis coram: si minus possis.

¹ De Kal. Martiis] De eo, quod eo die agere decreverunt. Sed locum hic esse Kalendis Martiis non video: Junis posset esse: quibus futurum erat, ut speretur in senatu de commodis veteranorum. Vide Fam. XI. 2. Manu. Assentiant Conradus, Popma, Montgallus: Isaque tollatur extrema vox, quæ

locum hunc videtur occupasse, quod e veterbo sequenti litera M. accreverit, & liberius Marc. descripserit.

² Eutrapelum] P. Volumnium.

³ Utraque] Et votiva & provinciali a Dolabella. Vide infra ep. 11. Popma.

possis, literis idem consequemur. Græcejus ad me scripsit, C. Cassium sibi scripsisse, homines comparari, qui armati in Tufculanum mitterentur. Id quidem mihi non videbatur; sed cavendum tamen, villæque plures⁴ videndæ. Sed aliquid crastinus dies ad cogitandum nobis de ea re.

⁴ Vidende] Hoc est, villæ plures, in effugere possumus, providendæ, & quærendæ quibus latere, & hominum armatorum vim Græcejus.

CICERO ATTICO SAL.

IX. TERTIO Nonas vesperi a Balbo reddita mihi literæ, fore Nonis Senatam, ut Brutus in Asia, Cassius in Sicilia frumentum emendum, & ad urbem mittendum carent. O rem miseram! primum ullam¹ ab istis; dein, si aliquam, hanc² legatariam provinciam: atque haud scio an melius sit, quam³ ad Eurotam federe. Sed hæc casus gubernabit. Ait autem, eodem tempore decretum iri, ut iis, & reliquis Prætoris provinciæ decernantur. Hoc certe melius, quam illa⁴ Perficæ porticus. Nolo enim Lacedæmonem longinquam Lanuvium existimari. Rides, inquires, in talibus rebus? Quid faciam? plorando fessus sum. Dii immortales! quam me conturbatum tenuit epistola: tua prior pagina! Quid autem iste in domo tua⁵ casus armorum? sed hunc quidem nimbum cito transisse lato. Tu quid egeris tua cum tristi, tum

¹ Ab istis] Antonio, & Cesarianis.

² Legatariam] Per contemptum; quod quasi legati ad curandum frumentum mitterentur. Scribit Appianus libro III. senatum Bruto & Cassio timentem, demandato rei frumentariæ munere, honeste illos amandasse. Manu.

³ Ad Eurotam] Usque eoleptariam istam provinciam parvi facio, ut nesciam, utrum ea sit melius usi, quam profus nihil agere, & Lanuvii federe, Lanuvii enim erat Brutus. Eurotam: sivevum Laconia, Lanuvii pitum in portica, quæ Perficæ dicebatur, fortasse quod in ea simulacrum pugne fuerit, quæ Perse a Græcis casu fuit. Idem.

⁴ Perficæ porticus] Porticus quam in Lanuviana villa extruxerat Brutus, ubi & aut Eurotam pitum habebat, aut rivulum quandam illam villam irrigantem, quem Eurotam dixit. Græcejus.

⁵ Nolo enim] Quia Eurotam nominavi, fortasse poterat accipere de Lacedæmonæ, quam præterfuit Eurotas: ideo addidi de Perficæ porticu: ut intelligeres, me de Eurota pitulo locutum, & Lanuvium significare. Manu.

⁶ Casus armorum] Rixam significat nescio quam in Attici domo ortam, ita, ut ad arma ventum sit. Idem.

tum etiam difficili ad consiliandum? legatione, vehementer expecto. Est enim inexplicabilis. Ita circumfledemur copiis omnibus. Me quidem Bruti literæ, quas ostendis a te lectas, ita perturbant, ut, quanquam ante egebam consilio, tamen animi dolore sim tardior. Sed plura, cum ista cognoro. Hoc autem tempore, quod scriberem, nihil erat, eoque minus, quod dubitabam, tu has ipsas literas esse sine accepturus. Erat enim incertum, visurusne te esset tabellarius. Ego tuas literas vehementer expecto.

7 *Legatione*] ER legatio, ut provincia, negotii cuiuslibet, privati an publici procuratio, vel aliunde commissæ, vel sponte susceptæ. *Consilium* non est dare consilium, sed consultare, deliberare. Quod necesse est hæc interpretari. Non enim ignorasse puto) fassam Ciceroni sententiam affansere, quasi constitisset Atticus, legationis specie, ab Uebe discedere: qua de re dicit Cicero, difficile esse, ut quis ei dare consilium possit. Qui sic sentiant, intelligere non videntur nisi legationem liberam, quæ senatoribus dabatur extra Italiam abeuntibus; Ar

senator Atticus non erat. Aliena est igitur explicandi hæc ratio. Antiochem suggerit Montanus, quem sequor. Atticum invitavit Brutus in suam Lanuvium ad consiliandum cum amicis: Hæc illa est legatio & provincia istius, difficile, inexplicabilis. Antea com esse rogatus, ut Brutum eadem de causa conveniret, O rem inquit, supra epistolam & incognitam! Sine Attico deliberarent alii. Fuit enim ab eorundem ejsmodi semper alienus, ut locuples auctor narrat in ipsius vita Cornelius Nepos, cap. 8. *Uroreus*.

CICERO ATTICO SAL.

X. O BRUTI amanter scriptas literas! O iniquum tuum tempus, qui ad eum ire non possis! ego autem quid scribam? ut beneficio istorum utatur? quid turpius? ut moliantur aliquid? nec audent, nec jam possunt. Age quicquid auctoribus nobis? quis incolumitatem præster. Si vero aliquid de Decimo gravius; quæ nostris vita, etiam si nemo molestus sit? Ludos vero non facere, quid foedius? Frumentum imponere, quæ est alia? Dionis legatio? aut quod minus in Re-

1 *Beneficio*] Provincia legataria. Ep. 8. huius libri, & ep. seq. *Corrad.*
2 *Si vero*] Si Antonius gravius consular in Decimum Brutum, ut si eripiat provinciam Galliam, quemadmodum paulo post tentavit, Mutinam obsidendo. J. F. Gronov.
3 *Quæ nostris vita*] Quamvis nemo molestus sit Bruto & Cassio nostris, quam turpis tamen futura est eorum vita, si opem

non ferant Decimo? *Brutus*.
4 *Ludos vero non facere*] Brutum Prætorum; ad quem hoc pertinet, ut etiam potest cum in urbe esse non possit, absens faciat curantem C. Antonio. Ep. seq. Appianus lib. III. *Populus*.
5 *Dionis legatio*] Proverbia formam habet de beneficio aut honore in contumeliam colato: natum a facta Dionysii tyranni, qui

Republica fordidius? Prorsus quidem consilia tali in re ne iis quidem tuta sunt, qui dant. Sed possum id negligere proficiens. Frustra vero quid ingrediari? Matris consilio cum utatur, vel etiam precibus, quid me interponam? Sed tamen cogitabo, quo genere utar literarum: nam filere non possum. Statim igitur mittam vel Antium, vel Circæos.

Dionem familiarem suum specie legationis in exilium misit, cum tamen eum non in exilium a se missum, sed secessum quævisse diceret, ut refert Plutarchus & Nepos. Hinc Cicero: Illa curatio frumenti mandata Bruto & Cassio, ut quasi in exilium missi procul a republica absint, non est alia quam

Dionis legatio. *Idem*.
6 *Ingrediar*] Ad dandum consilium.
7 *Matris*] Serviliæ, quæ & amica Cæsaribus fuerat, & Cæsaribus favebat.
8 *Mitteram*] Literas vel Antium, vel Circæos: nam aliter in loco futuri erant Brutus, & Cassius. *Manus*.

CICERO ATTICO SAL.

XI. ANTIUM veni ante VI Kal. Bruto jucundus noster adventus. Deinde, multis audientibus, Servilia, Tertulla, Porcia, querere, quid placeret. Aderat etiam Favonius. Ego, quod eram meditaturs in via, suadere, ut uteretur Asiatica curatione frumenti; nihil esse jam reliqui, quod ageremus, nisi ut salvos esse: in eo etiam ipsi Reipublicæ esse præsidium. Quam orationem cum ingressus essem, Cassius intervenit. Ego eadem illa repetivi. Hoc loco, fortibus sane oculis, Cassius (Martem spirare dices) se in Siciliam non iturum. Egone, ut beneficium, accepissem contumeliam? Quid ergo agis? inquam. At ille, in Achajam se iturum. Quid tu, inquam, Brute? Romam, inquit, si tibi videretur. Mihi vero minime: tuto enim non eris. Quid si possem esse? placeretne? Atque ut omnino; neque nunc, neque ex Pratura in provinciam ires: sed auctor non Tom. VIII. H h h h sum,

1 *Egone*] Egone, Cassius agebat, ut quæ contumelia est, eam beneficii loco ponam? Clarius explanemus. Si hac, inquit, frumentaria uteretur curatione, quodam modo fieri videret, beneficium mihi esse datum, cum ego ita sentiam, tam fordido munere demandato, non datum beneficium, sed impositam contumeliam. *Manus*.

Si tuto potes, omnino mihi places: Romæ esse, non modo nunc, sed & post cum prætura fueris in urbe defunctus, mallem te Romæ manere, quam in provinciam ire; quia tua opera, & consilio eget respublica. Quamvis autem sic sentiam, tibi tamen auctor non sum, ut nunc urbem ingrediaris. *Græv.*

2 *Atque ut omnino*] Respondet Cicero;

lum, ut te urbi committas. Dicebam ea, quae tibi profecto in mentem veniant, cur non esset tuto futurus. Multo inde sermone querebantur, atque id quidem Cassius maxime, & amissas occasiones; ³ Decimumque graviter accusabat. Ego negabam oportere praeterita assentire tamen. Cumque ingressus essem dicere, quid oportuisset, nec vero quidquam novi, sed ea, quae quotidie omnes; nec tamen illum locum attingerem, quemquam praeterea oportuisse tangi, sed Senatum vocari, populum ardentem studio vehementius incitari, totam fuscipere Rempublicam: exclamat tua familiaris: *Hoc vero neminem unquam audivi.* ⁶ Ego repressi. Sed & Cassius mihi videbatur iturus: (etenim Servilia pollicebatur se curaturam, ut illa frumenti curatio de senatus-consulto tolleretur) & ⁷ noster cito dejectus est de illo inani sermone: velle enim se dixerat. Constituit igitur, ut ludi, absente se, fierent suo nomine. Proficisci autem mihi in Asiam videbatur ab Antio velle. Ne multa; nihil me in illo itinere, praeter conscientiam, delectavit. Non enim fuit committendum, ut ille ex Italia prius, quam a me conventus esset, discederet. Hoc dempto munere amoris atque officii, sequebatur, ut mecum ipse.

⁸ *Ἡ δὲ ὁδὸς σοι τι δόξαται πῶς, θεοτρόπη;*
Prorsus dissolutum offendi navigium, vel potius dissipatum. Nihil consilio, nihil ratione, nihil ordine. Itaque etsi ne antea quidem dubitavi, tamen nunc eo minus, evolare hinc; idque quamprimum, ubi

⁹ *Nec*

³ *Decimumque graviter accusabat*] Manius accusatum putat, quod cum & Galliam provinciam, & in ea tres legiones haberet, otiosus nihil pro Republica moliretur. Verum accusandi causa fuit, quod, ut narrat Vellejus Patrecobus II. 58, Cassio repugnare censens interendum esse simul cum Caesare Antonium. Atque idcirco negabat Cicero, oportere praeterita refricari. *Moug.*

⁴ *Quisquam praeterea*] Id est, Antonium praeter Caesarem, oportuisse occidi. *Lambini.*

⁵ *Tua familiaris*] Servilia. *Corrad.*

⁶ *Ego repressi*] Vel, ego Cicero repressi

Serviliam ita exclamantem: vel, ego Servilia repressi Brutum, & Cassium id, quod dicit Cicero, facere volentes. *Corrad.* Puto suspensum esse. Ut se dicit Cicero cum muliere contendere noluisse, & se cohibuisse. *Malasp.*

⁷ *Noster*] Brutus. *Inani sermone*: Cum dixit, se Romam iturum. *Velle enim se dixerat*: Uti Asiae curatione frumenti, *Maug.*

⁸ *Ἡ δὲ ὁδὸς σοι τι δόξαται πῶς, θεοτρόπη?*] *Ita hoc susceptum cui tibi esset nunc est, age, die tu, qui oraculum consulisti.* Senarius poetae nescio cuius.

⁹ *Nec Pelopidarum facta, neque famam audiam.*
Sed heus tu, ne forte sis nescius, Dolabella me tibi legavit a. d. IV Nonas ¹⁰ April. Id mihi heri vesperi nuntiatum est. Voriva ne tibi quidem placebat. Etenim erat absurdum, quae; ¹¹ si steterit Respublica, vovissem; ea me, eversa illa, quae dissolvere: & habent, opinor, libera legationes definitum tempus lege Julia; nec facile addi potest ad hoc genus legationis, ut, cum velis, introire, exire, liceat. Quod nunc mihi additum est. Bella est autem hujus juris ¹² quinquennii licentia. Quanquam quid de quinquennio cogitem? contrahi mihi negotium viderur. Sed ¹³ *Βολοπιμα* mittamus.

⁹ *Nec Pelopidarum*] *Supra*, XIV. 11.

¹⁰ *April.*] Ut minusincerum saluterim libenter. Nonas Aprilis, futuras Cicero expectaturus non erat, qui statim cuperet navigare. *Malasp.* Et hanc vocem delendam censet *Corradus*. Neque enim Cicero mentem nominabat semper: quem supplere cum valent librarii, supplet se dedecum. *Vide supra, c. III. & Ottonem.*

¹¹ *Quae si steterit Respublica*] *Vota* pro salute republicae etiam privati suscipiebant, ut Cicero hic scribit vota a se facta sub

haec formula, *Si respublica steterit*: quae cum republica non haeret, sed eversa plane esset, dissolvere absurdum erat. Sed ut plurimum magistratus publico decreto pro salute republicae vota dicit nuncupabant in haec verba: *Si eodem statu respublica staret, si in decem annis respublica in eodem staret statu.* Quae refert *Livius*. *Populus.*

¹² *Quinquennii licentia*] Ut legatus pro quinquennio abesse possit. *Maug.*

¹³ *Βολοπιμα*] Quae mali sunt omnia.

CICERO ATTICO SAL.

XII. **B**ENE mehercule de Bathroto. At ego Tironem ad Dolabellam cum literis, quia iusseras, miseram. Quid nocet? De nostris autem ¹ Antiatribus satis videbar plane scripsisse, ut non dubitares, essent quin otiosi futuri, utinam beneficio Antonii contumelioso. Cassius frumentariam rem aspernabatur: eam Servilia sublaturam ex senatus-consulto se esse dicebat. Noster vero ² *ἔ μὰ τὰ θεῶν*, in Asiam, postea quam mihi est assensus tuto se Romae esse non posse. Lados enim abiens facere malebat; navigia colligebat; erat animus in cursu. Interea in eisdem locis erant futuri. Brutus quidem se ajebat Astura. L. quidem Antonius liberaliter li-

H h h h 2 teris

¹ *Antiatribus*] *Beuto*, & *Cassio*.

² *ἔ μὰ τὰ θεῶν*] *Et vultu exultans*. *Dicitur* *apud* *Brutum*, ut ad illatrem

& gloriosam provinciam, sic ad sordidam rei-frumentariae curationem aequo animo proficisceretur. *Maug.*

teris sine cura me esse jubet. Habeo unum beneficium: alterum fortasse, si in Tusculanum venerit. O negotia non ferenda! quae feruntur tamen. ⁴ Τὰς δ' ἀτίμους τὰς ἐπιτάμους ἔχω; Octaviano, ut perspexi, satis ingenii, satis animi: videbaturque erga nostros ἵππων ita fore, ut nos vellemus, animatus. Sed quid aetati credendum sit, quid nomini, quid hereditati, quid ⁵ καταχρησται, magni consilii est. ⁶ Vitricus quidem nihil censebat, quem Astura vidimus. Sed tamen a-lendus est: ut nihil aliud, ab Antonio sejungendus. Marcellus praecclare, si praecipit ⁷ nostro nostri: cui quidem ille deditus mihi videbatur. Panfae autem & Hirtio non nimis credebat. Bona indoles, ⁸ ἐὰν διαμείνη.

³ Ni in Tusculanum] Si, inquit, Antonius in Tusculanum non venit, quo cum venturum praedicant, alterum ab eo beneficium habeo. Narratum fuerat Cleeroni Antonium venturum esse in Tusculanum cum armatis hominibus: qua de re supra, epist. 8. Bisfor.

⁴ Τὰς δ' ἀτίμους] Legendum est cum interrogatione, Horum vulgari quis Brutorum sustinet? qui scilicet auctor fuit, ut Antonio parceretur. Si enim una cum Caesare Antonius occisus fuisset, non fierent haec negotia non ferenda. Pappus.

⁵ Καταχρησται] Insuperant, qua fuit a Ca-

sare informatus, eruditus.

⁶ Vitricus] L. Martius Philippus.

⁷ Nostri nostri] Nonnulli hic vident Quintum Quinti filium, & hoc putant respondentem esse Attico, qui scripserat, Marcellum Quinto filio praecipere, quas partes in Republica sequeretur. Mongaltus nostri, & nostri reponit, & sic explicat: Si praecipit Octaviano, deditum esse nostro Bruto, nostris heroibus. Faver quod paucis ante veribus dictum est: Videbaturque erga nostros ἵππων ita fore, &c. Nihil offendi melius. Olivetus.

⁸ Εὰν διαμείνη] Si permanferit.

CICERO ATTICO SAL.

XIII. OCTAVO Kal. duas a te accipi epistolas. Respondebo igitur priori prius. Assentior tibi, ut nec duces simus, nec agmen cogamus; saveamus tamen. ¹ Orationem tibi misi. Ejus custodiendae, & proferendae arbitrium tuum. Sed quando illam ² diem, cum tu edendam putes? Inducias, quas scribis, non intelligi fieri posse. Melior est ³ ἀνατιφώνησις: qua me usurum arbitror. Quod scribis ⁴ legio-

¹ Orationem] Quae non extat: nam Philippice post hoc tempus habitae. Man.

² Diem] Supple, videbimus. Corr.

³ Ἀνατιφώνησις] Silentium.

⁴ Legiones duas] Accitas e Macedonia a M. Antonio Cos. & a Cajo ejus fratre Brundisium advectas, ad quas Marcus mox profectus est, Philipp. III. Pappus.

giones duas Brundisium venisse, vos omnia ⁵ prius. Scribes igitur, quidquid audieris. Varronis ⁶ διδωσκον expecto. Jam probo ⁷ Ἡρακλειδίου, praesertim cum tu tantopere delectere: sed quale velis, velim scire. Quod ad te antea, atque adeo ⁸ prius scripti (sic enim me mavis dicere) ⁹ tu vero ad scribendum fecisti me alacriorem: ad tuum enim iudicium, quod mihi erat notum, addidisti Peduciae auctoritatem, magnam quidem apud me, & in primis gravem. Enitar igitur, ne desideres aut industriam meam, aut diligentiam. Veſtendum, ut scribis, & Faberium foveo. Cloelium nihil arbitror malitiosae: quanquam Sed ¹⁰ quid egerit? De libertate retinenda, qua certe nihil est dulcius, tibi assentior. ¹¹ Itane Gallo Ganinio? ¹² hominem nequam! quid enim dicam aliud? ¹³ Cautum Marcellum; me sic, sed non tamen caustissimum. Longiori epistola superiorique respondi. Nunc breviori propiorique quid respondeam, nisi eam fuisse dulcissimam? Res Hispanienses valde bonae: modo ¹⁴ Balbilium incolumem videam, subsidium nostrae senectutis. De Anniano ¹⁵ item, quod me valde observat Visellia: sed haec quidem humana. De Bruto te nihil scire dicis: sed ¹⁶ Selicia venisse M. Scaptium: eumque ¹⁷ non qua pompa, ad se tamen clam venturum, sciturumque me omnia: quae ego ¹⁸ statim. Interea narrat eadem Bassi servum venisse, qui nuntiaret, legiones

⁵ Prius] Auditis, quam nos.

⁶ Διδωσκον] Dialogum.

⁷ Ἡρακλειδίου] Vide supra, ep. 4.

⁸ Prius] Videtur Atticum in quodam Ciceronis opusculo recensendo, ubi ille posuerat, quod antea, sibi maluisse laud scire quam ob causam et prius. Id tunc et videns in memoriam revocat. J. F. Gron.

⁹ Tu vero] Locus apud Lambinum planus & commodus: apud ceteros perturbatus. Videtur tamen deesse aliquid post haec verba, prius scripti, nempe expectandum tempus maturius, ut supra dixerat, epist. 4. Olivetus.

¹⁰ Quid egerit] Quasi dicat, nihil egerit, quamvis id fecerit, quod instituit. Hostius.

¹¹ Itane Gallo] Scilicet injuriam fieri: hic enim cum Antonii inimicitiae videatur

intercessisse. Valer. Max. IV. 2. Corrad.

¹² Hominem nequam] Antonium. Ignoratur, brevitate magis etiam obscurata. Man.

¹³ Cautum] Qui discadat. Ep. 2. hujus libri. Corradus.

¹⁴ Balbilium] Erat tunc in Hispania Balbus minor, quem scite putat Mongaltus hoc vocabulo designari. Olivetus.

¹⁵ Item] Hoc est, item ut tu sum affertus. Quod addit: Sed haec quidem humana, argumento est, agi de Anniano hujus morte. Idem.

¹⁶ Selicia] Mulier. Supple, dicebat. De M. Scaptio, vide lib. V. epist. 21.

¹⁷ Non qua pompa] Non illo quo solebat insignem comitatu. Manut.

¹⁸ Statim] Ad te scribam. Idem.

nes Alexandrinas in armis esse, ¹⁹ Bassum arcessi, Cassium expectari. Quid queris? videtur Respublica jus suum recuperatura, sed ²⁰ ne quid ante: nostri horum exercitationem in latrocinio, & amentiam. Dolabella vir optimus. Etsi, cum scribebam, secunda mensa apposita, venisse eum ad Bajas audiebam; tamen ad me ex Formiano scripsit (quas literas, cum e balneo exiissem, accepi) sese ²¹ de attributione omnia summa fecisse: Vectenam ²² accusat: tricitur scilicet, ut homo talis. Sed ait totum negotium Sextium nostrum suscepisse, optimum quidem illum virum, nostrique amantissimum. Quæro autem, quid tandem Sextius in hac re facere possit, quod non quis nostrum? sed si quid præter spem erit, facies ut sciam: sin est, ut arbitror, negotium perditum, scribes tamen, neque ista res commovebit. Nos hic ²³ *φιδωροφύτου*: quid enim aliud? & ²⁴ *τὴν δὲ τὴν καὶ τὴν* *ζωρ* & magnifice explicamus, ²⁵ *τοῦ ποταμοῦ* & Ciceroni. Quia de re enim potius pater filio? Deinde alia. Quid queris? extabit opera peregrinationis hujus. Varro nem hodie, aut cras venturum putabant. Ego autem in Pompejanum properabam; non quo hoc loco quidquam pulchrius; sed interpellatores illic minus molesti. Sed perstribe quæso, quæ causa sit in ²⁶ Myrtilo (pœnas quidem illum pependisse audivi) & satilne pater, unde corruptus. Hæc cum scriberem, tantum quod existinabam ad te orationem esse perlatam. Hui, quam timeo, quid existimes. Etsi quid ad me, quæ non sit foras proditura, nisi Republica recuperata? de quo quid sperem, non audeo scribere.

¹⁹ Bassum arcessi] A legionibus Alexandrinis, quæ illi tradere se volent. De Cæcilio Basio epist. 9. lib. XIV. *Idem.*

²⁰ Ne quid ante] Supple. accuset.

²¹ De attributione] Ut n. qui ipse debent, mihi se solutores pollicentur. *Mem.*

²² Vectenam] Delatorum suum, qui sibi, quæ die promiserat, non solverit. *Idem.*

²³ *φιδωροφύτου*] Philosophamus.

²⁴ *τὴν δὲ τὴν καὶ τὴν ζωρ*] Quæ de officio.

²⁵ *τοῦ ποταμοῦ*] Intelligimus.

²⁶ Myrtilo] Sciri nomen videtur, non Romanus hominis, ad ejus foras Myrtili imitationem, quem antiqui *Θενομί* fuisse, antiquæ fabulæ tradunt. *Mal.*

CICERO ATTICO SAL.

XIV. SEXTO Kal. accepi a Dolabella literas, quarum exemplum tibi misi: in quibus erat, omnia se fecisse, quæ tu velles. Statim ei rescripsi, & multis verbis gratias egi. Sed tamen, ne miraretur, cur idem iterum facerem, hoc causæ sumpsi, quod ex te ipso coram antea nihil potuissim cognoscere. Sed quid multa? literas hoc exemplum dedi.

CICERO DOLABELLÆ COS. SUO.

ANTEA cum per literas Attici nostri de tua summa liberalitate, summoque erga se beneficio certior factus essem; cumque tu ipse etiam ad me scripsisses, te fecisse ea, quæ nos voluissim: egi tibi gratias per literas iis verbis, ut intelligeres, nihil te mihi gratius facere potuisse. Postea vero quam ipse Atticus ad me venit in Tusculanum hujus unius rei causâ, tibi ut apud me gratias ageret, ut tuam eximiam quandam, & admirabilem in causâ Buthrotia voluntatem, & singularem erga se amorem perspexisset; teneri non potui, quin tibi apertius illud idem his literis declararem. Ex omnibus enim, mi Dolabella, studiis in me, & officiis, quæ summa sunt, hoc scito mihi & amplissimum videri, & gratissimum esse, quod perfeceris, ut Atticus intelligeret, quantum ego te, quam tu me amares. Quod reliquum est, Buthrotiam & causam, & civitatem, quanquam a te constituta est (beneficia autem nostra tueri solemus) tamen velim, receptam in fidem tuam, a meque etiam atque etiam tibi commendatam, auctoritate, & auxilio tuo testam velis esse, satis erit in perpetuum Buthrotiis præsidii, magnaque cura, & sollicitudine Atticum, & me liberaris; si hoc honoris mei causâ susceperis, ut eos semper a te defensos velis. Quod ut facias, te vehementer etiam atque etiam rogo.

His

¹ Ut tuam eximiam] Malles, opinor, Cicero, Tibi ut apud me gratias ageret, cuiusmodi est inter varias lectiones, editum a *Jus eximium* &c. Olivetini.

His literis scriptis, me ad ² *συντάξεις* dedi: quæ quidem; vereor, ne ³ *miniata* cerula tua pluribus locis notandæ sint, ita sum ⁴ *μετίωσθαι*, & magnis cogitationibus impeditus.

² *Συντάξεις*] Scriptionem librorum. quæ non probaret, notare. *Man.*
³ *Μινιατά*] Quæ solitus erat, ex, ⁴ *Μετίωσθαι*] Animi pendens.

CICERO ATTICO S A L.

XV. **L**UCIO Antonio male sit, siquidem Buthrotiis molestus est. Ego ¹ testimonium composui, quod, cum voles, obsignabis. Tu ² nummos Arpinatum, si L. Fadius Ædilis petet, vel omnes reddito. Ego ad te alia epistola scripsi de H-S ex, quæ Statio curarentur. Si ergo petet Fadius, ei volo reddi; præter Fadium, nemini. Apud me item puto depositum: id, scripsi ad Erotem, ut redderet. Regnam odi: me iure facere scit sponsor promissorum ejus Ammonius; quæ quidem erant ³ *φιλόδοξα*, & dignitatis meæ; ut vel in concione dicere auderem. Saram autem præterquam quod nefarium hominem cognovi, præterea in me contumacem. Semel cum omnino domi meæ vidi. Cum ⁴ *φιλοφρόνας* ex eo quærerem, quid opus esset, Atticum se dixit quærerere. Superbiam autem ipsius reginæ, cum esset trans Tiberim in hortis, commemorare sine magno dolore non possum. Nihil igitur cum istis: ⁵ nec tam animum me, quam vix stomachum habere arbitrantur. Professionem meam, ut video, Erotis ⁶ dispensatio impedit. Nam cum ⁷ ex reliquis, quæ Nonis April. fecit, vel abundare debeam; cogor mutuari: quodque ⁸ ex istis fructuosus rebus receptum est, id ego ⁹ ad illud

¹ *Τεστιμόνιον*] Quo poteris uti contra L. Antonium urgentem agri Buthrotii divisionem, quem ego testor Cæsarem voluisse liberum esse. *Poppo.*

² *Νύμμος*] Arpinates nummos apud Ciceronem deposuerant. *Manus.*

³ *Φιλόδοξα*] *Erudita*: quæ homine erudito digna essent.

⁴ *Φιλοφρόνας*] Humaniter.

⁵ *Νεκ τὰμ ἀνίμωσ*] Putant me non modo animum non habere, ut ulcisci audeam, sed nec stomachum, ut irascar. *Manusius.*

⁶ *Δισπένσασι*] Pecunie ex meis nominationibus exactæ. *Idem.*

⁷ *Ἐξ ἑλπίσιν*] Eros Nonis Aprilibus rationes omnes consecerat: summaque facta, quantum pecunie Ciceroni deberetur, quantum aliis ab ipso, apparet Ciceroni tantum pecunie sperare, ut non modo non egeret, sed etiam abundare deberet. *Idem.*

⁸ *Ἐξ ἰσθμῶσ*] Intus, & aedibus locatis. *Epist. 13. Idem.*

⁹ *Ἀδὲ ἰλλὺδ ἰσθμῶσ*] Quod erigere filius cogitaverat. *Lib. XII. Manus.*

lud sanum sepositum putabam. Sed hæc Tironi mandavi, quem ob eam causam Romam misi. Te nolui impeditum impedire. Cicero noster quo modestior est, eo me magis commover. Ad me enim de hac re nihil scripsit, ad quem nimirum potissimum debuit. Scripsit hoc autem ad Tironem, sibi post Kal. April. (sic enim annuum tempus confici) nihil datum esse. Tibi pro tua natura semper ¹⁰ placuisse, teque existimasse id etiam ad dignitatem meam pertinere, eum non modo perliberaliter a nobis, sed etiam ornate cumulateque tractari. Quare velim cures (nec tibi essem molestus, si per alium hoc agere possem) ut permutetur Athenas, quod sit in annum sumptum ei: scilicet Eros numerabit: ejus rei causa, Tironem misi. Curabis igitur, & ad me, si quid tibi de eo videbitur, scribes.

¹⁰ *Πlacuisse*] Supple, intellexi. *Corr.*

CICERO ATTICO S A L.

XVI. **T**ANDEM a Cicerone tabellarius: & mehercule litera ¹ *πεπρωμένη* scripta: quod ipsum ² *προκοπή* aliquam significaret. Itemque ceteri præclara scribunt. Leonidas tamen retinet suum illud ³ *ἀδύς*: summis vero laudibus Herodes. Quid quæris? vel verba mihi dari facile patior in hoc, meque libenter præbeo credulum. Tu, velim, si quid tibi est a Statio scriptum, quod pertinet ad me, certior me facias. Narro tibi; hæc loca venusta sunt, abdita certe: & si quid scribere velis, ab arbitris libera: sed nescio quo modo ⁴ *ὄνθαι* *φίλθαι*. Itaque me referunt pedes in Tusculanum. Et tamen hæc ⁵ *ἰσχυροφρασία* ripulæ videtur habitura celerem fatieratem. Equidem etiam pluvias metuo,

Tom. VIII.

I i i i si

¹ *Πεπρωμένη*] Eleganter.

² *Προκοπή*] Progressum in literis.

³ *Ἀδύς*] Vide lib. XIV. epist. 16.

⁴ *ὄνθαι* *φίλθαι*] *Damnæ amica*. Proverbium Græcum, quod significat nusquam commodius vivi quam domi. *Poppo.*

⁵ *Ἰσχυροφρασία*] *Virgultorum & plantarum ibi viciniam representatio*. *Salmat. ad Spartianum*.

Hadrianum p. 88. b. *Qui bellat, arbores, homines, antra, portus, & alia id genus variaque & minuta opere copioso exprimebant, ἰσχυροφρασίᾳ vulgo dicebantur. Nam ἰσχυρὸς est visus & munda merces. Hinc intelligitur, quid sit ἰσχυροφρασία ripulæ, scilicet descriptio ripæ, virgultorum, graminis, florum in ripa. *Ernstus.**

si prognostica nostra vera sunt: rana enim ⁹ προφητεία. Tu, quælo, fac sciam ubi Brutum nostrum, & quo die videre possim.

6 *P. 1. 1. 1.*] Declamitant.

CICERO ATTICO SAL.

XVII. **D**UAS accepi postridie Idus, alteram eo die datam, alteram Idibus. Prius igitur superiori. De Bruto, cum scies. De Consulam ² factio timore cognoveram. Sica enim ³ φιδοςόργυς ille quidem, sed tumultuosus ad me etiam illam suspicionem pertulit. Quid tu autem? ⁴ τίς ἔστι δίδωμενα? nullum enim verbum a ⁵ Siregio: non placet. ⁶ De Platorio vicino tuo permolesti tui, quemquam prius audisse, quam me. ⁷ De Syro prudenter. L. Antonium per M. fratrem, ut arbitror, facillime ⁸ deterrebis. ⁹ Antroni vetui; sed nondum acceperas literas; nec cuiquam, nisi L. Fadio Edili: aliter enim nec caute, nec jure fieri potest. Quod scribis tibi deesse H-S c. quæ Cicero curata sint; velim ab Erote quaras, ubi sit merces intularum. Arabioni de Sitrō nihil irascor. Ego de itinere, ¹⁰ nisi explicato A, nihil cogito. Quod idem tibi videri puto: Habes ad superiorem: nunc audi ad alteram. Tu vero facis, ut omnia, quod Seruiliz non dres, id est, Bruto. De regina gaudeo te non labora-

1 *Fido*] Antonius enim barbaris scriptis procedebat, cum sibi fingeret timere, aliter vera timorem incutere vellet. *Mauro*.

2 *φιδοςόργυς*] Perammiter.

3 *Τὴν πρὸς δίδωμενα*] Vido VI. 5.

4 *Siregio*] Fortis Sira regia, cujus Sira memini in epist. super. J. F. Gron.

5 *De Platorio*] Forte, hunc fuisse ab exilio revocatum. *Mongelina*.

6 *De Syro*] Ep. 17. lib. XII. & fortasse Horat. Sat. 6. lib. XII. *Corr.*

7 *Deterrebis*] Ne Buthrotis sit molestus. Ep. 15. hujus libri. *Idem*.

8 *Antroni vetui*] Quoniam de munus Aspinatum dari. Supra, epist. 15. & infra, epist. 20. hujus libri. *Epist.*

9 *Nisi explicato A*] Locum obscurum hac

figla A, que torfit Criticos. Opportune eandem habemus sententiam clare explicatam supra epist. 15. *Profectum meum, ut videtur, Erisis dispensatio impedit*. Infra, ep. 20. *Nisi explicata solutio non sum discessurus*. Jam si quaerit quid figla continet: aliqui scribunt A, ut sit *Argenti*; *Alte*, hoc sensu? *nisi explicata argenti*, exsoluto omni esse re alieni. *Bosius* restituebat A, *legabantur* *temus*, hoc est are alieno. Plerique retinent A, sensu non diverso. Ut enim animadvertit *Corradas*, (c. veteri Aristophanis scholiasta, *Plat.* IV. 3.) A. trigetimum Artici signabat mensis diem, quo die dissolvendum erat res alienum. Itaque explicare *lambda* esse res alienum dissolvere. *Oliverus*.

borare; certe etiam tibi ¹⁰ probari. Eroris rationes & ex Tirone cognovi, & vocavi ipsum. Gratissimum, quod polliceris Cicero nihil defuturum: de quo mirabilia Messalla; qui, Lanuvio rediens ¹¹ ab illis, venit ad me: & mehercule ipsius literæ sic & φιδοςόργυς, & ¹² Ἄντρον scriptæ, ut eas vel ¹³ in acroasi audeam legere: quo magis illi indulgendum puto. De ¹⁴ Baciliano Sextium puto non moleste ferre. Ego, si Tiro ad me, cogito in Tusculanum. Tu vero, quidquid erit, quod me scire par sit, statim.

10 *Probari*] Supple, id, quod feci.

11 *Ab illis*] Bruto & Calpo.

12 *Ἄντρον*] Eleganter.

13 *In acroasi*] In cetera hominum docto-

rum. *Ernestus*.

14 *Bacilianus*] Bacilianus & Sextius ex percussoribus Calpurni fuerunt. De quibus *er-* iam epist. 3. lib. XVI. *Mauro*.

CICERO ATTICO SAL.

XVIII. **S**EPTIMO decimo Kal. etsi satis videbar scripsisse ad te, quid mihi opus sit, & quid te facere vellem, si tibi commodum esset: tamen, cum profectus essem, & in lacu navigarem, Tironem statui ad te esse mittendum, ut iis negotiis, quæ agerentur, interesset: atque etiam scripsi ad Dolabellam, me, si ei videretur, velle proficisci: perique ab eo ¹ de mulis vecturæ itineris, ut ² in eis (quoniam intelligo te distentissimum esse qua de Buthrotis, qua de Bruto; cujus etiam ludorum seorsum curam, etiam administrationem suspicor ex magna parte ad te pertinere) ut ergo in ejusmodi re, tribues nobis paulum operæ: nec enim multum opus est. Mihi res ad eadem, & eam quidem propinquam, spectare videtur. Vides homines; vides arma. Prorsus non mihi videor esse tutus. Sin tu aliter sentis, velim ad me scribas: domi enim manere, si recte possum, multo malo.

1 *In lacu*] Lucrino. *Corrad.*

2 *De mulis*] Muli vecturæ itineris sunt, supple, rebus. Totum hunc locum; alias quibus utitur in itinere ad vehenda impedimenta, ut *litens excessus*, quo utitur ad extergendum, & mille talia. *Gron.*

3 *In eis*] J. F. Gronovius legebat, *in his*: quibus utitur in itinere ad vehenda impedimenta, ut *litens excessus*, quo utitur ad extergendum, & mille talia. *Gron.*

CICERO ATTICO SAL.

XIX. QUIDNAM est, quod audendum amplius de Bathrotiis? ¹ stetit enim te frustra scribis. Quid autem ² te refert Brutus? Doleo mehercule te tam esse de-
tentum. Quod ³ decem hominibus ⁴ referendum est acceptum, est illud quidem ⁵ *εργασίας*, sed *ἀνεργάτω*, mihique gratissimum. De armis, nihil vidi apertius. Fugiamus igitur: at, ut ais, ⁶ coram Theophanes quid velit, nescio. Scripserat enim ad me: cui rescripti, ut potui. Mihi autem scribit, venire ad me se velle, ut & de suis rebus, & quaedam, quæ ad me pertinerent. Tuas literas expecto. Vide quæso, ne quid temere fiat. Stadius scripsit ad me, locutum secum esse Q. Ciceronem valde asseveranter, se hæc ferre non posse: certum sibi esse ad Brutum & Cassium transire. Hoc enimvero nunc discere aeo: hoc ego, quid sit, interpretari non possum. Potest aliquid iratus Antonio: potest gloriam novam querere: potest totum esse ⁷ *συνέλαστος*: & nimirum ita est. Sed tamen & ego vereor, & pater conturbatus est. Scit enim, quæ ille de hoc: mecum quidem ⁸ *ἀπαρτε* olim. Plane quid velit nescio. A Dolabella mandata habeo, quæ mihi videbuntur, id est nihil. Dic mihi, C. Antonius voluitne fieri Septemvir? fuit certe ⁹ dignus. De Menedemo est, ut scribis. Facies omnia mihi nota.

¹ Stetit] Stantem expectasse in adibus Consulibus, & aliorum qui erant compellandi. *Greuius*.

² Te refert] *FaRorum. Corrad.*

³ Decem hominibus] Homines appellavit, non viros, per contemptum. Nam ad agrorum divisionem Decemviri creati erant. *Fam. epist. 20. lib. XI. Manut.*

⁴ Referendum est acceptum] Ut agros meos ne dividant. *Idem.*

⁵ *Εργασίας*, sed *ἀνεργάτω*] Laboriosum, sed

tolerandum.

⁶ Coram] His de rebus colloquemur. *Manutius.*

⁷ *Συνέλαστος*] Subitum consilium & tumultuarium.

⁸ *Απαρτε*] Non dicenda mecum locutus est olim Q. pater. *Manut.*

⁹ Dignus] Antonius homo nequam dignus est qui in societatem illorum hominum improborum, qui civium agros dividant, adsciscatur. *Greuius.*

CICERO ATTICO SAL.

XX. EGI gratias Vesteno: nihil enim potuit humanus. Dolabellæ mandata sint quælibet: ¹ mihi aliquid, vel quod ² Nicia nuntiem. Quis enim hæc, ut scribis, ³ ante? ne nunc dubitare quemquam prudentem, quin meus discessus desperationis sit, non legationis? Quod ais, extrema quedam jam homines de Republica loqui, & eos quidem viros bonos; ego, quo die audivi illum tyrannum in concione ⁴ *clarissimum virum* appellari, subdisidere cæpi. Postea vero quam tecum Lanuvii vidi nostros tantum spei habere ad vivendum, quantum accepissent ab Antonio, desperavi. Itaque, mi Attice, fortiter hoc velim accipias, ut ego scribo. Genus illud interitus, quo casurus est, sedum duces, & quasi denuntiatum nobis ab Antonio. Ex hac naxa exire constitui, non ad fugam, sed ad spem mortis melioris. Hæc omnis culpa Bruti. Pompejum ⁵ Carthæje receptum scribis; jam igitur contra hunc exercitum. Utra ergo castra? media enim tollit Antonius. Illa infirma, hæc nefaria. Properemus igitur. Sed juva me consilio, Brundisone, an Puteolis? Brutus quidem ⁶ subito: sed sapienter. ⁷ *Πάσχα τι*: quando enim illum? sed humana ferenda. Tu ipse eum videre non potes. Dii illi ⁸ mortuo, qui unquam Bathrotum! Sed acta missa: videamus quæ agenda sint. Rationes Erotis, etsi ipsum nondum vidi, tamen & ex literis ejus, & ex eo, quod Ti-

ro

¹ Mihi aliquid] Muretus probabat, *modo aliquid, vel quod, &c.*

² Nicia] Intelligit Curium Niciam nobilem Grammaticum, de quo lib. 22. pluribus egit. Hujus etiam inter Grammaticos vitam scribit Suetonius Tranquillus, seu quicumque fuit qui libellum illum conscripsit. Ducebat autem secum, vel potius præmiserat in provinciam, Niciam hunc Dolabellæ. *Vilfortius.*

³ Ante? ne nunc] Ita emendavit Victorius: nam, *antequam* legitur in MS. Unle Popma, *ante non? Nunc dubitare*, Sec. Alioquin conjecturas hocci facit Mongaultus, nec injuria.

⁴ *Clarissimum virum*] Vide 14. 11.

⁵ Carthæje] Oppidum in extrema Beticæ. Sex. Pompejum auditis Cæsaris morte scribit Dio Beticam occupasse, cum aliquando apud Lusitanos latuisset. *Manut.*

⁶ Subito] Profecturus est. Profecturus autem Puteolis VII. Kal. ut ep. 26. *Idem.*

⁷ *Πάσχα τι*] *Paros aliquid*, Brutus discessu commoveor: quando enim erit ut illum videam?

⁸ Mortuo] Cæsarem dii mortuum, perdant, qui unquam Bathrotum profcripserit, siquidem te nunc ejus civitatis liberandæ cura Romæ tenet: ut Brutum videre discedentem non possis. *Manut.*

ro cognovit, propemodum cognitās habeo. Verſuram ſcribis eſſe faciendam menſium quinque, id eſt ad Kal. Quintemb. H-S ce; in eam diem cadere nummos, qui a Quinto debentur. Velim igitur, (quoniam Tiro negat tibi placere, me ejus rei cauſa Romam venire) ſi te ea res nihil offendet, videas, unde nummi ſint; mihi ſeras expenſum. Hoc video in præſentia opus eſſe. Reliqua diligentius ex hoc ipſo exquiram; in hijs, de mercedibus ⁹ dotalium prædiorum: quæ ſi fideliter Ciceroni curabuntur, quanquam volo ¹⁰ laxius, tamen ei propemodum nihil deerit. Equidem video mihi quæque opus eſſe viaticum: ¹¹ ſed id ex prædijs, ut cadet, ita ſolvetur: mihi autem opus eſt univerſo quidem. Eſti mihi videtur ¹² ille, qui umbras timeret, ad eadem ſpectare; tamen, niſi explicata ſolutione, non ſum diſceſſurus. Sit-ne autem extricata, nec-ne, tecum cognofcam. Hanc putavi mea manu ſcribendam; itaque feci. ¹³ De Fadio, ut ſcribis; utique alij nemini. Reſcribas velim hodie.

⁹ *Dotalium prædiorum*] Ex Terentio de te. Nec dubito, quin intellegat inſulas in Arpilio & Aventino: quarum fructus Ciceroni filio in annuum ſumptum aſſignaverat. Tira loca, 12. 31. 15. 17. 16. 2. conier in unum, & conſidera: mecum ſenties. At iſta ſunt in urbe, & prædia non ibidem ſunt. Immo vero ſunt: nam prædiorum nomine, ad Gnae Pediano, & domus, & agrj contempenduntur. *Heu.*

¹⁰ *Laxius*] Suppeditari. *Corrad.*

¹¹ *Sed id*] Ciceroni ita ſolvetur, ut ex prædijs dotalibus cadet. Mihi autem quod pro viatico opus eſt, non duobus tribuſe dandum eſt portionibus, ut Ciceroni filio, ſed univerſum ſimal ante quam diſcedam. *Manut.*

¹² *Iſte*] Finiebat Antonius conſul ſe timere, ut haberet ob eam rem barbaros ſtyropes circa ſe, ad omne iſtinus paratos. *Idem.*

¹³ *De Fadio*] Ep. 15. h. 1. *Corrad.*

CICERO ATTICO SAL.

XXI. **N**ARRO tibi; Quintus pater exultat lætitiâ. Scripſit enim filius, ſe idcirco profugere ad Brutum voluiſſe, quod, cum ſibi negotium daret Antonius, ut eum dictatorem efficeret, præſidium occuparet, id recuſaſſet: recuſaſſe autem ſe, ne patris animam offenderet: ex eo ſibi illum hoſtem. Tum ¹ me, inquit, collegi; verens, ne quid mihi ille iratus, tibi noceret. Itaque cum placavi, & quidem

¹ *Me, inquit, collegi*] Ne ad Brutum profugerem. Et eſt *placavi*. *Corrad.*

dem ² cccc certa: reliqua in ſpe. Scribit autem Statius, illum cum patre habitare velle. Hoc vero mirum: & id gaudet. Equem tu illo certiore ³ nebulonem? ⁴ *ερωχη* veſtram de re Cani deliberationis probo. Nihil eram ſuſpicatus ⁵ de tabulis: ⁶ *ἀρεπλος* reſtitutam arbitrabatur. Quæ diſſers, ut mecum coram; expectabo. Tabellarios, quoad voles, tenebis: es enim occupatus. Quod ad Xenonem, probe. ⁷ Quod ſcribo, cum abſolvero. Quinto ſcripſiſti, te ad eum literas: nemo attulerat. Tiro negat jam tibi placere ⁸ Brundisium, & quidem dicere aliquid de militibus: at ego jam deſtinaram, Hydrantem quidem. Movebant me tuæ quinque horæ: hic autem quantus ⁹ *πλες*? Sed videbimus. ¹⁰ Nullas a te xi Kal. quippe, quid enim jam novi? Cum primum igitur poteris, venies. Ego propero, ne ante ¹¹ Sextus; quem adventare ajunt.

² *CCCC*] Hoc eſt, CCCC H-S ab Antonio mihi Q. promiſſa. *Manut.*

³ *Nebulonem*] Vates, & de Statio, & de Q. filio intelligere. Equidem de Q. *Idem.*

⁴ *ερωχη*] *ερωχη* hic valet *reſtitutum* ſimpliciter: ut ſit, *ερωχη* deliberationis, quod deliberare moluſſi de re Cani. Ep. 31. lib. 13. *Manut.*

⁵ *De tabulis*] Quantum hinc licet conſpicere, hæc Cani ſiſta prius alteri viro nupta fuerat, a quo dos, ſoluto matrimonio, exigi non poterat, quod ejus bona non eſſent ſolvendo. Ideo ſcripſerat Atticus novas tabulas factas fuiſſe in illius dote. Quod Cicerone nunquam ſuſpicatus fuerat, imo putabat dotem integre reſtitutam fuiſſe. *Boſſuet.*

⁶ *ἀρεπλος*] Sincere.

⁷ *Quod ſcribo*] Quod opus nunc in manibus habeo, mittam ad te, cum abſolvero. *Manut.*

⁸ *Brundisium*] Tiro negat jam tibi placere me ire Brundisium, propterea quod Antonius cum legionibus Macedonicis dicitur adventare, ut eo præſidio minus tunc ſit. At ego Hydrantem præſidij deſtinaram, unde in Græciam trajectum eſſe quinque horarum tu aliquando dixiſti. Hic enim ſi conſcendero, quam longa eſſet navigatio? *Ephem.*

⁹ *πλες*] Navigatio.

¹⁰ *Nullas*] Literas accepti. *Corrad.*

¹¹ *Sextus*] Ne ante Sex. Pompeius in Italiam cum exercitu veniat. *Manut.*

CICERO ATTICO SAL.

XXII. **G**RATULOR nobis Quintum filium ¹ exiſſe: meleſtus non erit. Paſſam bene loqui credo: ſemper enim conjunctum eſſe cum Hirrio ſcio: amiciffimum Bruto & Caſſio puto, ſi expediet; ſed quando illos videbit? inimicum

¹ *Exiſſe*] Ex urbe. *Corrad.*

micum Antonio : quando, aut cur? quousque ludemur? Ego autem scripsi Sextum adventare, non quo jam adesset, sed quia certe id ageret, ab armisque nullus discederet. Certe, si pergit, bellum paratum est. Hic autem noster Cytherius, nisi victorem, neminem victurum. Quid ad hæc Panfa? cum utro erit, si bellum erit? quod videtur fore. Sed & hæc, & alia coram: hodie quidem, ut scribis, aut cras.

² *Cytherius*] M. Antonius: a Cytheride mima, quam usque adeo amavit, ut, in Galliam cum legionibus proficiscens, hiberno tempore secum adduxerit. Hoc & Virgilio carmine notum est.

Galle, quid insani, inquit? tua cura Lycoris
Perque niveæ alium, perque horrida co-
stra secuta est. Manut.

CICERO ATTICO SAL.

XXIII. **M**IRIFICE torqueor, sine dolore tamen: sed per multa mihi de nostro itinere in utramque partem occurrunt. Quousque? inquires. Quoad erit integrum: erit autem usque dum ad navem. Panfa si rescriperit, & meam tibi, & illius epistolam mittam. Silium expectabam; cui ¹ *ἑπὶ μὲν μὲν* compositum. ² Si quid novi. Ego literas mihi ad Brutum: cujus de itinere etiam ex te velim, si quid scies, cognoscere.

¹ *ἑπὶ μὲν μὲν*] Libellum, commentarium dato a me conscriptum de rebus novis. Sic

enim vocat epistola proxima. *Refus.*
² *Si quid novi*] Subaudi, scribe. *Man.*

CICERO ATTICO SAL.

XXIV. **T**ABELLARIUS, quem ad Brutum miseram, ex itinere rediit VII Kalend. Ei Servilia dixit, eo die Brutum hora quarta profectum. Sane dolui meas literas redditas non esse. Silius ad me non venerat. ¹ Causam composui. Eam libellum tibi misi. Te quo die expectem, velim scire.

¹ *Causam*] *ἑπὶ μὲν μὲν*, cujus in precedente epistola meministi.

CICERO ATTICO SAL.

XXV. **D**E meo itinere variæ sententiæ. Multi enim ad me. Sed tu incumbe quæso in eam curam. Magna res est. An probas, si ad Kal. Jan. cogitamus? Meus animus est æquus; ¹ si sic tamen, ut nihil offensionis sit. Et tu etiam scite; ² *quo die olim placum*; mysteria scilicet. ⁴ Ut ut se res, casus consilium nostri itineris judicabit: dubitemus igitur. Est enim hiberna navigatio odiosa; eoque ex te quæram

Tom. VIII.

K k k k

firam

¹ *Ad me*] Scribunt, alii consilium meum probantes, alii reprehendentes. *Man.*

² *Si sic tamen*] Alii; *Sic tamen, ut si nihil, &c.* Antiqua editio: *Si tamen, ut nihil, &c.* Verebatur Cicero, ne suos Roma discessus offensionis in publicum haberet aliquid; neve ita incusaretur, ut qui suam patriæ opem difficili tempore subduceret. Ejus formidinis non oblucra significatio in aliquibus est superioribus epistolis: atque ex nonnullis, que post legentur, apparet, eo metu suspensum distulisse diu professionem, ac tandem e medio cursu revertisse. Eandem hic locum habet sententiam, Neutram, inquit, in partem propendo: vel ad Nonas Decembres adero, vel non ante Kalendas Januariæ, utcumque tu probabis; *si sic tamen* potest res componi, ut hæc diario atque absentia nullam præbeant materiam sermonibus. Mongalto hic aliquid deæo. Quod ego de reliquis profiteor, que in hanc daturus sum epistolam. *Officium.*

³ *Quo die olim placum*] Querierat Cicero, annon operæ pretium esset Roma se adesse, circiter Nonas (quintum diem) Decembris; propterea quod IV. Idus (die decimo) initiari essent magistratum novi Tribuni, quorum non pauci Heuto favebant & Cassio; atque unus etiam patricio conjurationis adversus Cæsarem fuerat; Ut deliquisset Nonas Decembres, dixerat *mysterium dicitur*, quoniam eo die sacra fiebant a mulieribus in opere Bonæ Deæ. Eorum religionem, cum execeretur in ædibus C. Julii Cæsaris, violaverat P. Clodius illo facinoræ, quod aliquoties exagitavit oratione Cicero; & historicus narrabat Attico, l. 13. Ipsi illo die Cicero Consul in custodiam tra-

diderat principes Cassianæ conjurationis, quorum morte piata conjuratio iust. Atticus refertur, pro *mysterium die* posuerat, *quo die olim placum*. Lausat hoc, ut scite distum, Cicero: cum enim *placum* & facinus sit, & piaculum, ea voce unica memoriam Atticus reficabat & Clodianæ infamiae, & gloriæ Ciceronianæ. Sed a vera hujus loci sententia multos averit falsa mente concepta opinio, quod sacra Bonæ Deæ Kalendis Maji ferent. Gondat autem ea sacra vero Ciceronis ac Cæsaris facta esse Nonis Decemb. Si Kalendas Majis assignant Ovidius, *Fast.* V. 148. & Macrobius, *Satur.* l. 12. id eo factum, quod diem mutasset ea religio. Murandi causam indicat Ovidius, *Fast.* V. 157. Templum scilicet Bonæ Deæ restituerat Livia, & Kalendis Maji dedicarat. Neque solum dies, sed locus etiam est mutatus. Cum enim Ciceronis ætate ac Cæsaris, ea ferent sacra in ædibus Consulium, aut Praetorum; C. Cassius, *lib.* XXXVII. *ad Atticum* l. C. *Ex*, de illo more ita loquitur, uti consuetum est de rebus veteris ævi, & antiquis. *Item.*

⁴ *Ut ut se res*] *Vid.* & *Man.* *ut tu scires.* Lamb. *ut tu scribis.* Nullo utroque sensu. Græterus ex Bosto, *ut ut se res.* Conventio sententia, Latinitas repugnat, ut animadvertit Vassafior. *libello de vi & usi quorundam verborum.* Edidi quod latebat in illa vetere scriptura, *scires.* Integram esset, *ut ut se res* habebat. Deinde, *casus judicabit*, hoc est: ut res eadem, ita consilium instruum itineris mei. Ibo, redibo, ut ferret cursus rerum, & temporis opportunitas. *Item.*

seram ⁵ mysteriorum diem. Brutum, ut scribis, visum iri a me puto. Ego hinc volo prid. Kal.

⁵ *Mysteriorum*] Certum mihi est, inquit, adesse Romæ Kalendis Januariis: ut si reditum in id tempus differam, obeunda erit hiberna navigatio, quæ semper *odiosa*. Id est

fugiam incommodum, si martius proficiscar, ac redcam. Idcirco *quereram ex te*, annon satius foret redire me ad *mysteriorum diem*. *Idem*.

CICERO ATTICO SAL.

XXVI. **D**E Quinti negotio video a te omnia facta. Ille tamen dolet, dubitans, utrum morem gerat Lepæ, an fidem infirmet Silio. Inaudiui L. Pisonem velle exire legatum ¹ *ἄδελφῶν* senatus-consulto: velim scire quid sit. Tabellarius ille, quem tibi dixeram a me ad Brutum esse missum in Anagninum, ad me venit ea nocte, quæ proxima ante Kal. fuit; literasque ad me attulit: in quibus unum alienum summa sua prudentia, ut spectem ludos suos. Rescripti scilicet, primum me jam profectum, ut non integrum sit: dein, ² *ἀπερὶστατον* esse, me, qui Romam omnino post hæc arma non accesserim, neque id tam periculum mei causa fecerim, quam dignitatis, subito ad ludos venire. Tali enim tempore ludos facere illi honestum est, cui necesse est: spectare mihi ut non est necesse, sic ne honestum quidem est. Equidem illos celebrari, & esse quam gratissimos mirabiliter cupio: idque ita futurum esse confido: & tecum ago, ut jam ab ipsa commissione ad me, quemadmodum accipiantur, deinde omnino reliquorum dies singulos persequare. Sed de ludis hæc tamen. Reliqua pars ³ epistolæ, est illa quidem in utramque partem: sed tamen nonnullos interdum jacit igniculos viriles: quod quale tibi videretur, ut posses interpretari, misi ad te exemplum epistolæ: quanquam mihi tabellarius noster dixerat, tibi quoque se attulisse literas a Bruto, easque ad te e Tusculano esse delatas. Ego itinera sic composueram, ut Nonis Quint. Pureolis essem. Valde enim festino; ita tamen, ut, quantum homo possit, quam cautissime navigem. M. Æ-

¹ *ἄδελφῶν*] Falso perscripto.
² *ἀπερὶστατον*] Absurdissimum.

³ *Epistola*] Quam ad me Bruto misit. *Manus*.

lium cura liberabis: ⁴ is me paucos specus in extremo fundo, & eos quidem subterraneos, servitutis apud tale quid habituros: id me jamjam nolle, neque mihi quidquam esse tanti; sed, ut mihi dicebas, quam lenissime; potius ut cura liberetur, quam ut me succentere aliquid suspicetur. ⁵ Item de illo ⁶ Tulliano capite libere cum Cæcilio loquere. Parva res est: sed tu bene attendisti: nimis callide agebatur. Ego autem, si mihi imposuisset aliquid, quod pene fecit, nisi ⁷ tua malitia affuisset, animo iniquo tulissem. Itaque, ut ut erit, rem impediri malo. ⁸ Octavam partem tuli luminarium in ædium ad frana memineris. Cui Carcellia, ⁹ videris mancipio dare ad eam summam, quæ sub præcone fuit maxima: id opinor esse cccclxxx. Novi si quid erit, atque etiam si quid prospicies, quod futurum putes, scribas ad me quam sapissime velim. Varroni, quemadmodum tibi manda-

K k k k 2 vi,

⁴ *Is me paucos*] Locus, nam fatentur omnes, depravatus. Audacem itaque, ut solet, me fecit desperatio. Sic muto. *Is me paucos specus* ... *servitutis apud se ali-quid* ... Voluerat Cicero paucos specus subterraneos fodere in extremo fundo suo: Elianus vicinus meruebat, ne, si prohiberet, infernum haberet Ciceronem, si non prohiberet, aliquam *apud se*, suo ipse fundo servitutum susciperet. Ea vult cura hominem liberari: mandat dici, se consilium mutasse, *causam*, hoc est, omnia *parte* fodi specus illos, neque ullum sibi commodum esse tanti, ut ob id talis vicini gratiam amitteret. Puto specus dicuntur subterranei meatus, per quos aqua ducitur. Vitruvius, VIII. 7. Cajacius, *Observat.* XVI. 17. Jurisconsultorum formulæ lectores non impediam. *Olivetus*.

⁵ *Item*] Sic Victorius. Alii, *Idem*.

⁶ *Tullianum capite*] Tullianum caput vocat, quod epistola proxime sequenti Tullianum sensitum. Caput enim quomodoque forem, & pecunia summam significat. *Bisius*.

⁷ *Tua malitia*] Id est, nisi tu homo malus dolum illorum pervidisses. Hypallage elegans, & redolens familiaritatem summam. *Junius*.

⁸ *Octavam partem tuli*] Locus a doctis hominibus plane desperatus, ut & assertici-
onem attulerint; Manutius etiam ut depravatum assensuque posse negaret. Corradus ita legebat: *Octavam partem tuli luminarium ædium ad Sreucia memineris*. Memineris, inquit, nisi res impediatur, tolli octavam partem luminarium earum ædium, quæ sunt ad Sreucia sanuum. Et sane Cicerones in Carinis ædes habuisse apparet epist. 3. lib. II. ad Q. fratrem: & Pub. Vitorii, regione IV. caput sacre visæ a Carinis oritur ab Sreucia sacello. Bofius vero legit & explicat: *Octavam partem tuli luminarium in ædium ad Sreucia*. Junius autem e Glossario, *ad Sreucia*, fundæ voce, pro *ad Sreucia*, hic committitur ingeniose. Alii etiam aliter legunt, & interpretantur. Ego vero Burriavo Tolo-fari propendimus assentior, ut interim aliorum in re dubia solertiam minime contemniam, ita e vestigiis scripturæ veteris reponeant: *Octo partes tuli luminaria ædium ad Sreucia memineris*: hoc est, octo partes altitudo tuli luminaria ædium mearum ad Sreucia ædem memineris. A. Schottus, *Cic. vind. cap. 7.* Placet Schotti conjectura; nec tamen interpretatio: nam ille *aliquis* colligit vult; ego contra *tuli* pro *deprimi*, minus, dictum arbitror. *Meagerus*.

⁹ *Videris*] Curabis, ut id, quod profertur est, ei mancipetur, cui perit Carcellia, ad eam summam, quæ in auctione oblata fuit maxima. *Idem*.

vi, memineris excusare tarditatem literarum mearum. ¹⁰ Mundus istum. ¹¹ M. Ennius quid egerit de testamento (curiosus enim) facias me velim certiore. Ex Arpinati, VI Non.

¹⁰ *Mundus istum*] Infra, epist. 29. De *Mundo* si quid scitis. Hoc tamen loco ita concilia brevitas, ut coniectura six locis videatur. *Manus.*

¹¹ *M. Ennius*] Quod rarum sit hoc nomen, vercor, ne legendum sit. M. Leinius vel M. Annius, vel Memmius. *Corradus.*

CICERO ATTICO SAL.

XXVII. GAUDEO id te mihi suadere, quod ego mea sponte pridie feceram. Nam cum ad te VI Nonas darem, eidem tabellario dedi etiam ad Sextium, scriptas ¹ *αὐτὸν φιλώσας*. Ille autem, ² quod Puteolos profectus, humane; quod queritur, injuste. Non enim ego tam illum expectare, cum de Cosano rediret, debui, quam ille aut non ire ante, quam me vidisset, aut citius reverti. Sciebat enim me celeriter velle proficisci, seque ad me in Tusculanum scripserat esse venturum. Te, ut a me discesseris, lacrymasse moleste ferebam. Quod si me presente fecisses, consilium totius itineris fortasse mutassem. Sed illud praclare, quod te consolata est spes brevi tempore congregandi: quæ quidem expectatio me maxime sustentat. Meæ tibi literæ non deerunt. De Bruto scribam ad te omnia. Librum tibi celeriter mittam de gloria. Excudam aliquid ³ *ἡφαλαίειδον*, quod lateat in thesauris tuis. De Planco memini. Attica jure queritur. Quod me ⁴ de Bacchi, de statuarum coronis

¹ *ἄνθρωποι φιλώσας*] Valde amantur.
² *Quod Puteolos profectus*] Quod me Puteolos, ut tu scribis, profecturus est; humane facit: quod autem queritur, quia de Cosano redeuntem non expectavi; hoc scilicet injuste. *Manus.*

³ *ἡφαλαίειδον*] Supra, epist. 4.

⁴ *De Bacchi*] Quid de Bacchi coronis poterit Atticus scribere, quod Cicero. Ita gratum fuerit, nemo facile explicabit. Quid enim ad Ciceroem & Atticum quæ coronæ Baccho fuerint impostæ? In Balliol. legi-

tur: quod me de Bacchide, & in veteri libro quoque se deprehendisse testatur F. Ursinus. Lego, *Quod me de Bacchide, de statuarum* &c. Per Bacchidem vero intelligi puto inimicam, aut aliam concubinam, cum qua se oblectabat Antonius, quas exagitavit toties in Philippicis. De coronis autem statuarum, quæ aut impostæ, aut detractæ a populo aut Julii Cæsaris, aut Antonii statuis videntur loqui. In re obscura licet hæsitari. *Grævius.*

ronis certiore fecisti, valde gratum: nec quidquam post hac non modo tantum, sed ne tantulum quidem præterieris. Et de Herode & Mettio memineris, & de omnibus, quæ te velle suspicabor modo. O turpem sororis tuæ filium! Cum hæc scriberem, adventabat ⁵ *βελύσει*, cœnantibus nobis.

⁵ *βελύσει*] *Vesperæ*, tempore, quo *hæves* rustica tuæ temporis vita erat hominum, ab *ἀγρω* solent *λύσει*. Ex Homero intelligi poterit, veteres tempora diei appellasse, ab *ἄγρω*. *Vespera* igitur dicta *βελύσει* sine *βελύσει* rebus, quæ illis age solebant. Et quoniam *βελύσει*, quod est *ἰλιάδ. II. v. 770. Erasmus.*

CICERO ATTICO SAL.

XXVIII. EGO, ut ad te pridie scripseram, Nonis constitueram venire in Tusculanum. Ibi igitur quotidie tuas literas expectabo, & maxime de ludis; de quibus etiam ad Brutum tibi scribendum est: cujus epistolæ, quam interpretari ipse vix poteram, exemplum pridie tibi miseram. Atticæ meæ velim me ita excuses, ut omnem culpam ¹ in te transferas, & ei tamen confirmes, ² me minime totum amorem eo necum attulisse.

¹ *In te*] Qui oblitus fueris quod mandaveram, ut eam juberis salvere. *Corr.*

difcedam; futurum tamen, ut absens eam æque diligam, ac si una essemus. *Manutius.*

² *Me minime totum*] Quoniam longius

CICERO ATTICO SAL.

XXIX. BRUTI ad te epistolam misi. Dii boni, quanta ¹ *ἀνοχη*! cognosces, cum legeris. De celebratione ludorum Bruti, tibi assentior. Ad M. Aelium ² nulus tu quidem domum, sed sicubi incidit. De ³ Tulliano femisse M. Axianum adhibebis, ut scribis. Quod cum Cosiano egisti, optime. Quod non solum mea, verum etiam tua

¹ *ἀνοχη*] Consilii inopia.

incidit, alloquaris. Ep. 17. *Man.*

² *Nulus tu quidem domum*] Non tu quidem ad eum domum veneris; sed, sicubi

³ *Tulliano femisse*] Vide epist. 27. *Idem.*

tua expedis, gratum. Legationem probari meam gaudeo. Quod promittis, dii faxint: quid enim mihi meis iocundius? sed ⁴ illam, quam tu excipis, metuo. Brutum cum conve-
nero, perscribam omnia. De Planco, & Decimo, sane ve-
lim. Sextum scutum abjicere nolebam. De Mundo, si quid
scies. Rescripsi ad omnia tua: nunc nostra accipe. Quintus
filius ⁵ usque Puteolos: mirus civis, ut tu Favonium, Asi-
nium dicas: & quidem duas ob causas, & ut mecum; &
⁶ *οτι ομοιωσιν* vult cum Bruto, & Cassio. Sed tu quid ais?
scio enim te familiarem esse Othonum: ait hic sibi Juliam
⁷ ferre: constitutum enim esse discidium. Quæsit ex me
pater, qualis esset fama. Dixi, nihil sane me audisse (ne-
sciebam enim cur quæreret) ⁸ nisi de ore, & patre. Sed
quorsus, inquam? At ille, ⁹ filium velle. Tum ego, eris
¹⁰ *εἴθε ἄνθρωπος*, tamen negavi putare me illa esse vera.
¹¹ *Σκωδός* (hoc est enim) huic nostro nihil præbere. Illa
autem ¹² *ἔσθ' ἄρα τῆρο*. Ego tamen suspicor hunc, ut solet,
allucinari. Sed velim quæras (facile autem potes) & ¹³ me
certiorem.

Obsecro te, quid est hoc? Signata jam epistola, Formia-
ni, qui apud me cœnabant, Plancum se ajebant, hunc
¹⁴ Buthrotium, pridie, quam hoc scribebam, id est, IIII
Nonas, vidisse demissum ¹⁵ sine phaleris: servulos autem di-
cere,

⁴ *Illam, quam tu excipis, metuo*] Ne pa-
rum iocundus ei meus sit redire. Dicitum
poco. Anticus, ad superiora respondens e-
pistolam, incipserat, ipse esse, restitutum
brevi Cicerontem, & cum suis Romæ victu-
rum: id esse omnibus iocundissimum, præ-
terquam uni Atticæ, quæ placari nollet.
Dicitum hoc quoque per jocum. *Mangatus*.

⁵ *Usque Puteolos*] Profectus est, vel po-
tius profecturus profecturum. *Corr.*

⁶ *οτι ομοιωσιν*] Eadem facere.

⁷ *Ferre*] Scilicet conditionem: quod lo-
quendi genus frequens est; hoc est, matri-
monium offerre. *Grævus*.

⁸ *Nisi de ore, & patre*] Dixi, me Juliam
patrem cognovisse, illam autem de facie
tantum, de fama nihil scire. *Man.*

⁹ *Filium velle*] Juliam ducere. *Idem.*

¹⁰ *εἴθε ἄνθρωπος*] Admirabar.

¹¹ *Σκωδός*] *Scopus*, *hinc*. Notat Quinti
patris aversionem, qui nihil spectaret aliud,
quam ut filio ne quid in sumptum præbe-
ret, adeoque ei concederet de uxore ducen-
da. *Manut.*

¹² *Οὐ μὲν τῆρο*] *Non in es*: non in eo
ponit rem, aut difficultatem, quasi quod Q.
filius dives non sit, hoc non curat, dicit
illum habeat maritum. Ita enim videtur
credidisse Q. frater. *Corr.* Non Q. frater,
sed Q. filius. *Mangatus*.


¹³ *Certiorem*] *Supple*: facias.

¹⁴ *Buthrotium*] Qui profectus erat ad a-
gram Buthrotium dividentium. Ep. 1. lib.
XVI. *Manut.*

¹⁵ *Sine phaleris*] Phalære proprie sunt,
quæ frontibus equorum, ornatus gratia, im-
ponuntur. *Memorandum* aliis de rebus uti-
pantur. *Idem.*

cere, eum, & ¹⁶ agripetas ejectos a Buthrotiis. Maeste. Sed
amabo te, perscribe mihi totum negotium.

¹⁶ *Agripetas*] Qui Plancum secuti, par- no quærentes. Epist. 1. & 4. lib. XVI. &
tem agri Buthrotii petierant, seculum in alie- Phil. 7. *Idem.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

CENTRO NACIONAL DE BIBLIOTECAS

EPI-

I. **N**ONIS Quint. veni in Puteolanum. Postridie iens ad Brutum in Nefidem hæc scripsi. Sed eo die, quo veneram, cœnanti Eros tuas literas. Itane? Nonis Julii? Dii hercule istis. Sed stomachari totum diem licet. Quidquamne turpius, quam Bruto, Julii?

1 Nefidem] Nefis insula Campaniæ, in qua Brutus erat in villa Luculli filii. Meminit Plinius l. XIX. cap. 8. *Fopna*.
 2 Nonis Julii?] Scripsit Atticus Cicero, Brutus ludos esse profcriptos sic, & Nonis Julii ad III. Idus: ut scilicet populo significaretur, ad sextum diem ludos esse duraturos. Eam profcriptionem ut maxime turpem Cicero detestatur: nec id quidem invidia: quia certe nimis absurdum videtur, apparet. Julii nomen in profcriptione Juliorum, quos Brutus daret; h; qui ipsum Julium non ferens vicia privasset, & propterea Casari obredidisset. Non debuit, inquit, qui illud incomparabilis viri dignum factum reprehenderent. Iner quoq; M. Tullius Cicero, homo potius virtutum Casaris obredator, quam vitiorum castigator, cum anno primo Juliano quidam diceret, cras lyra orietur: Ex edito, inquit, orietur: tanquam coactus illam ordinationem non solum acciperet, sed audiret. Hoc etiam animadvertere licet ex quadam epistola ad Atticum lib. XVI. Itane? Nonis Julii? quicquam turpius, quam Bruto, Nonis Julii? Sed Cicero Pompejas Nonas veteris aucti ineptissime amasset, qui Julias anni castigati averfatur. Hæc Scaliger. Sed immerito vapulat Cicero, qui non reprehendit annum castigatum a Casare, sed Casaris au-

diem fuisse constet, IV. Idus, cum dies vacationis, que ludos est Apollinæres consecuta; III. Idus sic. *Mamus*.
 3 Dii hercule istis] Imprecatio est adverfus eos, qui ludos Bruti profcripterant Nonis Julii, non vero Nonis Quintilibus. Sic quoque loquutus est epistola 10. hujus libri: O qualis tu semper istos! Itane in D. Brutum? Dii istis. *Bofius*.
 4 Quicquamne] Magnus Scaliger IV. de Temporibus emendatione reprehendit & fatiscriter castigat Ciceroem, quasi annum a Julio Casare correctum improbasset, & propterea Casari obredidisset. Non debuit, inquit, qui illud incomparabilis viri dignum factum reprehenderent. Iner quoq; M. Tullius Cicero, homo potius virtutum Casaris obredator, quam vitiorum castigator, cum anno primo Juliano quidam diceret, cras lyra orietur: Ex edito, inquit, orietur: tanquam coactus illam ordinationem non solum acciperet, sed audiret. Hoc etiam animadvertere licet ex quadam epistola ad Atticum lib. XVI. Itane? Nonis Julii? quicquam turpius, quam Bruto, Nonis Julii? Sed Cicero Pompejas Nonas veteris aucti ineptissime amasset, qui Julias anni castigati averfatur. Hæc Scaliger. Sed immerito vapulat Cicero, qui non reprehendit annum castigatum a Casare, sed Casaris au-

liis? redeo ad meum igitur, ἔτι εἰμέν? nihil vidi. Sed quid est quæso, quod agripetas Buthroti concisos audio? quid autem? Plancus tam cursum (ira enim audiebam) diem, & noctem? sane cupio scire quid sit. Meam profctionem laudari gaudeo. Dymæos, agro pulfos, mare infestum habere, nil mirum. Videndum est ut mansio laudetur. Eὖ ὀμοπαδῶς Bruti videtur aliquid præsidii esse: sed, opinor, minuta navigia. Sed jam sciam, & ad te cras. De Ventidio, τανυκὸς puto. De Sexto pro certo habebatur, haud arma. Quod si verum est; sine bello civili vide servendum. Quid ergo? Kal. Jan. in Pansa spes? ἄριστος παλῶς in vino, & in somno istorum. De ccx, optime Ciceronis rationes explicentur. Ovius enim recens: is multa, quæ vellem: in his ne hoc quidem malum, in mandatis, abunde H-S LXXII, fatis esse, affatim profsus; sed Xenonem perexigue, & ἄλλοις præberè. Quo plus permutasti, quam ad fructum in-

Tom. VIII.

L I I I

Sula-

perham, & ambitionem, qui æque ac Janus & Mars dii, passus sit de suo nomine mensẽ appellari Julium, abrogata veteri Quintillis appellatione. Hinc & Suetonius in Jul. cap. 74. inter illa recenset, propter quæ jure cæsus esse credatur, mensẽ a suo nomine. Præterea his Bruto reprobat Tullius, cum ludos suos profscribi Nonis Julii passus est, quod hæc ratioe probet honores, qui tyranno decreti sunt ab adulatores, & in sum tyrannicidum ipse damnat, cum tyranni memoria sit abolenda. Inde statim subdit, quicquamne turpius Bruto, Julii? mininum quam Julii, non Quintilibus profscribi ludos. *Grævius*.
 5 Eὖ ὀμοπαδῶς] Adhucne finimus & patimur ista fieri? Sic Bofius. Alii vero, τανυκὸς, hoc est, ἀσθενῶς ex Italia.

6 Nihil vidi] Potest esse ἀπρονόητος ut sit. Nihil vidi turpius. *Mamus*. Aliter Turnebus *Advers.* IX. 22. Nihil vidi; hoc est, improdus sui, qui noudum discerim.
 7 Plancus] Vide XV. epist. ult.
 8 Dymæos] Pompejus, ut Plurarchus scribit, capis piratis, magnam eorum partem constituitur in agro Dymæo: quod erat & fertile territorium, & a cultoribus infrequens. Il postremo pulsus ea sede, quam assignatam a Pompejo per aliquos annos tenuerat, rursus se ad piraticam veterem artem

contulerunt. Dyme civitas est in Achaja *Mamus*.
 9 Videndum] Gaudeo quidem meam profctionem laudari, sed, quoniam Dymæi mare infestum habent ira, ut tuta non sit navigatio, videndum est, ut, si forte ob id sit manendum, mansio quoque laudetur. *Corrad.*
 10 Eὖ ὀμοπαδῶς Bruti] In societate navigandi cum Bruto, *Mamus*.
 11 ἄριστος] Votum terrorem.
 12 ἄριστος] Nugæ multa.
 13 Explicentur] Sententia hujus loci hæc est. Ducenta decem milia nummum commode præberi poterunt filio Murem, quibus indiget ad se tuendum, & debita quæ contraxit solvenda. *J. F. Gronov.*
 14 Abunde] Hoc est: Ovius, qui recens Athenis venit, narrat habere se in mandatis, a filio mandatum sibi esse, ut referret iulii, sufficere ad omnia summam assignatam, satis esse, abunde, affatim. Vide Turneb. *Advers.* XXIII. 29.
 15 ἄλλοις] Pompejus] *Munitium*. Quod etiam fuerat, inquit Mantius, receptum in epistolam ignorantem describentium. *Man.*
 16 Plus permutasti, &c.] Scis convenisse, ut Cicerois tantum datemus, quantum reciperet ex insularum fructu. Eo si quid plus Athenis permutasti Ciceronis causa, vo-

sularum, id ille annus habeat, in quem itineris sumptus accessit. ¹⁷ Hinc ex Kal. April. ad H-S LXXX accommodetur: nunc enim insula tantum. ¹⁸ Videndum enim est quid, cum Romæ erit: non enim puto socrum illam ferendam. Pindaro ¹⁹ decumano negaram. Nunc, cujus rei causa tabellarium miserum, accipe. Q. filius mihi pollicetur ²⁰ se Catonem. Egit autem & pater, & filius, ut tibi sponderem: sed ita, ut tum crederes, cum ipse cognosces. Huic ego literas ipsius arbitrato dabo: ea te ne moverint. Has scripsi in eam partem, ne ²¹ me motum putares. Dii faxint, ut faciat ea, quæ promittit. Commune enim gaudium. ²² Sed ego Nihil dico amplius. Is hinc VI Idus. Ait enim ²³ attributionem in Idus; se autem urgeri acriter. Tu ex meis literis, quo modo respondeas, moderabere. Plura, cum & Brutum videro; & Erotem remittam. Atticæ meæ excusationem accipio, eamque amo plurimum: cui, & Piliæ salutem.

lo id ei concedatur supra annum pensionem, pro sumptu, quem primo anno fecit dum Athenas proficiscitur. *Idem.*

¹⁷ Hinc ex Kal. Apr.] Quoniam assignavimus Ciceroni quantum ex insula recipere- tur, deinceps datur ei ad H-S LXXX: quoniam tanti nunc insula locantur, quæ antea tantummodo LXXI. locabantur. Ex Kalendis autem Apr. quia Ciceroni filio id erat anni temporis initium. Vide XV. 15. *Idem.*

¹⁸ Videndum] Curandum nobis est, ut sit, quod filius in sumptum habeat, cum Romæ erit. Cum enim Publicæ uxoris meæ

matrem ferre non possim, divorcium erit faciendum: ita dote reddita, re familiari communiti, unde filio suppeditabimus? *Idem.*

¹⁹ Decumano] Est in plerisque veterum de Cuntano. Sed cum res obscura sit, statui nihil posse. *Malasp.*

²⁰ Se Catonem] Talem, qualis erat Caro. ²¹ Me motum] Me fidem habuisse verbis Quinti filii. *Mannius.*

²² Sed ego] *Idem.* ²³ Attributionem] Posuit pro solutione pecuniæ, quam debebat Q. filius. *Idem.*

CICERO ATTICO SAL.

II. SEXTO Idus duas epistolas accepi, unam a meo tabellario, alteram a Bruti. De Buthrotis longe alia fama in his locis fuerat: sed cum aliis modis hoc ferendum. Erotem remisi citius, quam constitueram, ¹ ut esset qui Hortensio: & quia ² equitibus quidem ait se Idibus constituisse. Hor-

¹ Ut esset] Ut esset qui Hortensio, filio scilicet, solveret pro parte hereditatis Clu- nianorum, quam Cicero ab eo emerat.

Grævius. ² Equitibus] Qui illi fuerint equites, & quodnam negotium fuerit, de quo cum il-

Hortensius vero impudenter: nihil enim debetur ei, nisi ex tertia pensione, quæ est Kal. Sext. ex qua pensione ipsa major pars est ei soluta aliquanto ante diem. Sed hæc Eros videbit Idibus. De Publilio autem, quod ³ perferri oportet, moram non puto esse faciendam. Sed cum videas, quantum de jure nostro decesserimus, qui de residuis ecce H-S, ce præsentia solverimus, reliqua rescribamus; loqui cum eo, si videbitur, poteris, eum commodum nostrum expeclare debere, cum tanta sit a nobis jactura facta juris. Sed amabo te, mi Attice, (videlicet quam blande?) omnia nostra, quoad eris Romæ, ita gerito, gubernato, ut nihil a me expectes. Quanquam enim reliqua latis apta sunt ad solvendum; tamen sit sæpe, ut ii, qui debent, non respondeant ad tempus. Si quid ejusmodi acciderit, ne quid tibi sit fama mea potius. Non modo versura, verum etiam venditione, si ita res coget, nos vindicabis. Bruto tuæ literæ gratæ erant. Fui enim apud illum multas horas in Neside, cum paulo ante tuas literas accepissem. Delectari mihi ⁴ Tereo videbatur, & habere majorem Accio, ⁵ quam Antonio, gratiam. Mihi autem quolatiores sunt, eo plus stomachi & molestiæ est, populum Romanum manus suas, non in defendenda Republica, sed in plaudendo consumere. Mihi quidem videntur ⁶ istorum animi incendi etiam ad ⁷ representandam improbitatem suam: sed tamen, dum modo ⁸ doleant aliquod, doleant quodlibet. ⁹ Consilium meum quod ais quotidie magis laudari; non molle

L III 2 leste

lis constituerat Eros, id sane, ut multa a- lis in his epistolis ignoramus, Attico tamen procul dubio fuerunt perspectissima. Non inerte Mannius Publilios hic intellegit con- siliis, qui post divorcium cum Publilio flagrabant restitutionem dotis, ut cum his constituisse Idibus dicitur Eros. *Idem.*

³ Perferri] Perferri est de mensa numerati, aut chirographo ad argentario solvere, ut dudum eruditi viri docuerunt, qui modus solvendi nostris mercatoribus est notissimus, cui opponitur præsentis pecuniæ solvere. *Idem.*

⁴ Tereo] Fabula olim ab Accio de Tereo scripta, & nunc in Bruti ludis acta, ep. 5. Inpositi: *Corrad.*

⁵ Quam Antonio] Sententia hæc est: Be- niam putare placuisse magis ludos suos ab ingenium poetæ, quam quod curator eorum Lucius Antonius operam dederit, ut place- rent. *J. F. Gronov.*

⁶ Istorum] Antonii, & similium. ⁷ Representandam] Citius aliquanto, quam fecissent, ostendendam. *Mannus.*

⁸ Doleant] Hic plausus *Corrad.* Ex A- franio sumpta sunt, ut est in Tuscul. IV. 20. Vult autem clarissimus Baherius hic le- gi doleat; quo modo Terentius, *Eunuch.* I. 2. 13. Ut aut hoc tibi doleat istud, ut mi- hi dolet.

⁹ Consilium] Diligendi ex Italia. *Man-*

leste fero; expectabamque, si quid de eo ad me scriberes. Ego enim in varios sermones incidebam. Quin etiam idcirco trahebam, ut quam diutissime integrum esset. Sed quoniam furcilla extrudimur, Brundisium cogito. Facilior enim, & exploratior devitatio legionum fore videtur, quam piratarum, qui apparere dicuntur. Sextius VI Idus expectabatur, sed non venerat, quod sciam. Cassius cum classis sua venerat. Ego cum eum vidissem v Kal. in Pompejanum cogitabam, inde ¹⁰ Eculanum. Nosti reliqua. De Tutia ita putaram. De Ebutio non credo: nec tamen curo plus, quam tu. Planco & Oppio scripsi equidem, quoniam rogaras: sed, si tibi videbitur, ne necesse habueris reddere. Cum enim tua causa fecerint omnia, vereor ne meas literas supervacaneas arbitrentur. Oppio quidem utique: quem tibi amicissimum cognovi. Verum, ut voles. Tu, quoniam scribis hiematurum te in Epiro, feceris mihi gratum, si ante eo veneris, quam mihi in Italiam te auctore veniendum sit. Literas ad me quam sapissime, si de rebus minus necessariis aliquem nactus, sin autem erit quid majus, domo emittito. ¹¹ Ηρακλειδων, si Brundisium salvi, adoriemur. De gloria mihi tibi. Custodies igitur, ut soles: (sed notentur ¹² eclogarii) quos Salvius, bonos auditores nactus, in convivio duntaxat legat. Mihi valde placent: mallet tibi. Etiam atque etiam vale.

¹⁰ Eculanum] Oppidum in Hirpinis.
¹¹ Ηρακλειδων] Opus sit simile, que scripsit Heraclides Ponticus. Vide XV. 4.
¹² Eclogarii] Ab ecloga descendit eclogarius, quæ vox nusquam occurrit alibi. Eclogæ vocabant locos insignes et libris excerptos. Proinde homo eclogarius is est, qui ejusmodi eclogas colligit: liber eclogarius, qui continet: locus in libro eclogiarum, no-

tabilis & dignus qui excerptatur. Notentur, qui legantur in convivio duntaxat, inquit Mongaultus. Cur autem in convivio legi permittit? Quoniam, ut videtur, nihil periculosi est a calamis, minus a memoria convivarum. De usu legendi in convivio, Plinius epist. III. 5. Juvenalis, XI. 178. Oti-

CICERO ATTICO SAL.

III. TU vero sapienter (nunc demum enim rescribo his literis, quas mihi misisti) convento Antonio Tiburi,

buri, sapienter igitur, quod manus dedisti, quodque etiam ultro gratias egisti. Certe enim, ut scribis, detereimur potius a Republica quam a re familiari. Quod vero scribis te magis & magis delectari, ¹ o Tite si quid ego, ² addis mihi scribendi alacritatem. Quod Erotem non sine munusculo expectare dicis; gaudeo non sefellisse eam rem opinionem tuam: sed tamen idem ³ σωτηριμῆς mihi ad te retractatus, & quidem ⁴ ἀρχέτων ipsam, crebris locis inculcatum & resectum. Hunc tu tralatum in ⁵ macrocolum lege arcano convivis tuis: sed, si me amas, hilaris, & bene acceptis; ne in me stomachum erumpant, cum sint tibi irati. De Cicerone velim ita sit ut audimus. De Xenone coram cognoscam, quanquam nihil ab eo arbitror neque indiligenter, neque illiberaliter. De Hero-de faciam ut mandas: & ea, quæ scribis, ex Saufejo, & e Xenone cognoscam. De Quinto filio, gaudeo tibi meas literas prius a tabellario meo, quam ab ipso, redditas: quanquam te nihil sefellisset: veruntamen. Sed expecto, quid ille tecum, quid tu vicissim: nec dubito, quin suo more uterque. Sed eas literas Curium mihi spero redditurum: qui quidem, etsi per se est amabilis, a meque diligitur; tamen accedit magnus cumulus commendationis tuæ. Literis tuis satis responsum est. Nunc audi, quod, etsi intelligo scribi necesse non esse, scribo tamen. Multa me movent in discessu, in primis mehercule, quod disjungor a te. Movet etiam navigationis labor, alienus non ab ætate solum nostra, verum etiam a dignitate; tempusque discessus subabsurdum. Relinquimus enim pacem, ut ad bellum revertamur; quodque temporis in prædiolis nostris, & belle ædificatis, & satis amoenis consumi potuit, in peregrinatione consumimus. Consolantur hæc. Aut proderimus aliquid Ciceroni, aut, quantum profici possit, judicabimus. Deinde tu jam, ut spero, & ut promittis, aderis: quod quidem si acciderit, omnia nobis erunt meliora. Maxime autem me angit ratio ⁶ reliquorum meorum: qua-

¹ O Tite] Libro, qui, Cato major, inscribitur, cujus principium est: o Tite, &c.
² Addis] Muretus & Bosius, addis.
³ σωτηριμῆς] Opus, libros de Gloria.

⁴ ἀρχέτων] Exemplar primigenium.
⁵ Macrocolum] Vide XIII. 25.
⁶ Reliquorum] Hoc loco reliqua sunt debita nondum exacta. Ernestus.

quanquam explicata sunt; tamen, quod & Dolabellæ nomen in iis est, & attributione mihi nomina ignota, conturbor: nec me ulla res magis angit ex omnibus. Itaque non mihi videor errasse, quod ad Balbum scripsi apertius, ut, si quid tale accidisset, ut ⁷ non concurrerent nomina, subveniret; meque tibi etiam mandasse, ut, si quid ejusmodi accidisset, cum eo communicares: quod facies, si tibi videbitur, eoque magis, si proficisceris in Epirum. Hæc ego descendens e Pompejano tribus actuariolis, decem scalmis. Brutus erat in Neside etiam nunc, Neapoli Cassius. Ecquid amas Dejotarum, & ⁸ non amas Hieram? qui, ut Blesamius venit ad me, cum ei præscriptum esset, ne quid sine Sexti nostri sententia ageret; neque ad illum, neque ad quemquam nostrum tulit. Atticam nostram cupio ablentem suaviari: ita mihi dulcis salus visa est, per te missa ab illa. Referes igitur ei plurimam, itemque Pilia dicas velim.

⁷ Non concurrerent] Dies nominum militum attributorum non quadretur cum ea die que præscripta est iis nominibus, que ipse fecit, dissolvendis, sed aliquanto longior esset. Bles.

⁸ Non amas] Dicitur Hieram. Miserat

CICERO ATTICO SAL.

IV. **I**TA ut heri tibi narravi, vel fortasse hodie (Quintus enim altero die se agebat) in Nesida VIII Idus. Ibi Brutus. Quam ille doluit de Nonis ¹ Julius! mirifice est conturbatus. Itaque sese scripturam agebat, ut venationem etiam, quæ postredie ludos Apollinares futura est, proscriberent, III Id. Quintus Libo intervenit. Is Philonem, Pompei libertum, & Hilarum suum libertum, venisse ² a Sexto cum literis ad Consules, sive quo alio nomine sunt. Earum exemplum nobis legit. Dixi quid videretur: pauca ³ de his de his: cæteroque & satis graviter, & non contumaciter. Tantum addi placuit, quod erat, *Coss. solum, ut esset, Præst. Tribb. Pleb. Senarus;*

¹ Julius] Vide supra, epist. 1.
² A Sexto] Pompejo. Manutius.

³ De his de his] Minus proprie dicta.

ne illi non proferrent eas, quæ ad ipsos missæ essent. Sextum autem nuntiant cum una solum legione fuisse Carthagine: eique eo ipso die, quo oppidum ⁴ Boream cepisset, nuntiatum esse ⁵ de Casare: capto oppido, miram lætitiæ, commutationemque animorum, concursumque undique: sed illum ad sex legiones, quas in ulteriore reliquisset, revertisse. Ad ipsum autem Libonem scripsit, nihil esse, nisi ad lærem suam liceret. Summa postulatorum, ut omnes exercitus dimittantur, qui ubique sunt. Hæc fere de Sexto. De Buthrotiis undique quærens nihil reperiebam. Alii, concisos agripetas: alii, Plancum, acceptis nummis, relicto illis, fugisse. Itaque non video scitum me, quid ejus sit, ni statim ⁶ aliquid literarum. Iter illud Brundisium, de quo dubitabam, sublatum videtur: legiones enim adventare dicuntur. Hæc autem navigatio habet quasdam suspiciones periculi: itaque constituebam uti ⁷ ὁμοειδαι. Paratiorum offendi Brutum, quam audiebam. Nam & ipse Domitius bona plane habet dicota: suntque navigia præterea luculenta Sextii, Buciliani, cæterorum. Nam Cassii classem, quæ plane bella est, non numero ultra fratrem. Illud est mihi submolestum, quod parum Brutus propere videtur. Primum confectorum ludorum nuntios expectat: deinde, quantum intelligo, tarde est navigaturus, consistens in locis pluribus: tamen arbitror esse commodius tarde navigare, quam omnino non navigare. ⁸ Et, si, cum processerimus, exploratiora videbuntur, Etesis utemur.

⁴ Boream] Fortasse oppidum, de quo Plinius lib. V. cap. 4. Popus. Cum urbem in Hispania nullam reperiam, trajecta literula Eboram libentissime legerim, quæ urbs est Lusitanie. Tavern. Adv. XXIII. 30.

⁵ De Casare] Romæ occiso. Manut.

⁶ Aliquid literarum] Dederis. Corr.

⁷ ὁμοειδαι] Societate navigationis.

⁸ Et, si, cum processerimus] Si ubi jam in cursu fuerimus, speculatoris naves, ut mox est, præmissæ explorandi itineris causa, nobis referent mare pacatum liberumque a piratis esse, omisso Bruto ventis Etesis nos mandabimus. J. F. Gronov. De navigandi voluntate, & de Etesis, vide Fam. XIV. 25.

CICERO ATTICO SAL.

V. TUAS jam literas Brutus expectabat: cui quidem ego novum attuleram de Tereo Attii. Ille ¹ Brutum putabat. Sed tamen rumoris nescio quid astaverat, ² commiffione Græcorum frequentiam non fuisse: quod quidem me minime fecisset: scis enim, quid ego de ³ Græcis ludis existimem. Nunc audi quod plaris est, quam omnia. ⁴ Quintus fuit mecum dies complures: & si ego cuperem, ille vel plures fuisset: sed, quantum fuit, incredibile est, quam me in omni genere delectarit: in eoque maxime, in quo minime satisfaciebat. Sic enim commutatus est totus & scriptis meis quibuldam, quæ in manibus habebam, & assiduitate orationis, & præceptis, ut tali animo in Republicam quali nos volumus, futurus sit. Hoc cum mihi non modo confirmasset, sed etiam persuasisset; egit mecum accurate multis verbis, tibi ut sponderem, se dignum & te, & nobis futurum; neque se postulare, ut statim crederes: sed cum ipse perpexisset, tum ut se amares. Quod nisi fidem mihi fecisset, judicassetque hoc, quod dico, firmam fore; non fecissem id, quod dicturus sum. Duxi enim mecum adolescentem ad Brutum. Sic ei probatum est, quod ad te scribo, ut ipse crediderit; me sponforem accipere noluerit: eumque laudans amicissime mentionem tui fecerit: complexus, osculatusque dimiserit. Quam obrem etsi magis est, quod gratuler tibi, quam quod te rogem, tamen etiam rogo, ut, si que minus antea propter infirmitatem ætatis constanter ab eo fieri videbantur, ea iudices illum abjecisse; mihi que credas, multum allaturam, vel

¹ Brutum] Attii poete fabulam de L. Junio Bruto, qui Reges cepit. *Cap.*
² Commiffione Græcorum] Id est, cum Græci ludi ederentur. Committere ludos, est edere. *Græciis.*

³ Græcis ludis] In ludis Græcis erant fabule, quas vocabant Satyricas: Horatius vocat *Satyras*, de Arte Poet. 221. Id spectaculi quid esset, Isaacus Casaubonus explicavit libro de *Satyrice Græcorum Poese*, itemque Jul. Caf. Balengerus lib. de *Circo*, cap. 38.

Hos amare poterat fabulas spectator, & *propterea* & *ex* ut Horatius ait *lib. 2. 209*. Quid mirum, si non amaret Cicero? *Videtur* epist. 1. lib. VIII. ad *Fam.* Illic Græcos ludos cum *Oficiis* conjungit. In his *Oficiis* actores erant, & *Oscus* sermo: in illis Græci agebant *Græce*: in utrisque oblectatio erit plebis, & serorum, qui plerique Græci. *Oficiis.*

⁴ Quintus] Q. filius. *Corrad.*

plurimum potius, ad illius iudicium confirmandum, auctoritatem tuam. Bruto cum sæpe injecissem de *δημοκρατία*, non perinde, atque ego putaram, arripere visus est. Exitimabam ⁵ μεταρρότερον esse: & hercule erat, & maxime de ludis. At mihi, cum ad villam redissem, Gn. Lucejus, qui multum utitur Bruto, narravit, illum valde morari, non tergiverfantem, sed expectantem, si qui forte casus. Itaque dubito, an Venusiam tendam, & ibi expectem de legionibus: si aberint, ut quidam arbitrantur, Hydruntem: si neutrum erit ⁶ ἀσφαλές, eodem revertar. ⁷ Jocari me putas? moriar, si quisquam me tenet præter te. Etenim circumspecte: ⁸ sed ante erubescio. ⁹ O dies in auspiciis Lepidi lepide descriptos, & apte ad consilium reditus nostri! Magna ¹⁰ ἰσότης ad proficiscendum ¹¹ tuis literis. Atque utinam te illic. Sed ut condacere putabis. ¹² Nepotis epistolam expecto. Cupidus ille ¹³ meorum, qui ea, quibus maxime ¹⁴ γαυριᾶ, legenda non putet? & ais ¹⁵ μετ' ἀλύμονα. Tu vero ¹⁶ ἀλύμων: ille quidem ¹⁷ ἀμβροτος. Mearum epistolarum nulla est ¹⁸ σωμαγαγῆ: sed habet Tiro instar septuaginta: & quidem sunt a te quædam fumendæ. Eas ego oportet perspiciam, corrigam. Tum denique edentur.

Tom. VIII.

M m m m

CI.

⁵ Μεταρρότερον] Suspensiore animo.

⁶ ἀσφαλές] Tutum, securum.

⁷ Jocari me putas] Scilicet in eo quod dicturus sum. Atqui non joco, & dicam ex animo. *J. F. Gronov.*

⁸ Sed ante] Circumspecte, inquit Cicero, num quis sit alius, cujus cupiditate remanere velim, sed ante oculos tuos, & in os tuum hoc dicere erubescio, ne me blandum existimes. *Idem.*

⁹ O dies] Descripti dies erant, quibus Lepidus, qui erat pontifex max. cum augurum collegio dare operam auspiciis oportebat. Letatur igitur, cum sibi fore causam, ut mature ad urbem redeat. Erat enim augur. *Maur.*

¹⁰ ἰσότης] Impulso, momentum.

¹¹ Tuis literis] Inest, cum te affore promittas. *Ep. 3.* hujus libri. *Corrad.*

¹² Nepotis] Cornelli Nepotis clarissimi

historici, ad quem fuerunt Ciceronis libri epistolarum. Is non multum tribuebat philosophos, atque adeo exagitabat ipsos philosophos, quod indicant ipsius verba ex epistola ad Ciceroem, que Laërtius refert lib. III. cap. 16. Instatur. *Idem.*

¹³ Meorum] Scriptorum. *Maur.*

¹⁴ γαυριᾶ] Gloria.

¹⁵ μετ' ἀλύμονα] Post creatum novo. Respicitur *Iliad. B. 674.* ubi Nireus formosissimus dicitur, post Achillem novo creatum. Atticus enim scripserat, Cornelium Nepotem, qui desiderio scriptorum ejus tenebatur, esse optimum scriptorem, scilicet post Ciceroem. Quam deinde laudem a se Cicero modestè amovit.

¹⁶ ἀλύμων] Carens novo.

¹⁷ ἀμβροτος] Immortalis, divinus.

¹⁸ σωμαγαγῆ] Gallitæ. Hinc volunt fuisse omnes a Tironè collectas.

CICERO ATTICO SAL.

VI. **E**GO adhuc (perveni enim Vibonem ad Sicam) magis commode, quam strenue navigavi: remis enim magnam partem: prodromi nulli. Illud satis opportune: duo sinus fuerunt, quos tramitti oportet, Pæstanus, & Vibonenfis: utrumque pedibus æquis transmisimus. Veni igitur ad Sicam octavo die e Pompejano, cum unum diem Veliz constitissem: ubi quidem fui sane libenter apud Thalnam nostram: nec potui accipi, illo absente præferim, liberalius. IX. Kal. igitur ad Sicam. Ibi tanquam domi meæ scilicet. Itaque obduxi postero diem. Sed putabam, cum Rhegium venissem, fore, ut illic, ⁴ δολιχὸν πλοῦν ὁμιλοῦντες, cogitarem, ⁵ corbitane Patras, an actuariolis ad Leucopetram Tarentinorum, atque inde Corcyram: & si oneraria, statimne freto, an Syraculis. Hac super re scribam ad te Rhegio. Mehercule, mi Attice, sape mecum ⁶ ἢ δὲ ἀπ' ὀδῶν σοι τί δυνάται; cur ego tecum non sum? cur, ocellos Italiae, villulas meas non video? sed id satis superque. Tecum me non esse? quid fugientem? periculumne? id nunc quidem, nisi fallor, nullum est. Ad ipsum enim revocat me auctoritas tua: scribis enim in calum ferri profectioem meam, sed ita, si ante Kal. Jan. redeam: quod quidem certe enitar. Malo enim vel cum timore domi esse, quam sine timore Athenis tuis. Sed tamen prospice, quo ista vergant: mihi que aut scribe, aut, quod multo malim, asser ipse. Hæc hæctenus. Illud velim in bonam partem accipias, me agere tecum, quod tibi majori curæ sciam esse, quam ipsi mihi. Nomina mea, per deos, expedi, exsolve. Bella reliqua reliqui: sed opus est diligenter.

¹ Prodromi] Venti Aquilones, qui exortum Caniculae octavo diebus antecedunt, & IV. Id. Jul. flare incipiunt. Poppo.
² Equis] Vulgo equis. Pedes proprie sunt funes ad angulos velorum, quibus ea vertebantur. Hinc & pro velis. Hinc equi pedes sunt vela aequaliter tensa, quod fiebat cum æquate aure velorum sinus implebant. Salmasii. Plin. Extr.

³ Obduxi] Ducere diem, noctem, est trahere & infumero. Obducere autem est longius & diutius ducere ac protrahere, ut Obmanere, diu manere, Festus. Poppo.

⁴ δολιχὸν πλοῦν ὁμιλοῦντες] Longam navigationem meditantes. Odysseus. T. 169.

⁵ Corbita] Onerariae navi. Manut.

⁶ ἢ δὲ ἀπ' ὀδῶν] Vide XV. 11.

ligentia, coheredibus pro Cluviano Kal. Sexr. perfolutum sit. Cum Publilio quo modo agendum sit, videbis. Non debet urgere, quoniam jure non utimur, sed tamen ei quoque satisfieri plane volo. Terentia vero quid ego dicam? etiam ante diem, si potes. Quin, si, ut spero, celeriter in Epirum; hoc, quod ⁷ satisfato debeo, peto a te, ut ante provideas, planeque expedias, & solum relinquant. Sed de his satis, metuoque, ne tu nimium putes. Nunc negligentiam meam cognosce. De gloria librum ad te misi; at in eo proœmium id est, quod in Academico tertio. Id eventit ob eam rem, quod habeo volumen proœmiorum. Ex eo eligere soleo, cum aliquod ⁸ συγγραμματα institui. Itaque jam in Tusculano, qui non meminissem me ab usum isto proœmio, conieci id in eum librum, quem tibi misi. Cum autem in navi legerem Academicos, agnovi erratum meum. Itaque statim novum proœmium exaravi; tibi misi. Tu illud defecabis, hoc agglutinabis. Pilia salutem dices, & Atticæ, deliciis atque amoribus meis.

⁷ Satisfato] Satisfato debet, qui pro a-spondiderat ep. 15. hujus libri. J. F. Grollio cavet idonea cautione. Videtur intellige-novius.
re Montani nomen, pro quo se solaturum ⁸ Συγγραμματα] Scriptum, librum.

CICERO ATTICO SAL.

VII. **O**CTAVO Id. Sext. cum a Leucopetra profectus (inde enim tramittebam) stadia circiter ccc. processissem, rejectus sum austro vehementi ad eandem Leucopetram. Ibi cum ventum expectarem (erat enim villa Valerii nostri, ut familiariter essem, & libenter) Rhegini quidam, illustres homines, eo venerunt, Roma sane recentes: in iis Bruti nostri hospes, qui Brutum Neapoli reliquisset. Hæc afferebant, edictum Bruti, & Cassii; & fore frequentem Senatium Kalendis; a Bruto & Cassio literas missas ad Consulares; & Prætorios; ut adessent, rogare. Summam spem nuntiabant, fore, ut Antonius cederet, res conveniret, nostri Romam redirent. Addebant etiam, me desiderari, subaccusari. Quæ
M m m m 2 cum

cum audissem, sine ulla dubitatione abjeci consilium profectio-
nis; quo mehercule ne antea quidem delectabar. Lectis vero
tuis literis, admiratus equidem sum, te tam vehementer senten-
tiam commutasse; sed non sine causa, arbitrabor. Etsi,
quamvis non fueris suavor & impulsor profectio-
nis meae, approbator certe fuisti, dummodo Kal. Jan. Romae essem. Ita
suebat, ut, dum minus periculi videretur, abessem; in flam-
mam ipsam venirem. Sed haec, etiam si non prudenter, tam-
en ^{ἡμετέρας} sunt, primum, quod de mea sententia acta
sunt; deinde, etiam si te auctore, quid debet, qui consilium
dat, praestare praeter fidem? Illud admirari satis non potui,
quod scripsisti his verbis: *Veni igitur tu, qui? Ἰδουράδην, ve-
ni: relinques patriam?* An ego relinquebam, aut tibi tum re-
linquere videbar? Tu id non modo non prohibebas, verum
etiam approbabas. Graviora, quae restant. *Velim? σχολίων*
aliquid elimes ad me, oportuisse te istuc facere. Itane, mi At-
tice, defensione eget meum factum, praesertim apud te, qui
id mirabiliter approbasti? Ego vero istum ^{ἄποδυσίον}
εὐρωτόμοι, sed ad eorum aliquem, quibus invitis & dissua-
dentibus profectus sum. Etsi quid jam opus est *σχολίων*? Si
perseverassem, opus fuisset. At hoc ipsum? non constanter.
Nemo doctus unquam (multa autem de hoc genere scripta
sunt) mutationem consilii inconstantiam dixit esse. Deinceps
igitur haec: *Nam, si a? Phaedro nostro, expedita excusatio es-
set: nunc quid respondemus?* Ergo id erat meum factum, quod
Catonis probare non possum, flagitii scilicet plenum, & de-
decoris. Utinam a primo ita tibi esset visum! tu mihi, sic-
ut esse soles, fuisses Cato. Extremum illud vel molestissi-
mum: *Nam Brutus noster silet;* hoc est, non audet hominem
id aetatis monere. Aliud nihil habeo, quod ex iis a te ver-

bis

1 *Audierem*] Non reprehendenda.2 *Εὐρωτόμοι*] Praelatum mortem, supple,
laudas, opas. Vide XV. 20.3 *Σχολίων*] Commentarium.4 *Ἀποδυσίον*] Defensionem componam.5 *Non constanter*] Obiectio. Non profectus
es quidem, sed voluisti tamen.6 *Phaedro*] Si hoc fieret a Phaedro nostro,

facilis illi excusatio esset. Sic enim respon-
deret. Ego de honesto nihil cogito, dolorem
fugio, summum bonum in voluptate pono.
Nunc quid tu respondebis, o Cicero, qui
non, ut Phaedrus, Epicuream sectam, sed
illam Socraticam, quae virtutem & officium
colit, es secutus? *Manui.*

bis significari putem: & hercule ita est. Nam XVI. Kal. Sept.
cum venissem Veliam, Brutus audivit: erat enim cum suis
navibus apud Heletem fluvium citra Veliam millia passuum IIII.
Pedibus ad me statim. Dii immortales, quam valde ille re-
ditu, vel potius reverfione mea latatus? Effudit illa omnia,
quae tacuerat; ut recordarer illud tuum, *nam Brutus noster si-
let.* Maxime autem dolebat, me Kal. Sext. in Senatu non
fuisse. Pisonem ferebat in caelum: se autem latari, quod es-
fugissem duas maximas vituperationes. Unam, quam itinere
faciendo me intelligebam suscipere, desperationis, ac? reli-
ctionis Reipublicae: 8 fentes mecum vulgo querebantur, qui-
bus de meo celeri reditu non probabam. Alteram, de qua
Brutus, & qui una erant, (multi autem erant) latabantur,
quod eam vituperationem effugissem, me existimari ad Olym-
pia. Hoc vero nihil turpius quovis Reipublicae tempore: sed
hoc? hoc? *ἄνατοδύγητον*. Ego vero auctro gratias miras, qui
me a tanta infamia averterit. Reverfionis has speciosas cau-
sas habes, justas illas quidem, & magnas: sed nulla iustior,
quam quod tu idem aliis literis: *Provide, si cui quod deberur,
ut sit, unde par pari respondeatur.* Mirifica enim ^{ἄσχετη}
est propter metum armorum. In freto medio hanc epistolam le-
gi, ut, quid possem providere, in mentem mihi non veniret,
nisi ut praesens me ipse defenderem. Sed haec haecenus: reli-
qua coram. Antonii edictum legi a Bruto, & 12 horum con-
tra, scriptum praclare. Sed quid ista edicta valeant, aut quo
spectent, plane non video: nec ego nunc, ut Brutus cense-
bat, istuc ad Rempublicam capeendam venio. Quid enim
fieri potest? num quis? 13 Pisoni est assensus? num rediit ipse
postri-

7 *Religionis*] Tam novam auribus meis
hoc nomen est, ut id temere recipere & pro-
bare haerens. In antiquioribus exemplari-
bus, *Religionis* legitur. Nos magis vitium
& maculam aliquam subesse, affirmare nu-
demus, quam quomodo castigari & elui pos-
sit profere. *Pisior.*8 *Fentes*] Victorius & Bosius, *entes*, con-
tra librorum omnium fidem. Sensus autem
est, Qui me, cum discederem navei con-
secuturus, deducebant, fentes querebantur

me reliquere rempublicam, nec credebant
me tam celeriter rediturum esse. Kalendis Ja-
nuarii, quod ego praesens ferebam. *Gruvius.*

9 *Hoc*] Tempore ita turbulento.10 *Ἀσχετη*] Carens defensione.11 *Ἀσχετη*] Difficultas versurae facien-
da, seu mutui iumentum pecuniae.12 *Horum*] Bruti & Cassii praetorum.13 *Pisoni*] Cui in senatu in Antonium
invenienti nemo assensus est armorum metu.
Fam. XII. 2. & Philipp. I. *Manui.*

postidie? Sed abesse hanc ætatem longe¹⁴ a sepulcro negant oportere. Sed obsecro te, quid est quod audiui de Bruto? Piliam¹⁵ περιπέσειν εὐδαίμονα, te scripsisse ajebar. Valde sum commotus: etsi idem, te scribere, sperare melius. Ita plane velim. Ei dicas plurimam salutem, & suavissimæ Atticæ. Hæc scripsi navigans, cum Pompejanum accederem, XIV Kal.

¹⁴ A sepulcro] Id est, a patria, in qua solentis sepulcrum nobis constituit. *Manu- rino*. Quamvis spes nulla sit, tutiorem in urbe mihi stationem fore, quam Pisoni; hoc tamen adibo quodcumque periculi est, atque his satisfaciam, qui me putant facis vixisse diu, ut ne diutius appetam. Vide *Phil. II. 46.* & *Fam. XVI. 23. Magonius.*
¹⁵ Περιπέσειν εὐδαίμονα] Tentari paraly- sis, seu nervorum resolutione, ut vertit Cel- sus, lib. III. c. 27. *Corrad.*

CICERO ATTICO SAL.

VIII. CUM sciam quo die venturus sim, faciam ut scias. Impedimenta expectanda sunt, quæ Anagnina veniunt: & familia ægra est. Kal. vesperi literæ mihi ab Octaviano. Magna molitur. Veteranos, quique Casilini, & Calatiæ sunt, perduxit ad suam sententiam: nec mirum: quingenos denarios dat: cogitat reliquas colonias obire. Plane hoc spectat, ut se duce bellum geratur cum Antonio. Itaque video paucis diebus nos in armis fore. Quem autem sequamur? Vide¹ nomen: vide ætatem. Atque a me postulat, primum ut clam colloquatur mecum: vel Capuæ, vel non longe a Capua. Puerile hoc quidem, si id putat clam fieri posse. Docui per literas, id nec opus esse, nec fieri posse. Misit ad me Cæcinam quandam Volaterranum, familiarem suum, qui hæc pertulit, Antonium cum legione Alaudarum ad urbem pergere, pecunias municipiis imperare, legionem sub signis ducere. Consultabat, utrum Romam cum clō clō veteranorum proficisceretur, an Capuam teneret, & Antonium venientem excluderet; an iret ad tres legiones Macedonicas, quæ iter secundum mare superum faciunt, quas sperat suas esse. Eæ congiarium ab Antonio accipere noluerunt, ut hic qui-

¹ Nomen... ætatem] Qui & Cæsar appellatur, & adolescens, ac pene puer sit. *Man.*

quidem narrat, & ei convicium grave fecerunt; concionan- temque reliquerunt. Quid quæris? ducem se proficitur, nec nos sibi putat deesse oportere. Equidem suasi, ut Romam pergeret. Videtur enim mihi & plebeculam urbanam, & si fidem fecerit, etiam bonos viros secum habituros. O Brute, ubi es? quantam² ἀκρίβειαν amittis? Non equidem hoc divi- navi, sed³ aliquid tale putavi fore. Nunc tuum consilium exquiro. Romamne venio, an hic maneo, an Arpinum (⁴ ἀσφάλειαν habet is locus) fugiam? Romam; ne defide- remur, si quid actum videbitur. Hoc igitur explica. Nun- quam in majore⁶ ἀπορίᾳ fui.

² Ἀκρίβειαν] Opportunitatem.
³ Aliquid tale] Putavi fore ut Casariani ut Roman eam. Hoc erat consilium Cicero- nis. Dubitabat tamen adhuc. *Boissier.*
⁴ Ἀσφάλειαν] Securitatem.
⁶ Ἀπορίᾳ] Dubitatione.

CICERO ATTICO SAL.

IX. BINÆ uno die mihi literæ ab Octavio: nunc quidem, ut Romam statim veniam: velle se rem agere per Senatam: cui ego, non posse Senatam ante Kal. Jan. quod quidem ita credo. Ille autem addit, *consilio tuo*. Quid multa? ille urget: ego autem¹ σκήπτρον. Non confido ætati: ignoro, quo animo: nil sine Pansa tuo volo. Vereor, ne valeat Antonius: nec a mari discedere libet, & metuo, ne quæ² ἀερίαι me absente. Varroni quidem displicet consilium pueri; mihi non. Firmas copias habet: Brutum habere potest: & rem gerit palam; centuriat Capuæ; dinumerat. Jam jam- que video bellum. Ad hæc rescribe. Tabellarium meum Kalendis Roma profectum sine tuis literis miror.

¹ Σκήπτρον] Tergiverlor.
² Ἀερίαι] Preclarum facinus.
³ Brutum] Decimum: quem Antonius,
Celtica provincia non decedentem, armis ex- pellere parabat. *Manus.*
⁴ Dinumerat] Pecuniam. *Idem.*

nis : & de laudibus Dolabella deruam cumulum . Attameu est illo loco bella , ut mihi videtur , *επινοία* , quod eum ¹⁶ ter contra ciues in acie . Illud etiam malo , ¹⁷ *indignissimum est huic vivere* , quam , *quid indignus ?* ¹⁸ *Περλογογραφία* Varronis tibi probari non moleste fero : a quo adhuc ¹⁹ *Ηρζαχιδείου* illud non abstuli . Quod me hortaris ad scribendum ; amice tu quidem ; sed me scito agere nihil aliud . Gravedo tua mihi molesta est . Quasro adhibe , quam soles , diligentiam . ²⁰ *O Tite* , tibi prodesse lator . Anagnini sunt , Mustela ²¹ *καδρυς* , & Laco , qui plurimum bibit . Librum , quem rogas , perpoliam , & mittam . Hec ad posteriorem . ²² *Τὸ εἶ τὸ καδρυοτ* , quatenus Panatius , absolvi duobus : illius tres sunt . Sed cum initio diuisisset ita , tria genera requirendi officii esse ; unum , cum deliberemus , honestum , an turpe sit ; alterum , utile an inutile ; tertium , cum hac inter se pugnare videantur , quo modo iudicandum sit : qualis causa Reguli ; redire honestum , manere utile : de duobus primis preclare distulerunt ; de tertio pollicetur se deinceps : sed nihil scripsit . Eum locum Posidonius persecutus . Ego autem & eius librum accers-

nam quidem illum fuisse tradit Cicero Philipp. II. 16. sed & in praedia quadam invaserat Q. Metelli Pii Scipionis , ut Philipp. V. refertur . Ideo cum Philipp. II. sic initio Cicero scripsisset : *Ab hac perturbatione religionum abstulis in M. Porcium factum utque invenerim ubi factus Cassianus* , quos quis & quis est eorum , inquit , qui in Scipionis , qui in herodem L. Tullii praedia : admonitus postea ab Attico illud de praediis Scipionis non satis apposite cum aliis factis notibus Antonii , quae ibi commemorantur , conjungi , mandavit ei , ut pro *Scipionis* , seponeret , *Rubiana* , & sane hodie eo loco non , *Scipionis* , sed L. Rubii , legitur . *Notis* .

¹⁵ *Tu contra etiam*] Haec referenda sunt ad ea verba Philipp. II. *Tu deponas uti Cesar cum civibus* , in *Thestalia* ; *Africa* , *Hispantia* , omnibus adfuit hic pugna Dolabella ; in *Hispantia* etiam vulnus accepit ; si de suo iudicio peccet , nolens . Sed tamen consilia a principio reprehendentium , laudantia constantia . *Notis* .

¹⁷ *Indignissimum*] Philipp. II. ubi etiam nunc hodie legitur , *Quid indignus ?*

¹⁸ *Περλογογραφία*] Varro clarorum virorum nomina in unum librum consererat ; eumque inscripserat , *Περλογογραφία* , quod Athenienses , (auctores sunt Euripides in *Heubae* , *Harpocration* , alii) in Papiro eos , qui aliquid fortiter peccassent , expingere confitebantur . Et Porphyrius ab Aristotele scriptum commentarium tradit , *Pepili* nomine inscriptum , quo commentatio & *taurum* , qui ad Trojam profecta essent , manerem , & *ducum* generatibus persequatur . *Notis* .

¹⁹ *Ηρζαχιδείου*] *Supra* , XV. 4 .

²⁰ *O Tite*] Librum de Senectute : cuius initium est , *O Tite* , *Occ.* Vide ep. 3. *Manutius* .

²¹ *καδρυς*] *Princeps gladiatorum* . Respondet Attico , nomina Anagninorum , quos locum Antonius haberet , scire cupisset . *Lezinae* . Huius fortasse in Philipp. II. 41. *Cum dicitur Anagninus factum habere* : & *recoerant* , quoniam factus : in quo , nisi me consuetudo fallit , abundare crediderim in ea oratione *Mustela* , & *Laconis* nomina , cum Atticum ea quaesierit . *Idem* .

²² *Τὸ εἶ τὸ καδρυοτ*] *Qua de officio* sunt . Libri de Officiis .

sivi] & ad Athenodorum Calvum scripsi , ut ad me ²³ *τὸ καδρυοτ* mitteret ; quae expecto : quem velim cohortare , & roges , ut quamprimum . In eo est ²⁴ *καὶ τὸ καδρυοτ κατὴν κοίτην* . Quod de inscriptione quaeris ; non dubito quin *καδρυοτ* officium sit , nisi quid tu aliud ; sed inscriptio plenior , de officii . ²⁵ *Προσφώνω* autem Ciceroni filio . Vitium est non ²⁶ *καδρυοτ* . ²⁷ De Myrtilo , dilucide . ²⁸ O quales tu semper istos ! ²⁹ Itane in D. Brutum ? ³⁰ Dii istis . Ego me , ut scripleram , in Pompejanum non abdidit , primo tempestatibus , quibus nil retrius : deinde ab Octaviano quotidie literae , ut negotium susciperem , Capnam venirem , iterum Rempublicam servarem ; Romam utique statim .

³¹ *Αἰδέσθερ μὴ ἀδύναδαι . δέστω δ' ὑποδύξθαι* . Is tamen egit sane strenue , & agit . Romam veniet cum manu magna : sed est plane puer . Parat Senatum statim . Quis veniet ? Si venerit , quis incertis rebus offendet Antonium ? Kalend. Jan. ³² erit fortasse praesidio : aut quidem ante depugnabitur . Pueri municipia mire faveat . Iter enim faciens in Samnium venit Cales , mansit Theani . Mirifica ³³ *ἀπρότρητος* , & cohortatio . Hoc tu putares ? Ob hoc ego citius Romam , quam constitueram . Simul ac constitinero , scribam . Et si nondum ³⁴ stipulationes legeram (nec enim Eros venerat) tamen rem pridie Idus velim conficias . Epistolas Catinam , Tauromenium , Syracusam commodius mittere poterō , si Valerius interpretes ad me nomina ³⁵ gratiosorum scripserit . Alii enim

N n n n 2 sunt

²³ *Τὸ καδρυοτ*] *Capita* .

²⁴ *καὶ τὸ καδρυοτ κατὴν κοίτην*] De officio , quam curam adjecta est circumstantia .

²⁵ *Προσφώνω*] *Nuncupo* , dico .

²⁶ *καδρυοτ*] *Alirum* .

²⁷ *De Myrtilo*] Vide lib. XV. ep. 12 .

²⁸ *O quales tu semper istos*] *Quales* , id est , quam exitiosos Republicae in semper existimasti istos , qui ore & vultu se bonos viros fingunt & eorum amantes , qui Rempublicam tyrannide vindicare conantur , cum se ipsa acerrimi sint extrinseci tyranni & eius actuum defensores . *Notis* .

²⁹ *Itane in D. Brutum ?*] Itane in D. Brutum aliquid istis machinatur ? *Idem* .

³⁰ *Dii*] *Istis male faciant . Idem* .


³¹ *Αἰδέσθερ μὴ ἀδύναδαι . δέστω δ' ὑποδύξθαι*] *Ventis sunt quidem recutere , insinuerunt autem suscipere . Notis* . H. 93 .

³² *Εἶπ' Ὀκταβίω*] *Ostavius* . Nam ut tenarus Kal. Jan. tuto haberi , sententiaque de summa republica libere dici possunt , de praesidio prius erat videndum : qua de re tribunos plebis verba fecisse , patet in extrema ill. Phil. *Manutius* .

³³ *ἀπρότρητος*] *Obvium istio* .

³⁴ *Stipulationes*] *Eos* , qui stipulatione se daturos esse pecuniam spondent . Vult enim opinor , e suis praediis aliquid ab Attico vendi . *Manutius* .

³⁵ *Gratiosorum*] *In suffragiis . Idem* . *Quibus*



sunt alias, nostrique familiares fere demortui. ³⁶ Publicè ta-
men scripsi, si uti vellent eis Valerius: aut mihi ³⁷ nomina
mitteret. De ³⁸ Lepidianis feriis Balbus ad me. Usque ad
111 Kalend. expectabo tuas literas: ³⁹ deque Torquati nego-
tiolo sciturum puto. Quinti literas ad te misi, ut scires quam
valde ⁴⁰ cum amaret, quem dolet a te minus amari. Atticæ,
quoniam, quod optimum in pueris est, hilarula est, meis
verbis suavium des. Vale.

has Valerium Interpretem commendaret, &
ut honore aut munere aliquo illum ornarent,
petere. *Popaz.*
³⁶ Publicè] Ad Calesines, Taurome-
nenses, Syraculanos, Masses.
³⁷ Nomina] Graciorum, ad quos no-
minatim possem scribere. *Corrad.*
³⁸ Lepidianis feriis] Quas indicit Lepi-
dus Pontifex Maximus in sui pontificatus
auspicis, de quibus supra ep. 5. *Gravius.*
Ego sic distinguo: De Lepidianis feriis Bal-
bus ad me. usque ad 111 Kalend. Expectabo
tuas literas. Hoc est: Scripsi ad me Balbus
de feriis, quas indicit Lepidus Pont. Max.

arque in illis literis intelligi, posse me ab-
esse usque ad 111 Kalend. Spero interim ven-
turam mihi a te literas. Ne cum vulgo di-
stingerem, causa hæc fuit, quod scribens
inducite mente, non vitatar hæc dicturus,
Tuas expectabo literas ad diem nomini &
significum. Cur enim tam diu carere vellet
amici literis, quas ubique peti venire sibi
crederimas? Epistola tibi hujus quinta o-
bendit, quam sit ad rem id quod sequor,
Mingatur.

³⁹ Deque... sciturum] Bosius: Neque...
sciturum me Torquati negotio.
⁴⁰ Eum amaret] Quinti filium. *Corr.*

CICERO ATTICO SAL.

XII. **O** PPII epistola, quia perhumana erat, tibi misi ex-
emplum. De Ocella, dum tu muginaris, nec mi-
hi quidquam rescribis, cepi consilium domesticum. Itaque
me pridie Idus arbitrator Romæ futurum. Commodius est, vi-
sum, frustra me istuc esse, cum id non necesse esset, quam
si opus esset, non adeste: & simul, ne intercluderem, meque-
bam. Ille enim jam adventare potest: est varii mores;
multique, quos cuperem veros. Nihil tamen certi. Ego ve-
ro, quidquid est, tecum potius, quam animi pendeam, cum
a te absum, & de te, & de me. Sed quid tibi dicam? bo-
num animum. De ¹ Hæz edes Varronis, ² negotia falsa.
Me quidem nihil unquam sic delectavit. Sed hæc, & alia
majora coram.

CL.

¹ Domesticum] A me ipso. *Corrad.*

² Hæz edes] Supra, XV. 4.

³ Negotia falsa] Facete scripsisti, meque

en pars literarum tuarum ita delectavit, ut
nihil unquam magis. *Menius.*

CICERO ATTICO SAL.

XIII. **O** CASUM mirificum! vi Idus cum ante lucem de
Sinuessano surrexissem, venissemque diluculo ad
pontem Tirennum, qui est Minturnis, in quo flexus est ad i-
ter Arpinas, obviam mihi sit tabellarius, qui me offendit
¹ δουλοῦ τῶν ὀφειλομένων. Ego statim, Cedo, inquam, si
quid ab Attico. Nondum legere poteramus. Nam & ² lumi-
na dimiseramus; nec satis lucebat. Cum autem luceret, ante
scripta epistola ex duabus tuis, prior mihi legi cœpta est. Il-
la omnium quidem elegantissima. Ne sim salvus, si aliter scri-
bo, ac lentio: nihil legi humanis. Itaque veniam, quo voc-
cas, modo adjutore te. Sed nihil tam ³ ἀπορροῦντος mihi
primo videbatur, quam ad has literas, quibus ego a te con-
siliium peteram, te mihi ista rescribere. Ecce tibi altera,
qua hortaris ⁴ τὰρ ἡλεῶνεντι Μίμαντα, Νίτῃ ἐπὶ ⁵ Ἰσθμῶς, Ap-
pian ⁶ ἐπὶ δεξιῶν ἔχοντα. Itaque eo die mansi Aquini. Lon-
gulum sane iter, & via inepta. Inde postridie mane profici-
cens has literas dedi. ⁶ Et quidem, ut a me dimitterem in-
vitissimus, fecerunt Erotis literæ. Rem tibi Tiro narrabit.

Tu

¹ δουλοῦ τῶν ὀφειλομένων] Longane navi-
gationem indicantem.

² Lumina dimiseramus] Viatores nocti
facibus aut lucernis sibi producebant. *Plaut.*
Trinomio: Fac & candelam oportet esse. *Varr.*
de Re rust. I. Viatoris præteritanti lasciv-
us non metuis facem ardentes. Suetonius Ju-
lio: Cum luminibus extinctis decessisset via.
Popma.

³ Απορροῦντος] Absurdum.

⁴ Ταρ ἡλεῶνεντι Μίμαντα, Νίτῃ ἐπὶ Ἰσθμῶς,
Appian, ἐπὶ δεξιῶν ἔχοντα] Ad ventosum
Mimantem insulam Pfyria, Appian scilicet ἑ-
σπόμεν. Alludatur ad locum Homeri Odyss.

IV. 171. 172. Ulysses cum sociis delibet
de navigatione instituenda, utrum supra
Chium dirigant cursum, ita ut parvam in-
sulam Pfyriam, quæ est non procul ab insu-
la Chio, a sinistris habeant, an vero infra

Chium, ut ventosum Mimantem præterve-
hantur, suadebat Ciceroni Atticus, ut inter
Appenninum montem (Mimantia) qui e Cam-

pania Romam proficiscensibus a dextris est,
& viam Appian, quæ a sinistris jacet per
Arpinum (Pfyriam) proficiscatur, ne in An-
tonii manus incidat. *Ernest.*

⁵ Ἰσθμῶς] Eleganter Pfyria insula strum
ab Homero descriptum accommodat insula
Arpinatis positioni. Nam ut Pfyria, media
interjacebat inter Chium insulam & montem
Mimantem; sic hæc Arpinas inter Appeni-
num, & viam Appian. Itaque Mimantis
nomine Appenninum significavit, quem Min-
turnis Arpinum proficiscentes dextrosam ha-
bent, ut sinistros viam Appian. *Bogus.*

⁶ Et quidem] Sive altera hæc epistola,
sive est alteri pars affusa, voces vel initio
vel in contextu desunt aliquæ saltem, quæ
significarent Tironem misit Romam, & qui-
bus istæ continuarentur. Et quidem, ut cum
a me dimitterem, &c. Tironi circa hos dies
scribebat: Mihi proa & puppis fuit a me
tot dimittondi, ut ratione nescias explicet.
Fam. XVI. 24. *Mingulius.*

Tu quid faciendum sit videbis. Præterea, possimne propius accedere (malo enim esse in Tusculano, aut usquam in suburbano) an etiam longius discedendum putas, crebro ad me velim scribas. Erit autem quotidie, cui des. Quod præterea consulis, quid tibi censeam faciendum, difficile est, cum absum. Verumtamen, si ⁷ pares æque inter se, quiescendum: sin; latius manabit, & quidem ad nos, deinde communitur. Avide tuum consilium exspecto. Timeo, ne absum, cum adesse me sit honestius: ⁸ venire non audeo. De Antonii itineribus nescio quid aliter audio, atque ad te scribebam. Omnia igitur velim explices, & ad me certa mittas. De reliquo quid tibi ego dicam? ardeo studio ⁹ historia (incredibiliter enim me commoveret tua cohortatio) quæ quidem nec institui, nec effici potest sine tua ope. Coram igitur hoc quidem confitemur. In præsentia mihi velim scribas, quibus Censoribus C. Fannius, M. filius, Tribunus plebis fuerit. Videor mihi audisse, P. Africano, L. Mummius. Id igitur quero. Tu mihi de iis rebus, quæ novantur, omnia certa, clara. III. Id. ex Arpinati.

⁷ Pares] Si pares copis sunt Antonius & Octavius, Romæ tibi censeo manendum. Ipsi enim inter se aliquando pugnaverunt: interueniente periculo exaruerunt: Sin superior alteruter est, discedendum: ut utrumque enim valeat, latius periculum manabit, & primo ad nos, (se ipsam, & alios intelligit, qui

republicam fortiter defenderent) deinde ad omnes communitur, ideoque etiam ad te, quamvis reipublicæ administratione semper abstinueris. Manu.

⁸ Venire] Vetus codex una voce audivit: venire venire. Bofius Baluz.

⁹ Historia] Vide lib. I. de Legib.

CICERO ATTICO SAL.

XIV. **N**IHIL erat plane, quod scriberem. Nam cum Puteolis essem, quotidie alicui novi de Octaviano, multa etiam falsa de Antonio. Ad ea autem, quæ scripisti (tres enim acceperam III. Idus a te epistolas) valde tibi assentior; si multum possit Octavianus, multo firmitus acta tyranni comprobata iri, quam ¹ in Telluris: atque id contra Brutum fore: sin autem vincitur, vides intolerabilem Antonium:

¹ In Telluris] Templo. Quo in loco decretum est ut, quæ Cæsar statuisset, decre-

visset, esset; rata manerent. Manu.

nium) ut, quem velis, nescias. O Sextii tabellarium, hominem hequam! postridie Puteolis Romæ se dixit fore. Quod me mones, ² ut pedetentim; assentior: etsi aliter cogitabam. Nec me ³ Philippus, aut Marcellus movet: alia enim eorum ratio: &, si non est, tamen videtur. Sed in isto ⁴ juvene quanquam animi satis, auctoritatis parum est. Tamen vide, si forte in Tusculano recte esse possum, ne id melius sit; (ero libentius: nihil enim ignorabo) ⁵ an hoc, cum Antonius venerit. Sed, ut aliud ex alio, mihi non est dubium, quin, quod Græci κατὰ μέρος, nos officium. Id autem, quid dubitas, quin etiam in Republicam præclare caderet? nonne dicimus, Consulum officium, Senatus officium? præclare convenit; aut da melius. Male narras ⁶ de Nepotis filio. Valde mehercule moveor, & moleste fero. Nescieram omnino esse istum puerum. ⁷ Caninium perdidit, hominem, quod ad me attinet, non ingratum. Athenodorum nihil est quod hortere: misit enim satis bellum ⁸ ὑπομνημα. Gravedini, quaeso, omni ratione subveni. ⁹ Quintus avi tui pronepos, scribit ad patris mei nepotem, se ex Nonis iis, quibus nos magna gessimus, ¹⁰ ædem Opis explicaturum, idque ad populum. Videbis igitur, & scribes. ¹¹ Sexti iudicium exspecto.

CI.

² Ut pedetentim] Ut in consilio capiendo ne properem. Et hoc monerat Atticus, quia Cicero iam illud iterum rogaverat, quid sibi esset agendum; manendum Arpini, an propius accedendum, an eundem Romanam. Idem.

³ Philippus] Monerat Cicero nem Atticus, ut Philippum, & Marcellum imitaretur, nihil prope agentes. Habebat autem L. Philippus in matrimonio Ariam, Octaviani Matrem; C. Marcellus Atiz filiam, Octavianiani fororem. Oratore III. in Antonium. Idem.

⁴ Juvene] Octaviano. Contra.

⁵ An hoc] Faciendum erit. Cum Antonius venerit, Brundisio Romanam. Idem.

⁶ De Nepotis] Filio mortuo. Idem.

⁷ Caninium] Gallum. Fam. II. 8. VII. 1.

⁸ ὑπομνημα] Commentarium.

⁹ Quintus] Murexus valde probabiliter suspicatur Quintus delendum esse: sane videtur interpretis cuiusdam explicatio. Non minus enim hic Quintus ad intelligendum quis

fit avi Attici pronepos, requiritur, quam in sequentibus verbis Marcellus ad denotandum, qui sit patris Cicerois nepos. Grævius.

¹⁰ Ædem Opis] Hoc est, ædium in ditione populi de pecunia in ædem Opis bellici Particis concesserat: Antonius namque partem diriperat. Antonii nomen deferre constituerat Q. Cicero, Q. filius, Nonis Decembris, ut novum patriæ hostem eodem die, quo fuis olim patris M. Tullius Cicero Catilinariam conjurationem opprimerat.

Mongalvus recte animadvertit, accusatum fuisse Quintum privato duntaxat nomine, atque eos rellit, qui designatum fuisse illum ajunt alii Tribunum plebis, alii Ellem.

Huius enim rei usquam est ulla mentio, ne in his quorundam epistolis, in quibus multa referuntur minoris longe momenti. Olivetæ.

¹¹ Sexti] Sexti Peducaei iudicium exspecto de oratione mea in Antonium. Pappus.

UNIVERSIDAD

UNI

ROMA

CENTRAL DE

CICERO ATTICO SAL.

XV. **N**OLI putare pigritia me facere, quod non mea manu scribam. Sed mehercule pigritia: nihil enim habeo aliud quod dicam: & tamen in tuis quoque epistolis Alexim videor agnoscere. Sed ad rem venio. Ego, si me non improbiſſime Dolabella traſtaſſet, dubitaſſem forteſſe, utrum remiſſior eſſem, an ſummo jure contenderem. Nunc vero etiam gaudeo mihi cauſam oblatam, in qua & ipſe ſentiat, & reliqui omnes me ab illo abalienatum: idque præ me feram, & quidem me mea facere, & Republicæ cauſa, ut illum oderim, quod cum eam me auctore defendere cœpiſſet, non modo deſeruerit, emptus pecunia, ſed etiam, quantum in ipſo ſuit, evertent. Quod autem quæris, quomodo agi placeat, cum dies venerit; primum velim ejuſmodi ſit, ut non alienum ſit, me Romæ eſſe: de quo ut de cæteris, ſciam, & ut tu cenſueris. De ſumma autem agi proſuſ vehementer & ſevere volo. Etſi ſponſores appellare, videtur habere quandam *δοσολογία*: tamen hoc quale ſit, conſideres velim. ⁴ Poſſumus enim ut ſponſores appellentur, procuratores introducere: neque enim illi litem conteſtabuntur. Quo facto, non ſum neſcius ſponſores liberari. Sed & illi turpe arbitror, eo nomine, quod ſatifaſſato debeat, procuratores ejus non diſſolvere; & noſtræ gravitatis, juſ noſtrum ſine ſumma illius ignominia perſequi. De hoc quid placeat, reſcribas velim:

¹ Improbiſſime] Qui cum mihi pecuniam deberet, & de ſolutione aſſeverant quoti- die promitteret; diu variis excuſationibus juſtificans, ad extremum, ne nummo quidem perſoluto, in Syriam profectus eſt. *Epi. 13. lib. XV. Manuſc.*
² Dies] Exigende pecuniam. *Idem.*
³ *δοσολογία*] Verecundiam.
⁴ Poſſumus enim] Poſſumus ita rem agere. Introducemus procuratorem, qui ſponſores appeller. Illi judicio non diſceprabunt, ſed nos ad Dolabellæ bona reſcient. Ita & ipſi liberabuntur: cum reus habeat, unde ſolvat; & nos tum demum hœc juſ noſtrum perſequentes, a Dolabellæ re eam præ-

tem capiemus, quæ facta aſſumatione, debite pecunie reſpondet. *Manuſc.*
⁵ *Εν πολέμῳ*] In eo, quod ad Republicæ adminiſtrationem pertinet.
⁶ *Conſeio*] In ea concione Octavianus reſ- geſtas patriæ Julii in memoriam populo re- ſeque: Antonium accuſavit: milites, qui ſe ducem ſecuti eſſent, laudibus ornavit, ſeque ſequi ad omnia, & infervere patriæ vellet. Hæc autem in templo Caſtoris, & Pollacis, cum ei Ti. Caninius tribunus plebis Antonio inſenſus, concionem advocaſſet. *Dio lib. XIX. & Appianus lib. III. Manuſc.*

nec ſubito quin hoc totum lenius adminiſtraturus ſis. Redeo ad Republicam. Multa mehercule a te ſæpe & πολιτικῷ genere prudenter: ſed hiſ literis nihil prudentius. *Quamquam enim poſtea, in præſentia bello iſte puer retundit Antonium, tam- men exitum exſpectare debemus.* At, qua concio? nam eſt miſſa mihi. Jurat? ita ſibi parentis honores conſequiri liceat: & ſimul dextram intendit ad ſtatuum. ⁹ *Μὴδὲ σάβηλον ὑπόγειον*. Sed, ut ſcribis, certiffimum eſſe video ¹⁰ diſcrimen Caſcæ noſtri Tribunatum: de quo quidem ipſo dixi Oppio, cum me hortaretur, ut adoleſcentem, totamque cauſam, manumque veteranorum complecterer, me nullo modo facere poſſe, ni mihi exploratum eſſet, cum non modo non inimicum tyrannoſtonis, verum etiam amicum fore. Cum ille diceret, ita futurum: Quid igitur feſtinamus? inquam: illi enim mea opera ¹¹ ante Kalend. Januar. nihil opus eſt: nos autem ejus voluntatem ante Idus Decemb. perſpicimus in Caſcæ. Mihi valde aſſenſus eſt. Quamobrem hæc quidem hætuſus. Quod reliquum eſt, quotidie tabellarios habebis, & ut ego arbitror, etiam quod ſcribas habebis quotidie. Leptæ literarum exemplum tibi miſi: ex quo mihi videtur ¹² *ερατύλλαξ* ille ¹³ deſectus de gradu. Sed tu, cum legeris, exiſtimabis.

Obſignata jam epiſtola, literas a te, & a Sexto accipi. Nihil jucundius literis Sexti, nihil amabilius: nam tuæ, breves: priores erant uberrimæ. Tu quidem & prudenter, & amice ſuades, ut in hiſ locis poſſiſſimum ſim, quoad audiamus, hæc, quæ commota ſunt, quorſum evadant. Sed me,

Tom. VIII.

O o o o

mi

⁷ Ita ſibi parentis honores conſequiri liceat] *XIII. liquer. Pagan.*
⁸ *Ad ſtatuum*] Per parentem juravit manu ſtatue illius impoſita: ex veteri Græcorum more, illa ipſa, per quæ jurabant, nomina tangentium. *Herodotus lib. VI. & Juvenalis ſat. 14. Idem.*
⁹ *Μὴδὲ σάβηλον ὑπόγειον*] Ne vltim quidem ſervari ab ipſa.
¹⁰ *Diſcrimen*] Id eſt, certo diſcernet & aperiet voluntatem Octaviani, an inimicus tyrannidicis, an amicus ſit, ſi Caſcæm perſe- cutorem Caſaris tribunatum pl. gerere patia- tur. Hoc autem paſſus eſt, ut ex Philipp.

¹¹ *Ante Kal. Jan.*] Quo die, ſenatu a no- vis conſulibus coactio, ſuam veteranorumque cauſam magnopere cupiebat Octavianus com- mendari. Id quod poſtea factum, declarat. *Philipp. V. Manuſc.*
¹² *ερατύλλαξ*] *Imperatorculus.*
¹³ *Deſectus de gradu*] Elegans locutio petita a gladiatoribus, & militibus quorum ſtatus & habitus ad præliandum compoſitus dicitur gradus. *Vide Lipſ. II. Saturnal. 20. & J. F. Gronov. notas ad Senec. Agamem. v. 515. Grotius.*

mi Attice, non sane hoc quidem tempore movet Respublica; non quo aut sit mihi quidquam carius, aut esse debeat: sed desperatis etiam Hippocrates vetat adhibere medicinam. Quare ista valeant: me res familiaris movet: rem dico? immo vero existimatio. Cum enim tanta¹⁴ reliqua sit, ne Terentia quidem adhuc, quod solvam, expeditum est. Terentiam dico? scis nos pridem jam constituisse¹⁵ Montiani nomine H-S xxv dissolvere. Pudenter hoc Cicero petierat,¹⁶ ut fide sua. Liberalissime, ut tibi quoque placuerat, promiseram; Erotique dixeram, ut¹⁷ sepositum haberet. Non modo: sed iniquissimo scenore versuram facere Aurelius coactus est. Nam de Terentia nomine Tiro ad me scripsit, te dicere, nummos a Dolabella fore. Male eum credo intellexisse,¹⁸ si quisquam male intelligit; potius, nihil intellexisse. Tu enim ad me scripsisti Cocceji responsum, & iisdem pene verbis Eros. Veniendum est igitur vel in ipsam¹⁹ flammam. Turpius est enim privatum cadere, quam publice. Itaque ceteris de rebus, quas ad me suavissime scripsisti, perturbato animo, non potui, ut consueram, rescribere.²⁰ Consenti in hac cura, ubi sum, ut me expediam: quibus autem rebus, venit quidem mihi in mentem: sed certe constituere nihil possum, prius quam te videro.²¹ Qui minus autem ego istis recte esse possum, quam est Marcellus? Sed non id agitur: neque id maxime curo. Quid curem, vides. Adsum igitur.

¹⁴ Reliqua] Cum supra id quod debemus, tantum habeamus in nominibus. *Manutius.*

¹⁵ Montianus] Vide lib. XII. ep. 50.

¹⁶ Ut fide sua] Cicero filius se fidei iustorem eius summa constituebat pro Montiano. *Bejus.*

¹⁷ Sepositum] Tantum nominorum, ut id dissolvere possemus. *Corrad.*

¹⁸ Si quisquam male intelligit] Romani sermonis elegans quadam ratio, qua significamus aliquem in eo genere, quo de agitur, alios superare. *Mela.*

¹⁹ Flammam] Publicarum contentionum. *Manutius.*

²⁰ Consenti] Quamvis frudear, ut in his locis potissimum sum. *Corrad. Balliol. Constitue in hac cura iustitiam. Videtur locus hic non esse perperatus, & aliquid laetere vitii, quod ingentioribus eluendum relinquimus. *Grævius.**

²¹ Qui minus] Romæ cur ego istis cogitatio esse non possum, atque est Marcellus? de quo epist. super. *Manut.*

CICERO ATTICO SAL.

XVI. JUCUNDISSIMAS tuas legi literas. Ad Plancum scripsi; habes exemplum. Cum Tirone quid sit locutus, cognoscam ex ipso. Cum sorore ages attentius, si te¹ occupatione ista relaxaris.

¹ Occupatione ista] De re Buthrotia. *Manutius.* hinc ad Atticum extrema, idcirco hic est, quia fuerat conjuncta cum epistola ad Plancum, quam Attico legendam mittebat Tullius. *Manutius.* Qui collegit, has conjunxit, quoniam eandem omnes ad rem pertinent. Ipsa

M. CICERO C. PLANCO PRÆT. DES. S.

ATTICI nostri te valde studiosum esse cognovi, mei vero ita cupidum, ut mehercule paucos æque observantes, atque amantes me habere existimem. Ad paternas enim magnas, & veteres, & iustas necessitudines magnam attulit acceptionem tua voluntas erga me, meaque erga te, par atque mutua. Buthrotia tibi causa ignota non est: egi enim saepe de ea re tecum, tibi que totam rem demonstravi: quæ est acta hoc modo. Ut primum Buthrotium agrum proscriptum vidimus, commotus Atticus libellum composuit. Eum mihi dedit, ut darem Casari; eam enim cœnaturus apud eum illo die. Eum libellum Casari dedi: probavit causam; rescripsit Attico, æqua eum postulare: admonuit tamen, ut² pecuniam reliquam Buthrotii ad diem solverent. Atticus, qui civitatem conservatam cuperet, pecuniam numeravit de suo. Quod cum esset factum, adivimus ad Casarem, verba fecimus pro Buthrotiis, liberalissimum decretum abstulimus; quod est obsignatum ab

O o o o 2 am-
¹ Cn. Plance] Alii, L. Plance. Atqui L. Planceus, Cn. hujus frater, erat tum in Gallia cum imperio, consul designatus cum D. Bruto. Hic Cn. Planceus (gentile nomen erat *Manutius*) a Triumviris proscriptus perierit, vel postea Lucio fratre, vel non obistente. Triumphavit de Gallis L. Planceus cum Lepido, qui ipse fratrem Æmiliium Pau-

lum proscriptiōni dederat: unde militaris locus: De *Germanis*; non de Gallis triumphavit ambo consules. *Manutius.*
² Pecuniam reliquam] Nam imperare pecunie partem jam antea solverant: relique solutionem cum differrent, Casar eorum agrum proscripterat. *Manutius.*

amplissimis viris. Quæ cum essent acta, mirari quidem solebam, pati Cæsarem convenire eos, qui agrum Buthrotium concupissent: neque solum pati, sed etiam ei negotio te præficere. Itaque & ego cum illo locutus sum, & sapius quidem, ut etiam accusarer ab eo, quod parum constantiæ suæ confiderem: & M. Messala, & ipsi Attico dixit, ut sine cura essent: aperteque ostendebat, se præsentium animos (erat enim popularis, ut noras) offendere nolle: cum mare transissent, curaturum se, ut in alium agrum deducerentur. Hæc illo vivo. Post interitum autem Cæsaris, ut primum ex senatus-consulto causas Consules cognoscere instituerunt, hæc, quæ supra scripti, ad eos delata sunt. Probaverunt causam sine ulla dubitatione, seque ad te literas daturus esse dixerunt. Ego autem, mi Plance, etiam non dubitabam, quin & senatus-consultum, & lex, & consulum decretum, ac literæ apud te plurimum auctoritatis haberent, teque ipsius Attici causâ velle intellexeram: tamen hoc pro conjunctione, & benevolentia nostra mihi sumpsi, ut id a te peterem, quod tua singularis humanitas, suavissimique mores a te essent impetraturi. Id autem est, ut hoc, quod te tua sponte facturum esse certo scio, honoris nostri causâ libenter, prolixè, celeriter facias. Mihi nemmo est amior, nec jucundior, nec carior Attico: ejus antea res solum familiaris agebatur, eaque magna; nunc accersit etiam existimatio, ut, quod consecutus est magna & industria, & gratia, & vivo Cæsare, & mortuo, id, te adjuvante, obtineat. Quod si a te erit impetratum, sic velim existimes, me de tua liberalitate ita interpretaturum, ut tuo summo beneficio me affectum judicem. Ego, quæ te velle, quæque ad te pertinere arbitror, studiose, diligenterque curabo. Da operam ut valeas.

3 Præsentium] Qui divisionem agri Buthrotii præsentibus petebant. Idem. in causâ Buthrotia nobis postulantis decreverat, id postea Consules decreto probaverunt. Idem.

4 Consulum decretum] Quod enim Cæsar

CICERO PLANCO PRÆT. DES. S.

JAM antea petivi abs te per literas, ut, cum causâ Buthrotiorum probata a Consulibus esset, quibus & lege, & senatus-consulto permissum erat, ut de Cæsaris actis cognoscerent, statuerent, judicarent, eam rem tu adjuvares: Atticumque nostrum, cujus te studiosum cognovi, & me, qui non minus laboro, molestia liberares. Omnibus enim rebus magna cura, multa opera, & labore confectis, in te positum est, ut nostræ sollicitudinis finem quamprimum facere possimus. Quamquam intelligimus ea te esse prudentia, ut videas, si ea decreta Consulum, quæ de Cæsaris actis interposita sunt, non ferventur, magnam perturbationem rerum fore. Equidem, cum multa, quod necesse erat in tanta occupatione, non probentur, quæ Cæsar statuerat; tamen otii, pacisque causâ acerrime illa soleo defendere: quod tibi idem magnopere faciendum censeo: quanquam hæc epistola non suavioris est, sed rogatoris. Igitur, mi Plance, rogo te, & etiam oro, sic mediisfidius, ut majore studio, magisque ex animo agere non possim, ut totum hoc negotium ita agas, ita tractes, ita conficias, ut, quod sine ulla dubitatione apud Consules obtinimus propter summam bonitatem, & æquitatem causæ, id tu nos obtinuisse non modo facile patiari, sed etiam gaudeas. Qua quidem voluntate esse erga Atticum, sæpe præfens & illi ostendisti, & vero etiam mihi. Quod si feceris, me, quem voluntate, & paterna necessitudine conjunctum semper habuisti, maximo beneficio devinctum habebis. Idque ut facias te vehementer etiam atque etiam rogo.

2 Voluntate esse] Lege: qua quidem voluntate te esse erga Atticum. Te te absorpsit. præcedentis vocis ultima syllaba, ut sic. Grævius.

CICERO · CAPITONI SUO S.

NUNQUAM putavi fore, ut supplex ad te venirem: sed hercule facile patior datum tempus, in quo amorem experiret tuum. Atticum quanti faciam, scis. Amabo te, da mihi & hoc: obliviscere mea causa, illum aliquando suo familiari, adversario tuo, voluisse consultum, cum illius existimatio ageretur. Hoc primum ignoscere est humanitatis tuæ: suos enim quisque debet tueri: deinde, si me amas (omite Atticum) Cicero mi tuo, quem quanti facias præ te soles ferre, totum hoc da, ut, quod semper existimavi, nunc plane intelligam, me a te multum amari. Buthrotios cum Cæsar decreto suo, quod ego obsignavi cum multis amplissimis viris, liberavisset, ostendisserque nobis, se, cum agrarii mare transissent, literas missurum, quem in agrum deducerentur; accidit, ut subito ille interiret. Deinde, quemadmodum tu scis (interfuisisti enim, cum consules oporteret ex senatus-consulto de actis Cæsaris cognoscere) res ab iis in Kal. Jun. dilata est. Accessit ad senatus-consultum lex, quæ lata est a. d. xv Non. Jun. quæ lex earum rerum quas Cæsar statuisset, decrevisset, egisset, Consulibus cognitionem dedit. Causa Buthrotiorum delata est ad Consules. Decretum Cæsar's recitatum est, & multi præterea libelli Cæsar's prolati. Consules de consilii sententia decreverunt secundum Buthrotios; ¹ Plancum dederunt. Nunc, mi Capito (scio enim quantum semper apud eos, quibuscum sis, posse soleas, eo plus apud hominem facillimum atque humanissimum Plancum) ² enitere, elabora, vel potius eblandire, effice, ut Plancus, quem spero optimum esse, sit etiam melior, opera tua. Omnino res huiusmodi videtur esse, ut sine cuiusquam gratia Plancus ipse pro ingenio, & prudentia sua non sit dubitaturus quin decretum Consulum, quo-

¹ Capito] C. Atejus Capito, de quo lib. XIII. ad Att. ep. 33. & Fam. XIII. 29.

² Plancum dederunt] Haud aliter scriptum est in antiquis libris, me tamen in hanc opinionem ratio ipsa perducit, ut legendum

credam. Literas ad Plancum dederunt. Videtur enim ita scriptum supra: Consules probaverunt causam sine ulla dubitatione, seque ad te literas daturus esse dixerunt. Manut.

quorum & lege, & senatus-consulto cognitio, & iudicium fuit, conservet; præsertim cum, hoc genere cognitionum labefactato, acta Cæsar's in dubium ventura videantur: quæ non modo ii, quorum interest, sed etiam ii, qui illa non probant, otii causa confirmare velint. Quod cum ita sit, tamen interest nostra, Plancum hoc animo libenti prolixoque facere: quod certe faciet, si tu nervulos tuos, mihi sæpe cognitos, suavitatemque, qua nemo tibi par est, adhibueris. Quod ut facias, te vehementer rogo.

CICERO C. CUPIENNIO S.

PATREM tuum plurimi feci; meque ille mirifice & coluit, & amavit: nec mehercule unquam mihi dubium fuit, quin a te diligerer. Ego quidem illi facere non desisti. Quamobrem peto a te in majorem modum, ut civitatem Buthrotiam subleves, decretumque Consulum, quod ii secundum Buthrotios fecerunt, cum & lege, & senatus-consulto statuendi potestatem haberent, des operam, ut Plancus noster quamprimum confirmet & comprobet. Hoc te vehementer, mi Cupienni, etiam atque etiam rogo.

CICERO PLANCO PRÆT. DES. S.

IGNOSCE mihi, quod cum antea accuratissime de Buthrotiis ad te scripserim, eadem de re sapius scribam. Non mehercule, mi Plance, facio, quo parum confidam aut liberalitati tuæ, aut nostræ amicitia; sed cum tanta res agatur Attici nostri, nunc vero etiam existimatio, ut id, quod probavit Cæsar, nobis testibus & obsignatoribus, qui & decretis, & responsis Cæsar's interfueramus, videatur obtinere potuisse, præsertim cum tota potestas ejus rei tua sit, ut ea, quæ Consules decreverunt, secundum Cæsar's decreta & responsa, non dicam comprobet, sed studiosè libenterque comprobet. Id mihi sic erit gratum, ut nulla res gratior esse possit. Etsi jam sperabam, cum has literas accepisses, fore, ut ea, quæ superio-

rioribus literis a te petissemus, impetrata essent; tamen, non faciam finem rogandi, quoad nobis nuntiatum erit, te id fecisse; quod magna cum spe expectamus. Deinde enim confido fore, ut alio genere literarum utamur; tibi que pro tuo summo beneficio gratias agamus. Quod si acciderit, velim sic existimes, non tibi tam Atticum, cujus permagna res agitur, quam me, qui non minus laboro, quam ille, obligatum fore. Vale.

ALEXANDER CIGERO CAPITONI S.

NON dubito, quin mirere, atque etiam stomachere, quod tecum de eadem re agam sapius. Hominis familiarissimi, & mihi omnibus rebus conjunctissimi, permagna res agitur, Attici. Cognovi ego tua studia in amicos, etiam in te amicorum. Multum potes nos apud Plancum juvare. Novi humanitatem tuam, scio quam sis amicis jucundus. Nemo nos in hac causa plus juvare potest, quam tu. Et res ita est firma, ut debet esse, quam consules de consilii sententia decreverunt, cum & lege, & senatus-consulto cognoscerent. Tamen omnia posita putamus in Planci tui liberalitate: quem quidem arbitramur cum officii tui, & Reipublicæ causa decretum Consulium comprobaturum, tum libenter nostra causa esse facturum. Adjuvabis igitur, mi Capito: quod ut facias, vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

VARIE

VARIE LECTIONES,
E GRÆVIANIS DECERPTÆ.

LIBER I.

EPIST. I. Certe esse videantur] *Al. videbantur.*

Si iudicatum erit mercede non lucere] *Vulg. ed. Si iudicatum erit mercede non liquere.*

Summam adhibebimus diligentiam] *Mf. Summam adhibemus diligentiam.*

Cætera spero prolixa] *Mf. cætera spero prospera.*

Hæc dicitur] *Sic mf. Vulg. Epistola. Mf. ejus dicitur. Ab uno Fulvii Ursini libro abest vox, hæc.*

Epist. 111. Hoc ad te scripsi] *Sic Balliol. aliique. Vulg. hoc eo ad te scripsi.*

Quod is me accusare de te solebat] *Sic Balliol. aliique mf. Vulg. quod is, qui me accusare de te solebat.*

Meum studium nec tibi defuisse] *Edd. meum studium nec sibi defuisse.*

Epist. v. Qui in Epicurum proficisceretur.] *Ball. qui in Epicurum proficisceretur.*

Quid dicas, neque id neglexi] *Al. quid dicas? neque id neglexi. Al. ut nos quid dicas.*

In qua dicitur esse puella] *Mf. in qua discessisset.*

Epist. vii. Si studio esserimus] *Balliol. sic studio esseruntur.*

Quo tibi placebit] *Balliol. quod tibi placebit.*

Epist. x. Erit hoc tibi pro illo tuo] *Al. Erit hoc mihi pro illo tuo.*

Roma puer a sorore tua missus] *Balliol. Romam puer a sorore tua missus.*

Tam pauca cogere scribere] *Al. jam pauca cogere scribere. Al. quam pauca cogere scribere.*

Tantum ex epistola voluntatem] *Balliol. tantam ex epistola voluntatem.*

Putealia sigillata] *Al. putealia sigilla. Me autem & eum offendes] Balliol. & Vitar. ed. fin autem & eum offendes.*

Epist. xi. Neque nostra allegatio] *Mf. sine emmet, neque nostra legatio.*

Ac ne illud mirere] *Balliol. At, ne illud. Tem. VIII.*

lud mirere. Nunc idem videor diffidere] *Balliol. & Al. Mf. nunc eidem videar diffidere.*

Epist. xii. Teucris illa] *Al. Teucris Syllæ. Balliol. Teucris Sylla.*

Mando tibi ut perspicias] *Turnesf. mandata tibi ut perspicias.*

Cum pro populo ferret] *Turnesf. cum sacrificium pro populo ferret.*

Per manus servulæ servatum] *Mf. per manus servulæ servatum. Al. servulæ.*

Epist. xiiii. Nisi eam pellicionem relevaret] *Al. nisi eam per lectionem relevaret. Al. nisi eam per lectionem relevaret.*

Certum habeo, quando ad Antonium proficiscare] *Balliol. certum habeo quin ad Antonium proficiscare.*

Tantum cavillator] *Ball. tamen cavillator.*

Nihil agens cum rep.] *Mf. nihil agens in rep.*

Nihil metuus mali, quia non aude] *Balliol. nihil spes mali, quia non videt.*

Quin immo leviter] *Al. qui nunc. Al. quin nunc.*

Inter se dissident] *Balliol. inter se dissident.*

Quod insectum est] *F. C. quod ineptum est. Al. quod ineptum est.*

Epist. xvi. Arque id creptum] *Lamb. deceptum.*

Sigillatim accedente] *Al. accedente. Promissa paravit] Al. promissa paravit. Mandata effice] Al. corfice.*

Epist. xvi. In infamia relinqui ac foribus] *Al. in infamia relinqui ac foribus.*

Sic, uti nunc] *Al. sicuti nunc.*

Noctes cærarum mulierum] *Al. noctes scortorum, mulierum.*

Nobilium introductiones] *Mf. productiones.*

Factum esse sciunt] *Al. sciunt.*

Insuper severitas Consulatus] *Al. insuperaverat severitas Consulatus.*

Quid hoc? simile] *Sic mf. Vulg. quid huic simile.*

Mihi vero] *Al. imo vero.*

Nunc est expectatio comitorum] *Sic mf. Nunc est expectatio comitorum] Sic mf. vulg.*

rioribus literis a te petissemus, impetrata essent; tamen, non faciam finem rogandi, quoad nobis nuntiatum erit, te id fecisse; quod magna cum spe expectamus. Deinde enim confido fore, ut alio genere literarum utamur; tibi que pro tuo summo beneficio gratias agamus. Quod si acciderit, velim sic existimes, non tibi tam Atticum, cujus permagna res agitur, quam me, qui non minus laboro, quam ille, obligatum fore. Vale.

ALEXANDER CIGERO CAPITONI S.

NON dubito, quin mirere, atque etiam stomachere, quod tecum de eadem re agam sapius. Hominis familiarissimi, & mihi omnibus rebus conjunctissimi, permagna res agitur, Attici. Cognovi ego tua studia in amicos, etiam in te amicorum. Multum potes nos apud Plancum juvare. Novi humanitatem tuam, scio quam sis amicis jucundus. Nemo nos in hac causa plus juvare potest, quam tu. Et res ita est firma, ut debet esse, quam consules de consilii sententia decreverunt, cum & lege, & senatus-consulto cognoscerent. Tamen omnia posita putamus in Planci tui liberalitate: quem quidem arbitramur cum officii tui, & Reipublicæ causa decretum Consulium comprobaturum, tum libenter nostra causa esse facturum. Adjuvabis igitur, mi Capito: quod ut facias, vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

VARIE

VARIE LECTIONES,
E GRÆVIANIS DECERPTÆ.

LIBER I.

EPIST. I. Certe esse videantur] *Al.* videbantur.

Si iudicatum erit mercede non lucere] *Vulg. ed.* Si iudicatum erit mercede non liquere.

Summam adhibebimus diligentiam] *Mf.* Summam adhibebimus diligentiam.

Cætera spero prolixa] *Mf.* cætera spero prospera.

Hæc dicitur] Sic mss. Vulg. Epist. dicitur. Mf. ejus dicitur. Ab uno Fulvii Ursini libro abest vox, *dicitur.*

Epist. 111. Hoc ad te scripsi] *Sic Balliol. aliique. Vulg.* hoc eo ad te scripsi.

Quod is me accusare de te solebat] *Sic Balliol. aliique mss. Vulg.* quod is, qui me accusare de te solebat.

Meum studium nec tibi defuisse] *Edd.* meum studium nec sibi defuisse.

Epist. v. Qui in Epicurum proficisceretur.] *Ball.* qui in Epicurum proficisceretur.

Quid dicas, neque id neglexi] *Al.* quid dicas? neque id neglexi. *Al.* ut nos quid dicas?

In qua dicitur esse puella] *Mf.* in qua discessisset.

Epist. vii. Sic studio esserimus] *Balliol.* sic studio esseruntur.

Quo tibi placebit] *Balliol.* quod tibi placebit.

Epist. x. Erit hoc tibi pro illo tuo] *Al.* Erit hoc mihi pro illo tuo.

Roma puer a sorore tua missus] *Balliol.* Romam puer a sorore tua missus.

Tam pauca cogere scribere] *Al.* jam pauca cogere scribere. *Al.* quam pauca cogere scribere.

Tantum ex epistola voluntatem] *Balliol.* tantam ex epistola voluntatem.

Putealia sigillata] *Al.* putealia sigilla. *Me autem & eum offendes] Balliol. & Vissæ. ed. sin autem & eum offendes.*

Epist. xi. Neque nostra allegatio] *Mf. sine emmet, neque nostra legatio.*

Ac ne illud mirere] *Balliol. At, ne illud. Tem. VIII.*

lud mirere.

Nunc idem videor diffidere] *Balliol. & Al. Mf.* nunc eidem videor diffidere.

Epist. xxi. Teucris illa] *Al.* Teucris Syllæ. *Balliol.* Teucris Sylla.

Mando tibi ut perspicias] *Turnesf.* mandata tibi ut perspicias.

Cum pro populo ferret] *Turnesf.* cum sacrificium pro populo ferret.

Per manus servulæ servatum] *Mf.* per manus servulæ servatum. *Al.* servulæ.

Epist. xxi. Nisi eam pellicionem relevaret] *Al.* nisi eam per lectionem relevaret. *Al.* nisi eam per lectionem relevaret.

Certum habeo, quando ad Antonium proficiscare] *Balliol.* certum habeo quin ad Antonium proficiscare.

Tantum cavillator] *Ball.* tamen cavillator.

Nihil agens cum rep.] *Mf.* nihil agens in rep.

Nihil metuus mali, quia non aude] *Balliol.* nihil speres mali, quia non videt.

Quin immo leviter] *Al.* qui nunc. *Al.* quin nunc.

Inter se dissident] *Balliol.* inter se dissident.

Quod insectum est] *F. C.* quod ineptum est. *Al.* quod ineptum est.

Epist. xvi. Arque id creptum] *Lamb.* deceptum.

Sigillatim accedente] *Al.* accedente.

Promissa paravit] *Al.* promissa paravit. Mandata effice] *Al.* corfice.

Epist. xvi. In infamia relinqui ac foribus] *Al.* in infamia relinqui ac foribus.

Sic, uti nunc] *Al.* sicuti nunc.

Noctes cætarum mulierum] *Al.* noctes scortorum, mulierum.

Nobilium introductiones] *Mf.* productiones.

Factum esse sciunt] *Al.* sciunt.

Insuper severitas Consulatus] *Al.* insuper severitas Consulatus.

Quid hoc? simile] *Sic mss. Vulg.* quid huic simile?

Mihi vero] *Al.* mihi vero.

Nunc est expectatio comitorum] *Sic mss. vulg.*

P p p

In coitione candidatorum] *Balliol.* in con-
tione candidatorum.

Caire fecisse] *Al. recte. Al. laute fecisse.*
Apud pudorem Pulchelli] *Al. apud furo-
rem Pulchelli.*

Epist. xix. Ac mitto imperium] *Al. a-
ge, mitto imperium.*

Quod erat infestum] *Mf. quod erat suf-
pectum.*

Hoc nunc repudio] *Al. hoc non repu-
dio.*

Tamen, si erit necesse] *Balliol.* tamen,
erit necesse.

Ceri sumus] *Al. certissimum est.*

Epist. xxi. Quid ego tibi subtiliter]
Al. quid ego tibi subtiliter scribam?

Tamque acer in ferro] *Al. tamque acer
in foro.*

Epist. xxii. Quam vellem Romæ manifes-
tes: manifeste profecto] *Sic S. Bos. & Grut. edd.
Vulg. quam vellem Romæ manifestes, e-
pist. profecto. Mf. P. Vitor. ed. quam vellem
Romæ manifestes, profecto si hæc fore
putassemus.*

Opes & vim exercitus] *Nonnulli libri &
M. Brat. ed. opus eorum & vim exercitus.*

Fidem recepisse] *Ed. Lamb. ex eius con-
jectura: fidem desisse.*

Sed totum est in eo] *Balliol.* sed tantum
est in eo.

Sed quod facile sentias, tædet] *Al. sed
quid? facile sentias, tædet.*

Quem exitum futurum putes] *M. Brat.
ed. quem exitum futurum putes.*

Epist. xxv. Ad illam *ed. ad. Al. ad
illam celeritatem. Et sic Balliol. & Helmst.
M. Brat. ed. ad illa sed. M. Brat.*

Infamatum in familiaritate adolescentis]
Balliol. in sine atque familiaritate adolescen-
tis. *Helmst.* infamatus in familiaritate.

Nihil me informatus, nihil fortunatus
est Catulo] *Sic mss. Vulg. nihil me infor-
matus & Catulo. M. Brat. ed. nihil me
informatus * & Catulo.*

Tum hoc tempore] *Sic Balliol. & alii
ver. Lamb. tum mortis tempore. M. Brat.
tum tempore.*

Epist. xxv. Non quo faceret, sed ut faceret.
Mirabiliter] *Sic P. Vitor. ed. Sic Lamb.
ex Turneb. Sed M. Brat. M. Brat. alique edd.
hec verba: non quo faceret, sed ut faceret,
non exprimitur. In Balliol. & Helmst. mss.
hoc tantum non legitur: non quo faceret.
Sic enim in illis scribitur: satisfacere, sed
ut faceret. Mirabiliter enim.*

Epist. xxi. Sed itineris causa dixerem]
Balliol. si itineris causa ut dixerem. *Vulg. sed
itineris causa ut dixerem.*

Nam castellum munitum habitanti mihi
prodesset] *Balliol. & nonnulli edd. natura
castellum munitum habitanti nihil prodesset.
Estat nihil enim in Helmst.*

Vitæque peniteat] *Al. utique peniteat.
Que nos proficiscentes proferebat] Bal-
liol. & Helmst. qua nos proficiscentes perfe-
rebat.*

Te in eundem locum vocem] *Balliol. &
Helmst. te in eundem locum vocem.*

Nam ut accedemus in Epirum] *Balliol.
nam ut accedamus in Epirum.*

Epist. viii. In Epirum non effemus pro-
fecti] *Balliol.* in Epirum effemus profecti.

Achaja prope est, plena] *Balliol. &
Helmst. Achaja prope est, & plena.*

Ut acrius postularetur] *Al. ut acrius po-
stularet.*

Ex epistolarum mearum inconstantia]
*Balliol. & Helmst. ex epistolarum mearum con-
stantia.*

Impulsi ac proclivi famos] *Balliol.* impulsi
si ac proclivi famos. *Helmst.* impulsi & com-
moti proclive famos.

Mecum simul delisses] *Balliol.* mecum si-
mul vidisses.

Epist. x. Equis unquam ex tam amplo
statu] *Balliol. & mss. duo Pall.* equis un-
quam tam exemplo a statu, in tam. *Helmst.
& quis inquit tam ex amplo.*

Certe vivus nunc amitterem] *Balliol.
Helmst. & plures alii libri: certe vivus non
amitterem.*

Dat. xxi. Kal. Quinz.] *Helmst. Dat.
xvi. Kal. Quintilis. Balliol. xxi. Quinz.
ed. M. Brat. Vale. xxi. Kal. Quinz.*

Epist. xii. Idemque caput rogationis pro-
poni scribis, quare] *P. Vitor. ed. idemque
caput rogationis proponis. Scribis quare.
Balliol. & Helmst. proponis.*

Quomodo exiderit] *Balliol. & Helmst.
quomodo exiderit.*

Ut ad me venires Dodona, tamen] *Bal-
liol. & alii Mf. ut ad me venires Sidona,
tamen ut. Vulg. ut ad me venires Sidona,
tamen.*

Epist. xiii. Proinde habebis] *Sic Ball.
Helmst. pluresque mss. Vulg. perinde habebis.*

LIBER III.

Meæ temporis non longinqu] *Mf. duo:
neque temporis non longinqui. Helmst. ne-
que temporis nec longinqui.*

Epist. xv. Qua me oburgas, ut sim fir-
mior] *Al. qua me oburgas & rogas ut sim
firmior. Sic & Balliol. & Helmst. & plera-
que edd.*

Cæteri quos purgas] *S. Bos. & Grut. edd.
cum aliquot mss. cæteros quos purgas.*

Deheat mihi purgati esse] *Al. debent mi-
hi probati esse.*

At potest ille] *M. Brat. ed. ac potest ille.*

Neque hoc eo scribo] *Balliol.* neque hæc
ego scribo.

Quo te non meo casu] *S. Bos. & Grut.
edd. quod te non meo casu.*

Quod unus tu facere maxime] *Balliol.
quod unus tu facere maxime.*

Hodie viveremus] *Balliol. & Helmst. hodie
viveremus.*

Quid est firmius] *Vulg. sic est firmius.*

Primum meum consilium desuit, sed et-
iam obliui] *Sic Balliol. & P. Vitor. edd. Vulg.
primum non modo consilium desuit, sed et-
iam obliui.*

In quo ipso] *Balliol. & Helmst. quo ipsa.
Vulg. in quo ipsa iubeat.*

Ne referri] *Balliol.* nece ferri.

Comiter consulari desino] *Sic Balliol. P.
Vitor. S. Bos. Grut. edd. Sed alie: commuiter
consulari desine.*

Epist. xxv. Quod Appii questio est] *Mf.
duo: quod Appii spectio est. Sed pro vulgata
ita Balliol. Helmst. & alii.*

Epist. xx. Si mihi hoc verbo] *Al. cum
mihi hoc verbo.*

Neque ut ita facias] *Sic mss. & edd. Bos-
si & Grut. edd. neque ut tu facias.*

Ad nostram salutem adhortere] *Balliol.
ad nostram salutem cohortere.*

Rogatio Sextili] *Balliol.* rogatio Sexti.

Neque dignitatis satis habes] *Balliol.* ne-
que dignitatis satis habet.

Epist. xxii. Milites dicuntur] *Sic mss.
Al. milites dicuntur. M. Brat. ed. milites
dicantur. Faerni liber. dicentur. Helmst.
dicentur.*

Promissis & literis declarat, spem] *Al.
promissis declarat, etiam literis spem.*

Spem nobis nonnullam asserit] *Balliol.
spem nobis nullam asserit.*

Premor cum lustu, tum desiderio meorum
omnium, tum eorum, qui mihi] *Sic mss.
Bos. P. Vitor. ed. premor cum lustu, tum de-
siderio omnium rerum que mihi Balliol. ed.
premor lustu, tum desiderio rerum omnium,*

que mihi. *Helmst.* premor lustu, cum de-
siderio meorum omnium rerum que. *Rat. ed.
& Mich. Brat. ed. premor cum lustu, tum
desiderio rerum omnium, tum rerum, que
mihi.*

Epist. xxiii. Et quid putes utilitatis]
Balliol. & Helmst. & quid potest utilitatis.

Illud ipsum abrogatur, quo non tam]
Al. illud ipsum abrogaretur, quo non tam.

Sine quod observandum caput] *Mf. &
edd. sine quod observandum caput illud.
Helmst. sine quod ad observandum. M. Brat.
ed. si enim quod observandum illud caput
non putabam.*

Legere tenentur, est curandum] *Balliol. &
Helmst. lege tenentur, non est curandum.*

Ut uno impetu perfringatur] *Helmst. ut
uno impetu perfringatur.*

Epist. xxv. Antea cum ad me scripse-
ris] *Balliol. & Helmst. antea quam ad me
scripseris.*

Videntur esse sublata] *Lambin.* videntur
esse sublata.

Epist. xxvi. Utar auctoritate] *Al. nitur
auctoritate.*

Vale vi Kal. Jan.] *Hæc verba nec in Bal-
liol. & Helmst. nec in Bos. & Grut. edd. ex-
tant. In P. Vitor. tamen, M. Brat. Lambin.
M. Brat. leguntur. In Balliol. adhaeret hæc
epistola sequenti.*

LIBER IV.

Epist. i. Ut vere scribam] *Balliol.* te ve-
re sciebam. *Helmst.* te vero sciebam. *Al.
ut bene scribam.*

Aur potius furoris] *Al. aut totius furo-
ris. Al. ac totius furoris. Sic mss.*

Et falli timoris] *Al. & falli rannoris. Sic
plerique mss.*

Ab infima plebe completi erant] *Al. ab
infima plebe cooperi erant. Balliol.* ab in-
fima plebe completæ erant.

Celebravit. In foroque & in ipso Capito-
lio] *Al. celebravit. In foro & in ipso
Capitolio. Lambin. malit: in foro vero &
in ipso Capitolio.*

Dederunt] *Al. nomen dederunt.*

Principem nominavit] *Balliol.* principem
nominaverit.

Alteram Messus, qui] *Balliol.* alteram
Messu iquæ. *Helmst.* alteram Messilla iquæ.
Edd. alteram Messinus qui.

Pontifices responderant] *M. Brat. ed. ex
conjectura Malaspina Pontifices responderant.*

Epist.

Tamen prudentius] *Sic mss. P. Viti. & M. Brut. ed. al. tamen prudentius.*

Epist. xii. Cupidissime expetitur a me sit] *M. Brut. & Al. edd. cupidissime expetitur & expetitur a me sit.*

Is se solis non invidere] *Sic emmet mss. Bos. & Grut. edd. is se solis nunc invidere.*

Epist. v. Ego in Tullulanum nihil sane hoc tempore] *Al. ego in Tullulanum? nihil sane hoc tempore.*

Epist. xvi. Illud puta tu non adscribis] *Mss. illud quatuor non adscribis. Edd. vtr. illud privatus non adscribis. P. Viti. ed. illud puta non adscribis. S. Bos. ed. illud puta tu non adscribis.*

Senatum bonum putas] *Al. Senatum bonorum putas.*

Et ita laetum placet] *Ab hoc voce usque ad Tullulanum, singula membra interrogatio interperantur in vulgaribus editionibus.*

Epist. xviii. Ad Lavetrium] *Mss. Lavetrium. Al. Lavetrium. S. Bos. & Grut. ed. ad L. Averium. Dein me confecturus. Balliol. emisit me.*

Epist. xi. Nisi ubi honestas? nam honestum igitur] *Mss. nisi ubi honestas? nisi non honestum igitur. P. Viti. ed. nisi ubi honestas? nisi honestum igitur. Helms. nisi ubi honestas? non honestum igitur.*

Que sit? Casaris] *Balliol. & edd. que sit ora viz Casaris.*

Epist. xviii. Omnia omnium concupivit] *Ball. omnia quantum cupiunt. Helms. omnia omnium cupiunt.*

Nuncio Platonis] *Mss. Nuncio Platonis. In eo tribuvi diu] Balliol. & Helms. Al. in eo actu aut diu. M. Brut. edd. in eo actu hand diu. P. Viti. ed. in eo ex tu aut diu.*

Epist. xiv. Cum loyerit lippicem] *Al. Cum fuerit lippicem.*

Epist. xviii. Tamen conceditur] *Bos. & Grut. tamen non conceditur.*

Epist. xviii. Postulatis Cassio literas] *Al. postulatis Cassii literas. Al. postulatis ad Cassium.*

Militum tria millia] *P. Viti. & M. Brut. Manus. edd. militum vim. Sic & Balliol. & Helms.*

LIBER VIII.

Epist. ii. Doce me, quomodo ea effugere possim] *Al. doce me. Quomodo enim effugere possim? Bos. & Grut. edd. doce me, quomodo capte effugere possim.*

Hic tu in me illud, des fero] *Mss. & edd. Hic tu in me? illud deside.*

Lacena est in omnibus mss. prater Deustatum, etiam Balliol. & Helms.

Hic quidem que est? domi vestra] *Mss. quid. Hic quidem quod est? domi vestra. Balliol. Hic quidem quid est? domi vestra. Al. mss. & edd. Hic quidem que est? domi vestra estis.*

Si de pace ageretur profectus, si de bello, quid ero] *Sic Balliol. Helms. & alii mss. Alii vero: si de pace ageretur profectus; si de bello, quid ero? Edd. si de pace ageretur, profecturus eram; si de bello, videro.*

Epist. xvii. Apposite tibi mandabo] *Al. Opposita tibi mandabo. Al. apposite tibi mandabo.*

Epist. xviii. Dolore, quo minus ad te plura scribam] *Helms. dolore. Ad te plura scribam. P. Viti. & Manus. edd. Interdolor dolore quo ad te plura scribam. Balliol. & M. Brut. ed. interdolor dolore quo ad te plura non scribam. Edd. vtr. interdolor dolore, quo ad te plura scribam non habeo.*

Epist. ix. Ita tempestas ferebat] *Sic Helms. S. Bos. & Grut. edd. Sed Balliol. P. Viti. Manus. Lamb. Brut. edd. Ita tempestas ferebat.*

Vos duo tales] *S. Bos. Lamb. Grut. edd. Vos duo Cales.*

Nisi erit conventus] *Mss. & M. Brut. ed. nisi non erit conventus.*

Epist. xi. Illud tamen totos dies. Sed vector] *M. Brut. & Lamb. edd. Illud tamen totos dies, vector, ne.*

Denunciata est, quam universa] *Ball. & Helms. quam universam interitus. Al. mss. quam universum interitus. S. Bos. & Grut. edd. quam universum interitus. Al. quam universis interitus.*

Epist. xvi. Præter occultum & tutum iter] *Balliol. & al. mss. præter occultum & merum iter. Edd. præter occultum & tutum iter. P. Viti. ed. præter occultum merum. Iter.*

Demum quem expello] *Mss. demum quem expello. M. Brut. ed. demum quem expello? Al. domi tum quem expello. Al. Domitium quem expello.*

LIBER IX.

Epist. i. Hic vero vulgo vadunt] *M. Brut. ed. Hinc vero vulgo vadunt.*

Epist. viii. Moleste fero. In agro Sabino fementem fieri proscriptiois] *fenatores multos] Sic P. Viti. ed. Al. Moleste fero in*

in agro Sabino fementem fieri proscriptiois. fenatores nullos.

Epist. ix. De supero mari, palpaboque, ut antea ad te scripsi] *P. Viti. & M. Brut. ed. Et jam de supero mari palpabor. Faerni. ed. & jam de supero mari palpabor. Lamb. ed. de supero mari. Balboque.*

Epist. x. Fugam ne fidam an moram deferendam] *Duo mss. & edd. Bos. & Grut. Fugam nec fidam, an moram deferendam. Al. fugam ne fidam an moram deferendam.*

Quid si inquis] *Al. Quid inquis. Bos. & Grut. Quid si, inquit.*

Epist. xii. Consilii ad finis hujus miserimæ vitæ] *Al. Consilii ad finem hujus miserimæ vitæ. P. C. & M. Brut. ed. Quidnam est tui consilii? quid? finis hujus miserimæ vitæ. P. C. Consilii? equis finis hujus miserimæ vitæ?*

Epist. xiii. Oderunt, ut tu scribis, ludum] *Ac vellem, scribis, quis nam hic significasset?] P. Viti. ed. oderunt: ut tu scribis, ludum ac vellem scribis. Quisnam hic significasset? M. Brut. ed. oderunt, ut tu scribis, ludum. Ac vellem scribis. Quid? nun hæc significas? Bos. & Grut. ed. oderunt, ut tu scribis, ludum. Ac vellem, scribis, quis nam hic significasse te.*

Epist. xiii. Oderunt, ut tu scribis, ludum] *Ac vellem, scribis, quis nam hic significasset?] P. Viti. ed. oderunt: ut tu scribis, ludum ac vellem scribis. Quisnam hic significasset? M. Brut. ed. oderunt, ut tu scribis, ludum. Ac vellem scribis. Quid? nun hæc significas? Bos. & Grut. ed. oderunt, ut tu scribis, ludum. Ac vellem, scribis, quis nam hic significasse te.*

Epist. xiii. Oderunt, ut tu scribis, ludum] *Ac vellem, scribis, quis nam hic significasset?] P. Viti. ed. oderunt: ut tu scribis, ludum ac vellem scribis. Quisnam hic significasset? M. Brut. ed. oderunt, ut tu scribis, ludum. Ac vellem scribis. Quid? nun hæc significas? Bos. & Grut. ed. oderunt, ut tu scribis, ludum. Ac vellem, scribis, quis nam hic significasse te.*

Epist. xiii. Oderunt, ut tu scribis, ludum] *Ac vellem, scribis, quis nam hic significasset?] P. Viti. ed. oderunt: ut tu scribis, ludum ac vellem scribis. Quisnam hic significasset? M. Brut. ed. oderunt, ut tu scribis, ludum. Ac vellem scribis. Quid? nun hæc significas? Bos. & Grut. ed. oderunt, ut tu scribis, ludum. Ac vellem, scribis, quis nam hic significasse te.*

Epist. xiii. Oderunt, ut tu scribis, ludum] *Ac vellem, scribis, quis nam hic significasset?] P. Viti. ed. oderunt: ut tu scribis, ludum ac vellem scribis. Quisnam hic significasset? M. Brut. ed. oderunt, ut tu scribis, ludum. Ac vellem scribis. Quid? nun hæc significas? Bos. & Grut. ed. oderunt, ut tu scribis, ludum. Ac vellem, scribis, quis nam hic significasse te.*

Epist. xiii. Oderunt, ut tu scribis, ludum] *Ac vellem, scribis, quis nam hic significasset?] P. Viti. ed. oderunt: ut tu scribis, ludum ac vellem scribis. Quisnam hic significasset? M. Brut. ed. oderunt, ut tu scribis, ludum. Ac vellem scribis. Quid? nun hæc significas? Bos. & Grut. ed. oderunt, ut tu scribis, ludum. Ac vellem, scribis, quis nam hic significasse te.*

Epist. xiii. Oderunt, ut tu scribis, ludum] *Ac vellem, scribis, quis nam hic significasset?] P. Viti. ed. oderunt: ut tu scribis, ludum ac vellem scribis. Quisnam hic significasset? M. Brut. ed. oderunt, ut tu scribis, ludum. Ac vellem scribis. Quid? nun hæc significas? Bos. & Grut. ed. oderunt, ut tu scribis, ludum. Ac vellem, scribis, quis nam hic significasse te.*

Epist. xiii. Oderunt, ut tu scribis, ludum] *Ac vellem, scribis, quis nam hic significasset?] P. Viti. ed. oderunt: ut tu scribis, ludum ac vellem scribis. Quisnam hic significasset? M. Brut. ed. oderunt, ut tu scribis, ludum. Ac vellem scribis. Quid? nun hæc significas? Bos. & Grut. ed. oderunt, ut tu scribis, ludum. Ac vellem, scribis, quis nam hic significasse te.*

Epist. xiii. Oderunt, ut tu scribis, ludum] *Ac vellem, scribis, quis nam hic significasset?] P. Viti. ed. oderunt: ut tu scribis, ludum ac vellem scribis. Quisnam hic significasset? M. Brut. ed. oderunt, ut tu scribis, ludum. Ac vellem scribis. Quid? nun hæc significas? Bos. & Grut. ed. oderunt, ut tu scribis, ludum. Ac vellem, scribis, quis nam hic significasse te.*

LIBER X.

Epist. i. Paulum respiravi] *Tres mss. & Bos. & Grut. edd. Paulum lectis respiravi. Sed Balliol. Helms. P. Viti. Manus. Grut. alique veteris editiones omittunt lectis.*

Legatum iri non arbitror] *Longe alter totum locum distinguunt P. Viti. ed. Irum qui filium Brundisium de pace misit. De pace item sentio quod tu, simulationem esse appetant: parari autem bellum acerrime. Me legatum iri non arbitror, cuius adhuc, ut optavi, mentio nulla facta est.*

Epist. iv. Nec ad indulgentiam] *Balliol. Helms. P. Viti. Bos. Grut. edd. nec ad di-*

Tom. VIII.

ligentiam. Scriptis ad me Dolabella. Dico, quid?] *M. Brut. ed. scriptis ad me Dolabella de eo. Quid? Tautus locus fit a Lambino constitutus: Amicissimum mihi Casarem esse. Non dubito, inquam. Id enim scripsit ad me Dolabella. Scio, inquit. Affirmabatque quod scripsisset Casarem cupere me ad urbem venire, illum quidem si gratias agere maxime, itaque non modo probare.*

Epist. vi. Et tamen recitet] *Al. & tamen recitet. Balliol. & Helms. & tamen recitet & S. Bos. & Grut. edd. & tamen recitet. Fr. Jun. ed. & tandem excitet.*

Epist. viii. Omnino non potuius] *P. Viti. ed. Omnino non potuius. Ne condamus quidem] Balliol. nec ostendimus quidem. Lamb. ed. ne respondeamus quidem.*

Epist. xiii. Nam & iusti & diligentes sunt] *Al. nam & iusti & diligentes sunt. Bos. & Grut. edd. nam & iusti & diligentes sunt.*

Epist. xviii. Ita omnia tarda adhuc & ipsa] *Bos. & Grut. edd. It' hæc tarda adhuc & ipsa.*

Formas nunc sequimur] *Sic Balliol. & edd. p'æque. Lamb. & M. Brut. Furias nunc sequimur. Bos. & Grut. edd. fors p'æque nunc sequimur.*

De suspitione. Egi gratias] *Sic Balliol. Helms. P. Viti. ed. Sed Manus. M. Brut. Lamb. & non nullo editione alia: De suspitione. De altero egi gratias.*

Epist. ix. Cognovi ejusdem generis & ad te misi] *Sic Balliol. Helms. P. Viti. S. Bos. Grut. edd. Alii: cognovi ejus generis. Literas ad te misi. Al. cognovi ejus generis literas: ad te misi. P. Manus. ed. cognovi. Ejus generis literas ad te misi.*

Epist. xvii. Pro ea, quam ad modum consolantis scripsisti] *putato tanta eo me scripsisse. Balliol. & Helms. pro eaque admodum consolantis scripsisti, putato tanta eo me scripsisse. M. Brut. ed. pro ea, quemadmodum consolantis scripsisti causa scripsisti, putato ea me scripsisse. S. Bos. & Grut. edd. pro ea, quam ad modum consolantis scripsisti, respondeo putato me scripsisse. Fr. Jun. ed. pro eo quemadmodum consolantis scripsisti: putato ea me rescipsisse.*

Epist. xvii. Pro ea, quam ad modum consolantis scripsisti] *putato tanta eo me scripsisse. Balliol. & Helms. pro eaque admodum consolantis scripsisti, putato tanta eo me scripsisse. M. Brut. ed. pro ea, quemadmodum consolantis scripsisti causa scripsisti, putato ea me scripsisse. S. Bos. & Grut. edd. pro ea, quam ad modum consolantis scripsisti, respondeo putato me scripsisse. Fr. Jun. ed. pro eo quemadmodum consolantis scripsisti: putato ea me rescipsisse.*

Epist. xvii. Pro ea, quam ad modum consolantis scripsisti] *putato tanta eo me scripsisse. Balliol. & Helms. pro eaque admodum consolantis scripsisti, putato tanta eo me scripsisse. M. Brut. ed. pro ea, quemadmodum consolantis scripsisti causa scripsisti, putato ea me scripsisse. S. Bos. & Grut. edd. pro ea, quam ad modum consolantis scripsisti, respondeo putato me scripsisse. Fr. Jun. ed. pro eo quemadmodum consolantis scripsisti: putato ea me rescipsisse.*

Epist. xvii. Pro ea, quam ad modum consolantis scripsisti] *putato tanta eo me scripsisse. Balliol. & Helms. pro eaque admodum consolantis scripsisti, putato tanta eo me scripsisse. M. Brut. ed. pro ea, quemadmodum consolantis scripsisti causa scripsisti, putato ea me scripsisse. S. Bos. & Grut. edd. pro ea, quam ad modum consolantis scripsisti, respondeo putato me scripsisse. Fr. Jun. ed. pro eo quemadmodum consolantis scripsisti: putato ea me rescipsisse.*

Epist. xvii. Pro ea, quam ad modum consolantis scripsisti] *putato tanta eo me scripsisse. Balliol. & Helms. pro eaque admodum consolantis scripsisti, putato tanta eo me scripsisse. M. Brut. ed. pro ea, quemadmodum consolantis scripsisti causa scripsisti, putato ea me scripsisse. S. Bos. & Grut. edd. pro ea, quam ad modum consolantis scripsisti, respondeo putato me scripsisse. Fr. Jun. ed. pro eo quemadmodum consolantis scripsisti: putato ea me rescipsisse.*

Epist. xvii. Pro ea, quam ad modum consolantis scripsisti] *putato tanta eo me scripsisse. Balliol. & Helms. pro eaque admodum consolantis scripsisti, putato tanta eo me scripsisse. M. Brut. ed. pro ea, quemadmodum consolantis scripsisti causa scripsisti, putato ea me scripsisse. S. Bos. & Grut. edd. pro ea, quam ad modum consolantis scripsisti, respondeo putato me scripsisse. Fr. Jun. ed. pro eo quemadmodum consolantis scripsisti: putato ea me rescipsisse.*

Epist. xvii. Pro ea, quam ad modum consolantis scripsisti] *putato tanta eo me scripsisse. Balliol. & Helms. pro eaque admodum consolantis scripsisti, putato tanta eo me scripsisse. M. Brut. ed. pro ea, quemadmodum consolantis scripsisti causa scripsisti, putato ea me scripsisse. S. Bos. & Grut. edd. pro ea, quam ad modum consolantis scripsisti, respondeo putato me scripsisse. Fr. Jun. ed. pro eo quemadmodum consolantis scripsisti: putato ea me rescipsisse.*

Epist. xvii. Pro ea, quam ad modum consolantis scripsisti] *putato tanta eo me scripsisse. Balliol. & Helms. pro eaque admodum consolantis scripsisti, putato tanta eo me scripsisse. M. Brut. ed. pro ea, quemadmodum consolantis scripsisti causa scripsisti, putato ea me scripsisse. S. Bos. & Grut. edd. pro ea, quam ad modum consolantis scripsisti, respondeo putato me scripsisse. Fr. Jun. ed. pro eo quemadmodum consolantis scripsisti: putato ea me rescipsisse.*

Epist. xvii. Pro ea, quam ad modum consolantis scripsisti] *putato tanta eo me scripsisse. Balliol. & Helms. pro eaque admodum consolantis scripsisti, putato tanta eo me scripsisse. M. Brut. ed. pro ea, quemadmodum consolantis scripsisti causa scripsisti, putato ea me scripsisse. S. Bos. & Grut. edd. pro ea, quam ad modum consolantis scripsisti, respondeo putato me scripsisse. Fr. Jun. ed. pro eo quemadmodum consolantis scripsisti: putato ea me rescipsisse.*

Epist. xvii. Pro ea, quam ad modum consolantis scripsisti] *putato tanta eo me scripsisse. Balliol. & Helms. pro eaque admodum consolantis scripsisti, putato tanta eo me scripsisse. M. Brut. ed. pro ea, quemadmodum consolantis scripsisti causa scripsisti, putato ea me scripsisse. S. Bos. & Grut. edd. pro ea, quam ad modum consolantis scripsisti, respondeo putato me scripsisse. Fr. Jun. ed. pro eo quemadmodum consolantis scripsisti: putato ea me rescipsisse.*

Epist. xvii. Pro ea, quam ad modum consolantis scripsisti] *putato tanta eo me scripsisse. Balliol. & Helms. pro eaque admodum consolantis scripsisti, putato tanta eo me scripsisse. M. Brut. ed. pro ea, quemadmodum consolantis scripsisti causa scripsisti, putato ea me scripsisse. S. Bos. & Grut. edd. pro ea, quam ad modum consolantis scripsisti, respondeo putato me scripsisse. Fr. Jun. ed. pro eo quemadmodum consolantis scripsisti: putato ea me rescipsisse.*

Epist. xvii. Pro ea, quam ad modum consolantis scripsisti] *putato tanta eo me scripsisse. Balliol. & Helms. pro eaque admodum consolantis scripsisti, putato tanta eo me scripsisse. M. Brut. ed. pro ea, quemadmodum consolantis scripsisti causa scripsisti, putato ea me scripsisse. S. Bos. & Grut. edd. pro ea, quam ad modum consolantis scripsisti, respondeo putato me scripsisse. Fr. Jun. ed. pro eo quemadmodum consolantis scripsisti: putato ea me rescipsisse.*

Epist. xvii. Pro ea, quam ad modum consolantis scripsisti] *putato tanta eo me scripsisse. Balliol. & Helms. pro eaque admodum consolantis scripsisti, putato tanta eo me scripsisse. M. Brut. ed. pro ea, quemadmodum consolantis scripsisti causa scripsisti, putato ea me scripsisse. S. Bos. & Grut. edd. pro ea, quam ad modum consolantis scripsisti, respondeo putato me scripsisse. Fr. Jun. ed. pro eo quemadmodum consolantis scripsisti: putato ea me rescipsisse.*

Epist. xvii. Pro ea, quam ad modum consolantis scripsisti] *putato tanta eo me scripsisse. Balliol. & Helms. pro eaque admodum consolantis scripsisti, putato tanta eo me scripsisse. M. Brut. ed. pro ea, quemadmodum consolantis scripsisti causa scripsisti, putato ea me scripsisse. S. Bos. & Grut. edd. pro ea, quam ad modum consolantis scripsisti, respondeo putato me scripsisse. Fr. Jun. ed. pro eo quemadmodum consolantis scripsisti: putato ea me rescipsisse.*

Epist. xvii. Pro ea, quam ad modum consolantis scripsisti] *putato tanta eo me scripsisse. Balliol. & Helms. pro eaque admodum consolantis scripsisti, putato tanta eo me scripsisse. M. Brut. ed. pro ea, quemadmodum consolantis scripsisti causa scripsisti, putato ea me scripsisse. S. Bos. & Grut. edd. pro ea, quam ad modum consolantis scripsisti, respondeo putato me scripsisse. Fr. Jun. ed. pro eo quemadmodum consolantis scripsisti: putato ea me rescipsisse.*

Epist. xvii. Pro ea, quam ad modum consolantis scripsisti] *putato tanta eo me scripsisse. Balliol. & Helms. pro eaque admodum consolantis scripsisti, putato tanta eo me scripsisse. M. Brut. ed. pro ea, quemadmodum consolantis scripsisti causa scripsisti, putato ea me scripsisse. S. Bos. & Grut. edd. pro ea, quam ad modum consolantis scripsisti, respondeo putato me scripsisse. Fr. Jun. ed. pro eo quemadmodum consolantis scripsisti: putato ea me rescipsisse.*

Epist. xvii. Pro ea, quam ad modum consolantis scripsisti] *putato tanta eo me scripsisse. Balliol. & Helms. pro eaque admodum consolantis scripsisti, putato tanta eo me scripsisse. M. Brut. ed. pro ea, quemadmodum consolantis scripsisti causa scripsisti, putato ea me scripsisse. S. Bos. & Grut. edd. pro ea, quam ad modum consolantis scripsisti, respondeo putato me scripsisse. Fr. Jun. ed. pro eo quemadmodum consolantis scripsisti: putato ea me rescipsisse.*

Epist. xvii. Pro ea, quam ad modum consolantis scripsisti] *putato tanta eo me scripsisse. Balliol. & Helms. pro eaque admodum consolantis scripsisti, putato tanta eo me scripsisse. M. Brut. ed. pro ea, quemadmodum consolantis scripsisti causa scripsisti, putato ea me scripsisse. S. Bos. & Grut. edd. pro ea, quam ad modum consolantis scripsisti, respondeo putato me scripsisse. Fr. Jun. ed. pro eo quemadmodum consolantis scripsisti: putato ea me rescipsisse.*

Epist. x. Dolabella a nota] *Al.* Dolabella avaritia.

Assentiris enim] *Al.* assentires enim.

Gratias mihi agere de matre pando] *Balliol.* & *Heimst.* gratias mihi agere gaudeo.

Epist. xv. Artuliste dicebatur] *Balliol.* attuliste videbatur.

Horribilis concio] *Al.* horribilis contentio.

Nollem abortum] *Al.* nomen abortum.

Se bene sentire & cupere] *Edd.* vet. se assentire & cupere. *Balliol.* se nec sentire & cupere.

Produxit Octavium, qualis concio fuerit. Hæc scripsi citatim] *Mss. Pall.* produxit Octavium. Qualis enim concio? furtive hæc scripsi. *Patr. edd.* produxit Octavium. Qualis concio fuerit. Hæc scripsi. Statim enim. *Balliol.* produxit Octavium. Qualis enim hæc concio fuerit. Scripsi. Statim enim.

Epist. xxi. Et quidem, portenti simile, sine tuis] *Edd.* vet. Et quidem portenti similes in tuis. *Al.* Et quidem portenti simile sine tuis.

Ut rata omnes haberent] *Edd.* vet. utram omnes haberent.

Quare talaria videamus] *Al.* quare talaria induamus.

Epist. xix. Dolabella a nota] *Al.* Dolabella avaritia.

Assentiris enim] *Al.* assentires enim.

Gratias mihi agere de matre pando] *Balliol.* & *Heimst.* gratias mihi agere gaudeo.

Epist. xv. Artuliste dicebatur] *Balliol.* attuliste videbatur.

Horribilis concio] *Al.* horribilis contentio.

Nollem abortum] *Al.* nomen abortum.

Se bene sentire & cupere] *Edd.* vet. se assentire & cupere. *Balliol.* se nec sentire & cupere.

Produxit Octavium, qualis concio fuerit. Hæc scripsi citatim] *Mss. Pall.* produxit Octavium. Qualis enim concio? furtive hæc scripsi. *Patr. edd.* produxit Octavium. Qualis concio fuerit. Hæc scripsi. Statim enim. *Balliol.* produxit Octavium. Qualis enim hæc concio fuerit. Scripsi. Statim enim.

Epist. xxi. Et quidem, portenti simile, sine tuis] *Edd.* vet. Et quidem portenti similes in tuis. *Al.* Et quidem portenti simile sine tuis.

Ut rata omnes haberent] *Edd.* vet. utram omnes haberent.

Quare talaria videamus] *Al.* quare talaria induamus.

LIBER XV.

Epist. i. Deinde ad summam] *Al.* deinde ad summam.

Ibi pene] *Al.* ubi pene. *Al.* ubi bene.

Baulos Cumis] *Mss. Paulo Cumis. Edd.* vet. paulo clam iis eam vidi.

Ad rem putas pertinere] *Edd.* vet. ad te putas pertinere.

Brutus noster misit] *K. C.* Brutus non misit. *Balliol.* Brutus vero misit.

Scripsissem ardentius de Cicerone. Vides] *P. Viti.* & *Masuri.* edd. scripsissem ardentius. Tunc vides quæ sit.

Epist. xi. Nihil enim scripsisti. De Menædæmo probe Quintus certe ea distilavit, quæ scribis. Consilium] *Edd.* vet. nihil enim scripsisti de Menædæmo, probeque certe ea distilavit. Quod scribis consilium.

Orationem eam] *Edd.* vet. orationem meam.

Quod puto, tantum enim video, non videtur esse victuri] *Edd.* vet. quod puto tantum enim odium video, non videtur esse victuri. *Ed. Jun.* ex *Mss.* haud puto, tanti enim (video) non videtur esse victuri.

Sed si etiam nos hoc fallat] *Balliol.* sed si etiam nos hoc fallat.

De qua tam laboras] *P. Viti.* ed. de qua causa laborat. *Masuri.* & *Brut.* ed. de qua laboras. *S. Bos.* ed. de qua vultis laborat. *Fr. Jun.* & *Papm.* edd. ex *Mss.* Falso, de qua Paula laboras. *Balliol.* de qua tam laborat. *Heimst.* de qua tam laboras.

Epist. lxxi. Accepi in Antiatu duas epistulas] *Mss. Tornes.* accepi nati duas epistulas. *Al.* *Mss.* accepi nati duas epistulas. *Vulg.* accepi duas epistulas.

Acta in sede Apollinis] *Balliol.* acta me in sede. *Heimst.* acta a me in sede. *Faerni liber:* acta sine me in sede.

Coram odorandum] *Al.* cura moderandum. Sane movens] *Al.* sane me inovenit.

Sed sint ista parvi, quin & majora contemnimus] *Al.* sed si ista parvi pendimus, certe & majora contemnimus.

Quod tibi curæ est gratum. De Mario scripsi] *Ed. Viti.* & *Balliol.* & *Heimst.* quod tibi curæ est, gratum de malo scripsi. *Bos.* id. quod tibi curæ est, gratum. De malo. Scripsi.

D. Q. filio ut scribis] *Mss.* de Q. filio ut scribis. *Mss.* de Q. filio ut scribis. *M. C.* Et sic *Balliol.* & *Heimst.* nisi quod pro C. pro se ferant Q. *Edd.* vet. de Q. F. quod scribis ad me ad Q. de parte.

Epist. xv. Et legio? rem laudo] *Edd.* vet. de Lenio rem laudo. *Al.* & leviozem probo. *Al.* ad recentiozem prius, & leviozem. Laudo. *Balliol.* leniozem laudo.

Quod quidem ita credo] *Al.* cui quidem ita credo.

Quoniam cavetur Buthrotis. Rides? ast condoleo] *Edd.* vet. quoniam caret Buthrotis, rides abs Cordilio. *Mss.* quoniam caret Buthrotis rides abs condoleo. *Balliol.* & *Mss. Pall.* quoniam cavetur Buthrotis rides abscondoleo. *M. Brut.* ed. quoniam cavetur Buthrotis. Rides. At ego doleo.

Saussem per te celestem] *Edd.* vet. Saussem per te celestem.

Ego nunquam indicabo] *Balliol.* ego nunquam dubitabo.

Quod te a Bruto scribis] *Balliol.* quod te Bruto scribis. *M. Brut.* ed. quod te a Bruto rogari scribis.

Cum iterum tam multis verbis agis] mecumque iterum tam multis verbis agis. *Mss. & ed. Masuri.* committere tam multis verbis.

Si hæc ita manent] *Sic Balliol.* *Lambin.* aliquæ edd. *Ed. Viti.* *Masuri.* *Bos.* Si hæc ita manent.

Ille enim nunquam revertisset, nos timor

confirmare ejus acta] *Nannullus* *Mss.* ille enim si visisset, nunquam nos timore confirmare ejus acta.

Epist. lxxi. Scribendi cura] *M.* scribendi causa.

Servius vero pacificator cum librario] *Al.* Servius vero pacificator librario.

Epist. lxxi. Quindam agam] *Al.* quid nam agant.

Ut quidque accidisset] *Al.* ut quid accidisset.

Mihi non videbatur] *Al.* mihi videbatur.

Viliusque plures videndæ] *Al.* ut illæ quæ plures videndæ. *Al.* ut illæ, quæ plures videntur.

Sed aliquid crassius dies ad cogitandum nobis de ea te] *Al.* debet aliquid crassius dies ad cogitandum nobis dare. *Al.* sed aliquid crassius dies ad cogitandum nobis dabit.

Epist. ix. Nolo enim Lacedæmonem longinquam] *Bos.* & *Grut.* edd. nolo enim Lacedæmonem *μακρῆς ἀποστάσεως.* *Mss.* nolo enim Lacedæmonem longinquam quam.

Epist. x. O Brati amanter scriptas] *Hanc epistolam assuetos superiori vetustioris editiones.*

Nec audient, nec jam possunt] *P. Viti.* ex *Mss.* nec audient, nec jam possunt. *Al.* nec audient, nec jam possunt.

Si vero aliquid de Decimi Græcejique] *Viti.* ed. & *Mss.* si vero aliquid de D. Græcejique. *Edd.* vet. si vero aliquid de Decimi Gracchii nominis. *Balliol.* si vero aliquid de Decimo Gracchii. *Al.* *Mss.* si vero aliquid de D. gratiusque *Masuri.* ed. si vero aliquid de Decimo gratias, quæ *M. Brut.* ed. si vero aliquid de Decimo gratius, quæ.

Sed possim id negligere proficiens] *Edd.* vet. Sed possim id negligere proficiens.

Epist. xi. Nec facile addi potest ad hoc genus legationis] *Mss.* nec facile addi potest ad idque adeo genus legationis. *Balliol.* *Al.* & *Mss.* nec facile addi potest, alio genus legationis. *Bos.* & *Grut.* edd. nec facile addi potest ad id, quod ad Deos genus legationis.

Epist. lxxi. Cum tu eisdem patres] *Balliol.* & *Al.* *Mss.* cum tuisdem patres.

Scripsi (sic enim mavis) ad scribendum dicere, tibi vere fecisti me acriorem] *Balliol.* scripsi (sic enim mavis dicere) ad scribendum tibi vero fecisti me acriorem. *Ed. M. Brut.* scripsi (sic enim me mavis dicere) tu vero ad scribendum fecisti me acriorem. *Edd.* *Bos.* & *Grut.* scripsi (sic enim mavis)

maius) ad scribendum tibi veredis certe fecisti me aciores. Ed. Jun. scripti. Sic enim maivis ad scribendum tibi, verede dices. Fecisti me alacriorem.

Cleatium nihil arbitror malitiose: quamquam. Sed quid exierit? De libertate. Ed. Cleatium nihil arbitror malitiose. Quamquam sciedis quidem exierit de libertate. Al. Cleatium nihil arbitror malitiose. Quamquam si quid exierit de libertate retinenda.

Balbulium] Al. Babullium. Interea narrat eadem] Mj. & Bos. ed. interea narras eadem.

Epist. xv. Que quidem erant *polidiora*] Al. que quidem promissorum ejus erant *polidiora*.

Commemorare sine magno dolore] Al. a qua exiis commemorare sine magno dolore.

Quam vix somnium habere] Ed. vix quam somnium non habere.

Permutetur Athenas.] Al. permittetur Athenis.

In annum sumptum ei. Scilicet Eros] Al. in annum sumptum. Et scilicet Eros. Al. in annum sumptum. Et scilicet Eros.

Epist. xviii. Et in lacu navigarem] Balbul. & Al. mff. & in lacu vigilarem. Al. mff. & in ea cura vigilarem. *Eade Bos. & Grut. adhibent;* & in ea cura vigilarem.

De multis vesturæ itineris, ut in eis, cum intelligo.] Mj. de multis vesturæ itineris, ut & in eis, cum intelligo. Al. mff. de multis vesturæ ut in eis, cum intelligo. Al. de multis vesturæ itineris & in eis cum intelligo.

Ball. de multis vesturæ itineris, & in eis cum intello. Ed. Brut. de multis vesturæ itineris. Ut in eis, cum intelligo. Bos. ed. de multis vesturæ itineris, & vehis, quoniam intelligo.

Epist. xx. Quis enim hæc, ut scribis, anteo? nunc] Ed. *Vid.* quis enim hæc, ut scribis ante? nunc. Ed. Lamb. quis enim hæc, ut scribis, ante nos? nunc. Ed. Bos. & Grut. quis enim hæc, ut scribis, ante nos?

Quo casurus est] Mj. qua causa casurus est. Al. qua causa occurus est. Ed. nonnulli: qua casurus es. Bos. ed. qua causa a querus est.

Sed id ex præditi] Balbul. sed his ex præditi. Al. mff. sed & ex præditi. M. Brut. ed. sed ei ex præditi.

Sic ne autem extricata] Mj. sic ne autem explicata. *Fulg.* siue autem excitata.

Epist. xxiv. Tabellarius] In vulgaris editionibus hæc epistola adhibet prius.

H. 1121 profectum] Mj. Brutum his profectum. Al. mff. Brutum his profectum. Balbul. Brutum & his profectum. *Duo mff. Brutum Bais profectum. Ed. vet. Brutum Puteolis profectum. Ed. Lamb. Brutum H. 11 profectum.*

Epist. xvii. M. Elium cura liberabis: is me paucos specus] *Fulg.* M. Elium cum libera & ei sine paucos specus. Ed. vet. M. Elium cura libera. Et sine pauca spe. Al. M. Elium cura libera. Et sine pauca spe. Obavam partem tui liminarium in ædium ad frenæ.] Mj. Obavam partem tui liminarium in ædium ad frenæ. Al. mff. Obavam partem tui liminarium in ædium ad frenæ. Al. n. Obavam partem tui liminarium in ædium ad frenæ, pro ad frenæ. Balbul. Obavam partem tui liminarium in ædium ad frenæ. Al. altare. Ed. Lamb. Obavam partem Tullianarum ædium ad frenæ. Ed. Bos. & Grut. Obavam partem tui liminarium in ædium ad frenæ.

Memineris. Cui Cerealia videris] Ed. Bos. & Grut. ne memineris cui Cerealia. Videris. Al. ed. memineris cui. Cerealia videris mancipio dare.

Epist. xxi. Ait hic tibi Julian ferre] Constitutum enim esse dilectum] Ed. vet. ait hic tibi Julian non velle amplius ferre. Constitutum enim esse dilectum. Ed. Bos. ait hic tibi Julian. Ferre constitutum enim esse dilectum.

Epist. xxi. Ait hic tibi Julian ferre] Constitutum enim esse dilectum] Ed. vet. ait hic tibi Julian non velle amplius ferre. Constitutum enim esse dilectum. Ed. Bos. ait hic tibi Julian. Ferre constitutum enim esse dilectum.

Epist. xxi. Ait hic tibi Julian ferre] Constitutum enim esse dilectum] Ed. vet. ait hic tibi Julian non velle amplius ferre. Constitutum enim esse dilectum. Ed. Bos. ait hic tibi Julian. Ferre constitutum enim esse dilectum.

Epist. xxi. Ait hic tibi Julian ferre] Constitutum enim esse dilectum] Ed. vet. ait hic tibi Julian non velle amplius ferre. Constitutum enim esse dilectum. Ed. Bos. ait hic tibi Julian. Ferre constitutum enim esse dilectum.

Epist. xxi. Ait hic tibi Julian ferre] Constitutum enim esse dilectum] Ed. vet. ait hic tibi Julian non velle amplius ferre. Constitutum enim esse dilectum. Ed. Bos. ait hic tibi Julian. Ferre constitutum enim esse dilectum.

Epist. xxi. Ait hic tibi Julian ferre] Constitutum enim esse dilectum] Ed. vet. ait hic tibi Julian non velle amplius ferre. Constitutum enim esse dilectum. Ed. Bos. ait hic tibi Julian. Ferre constitutum enim esse dilectum.

Epist. xxi. Ait hic tibi Julian ferre] Constitutum enim esse dilectum] Ed. vet. ait hic tibi Julian non velle amplius ferre. Constitutum enim esse dilectum. Ed. Bos. ait hic tibi Julian. Ferre constitutum enim esse dilectum.

Epist. xxi. Ait hic tibi Julian ferre] Constitutum enim esse dilectum] Ed. vet. ait hic tibi Julian non velle amplius ferre. Constitutum enim esse dilectum. Ed. Bos. ait hic tibi Julian. Ferre constitutum enim esse dilectum.

Epist. xxi. Ait hic tibi Julian ferre] Constitutum enim esse dilectum] Ed. vet. ait hic tibi Julian non velle amplius ferre. Constitutum enim esse dilectum. Ed. Bos. ait hic tibi Julian. Ferre constitutum enim esse dilectum.

Epist. xxi. Ait hic tibi Julian ferre] Constitutum enim esse dilectum] Ed. vet. ait hic tibi Julian non velle amplius ferre. Constitutum enim esse dilectum. Ed. Bos. ait hic tibi Julian. Ferre constitutum enim esse dilectum.

Epist. xxi. Ait hic tibi Julian ferre] Constitutum enim esse dilectum] Ed. vet. ait hic tibi Julian non velle amplius ferre. Constitutum enim esse dilectum. Ed. Bos. ait hic tibi Julian. Ferre constitutum enim esse dilectum.

LIBER XVI.

Epist. 7. Veni in Puteolanum. Postride sens ad Brutum in Neviden] Al. ed. veni in Puteolanum. Iens ad Brutum in Nefide hæc scripti. Al. veni in Puteolanum, sens ad Brutum. In Nefide hæc scripti. Balbul. cum nonnullis edidit, veni in Puteolanum sens ad Brutum. In Nefide hæc scripti.

Epist. 7. Veni in Puteolanum. Postride sens ad Brutum in Neviden] Al. ed. veni in Puteolanum. Iens ad Brutum in Nefide hæc scripti. Al. veni in Puteolanum, sens ad Brutum. In Nefide hæc scripti. Balbul. cum nonnullis edidit, veni in Puteolanum sens ad Brutum. In Nefide hæc scripti.

Epist. 7. Veni in Puteolanum. Postride sens ad Brutum in Neviden] Al. ed. veni in Puteolanum. Iens ad Brutum in Nefide hæc scripti. Al. veni in Puteolanum, sens ad Brutum. In Nefide hæc scripti. Balbul. cum nonnullis edidit, veni in Puteolanum sens ad Brutum. In Nefide hæc scripti.

Epist. 7. Veni in Puteolanum. Postride sens ad Brutum in Neviden] Al. ed. veni in Puteolanum. Iens ad Brutum in Nefide hæc scripti. Al. veni in Puteolanum, sens ad Brutum. In Nefide hæc scripti. Balbul. cum nonnullis edidit, veni in Puteolanum sens ad Brutum. In Nefide hæc scripti.

Epist. 7. Veni in Puteolanum. Postride sens ad Brutum in Neviden] Al. ed. veni in Puteolanum. Iens ad Brutum in Nefide hæc scripti. Al. veni in Puteolanum, sens ad Brutum. In Nefide hæc scripti. Balbul. cum nonnullis edidit, veni in Puteolanum sens ad Brutum. In Nefide hæc scripti.

Epist. 7. Veni in Puteolanum. Postride sens ad Brutum in Neviden] Al. ed. veni in Puteolanum. Iens ad Brutum in Nefide hæc scripti. Al. veni in Puteolanum, sens ad Brutum. In Nefide hæc scripti. Balbul. cum nonnullis edidit, veni in Puteolanum sens ad Brutum. In Nefide hæc scripti.

Epist. 7. Veni in Puteolanum. Postride sens ad Brutum in Neviden] Al. ed. veni in Puteolanum. Iens ad Brutum in Nefide hæc scripti. Al. veni in Puteolanum, sens ad Brutum. In Nefide hæc scripti. Balbul. cum nonnullis edidit, veni in Puteolanum sens ad Brutum. In Nefide hæc scripti.

Ut volēs Tu quoniam] Al. Ut volēs tu. Quoniam.

Si de rebus minus] *Fulg.* sed de rebus minus.

Epist. 111. Quod vero scribis] Ed. vet. quod vero sine munusculo scribis. Quamquam te nihil fecisset. Veruntamen. Sed expeho] *Fulg.* quamquam te nihil fecisset. Veruntamen expeho.

Epist. v. Quod quidem me minime] Al. que quidem me minime.

In quo minime satisfaciebat] Al. in quo minime putabam satisfaciebat.

Sic enim commutatus est] Al. sic enim communicatus est.

Bruto cum sepe injecissem] Al. Bruto cum sepe injecissem.

Atque ego putarum arripere] Al. atque ego putarum accipere.

Revertat] In mff. Balbul. & Helms. hic inserta est epistola 3. libri 12 plane ut impressa est. Hæc sunt ultima verba: Auctionem nullam faciat sedulis factis. Olympio subsidium curat, ne talis vir *ἀδελφῶν*, sed *ἀδελφῶν*. Atticum quoque cura, & salutem ac Pillæ, Tulliaque quoque verbis plurimum joculari te puta.

Nepotis epistolam] Hic est in antiquis editionibus initium epistolæ novæ.

Epist. vi. At inde Corcyram] Ed. Lamb. atque inde Corcyram. Ed. M. Brut. ac inde Corcyram. Sed omnes mff. & ed. *Vid.* Manut. all legant.

Sed id satis superque tecum me non esse? quod fugientem? periculum? *Vid.* Manut. Lamb. & al. ed. sed id satis superque tecum me non esse, fugientem periculum. Id tunc quidem, nisi fallor, nullum est] Ed. vet. nec id tunc quidem, nisi fallor, ullum est.

Epist. viii. Anagnina veniunt] F. C. inania veniunt. Balbul. na veniunt. Helms. an in via veniunt.

Kal. vesper] In mff. nonnullis. Incipit nova epistola, cui *junia*, 9. 10.

An Arpinum (*ἀρπινῶν* habet is locus) fugiam? Romanæ] Ed. *Fulg.* an Arpinum? *ἀρπινῶν* habet is locus? fugiam? Romanæ. *Lamb.* ed. an Arpinum? *ἀρπινῶν* habet hic locus fugam? Romanæ.

Epist. xi. At ægre me tenui] Mj. Hæc ægre me tenui. Al. mff. hæc ægre me tenui.

tenuit. Bos. ed. at ægre me tenui. Lamb. ed. a Padia ægre me tenui.

Sine vallo Luciliano] Mj. sine vallo Luciliano. Ed. Bos. sine *σῆκῳ* Luciliano.

Moriar nisi facere] Mj. moriar facere nisi. Ed. Bos. moriar facere si sit. De Myrtilo] Ed. vet. de M. Caio. Ita ne in D. Brutum? Dii istis] Ed. vet. Isaac in D. Brutum? de istis. Al. Istante in D. Brutum de istis?

Esti nondum stipulationes] *Ἀπὸ δῖος* in ed. vet. *hic nove est initium epistolæ*. Deque Torquati negotio sciturum] *Fulg.* meque Torquati negotio sciturum. Bos. ed. & mff. meque Torquati negotio sciturum. Al. meque Torquati negotio sciturum puto.

Epist. xxi. Sed quid tibi dicam. Bonum animum. De *ἑρκαδῶν* Balbul. sed quid tibi dicam? bonum animum. De *ἑρκαδῶν*. Balbul. sed quid dicam, bonum animum. De *ἑρκαδῶν*. Al. mff. sed quid dicam bonum enim unde *ἑρκαδῶν*. Bos. ed. sed quid tibi dicam? *ποῦναι* enim. De *ἑρκαδῶν*.

Epist. xxi. Ad pontem Tirenium] Al. ad pontem Tirenium. Balbul. ad pontem Terecianum. Al. ad pontem Tyrentium.

Nihil tam *ἀρπινῶν*] Al. nihil tam *ἀρπινῶν*.

Quam ad eas literas] Balbul. quam de his literis.

Via inepta] Mj. via mata. Bos. ed. via *ἀρπινῶν*.

Epist. xiv. Attuler, non ingratum] Balbul. attuler, non gratum. Quintus tui avi pronepos] Ed. & mff. multæ: Quintus tui patris nepos. Balbul. Quintus tui pronepos.

Epist. xv. Ab illo alienatum] Al. ab illo abalienatum.

Ut illum oderim] Al. cur illum oderim.

Quomodo agi placeat] Balbul. quando agi placeat.

Quamquam enim postea] Al. quamquam enim postea.

Certissimum esse video discrimen Casæ nostri tribunatum] Al. certissimum video esse discrimen Casæ nostri tribunatum. Ed. Jun. certissimum fuisse video discrimen.

Pene verbis] Balbul. Pene rebus.



UNIVERSITÀ DI ROMA ALDE BIBLIOTECAS



*Eorum nomina, ad quos præter Atticum, in his sexdecim libris
stant Cicronis epistole.*

ANTONIUS,	XIV. 13.	DOLABELLA,	XIV. 17. XV. 14.
CESAR,	IX. 11. XI. 12.	PLANCUS,	XVI. 16.
CAPITO,	XVI. 16.	POMPEJUS,	VIII. 11.
CUPIENNIUS,	XVI. 16.		

*Eorum nomina, quorum aliqua in his sexdecim libris epistole
stant Cicronianis adjunctæ.*

ANTONIUS,	X. 8. 10. XIV. 13.	CESAR,	IX. 6. 7. 13. 16. X. 8.
BALBUS,	VIII. 15. IX. 7. 13.	HIRTIUS,	XV. 6.
BALBUS, & OPIUS,	IX. 7.	MATIUS & TREBATIUS,	IX. 15.
GELIUS,	X. 9.	POMPEJUS,	VIII. 6. 11. 12.

F I N I S .

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



UAN

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

